CL. AELIANI
VARIA HISTORIA,
GRAECE ET LATINE,

Duobus Voluminibus Comprehensa.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

R- 5983



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

Q-5983

ΚΛ. ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗ ΙΣΤΟΡΙΑ,

CL. AELIANI SOPHISTAE VARIA HISTORIA,

CUM NOTIS INTEGRIS
CONRADI GESNERI, JOHANNIS SCHEFFERI,
TANAQUILLI FABRI, JOACHIMI KUHNII,
JACOBI PERIZONII,
& Interpretatione Latina
JUSTI VULTEJI,
innumeris in locis emendata.
CURANTE
ABRAHAMO GRONOVIO,
Qui & ſuas adnotationes adjecit.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Lugd. Bat. / Amſtelodami / Roterodami / Ultrajecti / Hagæ } apud { S. LUCHTMANS & J. A. LANGERAK. / R. & J. WETSTEIN & G. SMITH; J. BOOM & H. WAASBERGE. / JOH. DAN. BEMAN. / JAC. a POOLSUM. / HENR. SCHEURLEER. } 1731.

NOBILISSIMO ATQUE AMPLISSIMO

VIRO,

RICHARDO ELLYS,

EQUITI BARONETTO, ET CIVITATIS BOSTONENSIS NOMINE AD SUPREMUM ORDINUM MAGNAE BRITANNIAE CONVENTUM DELEGATO,

S. P. D.

ABRAHAMUS GRONOVIUS.

Offero Tibi, Vir Nobiliſſime, Aeliani Variam Hiſtoriam, quamvis non omnibus numeris nitori ſuo reſtitutam, aliquot tamen mendis, quae anteacti temporis barbaries ei inuſſerat, etiam poſt inſignium in literis Viro-

rum

rum, labores opera qualicunque mea emaculatam, eamque ut in patrocinium Tuum admittere digneris, enixe rogo, perſuaſiſſimum habens, cuncta, quae vel in hac Aeliani Varia Hiſtoria, vel in hiſce meis Graecae Linguae tirociniis deſiderari poterunt, Ampliſſimi nominis Tui fama abunde ſuppletum iri. Quid enim natalium claritatem, domusque Tuae tot imaginibus illuſtris ſanctitatem, majorumque, quorum veſtigia imples, exempla? quid virtutes Tuas, quarum ſingulae ſingulos exornarent, Te unum veluti certatim decorantes, commemorem? praeſtringit inſignium harum dotum, quas benigna natura in Te repoſuit, fulgorem, qua generis Tui dignitatem ſuperaſti, ingens Tua eruditio, & recondita literarum ſcientia, quas tanto ſtudio & ardore proſequeris, ut inter eos, qui literas colunt, principem locum teneas. Tu enim, Vir Generoſiſſime, immenſa occupationum & curarum, quibus rem Britanniae publicam adjuvas, ſerie diſtrictus, non ſolum mentem Tuam literarum ſtudiis foves, atque oblectas, ſed etiam quod raris tantae dignitatis, atque amplitudinis contigit, fructum, quem ex iisdem percipis, ad aliorum uſum literis publice profers. Hoc praeclarum ſtudium Tuum, &

& hanc ſingularem induſtriam Tuam, qua rem Chriſtianam, & literariam Tibi devinxiſti, teſtantur admirabili venuſtate a Te conſcripta FORTUITA SACRA, in quibus plurimis, partim obſcuris, partim ſecus intellectis, Novi Foederis locis lucidam facem extuliſti, & quantum utilitatis & commodi e Chriſtianae religionis Columinum, & Judaeorum ſcriptis, atque ex interiore humanarum literarum cognitione ad divinae Scripturae intelligentiam redundet, aperte oſtendiſti. Quanta vero cum diligentia in antiquitatibus & veteris aevi monimentis illuſtrandis verſatus fueris, declarat omnigena eruditione refertus, quo ſeculum hoc ornaſti, DE CYMBALIS COMMENTARIUS, in quo innumera Veterum Scriptorum loca vel a ſupervacanea correctione defendiſti, vel quae ambiguae ſanitatis videbantur, ingenioſe correxiſti. Haec igitur Tua in rem literariam merita dum venerabundus agnoſco, ipſa officii mei ratio a me poſtulavit, ut hanc Variam Aeliani Hiſtoriam, veluti pignus devoti mei erga Te animi, & in virtutum Tuarum contemplatione defixi, Tibi, Vir Nobiliſſime, conſecrarem, & ab Illuſtriſſimi nominis Tui titulo auſpicarer laboris mei, quem in Aeliani ſcripta poſui, te-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

nues primitias, quas si a Te prorsus non improbari intellexerim, temporis, quod cum in hoc Aeliani Opere, tum in Libris Ejusdem de Natura Animalium recensendis insumsi, ratio mihi affatim constabit. Vale, Vir Nobilissime, & Patriae Tuae, & rei literariae decus augere perge.

Dabam Lugduni ad Rhenum
A. D. Kal. Octob.
MDCCXXX.

PRAEFATIO.

LECTORI ERUDITO.

De *Scriptis Aeliani*, quae aetatem tulerunt, diversimode statuerunt Viri docti, quorum alii Conradum Gesnerum sequuti, *Variam Historiam*, *Opus de Natura Animalium*, & *Tactica* eidem *Aeliano* adsignarunt; alii verò, praesertim * Samuel Bochartus, & † Isacus Vossius, non ab eodem *Aeliano*, qui *libros de Natura Animalium* condidit, *Variam Historiam* conscriptam fuisse existimarunt. Post hos denique Cl. Perizonius evidentissimis usus argumentis, utrumque *Opus* cum *Variae Historiae*, tum *de Natura Animalium*, uni eidemque *Aeliano* tribuendum esse non minus erudite quam verè docuit, eumque ab *Aeliano*, qui *Tactica* conscripsit, distinguendum esse ostendit: quod visum quoque fuerat Viro Nobilissimo,

* *Hierozoic. Part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 46. *pag.* 522. & *cap.* 55. *pag.* 627. *Part.* 11. *lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 21.

† *Append. Observ. ad Pompon. Melam pag.* 38.

mop,i* Joanni Triſtano a Sancto Amantio, qui *Noſtrum* non ſolum integri plus ſeculi intervallo juniorem fuiſſe *Tacticorum Scriptore*, ſed etiam κατηγορίαν τοῦ Γύννιδος, quam ab *Aeliano* compoſitam fuiſſe refert Philoſtratus, non Domitiani, ſed Helagabali profuſam libidinem & nequitiam perſtrinxiſſe, dudum ante Cl. Perizonium, primas

* *Comment. Hiſtor. Tom. I. pag.* 276. Au ſurplus, le ſuſdit paſſage d'Elian me fait ſouvenir d'advertir le Lecteur, que ce n'eſt pas du Sophiſte (comme *Geſner* l'a creu) lequel a eſcrit des Animaux, mais d'un autre plus ancien, comme ie le viens de dire; ce qui ſera aiſé de juſtifier: (Car en premier lieu, il eſt certain que ſi celuy qui a eſcrit curieuſement des Animaux, euſt eſté le meſme avec celuy qui a eſcrit ΠΕΡΙ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΩΝ ΤΑΞΕΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ, qu'il faudroit qu'il euſt veſcu plus de cent cinquante ans: Car ceſtui-cy vivoit ſous Nerua & Trajan, auquel il dédie ſon livre, & non à Hadrian (comme ſon Interprete ſe l'eſt imaginé, & comme la lecture de ſon Proéme le juſtifie aſſez. Et le jeune Philoſtrate nous donne à connoiſtre que celuy qui a eſcrit des Animaux, devoit avoir veſcu ſous Elagabale; diſant que le Sophiſte Elian imitoit quelquefois le ſtile de *Dion Pruſæus*, (que chacun ſçait avoir veſcu ſous Trajan) & qu'il avoit ouy és Eſcholes le Sophiſte *Pauſanias*. Or eſt il que non ſeulement pour avoir imité le ſtile de Dion, il faloit qu'il euſt veſcu depuis luy; mais meſme que pour avoit ouy *Pauſanias*, il faut qu'il euſt veſcu ſous les regnes de Severe & de Caracalle, voire au deſſous: car *Pauſanias*, ſelon le meſme Philoſtrate, avoit eſté diſciple du renommé Sophiſte Herode, qui vivoit ſous Marc Aurele & ſous Commode; & partant s'il l'avoit luy meſme eſté de *Pauſanias*, il s'enſuivra qu'il faut neceſſairement conclure qu'il n'eſtoit en reputation que ſous Elagabale, & ſous Alexandre Severe. Car ce meſme Autheur remarque, qu'il avoit compoſé un livre Apologetique contre un Empereur effeminé, qui avoit regné un peu auparavant, que je ne doute nullement avoir eſté l'infame Elagabale, le plus mol & effeminé, non ſeulement de tous les Empereurs Romains, mais meſme de tous les hommes. Joint qu'il eſt hors d'apparence de croire, qu'un homme, lequel, comme ce dernier Elian, ne bougea jamais de ſa maiſon; ſans ſortir de l'Italie, ait pû avoir une ſi exacte connoiſſance de l'Art Militaire, que paroiſt avoir eu celuy qui a eſcrit les Tactiques.

Tom. II. *pag.* 323. Or ie ne ſçay ſi le Sophiſte Aelian n'avoit point uſé de ce nom ou ſurnom pour deſigner l'infame & desbauché Elagabale, en l'invective que Philoſtrate remarque qu'il fit contre lui apres ſa mort. Mais dans les imprimez de Philoſtrate, il ſe void qu'il luy en donne un autre qui vaut bien celuy de γύννις. Car il y eſt appellé γύνις, & non pas γύννις. Mais quoy que ce ſoit que ce nom ait eſté ſubſtitué à l'autre, ou qu'il ne l'ayt pas eſté, il n'eſt pas moins digne d'eſtre expliqué & illuſtré. Voicy donc ce que Philoſtrate remarque parlant du Sophiſte Aelian. Un jour Philoſtrate natif de *Lemnos* le trouva tenant un livre qu'il liſoit avec un geſte & trait de viſage pleins d'indignation, & luy ayant demandé de quoy ce livre traitoit, qui lui faiſoit faire ces grimaces. Καὶ ὃς ἐπεπαύσατό μοι, φησί, κατηγορίας. Εἶτα ἐγὼ ἐρόμην· καλῶ δ' ἔτω τὸ ἄρτι τοιοῦτον ἐμέσαντα; ἐπεὶ δ' ἀπελέγχει πάνυ τὸ βιβλίον ἔχων. C'eſt à dire, il luy répondit que c'eſtoit une accuſation compoſée par luy contre *Gynnis*, & qu'il appelloit ainſi le Tyran, qui un peu auparavant avoit extremement deshonoré l'Empire Romain par ſes infames paillardiſes, honteuſes, & brutales proſtitutions.

mas ſibi in *Aeliani* aetate exigenda vindicantem, obſervavit, atque *Aelianum*, qui *Tactica* ſcripſit, Graecum fuiſſe animadvertit; quae ſententia quoque ſedit Cl. Perizonio, & dubio procul veriſſima eſt. Id enim ex *Tacticorum Prooemio* luce meridiana clarius conſtat: quo poſito, non potuit certe *Aelianus Tacticus* fuiſſe idem cum *Aeliano*, qui à Suida *Praeneſtinus*, & in ipſo Codicis Medicei Var. Hiſt. titulo Ρωμαῖος vocatur; quare cum Viris illis eruditis ego hactenus facio, duosque *Aelianos* accurate diſtinguendos eſſe arbitror: unus fuit Graecus, alter Romanus, qui cum Praeneſtino unus idemque; nam urbis iſtius incolae Romani, neque reſtringenda nimis appellatio: unus *Tacticorum*, alter *Variae Hiſtoriae*, & *Operis de Natura Animalium* Scriptor. Nam adeo conſona eſt indoles, & methodus ſcribendi, ut duobus Auctoribus diverſis Opera illa tribui non poſſint; in Codice Mediceo, fateor, ad calcem Tacticorum legitur Αιλιανοῦ ἀρχιερέως Γαχτικὴ Θεωρία, ac ſi *Aelianus*, de quo Suidas agit, quemque ἀρχιερέα fuiſſe dicit, pro libelli iſtius parente habendus eſſet: ſed id adſcribendum Amanuenſium inſcitiae, qui magis diverſa, longiuſque remota confuderunt ſaepe turpiter. Non tamen adſentior Illuſtri † Triſtano, qui per *Graeculum magiſtrum* apud Plinium in *Panegyrico cap.* 13. εἰδικῶς intelligit, aut ſaltem intelligi poſſe cenſet *Aelianum Tacticum*. Nam generalius & amplius quid promittit ibi ſententiae

† *Tom.* I. *pag.* 373. C'eſt dequoy ſe plaint (ce ſemble) Pline en ſon Panegyrique, où il prend ſuject de loüer Trajan, d'avoir par ſon exemple appris à ſes ſujects, la vraye pratique de la milice Romaine, au lieu de cette Theorie Grecque, voluptueuſe, & du tout inutile, quand il dit: *Poſtquam verò ſtudium armorum, à manibus ad oculos, ad voluptatem à labore tranſlatum eſt. Poſtquam exercitationibus noſtris non veteranorum aliquis, cui decus muralis aut civica, ſed Græculus magiſter aſſiſtit; quàm magnum eſt unum ex omnibus patrio more, patria virtute lætari, & ſine æmulo ac ſine exemplo ſecum certare, ſecum contendere*, &c. Or en liſant ce paſſage il m'eſt venu en penſée que ce traict, *poſtquam ſtudium armorum à manibus ad oculos*, &c. pouvoit bien regarder Ælian Autheur Grec, qui compoſa ſous l'Empire de Domitian vers la fin, ou bien ſous celuy de *Nerua*, ſon livre intitulé ΠΕΡΙ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΩΝ ΤΑΞΕΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ, *De inſtruendis copiis more Græcorum.*

tiae ductus, & oppositio certa inter *veteranorum aliquem*, & *magistrum* illum *Graeculum:* olim scilicet quum bellica virtus colebatur verè, juvenes in arte militari magistrum habebant militem veteranum; dein quum res ad luxum & voluptatem deflexerat, magistrum Graeculum, qui palaestrica, & gymnastica potius, quam militari arte imbuebat juvenes curae suae traditos: perstringit istic Plinius morem, quem omnes verè Romani perstringebant ubique, ut de uno *Aeliano* ibi cogitare non modo sit nimis angustum, sed etiam nimis acerbum; & in Comoedia, aut Satyrico scripto id locum habuere potuisset, non in Panegyrico tam gravi, & serio. Quod vero Suidas de *Aeliano* scribit, vixisse ἐπὶ τῶν μετὰ Ἁδριανὸν χρόνων, ejusdem notae est, cujus sunt plura in ista farragine. Recentior scilicet ista adsuit, vel de penu sua promsit, &, quum de aetate *Nostri* nihil certo sciret, habuit satis ἐν πλάτει scribere, eum floruisse post Hadrianum: sic aliquid statuens, statuebat revera nihil. Nam qui vivebat sub Caracalla, sub aliis Imperatoribus, etiam vivebat post Hadrianum, & tempora Hadriani. Callidum fuit hoc commentum Graeculi cujusdam magistri, quo ignorantiam suam affabre obducere poterat: & miror Viros eruditos ad illud μετὰ non advertisse diligentius animum, ut ipsum incertum, quod in eo est, apertius deprehenderint. Nulla igitur hactenus in his difficultas, quae tamen maxima oritur, si Philostrati testimonium de *Aeliano Sophista* paullo accuratius examinemus: de eo enim refert Philostratus *lib.* II. *de Vit. Sophist. cap.* 31. Ἐφασκε δὲ ἀνὴρ οὔτ' μηδ' ἀποδεδημηκέναι πῆ τῆς γῆς ὑπὲρ τὴν Ἰταλῶν χώραν, μηδὲ ἐμβῆναι ναῦν, μηδὲ γνῶναι θάλατταν· ὅθεν ὁ λόγος πλείων ἢ τὴν Ῥώμην ἠξιοῦτο, ὡς τιμῶν τὰ ἤθη. Quod certum adeo & perspicue scriptum quî verum esse potest, si cum his conferamus ipsum *Aelianum lib.* XI. *de Nat. Anim. cap.* 40. ὁ μέντοι ὁ τετράκερως πρόβατα ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ πολιέως ἦν, ὁ τρίκερως. Ἐγὼ δὲ ὁ πεντάποδα βοῦν ἱερὸν ἐθεασάμην ἀνάθημα τῷ θεῷ τῷδε ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀλεξάνδρου τῇ μεγάλῃ ἐν τῷ καλουμένῳ τοῦ θεοῦ ἄλσει, ἔνθα

ἔνθα περσαῖαι σύμφυτοι σκιὰν περικαλλῆ ὁ ὄψιν ἀπεδείκνυντο· ὁ ἦν μόχ ἐνταῦθα τὴν χρόαν κηρῷ προσεικασμένος, ὁ ἐπὶ τοῦ ὤμου πόδα ἐπηρτημένον εἶχεν, ἀσύνεργον μὲν ὅσα ἐπιβῆναι, τέλειον δὲ ὅσα εἰς πλάσιν. Καὶ ταῦτα μὲν δοκεῖ τῇ Φύσει ὁμολογεῖν οὐ πάντως· ἐγὼ δὲ ὅσα εἰς ἐμὴν ὄψιν τε καὶ ἀκοὴν ἀφίκετο, εἶπον. An, quod *Philostratus* dixit, per mendacium dixit? an quod in *Opere de Natura Animalium* scripsit *Aelianus*, ab alio sumsit, idque in collectanea sua transferens non redegit ad istam normam, ad quam redigenda erant singula, quae ab aliis mutuabat? Neque hoc, neque illud probo, aut quisquam probare potest, cui aliquod ingenium vel judicium est. Quid igitur? hic aqua mihi plane haeret, & omnes Eruditos obnixe rogo, ut difficultatem adeo magnam, & adeo perspicuam considerent, & expediant, si possint; rem gratissimam & mihi, & Eruditorum choro haud dubie facient. Scimus apud *Philostratum* libros variare, & pro Αιλιανὸς Schenkianum MS. quem novissime contulit Vir eruditissimus, Gottfridus Olearius, diserte exhibere Φιλιανός. Istam diversitatem simul considerent, ut optimi Codicis istius haud negligatur auctoritas, quae, ubi de *Aeliano* referuntur, quae ipse *Aelianus* negat, eo ipso certe crescit, & evadere incipit major. Quod ab aliis petimus, nos ipsi etiam tentabimus, si fortè, quod nunc praestare non possumus, aliud tempus nobis largiatur aliquando: in dies nempe in animo nostro augetur studium illud edendi *alterum Aeliani Opus de Natura Animalium*, quod ante aliquot annos publice promisimus, & nobis benignam praebet deliberandi moram. Interim cogitent Eruditi, etiam atque etiam rogo: de variis Aelianis, quos vel memoravit Vir summi ingenii, & rarae eruditionis, Joannes Albertus Fabricius *lib.* IV. *Biblioth. Gr. cap.* 21. vel ipse apud alios Scriptores observavi, tunc loco etiam suo diligenter agam. Nunc restat, ut, quid in hac Editione *Variae Historiae* a me praestitum sit, tibi, Erudite Lector, paucis exponam.

In contextu Graeco constituendo sequutus sum Editionem Cl. Perizonii, a qua nusquam discessi, nisi adjutus codicibus MSS. atque ut

minus aliorum conjecturis, ita minimum meis indulsi. Codices vero MSS. quibus usus sum, fuerunt, unus Mediceus, quem Parens meus olim contulit, alter Sluiskianus, cujus ope Cl. Perizonius ingentem mendorum numerum ex *hoc Aeliani Opere* sustulit: quo minus vero operae in excutiendo hoc MS. positae me poeniteat, fecerunt, quae hanc *Variam Aeliani Historiam* comitabantur, *Enchiridion Epicteti*, *Excerpta ex Antonino de Vita sua*, & *Heraclide de Politiis*, & quaedam capita ex *Aeliani libro* I. *de Natura Animalium* desumta. Hujus codicis usum mihi lubens praestitit Vir eximius, & rei antiquariae peritissimus, Petrus Bardon, Medicinae Doctor. Insuper contextui subjunxi integras notas Gesneri, Schefferi, Fabri, Konigii, Kuhnii, & Perizonii, quibus etiam accedunt curae secundae Conradi Gesneri, quas debere me agnosco humanitati Reverendi admodum, & doctissimi Viri, Joannis Caspari Hagenbuchii, qui singula, quae alter ille aevi sui Plinius in exemplari *Operum Aeliani* a se edito adnotaverat, accurate descripta ad me transmisit. *Fragmenta* quoque *Aeliani* a Cl. Kuhnio e Suida potissimum collecta, Ejusdemque & Cl. Perizonii notis, atque animadversionibus nostris illustrata, & Indices quatuor in calce hujus Editionis exhibui, & Graecum ordine primum plerisque, quae Schefferus & Kuhnius in eum congesserant, auxi. Unum, antequam Te valere jubeam, Lector, adjicere debeo. Inter illos, qui Aeliano operam navaverunt, superiori seculo huic *Variae Historiae* illustrandae manum admovisse Janum Gebhardum constat ex duabus Ejusdem Epistolis ad Joannem Kirchmannum, quae exstant inter Epistolas Cl. & Doct. Virorum a Marquardo Gudio collectas. Vide *Epist.* CCXXXIII. & CCXXXIV. Nunc Te diutius non detinebo. Vale igitur, Benigne Lector, & his fruere, mihique fave.

CAMILLI PERUSCI DEDICATIO.

ΠΑΥΛΩ, ΤΡΙΤΩ, ΜΕΓΙΣΤΩ, ΑΡΧΙΕΡΕΙ

ΚΑΜΙΛΛΟΣ Ο ΠΕΡΟΥΣΚΟΣ

ΧΑΙΡΕΙΝ.

Οὐδέν μοι δοκεῖ μᾶλλον, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἐπιστήμης κόσμον τε, καὶ εὐμάθειαν, καὶ πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων πολυπειρίαν, καὶ ἀκριβῆ διοίκησιν συντελεῖν, ἢ αἱ τῶν ἱστοριῶν συλλογαὶ, καὶ πρόχειρος ἀνάμνησις. ἐκ τούτων γὰρ καὶ τὰ τῆς φύσεως δυσχερῆ ἐπινοοῦμεν, καὶ τὰ πολιτικά τε, καὶ κοινὰ, καὶ οἰκεῖα διοικεῖν ἐκμανθάνομεν, καταθέμενοι ἐν τῇ διανοίᾳ ὡς κάτοπτρόν τι τῶν πραγμάτων, ἐν ᾧ οἷοί τε ὦμεν, οὐ μόνον τῇ σκέψει τὰς ἐπινοίας διερευνᾶν, καὶ σκοπεῖν, ἀλλ' ἔτι ὡσανεὶ ὀφθαλμοῖς τί πρακτέον ἐμβλέπειν. πολλὰ μὲν εἶχον ἂν παραδείγματα τῶν σοφώτατα, καὶ ἀκριβέστατα πολιτευσαμένων, καὶ πολὺ ταῖς παιδείαις διαπρεψάντων, οὐ μόνον διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, ἀλλ' ἔτι καὶ διὰ τὴν τῶν ἱστοριῶν ἐπίγνωσιν ἀγχινουστάτων, καὶ πολυμαθεστάτων γεγονότων. ἐπειδὴ δὲ παρόν ἐστί μοι, μέγιστε Ἀρχιερεῦ, παράδειγμά σε ἐπισῆσαι τῶν ἄλλων ἐπιφανέστατον, καὶ βεβαιότατον, ἐάσας τάτ' ἄλλα καὶ τὰ τῶν παλαιῶν, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας μνήμης πάνυ διεστώτων, μόνην τὴν σὴν ἀγχίνοιαν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ περὶ τὰ μεγάλα πολυπραγμοσύνην μαρτυρίαν ἐμβαλοῦμαι. συνῆκα γὰρ πολλάκις ὅσην ἔθου σπουδὴν, καὶ περὶ τὰς ἄλλας παιδείας, καὶ οὖν καὶ περὶ τὴν τῶν ἱστοριῶν γνῶσιν, καὶ προχειροτάτην ἀνάμνησιν, ἑτοίμως καὶ ἀκριβῶς τὰς ἱστορίας διεξερχομένου σου ἀκούσας, καὶ περὶ διαφόρων φυσικῶν

τε,

τε, καὶ θεολογικῶν προβλημάτων διαλεγομένου, ῥᾷστα πέπεισμαι πρὸς τὴν τούτων κατάληψιν, μετὰ φύσεως ἀγαθῆς τὴν σπουδὴν, καὶ ἐπιμέλειαν, αἷς περί γε πάντα, καὶ ϖρὸς τὰς παιδείας συντόνως ἐχρήσω, καὶ τὴν μνήμην τῶν νουθετικῶν θησαυρῶν ταμεῖον, ᾗ πάντας ὑπερβέβηκας, συναγωνίσασθαι. σαφῶς μὲν γὰρ οἶδα οὐδὲν μείζονι φροντίδι σπουδάσαντα τὰς ἐπιστήμας, καὶ φιλοσοφήσαντα, καὶ πολιτευσάμενον, ἐνδεῖξαι φανερῶς οὐκ ἀπολίτευτον τὴν φιλοσοφίαν, τῇ μνήμῃ δὲ πάντας σε τοὺς ἄλλους ταύτῃ σεμνυνομένοις ὑπερβαλέσθαι, βεβαίαν, ὡς καὶ τὴν τοῦ σώματος ϖῶμην μέχρι τοῦδε τῆς ἡλικίας διαφυλάξαντα. καὶ Κάτωνι μὲν, ᾧ φασι τὴν ὑπερβάλλουσαν μνήμην, οὐ μικρὸν τῆς εὐγενείας σημεῖον ὑπάρξαι, οὐ μόνον οὐ παραβάλλω, ἀλλὰ τοσοῦτον ἐκεῖνον ἠτιῆθῆναι νομίζω, ὅσον σὺ καὶ παιδειῶν ϖοικιλότητι, καὶ ἐπιστημῶν εὐμαθείᾳ, καὶ πράξεσι μεγίσταις ϖᾶσι διενήνοχας, ὥστε ϖολὺ ϖλέον ἐκείνου σοι, καὶ εὐγενείας, καὶ ϖολυμαθίας, καὶ ϖολυπειρίας τὴν μνήμην γενέσθαι σύμβολον. τοιῷδε ὁρμώμενος ϖαραδείγματι ὁ αἰδεσιμώτατος, καὶ ϖεφανέστατος Καρδινάλις Φαρνήσιος Ῥωμαίας τε, ᾗ Ἑλληνικῆς διαλέκτου ϖεισπούδαστος γενόμενος ἀεὶ ϖερὶ ϖᾶσαν διδασκαλίαν, καὶ μάθησιν καλινδεῖται, καὶ ὁσημέραι προκόϖτει μᾶλλον, ὅ ἐστι ϖάνυ θαυμαστὸν ἐν τοσούτων ϖραγμάτων διοικήσει, ἃ διαϖραττόμενος, εὐνοϊκῶς τε τοῖς αὐτῷ ἐντυγχάνουσι τὴν ἀκοὴν καταχαριζόμενος, ἐϖιμελῶς ᾗ σωφρόνως διοικεῖ, καὶ ταχέως ἐξανύει. τῷ αὐτῷ δὲ, καὶ ὁ λαμπρότατος Ἁγίας Φλῶρας Καρδινάλις ἑϖόμενος ϖαντοίας ἐπιστήμας, φρονίμως, καὶ σοφῶς τὰ δέοντα χρηματίζων, μετίεται, ὥσϖερ γὰρ ἄμφω κατὰ γένος σοι ϖροσήκουσι, τὰ αὐτὰ ὁμοίως σοφίας ἐϖιτηδεύματα μετέρχονται. Σκεψάμενος τοίνυν ἐγὼ ὅσον τῇ τῶν ἱστοριῶν ἀναγνώσει τέρϖεσθαι, ὅσον τε ἐκείνων ἀϖολαύειν, καὶ τοὺς σπουδαίους φιλοφρονεῖν, καὶ ἀγαθῶν εἴωθας, οὐκ ἔξω μέλους ϖοιήσειν ᾠήθην, εἰ τοῦτο τοῦ Αἰλιανοῦ μικρὸν ϖοικίλης ἱστορίας βιβλίον σὺν ἄλλοις τισὶν ἐγχειριδίοις ἐκδοίην, σοὶ μὲν τέρψιν οὐ μικρὰν, σπουδαίοις δὲ ὠφέλειαν ἐμϖοιησόμενον μεγάλην. καὶ ταῦτα, ἐϖειδὴ Ῥωμαῖος ὢν Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ τερϖόμενος συνέγραψε, καὶ ἄλλος τις Ῥωμαῖος ταύτῃ συγγραφάμενος, τάχα οὐ διεσώθη ἐς ἡμᾶς,

ἠτίκισε

ἠτίκισε δὲ, καὶ ἔγραψεν ἠδέως, ὡς καὶ μελίγλωσσον, καὶ μελίφθογγον καλεῖσθαι δικαίως ἀξιωθῆναι. τοσούτῳ δὲ μᾶλλον ἐπίχαρες ἔσεσθαι νομίζω, ὅσον μέχρι τοῦδε ὀλίγοις ἀνεγνώσθη, ἢ ὁλοκλήρως ἐνενοήθη διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων φθοράν, νῦν δὲ ϖολλῷ μὲν ϖόνῳ, καὶ σπουδῇ τῷ συμϖολίτῃ ᾧ ἐδυνήθην συμϖραξάμενος διώρθωσα, καὶ ϖᾶσιν ἀναγνωσθῆναι μετέδωκα, ἐϖωφελεῖς οὕτω ϖόνους μήτε κρύϖτεσθαι, μήτε ἀϖολέσθαι ἐάσας, ὅσον γὰρ ϖρὸς τὴν ϖολλῶν, καὶ ϖοικίλων ἱστοριῶν τῇ συντομίᾳ ἀνάμνησιν, καὶ τῶν ὑϖ' οὐδενὸς ὧν ἔχομεν συγγεγραφεισῶν ἐϖίγνωσιν χρησιμεύουσι, ϖείρᾳ μᾶλλον, ἢ λόγῳ διαβεβαιωθήσεται. Προσέθηκα δὲ καὶ τὰ τοῦ Πολέμωνος, καὶ Ἀδαμαντίου Φυσιογνωμονικῶν βιβλία, ϖάνυ μὲν ϖαντὶ, καὶ μάλιστα τῷ μέλλοντι ϖραγματεύσασθαι ὠφέλιμα ϖρὸς τὸ εἰδέναι τίνι δεῖ συνομιλεῖν, καὶ τίνι συνδιαιτᾶν, τίνι τὶ ϖιστέυειν, ἢ τίνας δεῖ ἀϖοφεύγειν, καὶ φυλάττεσθαι, ἐϖίσασθαι δὲ ἐκ σημείων, ἃ ἡ φύσις ἑκάστῳ λάθρα ἐνεχάραξε, καὶ ἐν ϖροσώϖῳ, καὶ ἐν ἄλλοις σώματος μέρεσι. συνοϖτικωτέρως μὲν τῷ Πολέμωνι, ἐναργέστερα δὲ τῷ Ἀδαμαντίῳ, ἢ ϖαρ' Ἀριστοτέλει γέγραϖται, τούτων μὲν θάτερον ἐξέδωκα, ὅτι διορθώσεως οὐ μικρᾶς ἐνέδει, θάτερον δὲ, ὅτι ἐνετυϖώθη μὲν ϖρότερον, οὐκ ἀκριβῶς δὲ οὐδὲ ὀρθῶς, ὡς ἔϛαι ἰδεῖν, καὶ γνῶναι σαφῶς τοῖς ἀμφότερα συγκρίνασι. Πάντα δὲ ταῦτα ϖολλῇ ἐϖιμελείᾳ καθήρας, καὶ ἐξ ἀμυδρῶν, ὅσον ἐϖ' ἐμοὶ λαμϖράτε, καὶ εἰλικρινῆ ϖοιήσας, καὶ εἰς σαφήνειαν ἀναγαγὼν τῇ σῇ ϖολυμαθεϛάτῃ κρίσει ὑϖοτίθημι, τῇτε εὐνοίᾳ, ᾗ ϖάντας τοὺς σπουδαίους φιλοφρονεῖς ἐϖιτρέϖω, καὶ τῷ σῷ ἁγιωτάτῳ ὀνόματι ἀνατίθημι, ὅϖως ἂν τούτου συμϖραξαμένου ῥᾳθέντα μᾶλλον ἐξιέναι δύνωνται, ἅϖερ (ἐϖιεικῶς καὶ φιλοφρόνως ϖαρακαλῶ) δῶρα ϖαρ' ἐμοῦ, σοι ϖλείϛην ὀφείλοντος χάριν διὰ ϖλείϛας εἰς ἐμὲ εὐεργεσίας, δέξαιο· εὐεργέτημα δὲ τοῦτο τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον νομίσας, ᾗ ϖάντα ὅσοις με δεξιώσῃ μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου διαφυλάξω. Ἔῤῥωσο.

ΕΙΣ ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΒΙΒΛΙΑ

ΚΑΜΙΛΛΟΥ ΠΕΡΟΥΣΚΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Λάμβανέ μ' ἐς χεῖρας σοφὸς ὢν, ἢ νηὶς ἁπάντων,
Ἐσσομαι οὐ μικρὸν ἀμφοτέροις ὄφελος,
Πᾶσι βατὸς πέλομαι μεθὸς μὲν κῆπος ὀπώρας
Παντοδαπῆς, εὔροις Ἀττικὸν ἔνθα μέλι.
Τοὔνομα καὶ γενεάν μου πατρίδος ὕψος ἀμαυροῖ,
Ἦν γὰρ ἐμοὶ Ῥώμη κυδιάνειρα πατρίς.

JUSTI VULTEII
DEDICATIO.

JUSTUS VULTEJUS WETTERANUS

JOANNI PINCIERO,

CONSOBRINO SUO S.

Cum superioribus Annis Bellici motus & arma totam Germaniam occupassent, videbam extinctis penè scholis, plerosque à liberalibus studiis discedere: nonnullos etiam, qui majores progressus in literis fecissent, civitatibus ac patriæ suam operam impertire. Quidam vero privatam recolendarum artium rationem instituerunt, ut cum ulterius progrediendi ac discendi plura facultas non daretur, interim ad ea, quæ cognovissent, usum & exercitationem adhiberent, ac locupletiora redderent, aut saltem percepta conservarent. Quo tempore deliberanti mihi quid potissimum facerem, aut quomodo meis rationibus consulerem, venit in mentem tantisper in pristinis studiis operam consumere, ac permanere, donec quò res evaderet,

deret, sciremus. Opportune igitur accidit, ut eodem cohortatio doctissimorum virorum accederet, quorum ego consiliis refragari piaculum ducebam. Ii cum in levioribus periculum feciſſent, quid in reliquis præstare possem, Aelianum mihi de Græco in Latinum convertendum proposuerunt. Ita fit, ut neque ambitione ductus hoc onus susceperim: neque verò impulsus temeritate, quæ solet in hanc ætatem, qua ego sum, frequenter cadere. Eruditorum hominum voluntati morem gerens, non solum meis, verùm etiam aliorum studiis utilitatem aliquam adferre volui: quorum alterum me adeptum esse sentio: alterum an assequutus sim, ego de me ipso affirmare non debeo: est enim arrogantis; neque verò negare, quod est temerarii. Penes te, Pinciere consobrine, Græcæ linguæ peritissimum, & tui similes doctos viros judicium esto. Equidem tibi præ cæteris hunc authorem inscribendum, & has mearum lucubrationum primitias dedicandas censui, multas ob causas. primùm, quoniam ad hoc præclarissimum literarum studium, suasor & author mihi semper extitisti: cui quicquid in eo profeci, quamvis exiguum est, tamen quicquid id est, acceptum referre debeo. Deinde quòd cognatione benevolentiaque mihi es conjunctissimus: tum quòd scriptor est ejusmodi, qui tibi in primis conveniat, cum ob admirandam facundiam, & Atticam dictionis concinnitatem, cujus te perstudiosum esse animadverti: tum quòd sylvam quandam uberem & copiosam, omnique rerum & exemplorum genere refertam complectitur, quæ cupidum varietatis plurimùm delectare, & avidum cognoscendi juvare multum potest. Postremò fuit necessarium, ut aliquem hujus editionis mihi patronum assumerem: qui si forte labor meus in calumnias malevolorum quasi scopulum incurrisset, vindicare me à crimine, velut naufragio posset. Etenim est hæc ætas nescio quo fato ad criminandum proclivior, quam ad laudandum propensior, ut ne summis quidem scriptoribus, Aristoteli, Homero, Ciceroni parcat. Quæ cum ita

ſint, quid ego de me futurum ſperare debeam, facile eſt conjectura augurari. Quanquam verò multos habeam in ea re patronos & advocatos, tamen Ciceronem aliquem & perfectum oratorem te cupio ad hanc cauſam adjungere, qui neminem calumniantem non facile vel authoritate, vel eruditione, vel orationis facultate, repelles & confutabis. Hæ rationes me impulerunt, Pinciere conſobrine, ut hanc verſionem, qua Aelianum Latinum feci, tibi potiſſimum dedicarim. Cæterùm in ejus narrationibus quid eſt non egregium, non præſtans, non idoneum vel ad cognoſcendum, vel ad imitandum, fugiendúmve? Nam quæ ſine aſſidua multorum ac diverſorum authorum lectione & ſingulari diligentia colligi non potuerunt, ea nobis Aelianus in unum quaſi faſcem, mirabili verborum elegantia redegit, ut uno labore, ſine tædio faſtidióque plurima ac diverſiſſima animo comprehenderemus. Quid verò deeſt ſermoni? Quid non in eo terſum, elegans, politum & Atticum? plane ut Romanus Græca eloquentia multos Athenienſes videatur excellere. Quod Philoſtratum non fefellit, cum in ejus vita ſic ſcriptum reliquit: ἠττάκιζε δ' ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι. Sed ille neque eget ſane meo præconio, neque ut maxime vellem, ſatis pro dignitate laudibus vehere poſſem. Proinde ſtudioſos adoleſcentes ad Ælianum quàm diligentiſſime legendum, evolvendumque adhortor, qui ita brevibus multa variáque complexus eſt, ut nemo vel operam vel tempus, quod in hunc impenderit, ſit perditurus, & omnes rogatos volo, ut hunc meum conatum in meliorem partem interpretentur. De te, Pinciere, non mihi dubium eſt, quin pro mutuo noſtro amore, & cognatione munus hoc à me profectum levidenſe boni conſulas. Vale. Francofurti. Anno 1548.

JOAN-

JOANNIS SCHEFFERI DEDICATIO.

VIRO
NOBILISSIMO AMPLISSIMO
DN. JOHAN. JACOB.
ZIEGLERO,
REIPUBLICÆ SCAPHUSENSIS CONSULI
DIGNISSIMO

JOANNES SCHEFFERUS
ARGENTORATENSIS

S. P. D.

Triennium ferme eſt, vir Nobiliſſime, cum mihi vir Clariſſimus, nec à me ſine reverentia nominandus Joan. Henricus Bœclerus, pro ſingulari ſua erga me benevolentia, literas ad Te daret, ut per urbem veſtram iter tum in Gallias facturus, eas Tibi traderem. Arripui cupidiſſime iſthanc occaſſionem, ut viro eruditione, prudentia regendæ reipublicæ, quæque his conjuncta eſſe debent, eloquentia humanitateque, apud ſuos pariter & exteros celebri ac claro, innoteſcerem, & quem fama tantum hactenus cognoveram, ipſum coram viderem. Ego enim ab ineunte ætate in id ſemper juveni incumbendum exiſtimavi, qua ratione optimis ac præſtantiſſimis ubique viris ſe adjungat; quia nulla ratione citius effecturus eſt, ut eis ſimilis evadat, quam ſi frequens cum ipſis ſit, eorumque vitam & præclaras actiones ad imitandum ſibi proponat. Obſiſtebant tamen mihi talia meditanti primum animus infirmitatis ſuæ conſcius, quique inde pro-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

provenire ſolet, metus, deinde fortuna tenuis, quandoque etiam adverſa. Maxime vero ipſa plerorumque, cum ſe magnos ſentiunt haberi, arrogantia, qua ſæpe audivi, ut humiliores ſoleant excipere, & alto faſtu juxta ſe deſpicere. Igitur huc usque me continui, tutius eſſe ratus, certe honeſtius latere, quàm magnas cum moleſtia ambire amicitias, & cum riſu atque indignatione non admittti. Poſtquam vero ab his vitiis Te didiciſſem eſſe longe remotiſſimum, facile ab animo meo impetravi, ut excuteret pavorem Tuæque facilitati confideret. Nec fefellit me iſthæc & aliorum & mea de Te opinio. Tanta enim & tum ſtatim, & deinde omni tempore me proſecutus es humanitate, ut majorem à quoquam deſiderare non debeam, ſperare vero non poſſim. Nam & literis inviſere me, licet plurimis iiſque publicis negotiis occupatus, conſueviſti, & res meas ſumma diligentia procurare. Pro qua benevolentia diu mecum animo cogitavi, quas dignas Tibi referrem gratias. Nam ſi forte Filio Tuo, quem ante biennium ſtudia ſua communicare mecum voluiſti, à me quid præſtitum, præterquam, quod exiguum eſt ac pene nihil, id jam pridem ita à Te compenſatum habeo, ut non exolvere, ſed tribuere officium voluiſſe videaris. Cæterum cum nulla hactenus occaſio ſe obtuliſſet, eam ſtatui arripere, quæ his diebus oblata mihi, licet talis non ſit, qualem opto, ea tamen eſſe videtur, quam omittere non debeo. Cum enim Ælianum Noſtrum typographus abſolverit, jamque in lucem is ſit proditurus, Tuo eum nomini inſcribere decrevi. Non culpabis, ſi Te bene novi, meam hanc in referenda gratia audaciam, ſi præſertim cogites, me hujus quoque rei magnam partem benevolentiæ Tuæ debere. Ex quo enim de inſtituto noſtro certior es factus, quantum equidem in Te fuit, quicquid adiumento mihi eſſe potuit, humaniſſime mecum communicaſti. Redit ergo iterum ad Te Ælianus, neque quidquam rogat, quam ut benignis oculis ſuſcipere ipſum, ac contra ſiniſtra ſæculi judicia velis defendere. Ita enim

enim hodie comparatum eſt cum optimis quibusque, & his præſertim ſtudiis, ut non deſpectui tantum, id quod parum eſſet, ſed & odio ſint: nec ad invidiam, egeſtatem, adderem pene etiam infamiam quidquam citius faciat, quam vel legendis hiſtoriis clarisque veterum monumentis, vel explicandis iis operam inſumſiſſe. Proinde ac ſi abjectiſſimorum & viliſſimorum mortalium hæc eſſent otia, nec ad rem ullam, quam ad oblectationem inaneſque fabulas prodeſſent. Cum igitur, id quod certiſſimis documentis comperi, Tu longe præclarius cordatiuſque de hoc genere ſentias, juro merito hæc rudimenta noſtra primoſque labores Tibi conſecro, opemque Tuam in defendendis iis imploro, cui non difficile fuerit, ea qua ubique polles auctoritate, ſiniſtra hominum judicia, qualia non defutura ſcimus, cohibere. Id quod non eo peto operoſius, quaſi quidquam dubitem de Tua promptitudine, ſed ut iterum benefaciendi mihi materiam Tibi ſubminiſtrem. Cui juxta cum optimis ac præſtantiſſimis quibuſque viris nihil amplius placere ac gratum eſſe poteſt, quam humanitatis Tuæ virtutumque plurimos ubique teſtes comparaſſe. Vale. Dabam Argentorati 22. Martii. Anno MDCXLVII.

JOANNIS SCHEFFERI

PRÆFATIO.

LECTORI BENEVOLO S.

Cum inter alios Scriptores Græcos pridem Ælianus etiam ad manus noſtras perveniſſet, noſque variam ipſius Hiſtoriam ſemel ite-

rumque perlegiſſemus, ſtatim judicavimus non alium auctorem in ea lingua ad conatus primos juventutis ſublevandos eſſe accommodatiorem. Nam ſi mores ac ingenium juvenum perpendimus, nemo eſt, niſi forte ſuimet ipſius ignarus, qui non intelligat, adverſum eis eſſe, quicquid paulo prolixius, aut à ſenſu vulgari eſt remotius. Cujus quidem rei cauſa non eſt alia, quam infirmitas ætatis ac judicii, quod cum ad res graviores non pertineat, nec ſuſtinere etiam eas poteſt, aut ex iis aliquam percipere jucunditatem. Prorſus ſicut qui oculis luſciunt, lucem claram, aut quorum aures tinniunt, egregiam harmoniam citharæque ſonum nequeunt perferre. Ita fit ut plerumque maximo cum tædio, in Cicerone, Demoſthene, Plutarcho, vel ſi quid præſtantius antiquitas protulit, verſentur: Ex adverſo autem hiſtorias facillime audiant, nec audiant tantum, ſed & addiſcant. Non quod non longe optima ſint, quæ à Cicerone ſcripta ſunt, aut à Demoſthene, ſed quod ingenio juventutis ac naturæ non accommodata. Cujus rei teſtem producere poſſemus ex veteribus Quintilianum, niſi omni teſtimonio major ipſa Nos ubique id experientia doceret. Ac in Latinis quidem abunde ſatis ei jam proviſum eſt. In Græcis vero adhuc laborare videbatur. Iſocrates enim, Heſiodus, Homerus, ut ſunt optimi Scriptores & ab omni ævo pro præſtantiſſimis ſemper habiti, ita intellectu difficillimi. Nam & ſtylo, poëtæ præſertim, utuntur, qui à vulgari aliquantum diſcrepat, & in hujuſmodi verſantur argumentis, quæ ut ab infirmo adhuc judicio comprehendi nequeunt, ita neque diligi vel amari. Quare fruſtra his Scriptoribus juventutem innocentem fatigamus, nihil effecturi, quam ut ad poſtremum inviſo labore exhauſta deficiat, & literarum ſtudia, quæ colere debebat, deteſtetur. Igitur cum Ælianus inter Græcos, ſicut dixi, ad hanc rem aptiſſimus, non mihi tantum, ſed aliis longe harum rerum peritioribus ſit viſus, eum in manus ſumere, & ad uſus publicos accommodare decrevi. Præterquam enim, quod in ſtylo eſt

eſt puriſſimus, talia etiam tractat, quæ non admittant modo juvenes, ſed ultro etiam invitent. Cui enim ex iis non jucundum ſit audire priſcas conſuetudines, verba, ſententias. Diſcere, quis equum princeps conſcenderit, quis oleum, quis res alias in communi vita utiles apud hanc illamve gentem invenerit. Qui vino plurimum & ebrietati indulſerint, qui epulis & quibus quique maxime ſint delectati, qui contra temperantes vixerint, in veſtitu fuerint modeſti, in oratione clari, in victu ſobrii. Qui mortes liberorum magno animo tulerint, qui res clariſſimas ubique geſſerint. Eaque ſingula tanta brevitate varietateque ut non niſi optime juvenibus placere poſſint. Habet enim neſcio quid vagum ac inconſtans puerilis animus, nec temere afficitur, niſi variis ejuſcemodi rebus. Quanquam & hæc ipſa varietas Scriptoris noſtri ipſis uſui eſſe poſſit, quippe qua quicquid ex omni Græca maxime hiſtoria notatu memoriaque dignum occurrebat, in unum quaſi faſcem, copiæque cornu maxima ſedulitate collegit, ut ſic ii, qui mores juvenum formare ſolent, ſatis aptam habeant occaſionem, qua res prope cunctas à celebri Græcorum gente geſtas, quas plerique his deſtituti ſubſidiis ignoramus juxta & contemnimus, iis explicare poſſint, & ad altiora mentes ipſorum animumque imbuere. Non addo, quod hæ ipſæ hiſtoriolæ exemplorum inſtar eſſe poſſint, ſub quibus & à vitiis commode dehortari, & ex adverſo ad virtutes incitari poſſint. Neque enim dubito alio fine iſta Noſtrum conſcripſiſſe, quam hoc ipſo, ut ad certa virtutum vitiorumque capita ſingulas hiſtorias, ſi vixiſſet diutius, redigeret. Nam alias non tanti eſt, noſſe eos, qui in paupertate magna majore continentia vixerint, quive contra luxu vitam amiſerint, niſi alterum ad imitandum, alterum ad evitandum nobis exemplum eſſet. Habes, lector benevole, præcipuas cauſas, ob quas hunc potiſſimum Scriptorem in manus ſumere, notiſque quibuſdam noſtris cœpimus illuſtrare. Quæ tanto magis videbantur neceſſariæ, quo depravatior hic auctor ad nos

eſt transmiſſus. Primum autem, ut de omnibus Tibi conſtet, ſcias, textum ita nos retinuiſſe, qualem eum quondam edidit Geſnerus, ut de multis aliis, ſic cumprimis etiam de hoc ſcriptore optime meritus, nec quidquam immutaſſe, niſi ubi evidentiſſima emendationis à doctiſſimis hominibus jam ante factæ ratio apparebat. Cætera conjeciſſe in Notas, in quibus non ex conjecturis noſtris, quas fide codicum MSS. deſtituti interſerere noluimus, ſed ex optimis quibuſque Scriptoribus, Ariſtotele, Plutarcho, Strabone, & imprimis Athenæo depromptas reperies emendationes. Quæ ſi placere Tibi poterunt, dignæque videbuntur, quæ recipiantur in textum, facile adſcribes: ſin minus, ſuo loco relinquere haud gravaberis. Præter iſta etiam alios annotavimus Scriptores, à quibus hiſtoriæ narrantur, ut juventus habeat, in quo comparando verba omnium, deſcriptiones, ſententias inter ſe, ſtylum & induſtriam ſuam exerceat. Sed & Indices adjecimus Latinum unum, alterum Græcum. In quo poſteriore, ſicut oſtentatio nulla eſſe poteſt, ita non nihil laboris & temporis, ob utilitatem manifeſtam, & plurimorum annorum experientia multis in locis firmatam, impenſum eſt. Fatemur, cuncta potuiſſe ſcribi melius, magisque expoliri; nec fortaſſe quiſquam propius, quam nos ipſi intelligimus, quæ in hoc ſcriptore adhuc deſiderantur. Sed & juventuti ſcribere voluimus, ut alias jam monui, ad cujus capacitatem ingenii, qui ſe non demittunt, imperite, ne quid gravius dicam, mihi agere videntur; & quæ adhuc reſtant, ea ſecundis demum curis, ſi ſic Deo viſum fuerit, adiiciemus. Nec enim quiſquam prima ſtatim vice ita ſuum opus expolivit, ut non quotiens reſumeret in manus, aliquid vel emendandum in eo, vel adjiciendum inveniret. De cætero ſi quid hic erravi, quod facile accidiſſe potuit, ſi quid lapſus ſum, peto ut amice me admoneas. Et communis omnium hominum ſortis juxta mecum memor, non ex omni muſtaceo, quod proverbio dicitur: & noſtro hoc ſeculo nimis frequens eſt, lauream quæ-

quæras. Ita & humanitatis laudem, qua nulla gratior eſt virtus hominique decentior, promereberis, & à ſimili in Te invidia obtrectationeque dicam an furore alios deterrebis. Vale, ſtudiiſque noſtris fave.

JOANNIS SCHEFFERI
PRÆFATIO ALTERA
Edit. A. 1662.

LECTORI BENIVOLO S.

Tredecim ſunt anni, cum primum ederem politiſſimum hunc ſcriptorem, notisque aliquibus exponere aggrederer. Sed fuit is conatus tantum meus, à pleriſque, quæ negotio hujuſmodi ſunt neceſſaria, plane deſtitutus. Nam uti de codicibus Manuſcriptis nihil dicam, & ſimilibus aliis, ne quidem judicium noſtrum illud virium roboriſque tum adhuc contraxerat, quod ſufficeret perferendo huic labori. Quare fieri non potuit, quin alicubi hæſitarem, & à recto aberrarem tramite. Quo magis danda fuit opera, licet ne nunc quidem aliis magnopere ſubſidiis ſim inſtructus, quam quæ proprii ſubminiſtrant facultates ingenii, ut ad ſecundam hanc editionem veniretur. De qua quid Tibi polliceri poſſim, Lector benivole, breviter exponam. Ante omnia propoſitum noſtrum fuit, textum dare optimis editionibus, Romanæ ac Geſnerianæ conformem. Sunt quidem in eo non pauca valde dubia, quædam etiam manifeſte vitioſa. Sed quoniam librorum Manuſcriptorum nulla nobis hactenus fuit copia, ſine auctoritate illorum aliquid vel addere, vel demere, vel quovis modo immutare in Auctore ipſo religio erat. Ne quis tamen imprudens

dens ad hæc talia offenderet, Notas noſtras adjecimus. In quibus hac vice, quæ prius nondum erant expoſita, declarare, quæ expoſita erant, confirmare: non pauca obſcurius tradita, prolixius illuſtrare, quædam penitus omittere aut immutare ſuſtinuimus, prout rei ratio poſtulabat. Ita factum, ut Notæ iſtæ creverint acceſſionibus, ut ſpero, minime contemnendis. Index tertia ſui parte factus locupletior, non modo locutiones plurimas continet, de quibus nihil antea, ſed & errores Interpretis (quæ haud poſtrema noſtra in hac editione fuit cura) ſæpiſſime oſtendit, quemque ad modum emendari debeant, proponit. Conſilium quidem noſtrum erat ab initio, novam plane concinnare politiſſimi Scriptoris verſionem. Verum amplius re examinata, id rejecimus, cum propter cauſſas alias, tum præſertim, quia putabamus, non alia occaſione rectius meliuſve oſtendere Magiſtros poſſe diſcentibus, quæ ſit ratio interpretandi vera, quam ſi ſub obviis ejuſmodi exemplis arguerent ſubinde falſam. Ad quod facilius efficiendum, non inutilis, opinor, erit labor in Indice hac vice adhibitus à nobis. Poterant ſane plura addi, formulæ etiam ipſæ ac locutiones amplius exponi. Sed obſervandus nobis fuit juſtus libri modus. Quod ſi vitam eo uſque Deus protendere nobis vellet, viresque corporis, quæ nunc ſunt exiguæ, confirmare, ut venire ad editionem tertiam liceret, fortaſſis inveniremus alia, quibus & illam facere gratam poſſemus. Nunc multis impediti aliis, &, quod eſt præcipuum, tam longo diſſiti intervallo ab ea urbe, in qua hoc negocium procuratur, ſi Tuis, Lector benivole, deſideriis ſatisfacere per omnia non potuimus, vitio nobis minime vertes, verum æquum ac humanum Te præbebis mihi. Homines ſumus, ad humanitatem à Natura ipſa geniti, quam turpiter exuit, quisquis ab homine abſoluta omnia & perfecta, id eſt viribus humanis ampliora, requirit. Vale. Scr. Upſaliæ Suecorum. a. die 11. Julii. Anno MDCLXI.

T A-

TANAQVILLI FABRI DEDICATIO.

ILL. VIRO

PHILIPPO JAVCVRTIO,

BARONI

VILLARNOLII,

MAGNI ILLIUS PLESSIACI MORNÆI NEPOTI,

MÆCENATI SUO,

S. P. D. TAN. FABER.

Novam Æliani editionem ad Te mitto, Mi Patrone, &, ſcis, nuper promiſeram. Ea autem ſi non omnino luculenta & ſplendida videbitur, hoc & vere poſſum & confidenter affirmare, Omnium, quæ unquam prodierint, eſſe illam longe emendatiſſimam, cum vix unus aut alter locus ſuperſit, qui Lectori negotium faceſſat. Hoc ſcilicet à me ſpectatum præcipue eſt, ut Græciſmi vitia, quæ plurima in hoc Scriptore erant, ea tribus verbis, ſi fieri poſſet, & oſtenderentur & tollerentur. Cur autem ſub Tuo nomine opuſculum hoc appareat, *res ipſæ vociferantur*, ait Ille; Quin, ſi aliter feciſſem, ii omnes, ſat ſcio, qui utrumque noſtrum noverunt, cur alii potius quàm Tibi conſecratum foret, mirarentur. Nam, *Quot res?* Primum ipſa Academia; quæ ſub avi Tui, Inclyti Illius Philippi auſpiciis,

ſpiciis, & feliciter nata eſt, & feliciter adolevit; Ea porro & cura, & conſilio, & re, per totum vitæ Tuæ curriculum adjuta à Te eſt & ſuſtentata; Ex quo fit ut quidquid boni ad univerſos ex Illa redit, totum id Illuſtriſſimæ Familiæ Tuæ, ac ſeorſum Tibi, (quod etiam ſatis probaverit nupera in eam liberalitas,) debeatur. Ipſe vero, VIR NOBILISSIME, qui egregie præter cæteros, qui in hac Urbe docendi munus ſuſtinent, beneficiis Tuis ornatus eſſem, ſi nulla alia re poteram hoc certe qualicunque munuſculo, grati animi memoriam teſtari debui, ut, quod olim Timonis Lucianei Verſio & Notæ inchoaverant, id Æliani Emendatio abſolveret; Nam,

A Te principium, Tibi deſinet ... ...

Dein, ſi nulla in Academiam, ſi nulla in me Tua merita eſſent, egregia certe & præſtans animi Tui Magnitudo, Prudentia ſingularis, perpetua Fides, & quæ Te aliæ artes tam inſignem effecere, nil mihi liberum relinquebant; Et *faciundum fuit*. Supereſt igitur ut ignoſcas, & humanitatis Tuæ memor, non ſcripti ipſius molem, quæ ſane perquam exigua eſt, ſed ſcribentis officium ſpectaveris. Vale. Salmurii. Nonis Novembribus. MDCLVII.

TANAQVILLI FABRI
PRÆFATIO.

TAN. FABER
LECTORI.

Græcum Æliani textum quanta maxima fieri potuit diligentia recenſui, &, ubi res poſtulabat, emendavi. Brevitatem adſtrictiorem ſecutus ſum, qui inutili prolixitate nil odioſius putem, idque

idque maxime ubi emendationes liquidò apparent. Dein, ut ſe nunc animus meus habet, ſi poſſem, nutu ipſo aut digitis loquerer. Notandis autem Vulteii erroribus eò ſuperſedi, quod ii longe plurimi ſint; & tamen, quod mireris, illum Scaliger, in Euſebianis, Doctum Interpretem vocat. I nunc, & credulus eſto, ſcilicet. Cur vero Ælianum potius, quam alium è veteribus Græcis, typographo commendaverim, hæc cauſa fuit, quod is ſcriptor terſus, venuſtus, atque elegans eſt, & ad ingenium puerorum, qui perpetua novitate gaudent, apprime accommodatus. Vale.

JOACHIMI KUHNII
DEDICATIO.

VIRO
GENEROSO ET PERERUDITO,
DOMINO
EMERICO BIGOTIO
S. D.
JOACHIMUS KUHNIUS.

Non aliud magis Nomen ſibi jam tertiùm renato præſcribi voluit Ælianus, quam Tuum, Vir Nobiliſſime, quod ut aliis in rem literariam meritis longe lateque ditatum eſt, ita præprimis hunc ſibi

*** Scripto-

Scriptorem singularis beneficii auctoramento dudum pignoravit. Cum enim Codicem Tuum, quem pulcherrimis Æliani notis passim insignem domi servabas, bono publico donatum, promtè Cl. Scheffero mitteres, tum sane Nostri denuo elimandi rationem iniisse, & hujus, ut nunc in mundo est, editionis quasi signum aliquod sustuliisse visus es. Hoc pietatis sacramento obstrictus Autor nusquam hinc nisi in Galliam ad Bigotiana limina pedem se moturum, jure merito constituit. Neque vero mihi causa suppetebat, cur Clienti ad Patronum ituro obsistere, vel obæratum sine novis tabulis nexu eximere, vel etiam nolentem in diversa non tam mittere, quam obtorto collo trahere satagerem. Imò verò nulla mora in me erit, quin ubi bene lauteque olim acceptus est, eò se referat Ælianus, id est, ad Te, Vir Generose, veterisque hospitii usum longa quasi peregrinatione interruptum, quanto potest opere, postliminiò recuperet. Tametsi facilè intelligo, nihil esse, quod Autor de metatoria præmittenda admodum laboret, aut coram Tuæ humanitati preces ambitiosè admoveat. Est enim Tuus in illum affectus tam testatus & illustris, ut blandæ orationis lenocinio se provocari neutiquam patiatur. Itaque de illius admissione jam mihi plane securo liceret esse, nisi adhuc alius, qui me male urit, scrupulus animo altius resideret. Vereor enim supra quam dici potest, ne unus & alter pannus, Doctorum purpuræ meo atque adeo rudi filamento assutus Tibi nolenti vultum aspernantis induat, eademque opera de *Nostri* gratia deruat cumulum. Quandoquidem nec ipse diffiteor, nihil eruditis Tuique similimis dignum Persiis ab eo nasci potuisse ingenio, quod tùm natura breviore gyro intra mediocritatem coërcuit, tum etiam vitæ genus perpessitium surdâ quadam limâ magis magisque quotidie deterit, nec parum refrigerant, molesti harum rerum comites, contemptus neglectusque. Ea propter satis bene mecum agitur, si vel tralatitii favoris ἐπισημασίᾳ hanc qualemcunque operam prosequi non dedignatus fueris. Forsan ita animus in hoc scam-

scammate se ipso alacrior factus, quò suarum contentione virium haud poterat, Tuæ benevolentiæ remigio felicius perveniet. Non aliter navicula, primum littus legere solita, vento à puppi aspirante, interdum oram solvit, & per plana totius elementi velis tumentibus decurrens, quem nec spe nec voto præceperat portum inter mutuas nautarum gratulationes salvis lateribus tenuit. Fiat! & ut fiat, Tu, Vir Generose, benè vale, & in literis strenuè fovendis Te ipsum quàm diutissime imitare. Dabam Argent. XIV. Cal. Januar. ipso die Emerici, Anno MDCLXXXIV.

JOACHIMI KUHNII

PRÆFATIO.

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

Da quæso mihi tantisper operam, B. L. donec pauca ex multis, quæ Ælianum ejusque Tertiam editionem attinent, simpliciter prælibavero, Primum equidem, ut hinc statim exordiar dicere, non semel animum subiit admiratio, cur in Veterum monumentis vel rara vel omnino nulla Æliani fuerit illata mentio. Quis enim præter Philostratum & Anonymum illum, cujus scrinia Suidas compilavit, vel

obiter *Noſtrum* laudare ſuſtinuit? Martialis quidem lib. XI. Epigr. XLI. Ælianum neſcio quid cum Luperco loquentem ſuo ſale defricat, & iterum lib. XII. Epigr. XXIV. quendam hujus nominis *facundum* nuncupat: Sed an *Noſtrum* iis in locis digito deſignet Poëta, in medio relinquendum eſt, cum Æliani nomen pluribus id temporis commune fuerit. Interim cauſam tam pertinacis ſilentii, non aliam in præſens excogito, quam quod Græca *Noſtri* facundia tum Romanos, quibus ſe exemerat, tum Græcos quibus ſe æquaverat,

Obliquâ invidia ſtimulisque agitarit amaris.

niſi ad meliora credenda proni libros eorum, qui virtutes Æliani candido elogio celebrarunt, vetuſtate interceptos velimus. Verum ut ut omnes fileant, Noſtro tamen ad poſteritatis memoriam ſummamque nominis gloriam nihil hactenus defuit. Nec adeo eget aliorum præconio, ut qui hoc ſilentium quaſi animo præſagiens, luculentam ſui imaginem *Hiſtoriæ animalium* velut Minervæ peplo intexuit. His enim verbis, utcunque à me Latinè redditis, inter alia colophonem laudato libro imponit: *Ego*, inquit, *nullus dubitaverim, futurum, ut ii, quibus in vita nihil ambitione divitiisque antiquius eſt, vitio mihi dent, quod bonas horas in rebus, ut putant, viliſſimis, male collocaverim, cum interim in aulis imperatorum elato ſupercilio verſari, & maximas opes corradere mihi licuiſſet. At ego, occaſione tantæ fortunæ dimiſſa, res vulpium, lacertorum, ſcarabæorum curioſe indago, ruſporque libentius, quid Pardalis, quid pia in parentes Ciconia agant, quam ſuaviter arguteque vocem criſpet Luſcinia, quantum ingenio valeat Elephas, in quot ſpecies greges piſcium deſcribantur*, (χόυων in textu mendoſè: Geſnerus legit χηνῶν, ego malim ἰχθύων) *quæ ſint Gruum demigrationes, & ſi quæ hujus generis alia hoc volumine complexus ſum. Verum enim vero tantum abeſt, ut*

ut in Cræſorum Craſſorumve familia cenſeri velim, ut potius unus è numero illorum eſſe exoptem, qui vel Poëtæ ſapientes, vel acuti Naturæ interpretes, vel periti hiſtoriæ conditores audiunt. Hoc pacto mihi multò melius conſuluero, quam ſi ad criminantium voluntatem arbitriumque me componerem. Nam præ ditiſſimorum omnis ævi hominùm latifundiis theſauriſque unicam rectæ eruditionis unciam mihi elegerim. En animum! en virum! quo Romanorum nemo unus aut alia omnia minus, aut doctrinas liberales magis anhelavit. Nec fortius locutus eſt, quàm fecit. Cum enim procul ab aulæ ſtrepitu reique uxoriæ moleſtiis in publici ſacerdotii dignitate & pingui otio tranquille vitam degeret, nihil prius antiquiuſque habuit, quam ut earum literarum, quæ tum temporis principibus in ſinu, in oculis, in manibus erant, id eſt Græcarum ſcientiſſimus evaderet. Id quod improbo labore abunde conſecutus eſt, vel Græcorum judicio, quibus ob ſtili ſui dotes non Prænesſe, ſed Athenis natus videtur. Nec puto quenquam, qui ſemel hanc lotum guſtaverit, teneri poſſe, quin cum Plinio admirabundus exclamet: *Hominemne Romanum tam Græcè loqui?* lib. IV. ep. 3. Namque illa rotundi oris gratia, illa terſæ dictionis puritas, ille denique ſanus & nativus orationis ornatus mira quadam dulcedine legentium animis obrepit. Utinam vero ſcripta Æliani omnia ad nos illibata & integra perveniſſent! certe quicquid ſtylus Sophiſticus habet verbis nitidum, ſententiis acutum, figuris jucundum, translationibus floridum, inventione præclarum, compoſitione elaboratum, id omne Noſter velut quidam *eloquentiæ inſtitor* nobis intuendum & pæne contrectandum daret. Sed hîc Æliani opera vi temporum & concurſu calamitatum partim labefactata & convulſa, partim plane deleta exſtinctaque merito dolemus. Nam ſi quisquam Autorum ab ævi genuino male exeſus videtur, is ſanè Ælianus eſt. Ita nobis periit liber περὶ προνοίας, in quo Noſter, quantum ex fragmentis, quæ Variæ Hiſtoriæ ſubjecimus, colligere eſt, con-

tra Epicurum ex perpetua florentiſſimarum gentium hiſtoria diſputavit humana negotia non temere caſuque ſurſum deorſum ferri agive, ſed Divinam illis providentiam accuratè intervenire. Eodem fato intercidit alius ejuſdem ingenii fœtus περὶ θείων ἐναργειῶν, *de manifeſta Divini numinis præſentia.* Nempe voluit inibi Ælianus ex mirificis morborum curationibus, ex ſacrilegorum horrendis pœnis, ex piorum præmiis divinitus datis oſtendere, quam manifeſta & præſens merentibus vel ira Deorum vel gratia exſtiterit. Neque ab hac labe manſit intacta, quæ nobis ſub manu eſt, Varia Noſtri Hiſtoria, qua de re non ante dicam, quàm nonnulla de diverſa ejuſdem inſcriptione obiter inſerucro. Communior itaque &, ni fallor, ab ipſo Æliano profectus eſt titulus, περὶ ποικίλης ἱστορίας, id eſt, *de Hiſtoria per Saturam, ſi Peſcennium Feſtum* ſequamur, cujus libros hoc ipſo nomine inſignitos laudat *Lactantius* lib. 1. *Divin. Inſtit.* Suidas autem in vocibus ἀτέλγεια & κάκη Ælianum περὶ ποικίλης ἀφηγήσεως allegat, & mea quidem ſententia nequaquam novum quendam & diverſum à Varia Hiſtoria innuit librum. Nam inſcriptio iſta tam bene quadrat in Variam Hiſtoriam, quam quæ maximè. Veteres enim aliis atque aliis nominibus, quæ non longè à ſe invicem abeunt, Variam Æliani hiſtoriam laudaſſe in confeſſo eſt, ut in notis ad Titulum obſervatum. Adde quod *Stephanus* de *Urbibus* voce χερρόνησος verba quædam afferat ex Æliani πρώτῳ ἱστορικῆς διαλέξεως, quæ cum etiamnum extent lib. 11. V. H. cap. 33. omnis nobis exempta dubitatio eſt. Cæterum ex hac Stephani inſcriptione aliquis adduci poſſet, ut crederet, Ælianum diverſo tempore ſuam Variam Hiſtoriam amicis adhibitis vel frequenti auditorio recitaſſe, pro more Rhetorum, qui non fictas tantum controverſias, verum etiam ipſas hiſtorias, quamvis non oſtentationi, ſed veritati fideique compoſitas, in cathedras declamantium protrudebant. Nec officit, quod publicæ διαλέξει vel *recitationi* minus conveniat jejuna illa macies plurimorum capitum in Varia Hiſtoria.

ria. Temporum enim vitio *Noſter* adeò mutatus à ſe ipſo eſt, ut ſi rurſus ab inferis exiſteret, vix ſe in ſuo libro agnoſceret. Gemina enim peſtis in Variam Hiſtoriam graſſata eſt, Neglectus ſcilicet & Compilatores, quarum illa libri partem bene magnam tineis & blattis comedendam dedit, niſi quod Ampliſſ. *Müglus*, Tredecimvir Argentoratenſis Reipublicæ, ſuo Codici aſcripſerat, librum XVII. V. H. in Bibliotheca Vindobonenſi-Cæſarea adhuc ſupereſſe. Hinc cum oculorum dolore videmus, loca quam plurima in Veterum monumentis ex Æliani *Variis* citari, quorum tamen nec vola nec veſtigium ullibi hodie apparet. Altera peſtis compilatorum peſſima exempla in V. H. edidit, effecitque ſedulo, ut pro juſto opere quædam ruta cæſa, pro integro corpore oſſa & pellem, pro apparatiſſimis epulis, analecta & miculas haberemus. His etiam debemus capita V. H. partim acciſa, partim malè diſtincta, & quæ re ipſa cohærent ingratiis à ſe divulſa, ut notæ docebunt. Nec ab alio fonte defluxit, quod lemmata capitum non ubique ſani ſint coloris, id quod unico tantum exemplo, ne juſto ſit longior oratio, ad liquidum deducam. Nam lib. 11. V. H. cap. 8. inſcriptio dicit, Euripidem & Xenoclem inter ſe commiſſos eſſe Olympiæ: at vero ipſum caput haud obſcure clamat, non Olympiæ, ſed Athenis peſſimum Poëtam optimo antelatum à quinque Athenienſium judicibus, aut largitione pecuniæ corruptis, aut ex inſcitia de Euripide, cujus ſingulos verſus ſingula teſtimonia Cicero putat, malè pronunciantibus. Eſt quidem amicus è *Norico*, harum literarum, ſi quisquam alius, peritiſſimus, qui emendatione huic malo mederi voluit. Nam pro Ολυμπίᾳ reponit Ολυμπίοις, ac Olympia Athenis celebrata intelligi ſatis erudite judicat, modò Atticus populus fundus eſſet, in illis Olympiis æque ac Liberalibus, Panathenæis & Chytris Tragicos decertare ſolitos. Sed hæc obiter, redeo ad compilatores; qui ex Varia Noſtri hiſtoria mera fecerunt mapalia, & hujus graſſaturæ clara veſtigia paſſim impreſſa reliqueſ.

querunt. Nam infelix ὅτι, quod sæpius se oculis ingerit, haud dubia eorum hominum nota est, qui bonum *Ælianum* excerpendo ita discerpserunt, ut nec caput nec pedes haberet. Et hæc hactenus de Varia Historiâ: reliquum est, ut de ejusdem Editione pauca subjiciam. Ubi ante omnia fateor simpliciter, non consilio dataque opera, sed precibus aliorum, quibus hîc seritur metiturque, me adductum, ut hanc Æliani edendi provinciam susciperem. Cum enim nostratis typi exemplaria divendita essent, & hoc amplius notæ posthumæ auctariumque Græci Indicis à manu B. Dn. *Schefferi* in Bibliopolæ arculis laterent, omninò sub prælum revocandus erat Ælianus, ejusque corrigendi labor, quoniam nemini obtrudi poterat, ad me nihil tale cogitantem devolvebatur. Nec dum tamen animum induxeram vel verbulum in Autorem parare post tot viros literarum non professione magis quam scientia celeberrimos. Nam id saltem negotii mihi datum initio credidi, ut, quoad ejus fieri posset, Æliani librum â densis operarum exerrantium vitiis repurgarem. quod dum quanto poteram studio exsequi conor, repente inter legendum longe alia mihi mens oborta est. Videbar enim mihi nimium quantum prævaricari, si plane dissimularem, esse, ubi non possim pedibus in sententiam commentantium discedere. Spero tamen id ea fieri cum modestia, ut nec in cujusquam offensâ sim meo quidem merito, nec jam olim vitâ defunctis sua pax & autoritas delibetur. Et quis quæso unquam tam bene subducta ratione hæc studia coluit, quin res, ætas, usus semper novi aliquid apportent? Hæc omnia eo tendunt unicè, ut ne Lector Benevolus ignoret, hanc virium experiundarum occasionem materiamque non ἀπὸ δρυὸς ἢ πέτρας, *è quercu vel petra* vel unde unde mihi exsculptam, sed ab aliis ultro oblatam aut saltem non recusanti ingestam esse. Non enim cum iis facio, qui domi fame sibi laborare videntur, nisi foris famæ Poëticæ plus satis habuerint. Cæterum quid secum novi ferat hæc tertia editio, pluribus exponere supervacuum erit. Liber enim ipse

ipse prima fronte præfert, quænam sibi fuerit facta accessio. Si tamen B. Dn. Schefferum hac de re audire placet, en ejus verba! *Habes*, inquit, *tertiam*, Lector Benevole, *si secundam appellare meam debeo, Æliani editionem, in qua quod meum fuerit propositum, habe verbis tribus, quia pluribus nunc non licet. Contuli primum cum iis, quæ à* Tanaq. Fabro *annotata sunt, priores meas curas, & ubi ab ipso dissentiendi causæ apparebant bonæ, sententiam meam proposui. Deinde Lectiones Varias ex MSctis tribus Parisiensis Bibliothecæ produxi, & subinde eis textum studui reddere correctiorem. Quæ etiam alii viri docti ad Ælianum post ultimam editionem meam prodidere, omnia, quantum potui, apposui: ut haud paucis locis emendatior clariorque facta sit hæc editio, quam ulla alia à quocunque publicata. Iudicem postremo dare plane novum constitui, quia prior multus mendis inquinatus est, daboque eum, si per temporum calamitatem licuerit. Sin minus, hisce fruere & Vale.* Hæc ille in præfatiuncula abhinc annos prope septem Argentoratum transmissa. Quæ vero prædictis de meo vicariâ operâ apposuerim, breviter sic habeto. Primum in notis loca *Nostri* mendosa corrigere, sana confirmare, & à supervacaneis emendationibus asserere, obscura denique luce aliqua juvare volui. Deinde Græcum Indicem à voce διαβάλλομαι, ubi B. Dn. *Schefferus* substiterat, ad calcem usque locupletiorem dedi, etiam alibi passim animadversionibus pro re natâ aspersis. Accessit & Latino Indici plusculum, quam ante habuit. Indiculus Autorum, quos *Noster* laudat, mutuatus est à MSCto Codice Amplissimi Dn. *Königii.* μεγάλη χάρις αὐτῷ, quod notas, quas olim in Ælianum adornaverat elegantissimas, pro suo literas juvandi studio haud gravatim communicarit. Harum bona ope subinde me usum, libenter agnosco, & res ipsa satis me tacente loquitur. Quod si Regiæ illæ copiæ paulo maturius advenissent, tum aliâs alio labore, tum imprimis colligendis hinc & illinc Æliani fragmentis plane supersedere potuissem,

tuiſſem. Tulit nihilo ſecius laudatus Codex ſuppetias peropportunè, quatenus in ſupplementum ſcribenda aliquoties ſuppeditavit. Sin verò adhuc alia fragmenta, quaſi morte ducis exauctorata, à ſignis abfuerint, ea per otium intentiore cura conquirant, qui hujuſmodi delectus agere volunt poſſuntque. Me interea propoſiti ratio ad Latinum Æliani interpretem, *Juſtum Vultejum*, quaſi manu ducit. Ille, utne multis Te demorer B. L. meram verſionem ſuam, Anno ſuperioris ſeculi quadrageſimo octavo, *Joh. Oporino* Baſileæ excudendam, juvenis dedit, eamque lucubrationum ſuarum primitias vocat *epiſtola* ad *Pincierum*. Ut jam fruſtra ſint, qui hujus Verſionis alium neſcio quem ſibi Autorem fingunt & pingunt. Hæc porrò ſatis Latina Interpretatio, ubi minus feliciter ſenſum Æliani aſſequebatur, manus criticas abunde jamdum experta, & ſucceſſu temporis adeo correcta, deformata, & interpolata eſt, ut priſtini coloris parum habeat reſiduum. Hinc ſæpius follem percutit, qui Fabrum deſtinat, id eſt, correctorem tangit, qui ſibi cum ipſo Interprete rem eſſe exiſtimat. Quod an non mihi quoque acciderit alicubi, viderint, quibus vacat. Ego certè eas hallucinationes Interpretis, à quibus nihil periculi doctis videbatur eſſe, levi, quod ajunt, brachio attigi, vel plane B. Lectori integrum ſervavi judicium. Et hæc fere erant, quæ Te ignorare nolui, L. B. Jam itaque modum finemque præfatio habeat verbis *Terentiani* c. 2. de Syllabis:

Corrigenda ſi qua ſane viſa vobis hîc erunt,
Non ero ſtultè repugnans, aut amans prave mea,
Quin ſtatim culpanda delens, præbeam rectis locum.

Vale B. L. &, quod absque moleſtia Tua fiat, diſpice, an habeas illum in manibus Autorem, quem hoc ſcriptionis genere *Noſtro* vel anteferre, vel parem habere poſſis. Argent. XIV. Cal. Jan. Anno MDCLXXXIV.

NO-

JACOBI PERIZONII DEDICATIO.

NOBILISSIMO ATQUE AMPLISSIMO

VIRO,

FRIDERICO SLVYSKENIO,

TER HORSTÆ DOMINO,

CVRIAE HOLLANDIAE, ZELANDIAE, ET FRISIAE,

PRAESIDI GRAVISSIMO,

&c. &c. &c.

S. P. D.

JACOBUS PERIZONIUS.

Redit ad Te, Vir Ampliſſime, ad quem potiſſimum debebat, Varia hæc Aeliani Hiſtoria. Tui enim eſt muneris, quod ad eam recenſendam caſtigandamque adhibere potui exemplar Manuſcriptum, optimae in iis, quæ excuſſa jam ſunt aut cognita, notae, quod certe mihi abs Te conceſſum, & ex carcere, in quo ab hominibus, qui Tua facilitate abutebantur, multos jam detinebatur annos, eductum tandem, magno in his fuit uſui & adjumento. Quocirca, quicquid

in Auctore hoc emendavi forsan aut restitui, quicquid ei opis attuli & nitoris, si quid id est, quum ex Tuo potissimum sit Codice haustum, ut Tuae ergo Humanitati, Tuoque in literas Humaniores studio, acceptum maximam partem referri, ita Tuo quoque consecrari Nomini, par erat & æquum. Neque Tu repudiabis, opinor, quod ipsum abs Te quodam modo est profectum, neque id siverit spectata Tua comitas, & favor ille, quo studia literarum, neglecta jam ferme, & contemptim à plerisque habita, Tu tamen prosequeris constantissimo. Quis enim, si ab uno aut altero fortassis, Tui similibus, discessero, quis, inquam, supereſt hic amplius, qui Literas respiciat, curet, foveat? quis, qui eas ab interitu hisce in terris vindicet aut retrahat, ubi quondam floruerunt uberrimo artium doctarum proventu, & clarissimum ex hac præsertim Lugduno extulerunt caput supra omnes cultioris Europae populos? Sed querelis apud Te, & in hac quidem Epistola, abstinere, melius est; quin malim & ipse, meam animi voluptatem potius ac laetitiam hic declarare, quod per causam tui beneficii, ac subsidii, quo me ad operam hanc Aeliano navandam instruxisti, occasionem nactus sim testificandi palam, qua veneratione & observantia, quam lubens meritoque, Tuam Ego virtutem ac dignitatem colam. Diu jam est, quod Tuam me in amicitiam haud gravate recepisti, quum meam in disciplinam Franequerae in Frisiis unicum dares Filium, Virum jam Egregium, suo merito dudum ad publicae rei, actorumque Harlemensium curam, admotum, & cum maxime, mirifica omnium gratulatione & applausu, in Supremam plane Batavorum Curiam adscitum. Neque vero istam mihi voluntatem tuam imminuit amplissimus ille dignitatis gradus, in quem postea ipsa Te Resp. & Serenissimus Magnae Britanniae Rex, ex Amstelaedamensium Judicum ordine evocarunt, ut, sicuti Uxoris Tuae, Matronae Sanctissimae, Frater, Vir Illustrissimus, ANT. HEINSIUS, Magnus Batavorum Syndicus, summae Reip. domi forisque pervigili cura & consilio sapientissimo

mo semper adest & praeest, sic Tu juri & justitiae apud hanc gentem praesideas, quod & facis summa animi & vitae integritate, ac severa legum custodia, perpetuo aequi bonique studio temperata. Amplissimus hic mihi aperitur campus in Tuas excurrendi laudes, sed putidam in os laudationem nec tua fert gravitas ac virtus per se satis superque omnibus commendata, nec meae frontis verecundia, qui etiam Te in illibata recte factorum conscientia, & secunda populi totius existimatione, summam voluptatis & gloriae positam habere sentio. Animi tamen tibi devoti quam maxime pignus certissimum ut accipias hasce meæ curæ & laboris literarii chartas, utque eadem facilitate editum à me denuo, Tibique inscriptum, admittas Aelianum, qua quondam MS^tum ejus Codicem in publicum mihi concessisti usum, id vero est, quod nunc obnixe Te rogo. Ita diu salvus ac felix praesis Curiae Batavae! Ita vigeas, ac floreas cum omnibus Tuis in grande initi modo saeculi spatium! Ita decus, gloriam, dignitatem, fortunam, uno tenore ad supremum, sed qui serus sit, producas vitae halitum! Ita denique Filio Tuo, Viro Nobilissimo, fortunet Deus Opt. Max. illustrem illam dignitatem, in quam hoc ipso temporis articulo ex commendatione Nostrorum Ordinum, Sapientissimorum Patriae Patrum, a Serenissimo Rege est productus. Vale, Vir Gravissime, & me in Tuis, Tibique addictissimis, habere perseverа. Lugduni in Batavis pridie Nonas Aprileis, cIↃ IↃCC I.

JACOBI PERIZONII

PRÆFATIO.

PRÆFATIO,

In qua potissimum agitur de Æliani Ætate, & Hac Ejus Historia, ut & de Hac Commentandi ratione.

Multa etiam nunc habeo, de quibus tecum agam, Quisquis es, Harum literarum amans Lector: sed quæ omnia recident partim in ipsum Auctorem, & ejus Ætatem, atque hoc, quod nunc edimus, Opus *Variæ Historiæ:* partim in hanc Eitionem, ut te doceam, quibus subsidiis instructus ad eam accesserim, quas habuerim ita commentandi rationes, quid denique in universum hic tibi præstiterim. De Auctore ipso in alia omnia abeo ab Omnibus Interpretibus, aliisque Eruditis, qui de Illo & ejus Ætate egerunt. Referunt enim Eum Omnes, quos vidi, ad Imp. Hadriani tempora, quem Ego ad Imperium Alexandri Severi demiserim. Sed antequam in controversiam præsentem descendamus, operæ pretium erit, ut prius, ut ferme fit, quæ Veteres, Philostratus in *Vitis Sophistarum* lib. II. circa finem, Æliani hujus Vitam quoque enarrans, ac dein Suidas, de eo tradiderunt, Tibi exhibeamus, quibus Vossii verba ex *lib.* II. *cap.* II. de *Historicis Græcis* subjiciemus.

ΤΟΥ

ΤΟΥ ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΒΙΟΣ
ἐκ τῆς δευτέρας τῶν βίων τῶν Σοφιστῶν τοῦ Φιλοστράτου.

Αἰλιανὸς δὲ Ῥωμαῖος μὲν ἦν, ἀττίκιζε δὲ, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι. Ἐπαίνου μοι δοκεῖ ἄξιος ὁ ἀνὴρ εἶναι· πρῶτον μὲν ἐπειδὴ καθαρᾷ φωνὴν ἐξεπόνησε, πόλιν οἰκῶν ἑτέρᾳ φωνῇ χρωμένην· ἔπειτ' ὅτι προσρηθεὶς Σοφιστὴς ὑπὸ τῶν χαριζομένων τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἐπίστευσεν, οὐδὲ * ἐκόλασε τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, οὐδὲ ἐπήρθη ὑπὸ τῆς ὀνόματος οὕτω μεγάλου ὄντος, ἀλλ' ἑαυτὸν εὖ διασκεψάμενος, ὡς μελέτης οὐκ ἐπιτήδειον, τῷ συγγράφειν ἐπέθετο, καὶ ἐθαυμάσθη ἐκ τούτου. Ἡ μὲν ἐπίπαν ἰδέα τῆς ἀνδρὸς, ἀφέλεια προσβάλλουσά τι τῆς Νικοστράτου ὥρας· ἡ δὲ ἐνίοτε πρὸς Δίωνα ὁρᾷ, καὶ τὸν ἐκείνου τόνον. Ἐντυχὼν δέ ποτε αὐτῷ Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος, βιβλίον ἔτι πρόχειρον ἔχοντι, καὶ ἀναγιγνώσκοντι αὐτὸ σὺν ὀργῇ, καὶ ἐπιτάσει τοῦ φθέγματος, ἤρετο αὐτὸν ὅ, τι σπουδάζοι; καὶ ὃς, ἐκπεσόνηταί μοι, ἔφη, κατηγορία τοῦ Γύννιδος. καλῶς γὰρ οὕτω τὸν ἄρτι καθήμενον Τύραννον, ἐπειδὴ ἀσελγείᾳ πάσῃ τὰ Ῥωμαίων ἤχυνε. Καὶ ὁ Φιλόστρατος, ἐγώ σε, εἶπεν, ἐθαύμαζον ἄν, εἰ ζῶντος κατηγόρησας. Εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν Τύραννον ἐπικόπτειν, ἀν-

ÆLIANI VITA
ex Libro II. Philostrati de Vitis Sophistarum.

Aelianus, quamvis genere Romanus, non minus tamen Attice, quam vel mediterranei Athenienses, loquutus est. Et sanè laude dignus vir ille mihi videtur: primum, quod quum habitaret in urbe, quæ sermone alio utebatur, Græcæ tamen linguæ puritatem est consequutus: deinde, quod delato sibi ab iis, qui hujusmodi titulos conferre solent, Sophistæ nomine, nullam de se fiduciam, aut adulationem sui, aut superbiam, ex tanti nominis honore concepit. Quin potius, quum suas ipse vires trutinasset, easque declamatoriæ palæstræ impares judicasset, ad scribendum se contulit, & admirationem inde consequutus est. Dictio Viri in universum, simplicitas quædam est, habens aliquid ex venustate Nicostrati, aut aliquando Dionem, ejusque dicendi genus & tonum imitatur. Hunc olim Lemnius Philostratus, librum quendam in manibus habentem reperit, quem cum indignatione & vocis intensione lectitabat: & quum ille, quid meditaretur, quæreret: Gynnidis (hoc est, effœminati hominis) *accusationem à se elaboratam dixit. Sic autem vocare se Tyrannum, qui paulò ante Romanum imperium tenuerit, eique omni genere libidinis turpem inusserit maculam. Cui Philostratus, Admirarer (inquit) si viventem accusasses. Siquidem viventem Tyrannum stylo perstringere, viri opus cen-*

* Al. ἐκολάκευσε.

ἀνδρός· τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός. Ἔφασκε, ὁ ἀνὴρ οὗτος, μήδ' ἀποδεδημηκέναι πῃ τῆς γῆς ὑπὲρ τὴν Ἰταλῶν χώραν, μηδὲ ἐμβῆναι ναῦν, μηδὲ γνῶναι θάλατταν. Ὅθεν καὶ λόγου πλείονος κατὰ τὴν Ῥώμην ἠξιοῦτο, ὡς τιμῶν τὰ ἤθη. Παυσανίου μὲν οὖν ἀκροατὴς ἐγένετο. Ἐθαύμαζε δὲ τὸν Ἡρώδην ὡς ποικιλώτατον ῥητόρων. Ἔζησε δὲ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη, καὶ ἐτελεύτα οὐκ ἐπὶ παισί· παιδοποιΐαν γὰρ παρητήσατο, τῷ μὴ γῆμαί ποτε. Τοῦτο δὲ, εἴτε εὐδαίμον, εἴτε ἄθλιον, οὐ γε παρόντος καιροῦ φιλοσοφῆσαι.

censeo: in jacentem verò invehi cui jusvis. Prædicabat de se Ælianus, nunquam se in ullam terrarum partem fines Italiæ egressum, navem nunquam inscendisse, neque novisse mare. Quare Romæ in majore erat pretio, veluti patriam honorans. Docentem audivit Pausaniam. Herodem verò, tamquam vario sermonis artificio præstantissimum inter rhetores, admiratus est. Vivendo annum sexagesimum excessit, & sine liberis defunctus est, quia uxorem ducere liberosque procreare renuerat. Quod quidem felicius, an miserius sit, disceptare nunc tempestivum non est.

Ἐκ τῆς Σούδα.

Αἰλιανός, ἀπὸ Πραινεστοῦ τῆς Ἰταλίας, ἀρχιερεὺς καὶ Σοφιστής, ὁ χρηματίσας Κλαύδιος. Οὗς ἐπεκλήθη μελίγλωσσος, ἢ μελίφθογγος. καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ αὐτῇ, ἐπὶ τῶν μετὰ Ἀδριανὸν χρόνων.

EX SUIDA.

Ælianus Præneste in Italia ortus, Pontifex & Sophista, prænomine Claudius, cognominatus verò Meliglossus vel Meliphthongus, i.e. mellis instar suavem linguam vocemque habens. *Et post Adriani quidem tempora in ipsa Roma Rhetoricam professus est.*

EX VOSSIO DE HISTORICIS GRÆCIS.

Sub eodem Cæsare (*Adriano*) vixit Claudius Ælianus. Præneste is natus fuit, Suida teste; sed Romæ vixit, civisque Romanus fuit; unde & se in Variis sæpius Romanum appellat; uti quoque Philostratus facit. Et iste in Italia natus ita Attice loquebatur, quam Attici Athenis solent; ut idem Philostratus ait. Imo tanta inerat sermoni &

& scriptis suavitas, ut propterea diceretur Μελίγλωσσος, vel Μελίφθογγος; quemadmodum apud Suidam legere est. Ætatem ejus indicat, quod Tactica sua miserit ad Adrianum Cæsarem. Eorum vero in præfatione ait, se Nervam conveniisse Formiis. Itaque facile mihi persuadeo, non alium ab hoc Ælianum esse, cujus meminit Martialis lib. XII. epigr. XXIV:

O jucunda, covine, solitudo,
Carrucâ magis, essedoque gratum
Facundi mihi munus Æliani.

Sane Martialis sub Domitiano, Nerva, & Trajano floruit: ut vel ex eopse libro Epigr. VI. & VIII. liquet, quo oblique Domitiani tempora damnat; illa Nervæ, & Trajani, laudat. Et, quod Ælianum hic *facundum* appellat, bene cum eo convenit, quod Μελίγλωσσον, & μελίφθογγον, vocatum dicebamus. Sub eodem vero Trajano, vel Nerva, etiam Ælianus Domitiani accusationem scripsit; sed nomine mutato. Nam inscriptio erat, κατηγορία τοῦ Γύννιδος τυράννου. De qua Philostratum vide. Et ista satis certa videntur. Suidas vero addit, sub Antonino etiam, qui Hadriano successit, Rhetoricen docuisse Romæ. Et fieri potest, ut verum dicat, cum Philostratus auctor sit, annum excessisse sexagesimum. Quanto ætatem eam excesserit, non dicit. Nec multum adeo de eo laboro; quando ab Nervæ excessu usque ad principium Antonini sunt anni duntaxat quadraginta. Præter Tactica quoque edidit libros XVII. de Animalibus: quibus, præ scriptoribus aliis, laudem eo meretur, quod ex mutis animantibus vitæ exemplum capere homines docet. Sed cujus præcipue caussa Ælianus etiam hoc in opere aliquem sibi locum deposcere visus fuit, id est Historia Varia, libris constans XIV: etsi nec pauca ei inesse diffitear, quæ ad naturæ potius historiam pertineant. Si librorum horuncce stylum spectem, minus elegans est, quam librorum de Ani-

 malibus.

malibus. Sed plane mihi persuadeo, non esse extremam operi manum additam ab auctore, eo quod fato præveniretur. Nam absque dubio aliter concinnaturus erat ista capita, quæ ab ὅτι orditur. Siquidem sic solent scribere, qui alieni operis excerpta solum nobis dant: ut ostendunt Strabonis epitome, Photii Bibliotheca, pluriaque hujus monetæ. Alia etiam historica edidisse, quæ non exstent, certum est. Nam Ælianum ἐν πρώτῳ ἱστορικῆς διαλέξεως citat Stephanus in V. Χερρόνησος. Nec enim puto, signare libros ποικίλης ἱστορίας. Præsertim cum ibi dicat Stephanus, Ælianum in primo laudati operis à Χερρόνησος formare Χερρονήσιος. Nam ea voce nusquam utitur Ælianus in primo Variæ Historiæ. Etiam Ælianum ἐν τοῖς περὶ προνοίας citat Eustathius in περιήγησιν Dionysii:

Hæc ille. Consentiunt autem in eo Omnes, Nostrum esse Ælianum, quem laudant Philostratus & Suidas. Neque Ego heic dissentio. Nam licet nihil nos juvent MSti, certe nihil Meus Uterque, qui pariter jejunum hunc Titulum Operi præscribunt, Αἰλιανοῦ Ποικίλης Ἱστορίας Βιβλίον πρῶτον, & tantum Unus ex Regiis Parisiensibus, teste Scheffero, præferat, Αἰλιανοῦ Πρενέστου τῆς Ἰταλίας Ποικ. Ἱστ. Βιβ. πρ. quod ex Suida videtur sumptum; concurrunt tamen omnia, ut credam Eundem fuisse. Primum enim *Romanum fuisse* Civem, & *Romæ habitasse*, ait Philostratus, licet Prænestino ex oppido fuerit ortus, si Suidæ fides est habenda. Ipse vero *Romanum* se diserte profitetur, ac Romam sibi *Patriam* fuisse testatur II, 38. XII, 25. & XIV, 45. Idem tamen, quod rarum fuit, & vix in alium quenquam convenit, Græce scripsit, & Græcus fuit *Sophista*, ejus venustatis, & elegantiæ tam Atticæ, ut vix ex ipsis Athenis quisquam exstiterit sermone magis Atticus. Elegantiam hanc præferunt ejus Opera, quæ nobis supersunt, cum *Varia* hæc, (Vide Capita Prima Libb. III, XII, & XIII. in quibus stylo & ingenio indulsit) tum illa *de Animalibus*, *Historia*. Sed & hinc factum, ut Græcos tanto fuerit studio prosecutus, ut de iis dicat IX. 32. οὓς φιλῶ πάντων μάλιστα, *quos omnium maxime amo: Eosque ad se, itidem ut Romanos, pertinere* tradat XII. 25. sive respiciat generis sui originem, sive amoris aut officiorum necessitudinem quandam. Sed &, sicut *Sophistæ* solebant, diligenter legit Noster, non Platonem modo, Aristotelem, Isocratem, Plutarchum, ex quibus omnibus Varia hausit, sed vel maxime Poëtas, quos etiam non legit tantum, sed & passim laudat, ut inprimis Homerum, ac sedulo defendit, etiam ubi forsan id non merebantur. Vide de *Anacreonte* IX, 4. de *Archilocho* X, 13. de *Hipparcho* quoque Pisistrati Filio, Poëtarum Amatore Præcipuo, & Patrono Liberalissimo, VIII, 2. Porro autem *Sophista* ille Romanus quia se sentiebat tamen μελέτῃ οὐκ ἐπιτήδειον, *non satis idoneum ad declamationes faciendas*, animum adjecit ad scribendum, atque inde laudem & gloriam reportavit. Declarant hoc ipsum Varia Nostri Auctoris Scripta, quæ partim interciderunt, partim ad nostram usque ætatem pervenerunt. Accedit quod Suidas eum Ἀρχιερέα, *Pontificem*, vel unum ex Præcipuis Sacerdotibus, fuisse tradat. Cui conveniens est, quod Noster passim res Divinas, Oracula, Pœnas maxime, impiis divinitus immissas, memoret, & cum in Atheos, tum in Epicurum & similes, qui Providentiam negabant, acriter invehatur. Vide II. 31. Quin immo integrum ex professo contra Eos composuit Librum *de Providentia, & ejus Documentis*, laudatum passim à Suida. Sed clarissime confirmat hanc sententiam Ætas & Nostri & illius ex Philostrato Æliani, in idem tempus manifesto congruens, ut in seqq. ostendemus.

Ceterum ab hoc Æliano sejungo, & suas sibi seorsim res habere jubeo illum, qui *Tactica* scripsit, & quem tamen Omnes hodie Eundem fuisse putant, sed qui insignis & certus est Error, ac πρῶτον ψεῦδος, quod præcipites dedit Viros Doctissimos in alium Errorem de Nostri ætate, à qua integro aberrant seculo. Gesnerus, quum Ælianum

num ederet, omnia tanquam Unius Auctoris in Unum conjunxit Volumen, & dissertationem præmisit hujus Tituli & Argumenti, *Unum Ælianum omnium, quos in Hoc Volumine conjunximus, Librorum Authorem esse.* Sequitur eum Sixtus Arcerius in Notis ad Æliani *Tactica*, seorsum ab illo edita: additque Nostrum Sophistam esse etiam illum, quem Martialis XII. 24. laudet, vocetque *Facundum Ælianum.* Uberius ea dein exsequitur Vossius, & illam *Facundi* appellationem comparat cum ista Μελιγλώσσου & Μελιφθόγγυ apud Suidam, sed & inde illam *Accusationem Gynnidis Tyranni*, de qua Philostratus, refert ad *Domitianum.* Atque hæc omnia satis *Certa videri* ait, magis dubitat de eo, quod Suidas addat, sub Antonino etiam, seu *post Hadrianum*, Rhetoricen eum docuisse Romæ. *Fieri tamen POSSE*, ut id quoque *Verum* fuerit, quia Ælianus, teste Philostrato, *annum excesserit sexagesimum.* Similiter Kuhnius, sed & illi, qui Lexica ediderunt, Buchnerus in Thesauro Fabri, & Hofmannus, qui Ælianum *Sophistam Romanum* fuisse ajunt, *Pausaniæ auditorem*, ex Philostrato, *sub Hadriano Principe*, haud dubie id ex Æliani antiquioris Tacticis.

Ego vero Omnia hæc, quæ *Certa* adeo videntur Viris Doctissimis, esse falsissima, certa & liquida mente pronuncio, & primo diversos fuisse hosce Ælianos clarissime probatum dabo utriusque tum ex Patria, tum maxime ex Ætate, quo facto reliqua dein ultro concident. Noster *Romanus* fuit, ut supra jam ostendimus. At ille, qui Tactica scripsit, alienigena & Græcus, ut satis diserte declarat ipse in Procœmio ad Imp. Hadrianum, dum se Græcorum disciplinam militarem nosse, & conscribere aliis melius potuisse & voluisse ait, sed cohibitum, quia ignoraverit Romanorum hac in disciplina vim & peritiam, veritum, ne traderet rem jam inutilem *post inventam à Vobis* (sic loquitur, intelligens Romanos, quorum Princeps erat Hadrianus,) *illius Artis doctrinam:* Verum quum tempore Imp. Nervæ

væ Trajani incidisset in Frontinum, cognovisseque non parum curare illum Græcam hujus Artis disciplinam, cœpisse se cogitare de exsequendo priore consilio, siquidem existimarit, talem Virum non curaturum adeo Græcam hanc disciplinam, si censuisset Romana esse inferiorem multo aut deteriorem. Quis ex toto hoc loquendi modo & nexu non agnoscat Scriptorem illum *Græcæ* fuisse gentis, non *Romanæ*, cujus civitatis mores & disciplinam in eo etiam genere, cui se totum dediderat, ignorare prorsus se fatetur, immo à quibus manifeste & palam adeo se distinguit & separat, dum ad Imp Romanum Græce scribens, de Romanis, non NOBIS ait, sed VOBIS?

Res tamen etiam certior evadet ex tam diversa & plus seculi intervallo sejuncta Utriusque ætate. Græcum illum Tacticorum Auctorem vixisse temporibus Trajani & Hadriani, certissimum ex illo procœmio ad Hadrianum scripto, in quo se etiam sub ejus Patre Nerva Trajano egisse cum Frontino Viro Consulari de re Tactica ait. At Nostri Ælianni tempus ad Imperium Alexandri Severi, qui anno Christi 222. imperare cœpit, cum Hadrianus cœperit an. 117. rejiciendum clarissime jam probabo, & tanto studiosius, quanto magis paradoxa res est, & in alia omnia abierunt Omnes Eruditi. Res autem liquido satis conficitur ex Philostrato, quem omnes advocant, & ex quo Æliani Vitam in ejus Editionibus exhibent, sed nemo, ut videtur, inspexit diligenter satis, aut consideravit, ut oportebat. Scripsit ille duobus Libris *Vitas Sophistarum*, sed ita, ut prius & separatim commemoraverit Philosophos, qui & Sophistæ sunt habiti, dein Veros Sophistas. In utroque genere exsequendo habuit & servavit rationem Ætatis, atque ita Libro Priore post Philosophos exposuit Sophistas illos, qui antiquiores fuerunt Herode Attico; In posteriore reliquit nobis hujus Herodis Vitam, ac dein Æqualium ejus, & Eorum, qui Illius, denique etiam, qui Horum ipsorum, fuerunt discipuli & Auditores. Cum progressu itaque Libri progreditur series Temporis &

Imperatorum quoque, ſub quibus illi Sophiſtæ vixerunt, ab Hadriano ad Alexandrum Severum uſque. Herodes ille vixit & floruit ſub Hadriano, Ant. Pio, & Marco, ſub quibus poſterioribus etiam Alexander, Hermogenes, & Ariſtides: ſub Marco & Commodo diſcipulus Herodis, Adrianus, & Hujus, Pollux. Sequitur dein apud Philoſtratum alius Herodis Auditor, Pauſanias, is ipſe, cujus habemus *Græciæ deſcriptionem*, & qui *Eliaca* certe, & *Arcadica*, ſcripſit extremis Marci temporibus. Hujus demum, qui jam ſenex haud dubie ſub Commodo & Severo, interpoſitus quippe inter Pollucem, qui Commodo inſcripſit ſuum *Onomaſticon*, & Athenodorum Pollucis æqualem, Romæ docuit & mortuus eſt, Diſcipulus fuit Ælianus Noſter, qui eum & laudat in hac *Varia*, XII. 61. Progreditur dein Philoſtratus ad eos, qui ſub Sept. Severo florere cœperunt, quorum primus eſt Apollonius Athenienſis, Adriani auditor, qui ipſe fuerat Herodis. Ejuſdem Severi Epiſtolis ſcribendis præfuit Antipater, Adriani itidem & Pollucis diſcipulus, ſed vixit etiamdum ſub Caracalla, poſt necem Getæ. Æquales ejus fuerunt, qui ſequuntur apud Philoſtratum, Hermocrates Antipatri gener, Heraclides, & Hippodromus. Sub Caracalla jam floruit Philiſcus, Romam ad Imperatorem illum profectus litis cauſa, ut diſerte Philoſtratus ait, ſed cujus verba vitioſe iſtic eduntur, & peſſime vertuntur. Verba hæc ſunt: Οὕτω νῦν τῆς δίκης γενομένης ἐπὶ τὸν Αὐτοκράτορα, Ἀντωνίνου δὲ ἦν ὁ γ (lege omnino τῆς, & Vide Salmaſium ad Spartianum in *Sept. Severo* cap. 18.) Φιλοσόφου παῖς, Γαλίας, ἐστάλη ἐς τὴν Ῥώμην, ὡς τὰ ἑαυτοῦ θησόμενος, καὶ προσχρεὶς τοῖς περὶ τὴν Γαλίαν Γεωμέτραις τε καὶ Φιλοσόφοις, εὕρετο παρ' αὐτοῖς διὰ γ Βασιλέως τὸν Ἀθήνησι θρόνον. Vertuntur hæc ſatis imperite: *Is nunc lite conteſtata apud Imperatorem (qui Antoninus erat Philoſophi ex Julia Filius) Romam miſſus eſt, ut ſua diſponeret. Ibi cum in Geometras & Philoſophos Juliæ incidiſſet, ab ipſis, Imperatoris ope, Athenis ſedem inveuit.* At voluit Philoſtratus:

tus: *Is vero lite ſibi orta, ad Imperatorem (Antoninus* Caracalla *erat, Juliæ Philoſophæ Filius*, Mater enim ejus, Julia Domna, Philoſophiæ ſtudium coluit, & Philoſophos fovit, inque iis ipſum Philoſtratum Lemnium, de quo mox) *Romam profectus eſt, tanquam res ſuas conſtituturus: atque ibi quum ſe applicuiſſet Geometris & Philoſophis, qui erant circa Juliam, nactus eſt, apud eos agens, cathedram Athenienſem per Imperatorem.* Jam vero poſt hunc Philiſcum habes demum Æliani Noſtri Vitam apud Philoſtratum, ita ut duo tantnm dein ſequantur, Heliodorus & Aſpaſius, quorum alterius in Vita Imperator nominatim nullus exprimitur, at in alterius, qui, æque ac Noſter, Pauſaniæ fuit Auditor, diſerte jam *Alexander Severus* nominatur, cujus ille in Comitatu fuerit. Volui & debui hunc ex Philoſtrato ordinem exponere cum Sophiſtarum, tum Imperatorum, ut ita liqueret, Eum, in his *Vitis Sophiſtarum* eorum Ætatis ordinem ſervaſſe, atque ideo ex illo Ordine Ætatem ſingulorum conſtitui poſſe, etiam Eorum, quorum in Vita ceteroquin Ætas iſta diſerte non declaratur. Nam quis his jam recte perpenſis negabit mihi amplius, Ælianum fuiſſe ergo Aſpaſii, ſui apud Pauſaniam condiſcipuli, qui Alexandri Severi tempore florere cœpit, æqualem, vel paulo tantum majorem natu?

Sed tamen etiam in illa *Æliani Vita* liquidum ſatis reperi argumentum ad firmandam ejus Ætatem, vel meam de ea ſententiam. Philoſtratus enim Lemnius, qui fuit Suidæ *Philoſtratus Secundus*, & hujus Philoſtrati Patruus & Socer, ut recte cenſuit Voſſius, incidiſſe aliquando in Ælianum dicitur, recitantem acrius accuſationem quandam ab ſe compoſitam, quumque Ælianus, *quid recitaret*, rogatus, dixiſſet, *eſſe Accuſationem Gynnidis*, ſeu *Tyranni iſtius, qui paulo ante remp. Romanam tenuerat*, reſpondiſſe, *Admirarer Te & laudarem, ſi Vivum accuſaſſes. Hoc enim fuiſſet Viri, quum invehi in mortuum, ſit Vulgaris* ſeu *Cujuslibet Hominis.* Ex hujus reſponſi gravi-

gravitate Cenſoria liquet, Philoſtratum hunc Lemnium fuiſſe Æliani ſaltem æqualem, ſi non grandiorem natu. Jam vero fuit ille *XXIV.* tantum *annos natus* ſub Caracalla, quando *is illi dedit immunitatem*, ut diſerte tradit junior Philoſtratus in *Vita Philiſci*. Et confirmatur hoc ipſum ex *Vita Hippodromi* p. 612. ut & ex eo, quod dein viguit & floruit auctoritate magna ſub Alexandro Severo, quod docet nos *Vita Aſpaſii*. Quod ſi jam tribuamus illos Philoſtrato Lemnio annos in ipſo Caracallæ initio, quod tamen nulla nos cogit ratio, ac dein eandem plane ætatem Æliano, tum ſane Noſter, qui vitam ultra annos LX. produxit, attigiſſet Imperium Philippi, quod Philoſtratum illum attigiſſe ait Suidas, quum inter initium Caracallæ & Philippi, XXXIII. tantum anni interceſſerint. Ex his jam patet clariſſimum in modum, quantopere aberraverint à vero Eruditiſſimi Viri, qui non modo Ælianum hunc à Martiale jam laudatum, & *Facundi Æliani* nomine deſignatum, ſed & illam *Gynnidis & Tyranni accuſationem* ad Domitianum referendam eſſe, pro *ſatis certo* nobis affirmant. Quid enim Domitianus ad Philoſtrati & Æliani curam pertinebat? An ille tunc erat ὁ Α'ΡΤΙ καθήμενος Τύραννος, *qui paulo ante exſtiterat*, quum ab Exitu Domitiani ad Initium Caracallæ fuerint CXIV anni? Sine ullo dubio *Gynnis & Tyrannus* iſte fuit Elagabalus, cujus Tyrannis congruit in illorum ætatem, & qui vere ac præ omnibus aliis ἀσελγείᾳ πάσῃ τὰ Ρ'ωμαίων ἤσχυνε, *omni genere ſpurciſſimarum libidinum Imperium Rom. dehoneſtavit*, immo *Libidinum genera quædam invenit*, & *ſpinthrias veteres*, *atque omnes apparatus Tiberii*, *Caligulæ*, *Neronis*, ut ait Lampridius *Cap.* 33.

Ita vero ex Philoſtrato, & Ejus *Vita Æliani*, ſatis jam liquet ni fallor, diverſos fuiſſe, Noſtrum, & illum Ælianum qui *Tactica* nobis reliquit, ſeu Noſtrum integro minimum ſeculo fuiſſe illo poſteriorem. Sed & ex ipſo etiam Auctore, & hac *Varia Hiſtoria*, idem adſtruere liquido poſſumus. Non dicam nunc, adferri à Suida in V. Ε'λοιδόρησε, verba

verba ex *Æliano*, quæ manifeſte agunt de tempore Imp. Commodi, ſeu de *Cleandro* illius Prætorii Præfecto, de quo homine velim videas, & cum hoc fragmento conferas, Herodianum in *lib.* 1. *capp.* 12. & 13. Neque dicam, *Pauſaniam*, ab illo citatum, eſſe igitur illo antiquiorem, eſſe & Plutarchum, quem ſæpe deſcripſit. Verum id potius oſtendam, ipſum Athenæum ſuos Δειπνοσοφιστῶν libros ſcripſiſſe & edidiſſe ante Ælianum, ſeu Hunc ex eo hauſiſſe quam plurima: quo declarato, Athenæi ſimul & Æliani conſtituemus ætatem, ſeu ſcriptionis tempus. Athenæum Voſſius ſcripſiſſe docuit poſt tempora Imp. Commodi, quia *lib.* XII. p. 597. rem narrat, quam ſuo tempore fecerit ille Imperator. Addo Ego, ſcripſiſſe eum poſt ipſum Caracallam, ſiquidem, ut animadvertit jam Tanaq. Faber *lib.* I. *Epiſt.* 64. memorat *Oppianum Cilicem*, & ejus Α'λιευτικὰ, deque eo loquitur, tanquam jam mortuo, dum ait lib. I. p. 13. Τὸν ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ο'ππιανὸν τὸν Κίλικα, *Qui paulo ante nos exſtitit*, *Oppianum Cilicem*. Jam vero Oppianus iſte diſerte carmina ſua inſcripſit *Antonino* Caracallæ, *quem peperit Domna* Julia Sept. *Severo*. Deſcriptio clariſſima, ex qua liquet, Suidam ergo, quando de Oppiano ait, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Α'ντωνίνου βασιλέως, *qui fuit tempore M. Antonini Imperatoris*, deſignaſſe, niſi erraverit, non Imp. *Marcum Philoſophum*, ſed *Caracallam*, qui Cæſar factus iſtis nominibus ſemper eſt uſus. Sequitur ergo certa prorſus ratione, Athenæi opus ſi exaratum eſt demum poſt mortem Oppiani, qui mortuus fertur anno ætatis XXX. ultimis annis Caracallæ, confectum ergo eſſe poſt Caracallam, ſub Elagabalo haud dubie, vel primis annis Alexandri. Nam ut illam ſcriptionem in inferiora demittamus tempora, quod velle videtur Faber, non patitur ratio ætatis Æliani Noſtri, qui ſub Alexandro floruit, & ſcripſit haud dubie, quoniam Philoſtratus eum refert inter ultimos quidem Sophiſtas, ſed tamen ante duos, quorum poſterior dicitur nominatim *ſub Alexandro viguiſſe*, *& in ejus comi-*

****** *tatu*

tatu varias perluſtraſſe terras. Accedit, quod Philoſtratus ille, deſinens in Sophiſtis Alexandrei temporis, paulo poſt igitur & ipſe ſcripſerit, tanto magis, quoniam varia commemorat, quæ ex ſuperioribus Sophiſtis, & ipſius Herodis diſcipulis, *ipſe Audiverit:* & tamen fuerit ſuperſtes Æliano, quippe cujus mortem refert. Unde conficimus, Ælianum itaque ſcripſiſſe ſua extremis ferme temporibus Alexandri, certe poſt Athenæum; Hunc vero poſt Oppianum, atque adeo poſt imperium Caracallæ, & porro ante Ælianum, atque ita vel ſub Elagabalo, vel primis annis Alexandri.

Sed hæc omnia tum demum vera erunt, ſi probavero, quod poſui & affirmavi, Ælianum hauſiſſe quamplurima ex Athenæo. Nam cur non potius Ælianum deſcripſerit ipſe Athenæus? Id vero liquebit ex inſpectis & collatis inter ſe Utriuſque Locis. Etenim Ælianus plerumque brevius refert, quæ uberius & ex alio ſemper Auctore, Uno vel Pluribus, quos etiam diſerte nominat, expoſuit Athenæus. Sic *Caput* 15. *Libri* I. de Columbis ſumptum eſt totum ex Athenæo IX. 11. ſed qui plura partim ex Ariſtotele, partim ex Aliis, interſerit. Sic Noſter II. 18. habet ex Athenæo X. 5. tum II. 37, & 38, & 40. ex Athen. X. 6. Et IV. 22. ex XII. 1. Et IX. 3. ex XII. 9. Et IX. 8. ex XII. 11. Et XIII. 6. ex I. 24. denique XIV. 7. ex XII. 12. Quibus omnibus in locis ſæpe Athenæi verba ſervavit Ælianus, de ſuo aut aliunde nihil addidit Rerum, etiam ubi à Verbis illius receſſit, in Oratorias locutiones digreſſus. At Athenæus plura identidem, & plures rerum circumſtantias, ex variis Auctoribus memorat. Sed res clariſſima eſt ex illis *Capitibus*, in quibus Ælianus multos homines ejuſdem generis aut vitii enarrat. Ita *lib.* I. *cap.* 26. Aglaiden mulierem, & *cap.* 27. Viros XIV valde voraces nominat, quos omnes eodem numero & ordine reperies apud Athenæum X. 3, & 4 immo cum Athenæus ante duos ultimos, *Alcmanem & Cteſiam*, interjeciſſet ex Polemone non Hominem, ſed Rem quandam, *in Sicilia* ſci-

ſcilicet *fuiſſe Templum* ♀ Ἀθηφαγίας, & *Statuam Cereris Frumentariæ*, additis aliis, ſed paucis, ſimilibus exemplis, eadem interpoſuit iſto loco etiam Ælianus, ſimilibus illis tantummodo omiſſis. Quod ſi jam loca conferas, manifeſtum tibi erit, Athenæum eos conquiſiviſſe ex Variis Auctoribus, at Ælianum ex uno Athenæo excerpſiſſe, quum Ælianus ſola ferme nomina hominum referat, ille vero ſingulis pene uberiorem addat deſcriptionem, & ipſa aliquando Auctorum verba, qui de iis egerunt. Idem reperies in *lib.* X. *cap.* 6. ubi octo homines memorat Ælianus inuſitatæ macilentiæ & gracilitatis, omnes eodem ordine ex Athenæo XII. 13. ſed qui duas maximæ formæ paginas explet de iis agens. Maxime tamen liquida & certa evadit res ex II. 41. ubi Noſter XXVIII refert Φιλοπότας, omnes iterum eodem prorſus ordine, quo Athenæus *lib. X. pagg.* 435--440. licet minus Chronologico, etiam in Regibus unius Regni Syriæ. Ille autem ex diverſis eos collegit Auctoribus, & pluribus rerum geſtarum narrationibus eſt proſecutus. Quin ubi Athenæus non tam Homines, quam facta & certamina πολυπροσίας, interponit, veluti quæ indixit Alexander in honorem Calani, & Dionyſius in feſto Congiorum, eadem habes apud Ælianum eodem loco. Sed & ſubjicit hiſce Viris dein ille Δειπνοσοφιστὴς Feminas quoque temulentas, aſt unam modo nominatim, *Cleo* dictam: multis vero Poëtarum teſtimoniis probat complures fuiſſe ejus generis apud Græcos. Quocirca & Noſter itidem à Viris progreſſus ad Feminas, in Plurali ait, εἰ δὲ χρὴ καὶ Γυναικῶν μνημονεῦσαι, εἰρήσθω οὖν καὶ περὶ τούτων: *ſi vero oportet & Feminas memorare, dicatur ergo & de illis.* Sed tamen Unam tantum, & illam quidem modo nominatam, memorat, nempe quia non nominavit plures Athenæus. Certiſſimo, niſi fallor, hæc ſunt documento, Ælianum ſæpe ſua hauſiſſe, & velut in Epitomen contraxiſſe, ex Illius Collectione & Expoſitione Uberiore, qui identidem addidit Auctores, unde ea, quæ tradit, acceperit, ne quis ab Ælianо ſumpſiſſe

 putet.

putet. Quid videtur? Jamne credis, Lector, Ælianum *Variam* hanc *Hiſtoriam* ſcripſiſſe poſt Athenæum & ſæpe ex eo? Si nondum, tum vero inſpice ſodes ea, quæ notavi IV. 23, 1. VIII. 7, 7. & IX. 9, 1. & comperies Noſtrum etiam iſtis in locis non tantum ſequi ſuum illum Auctorem, ſed &, dum illius verba eorumque nexum parum diligenter conſideravit, ex iis in errorem incidiſſe certiſſimum, ſicuti & fecit IX. 8, 3. ubi de ſuo præter id, quod Athenæus prodiderat, circumſtantiam temporis voluit addere, & addidit falſam: atque ita tandem liquida & ſerena luce erit clarius, habuiſſe Ælianum & adhibuiſſe, quum ſua ſcriberet, illos Athenæi Δειπνοσοφιστῶν libros. Quod ſi certum eſt, tum vero ſatis probatum dedimus id, quod initio affirmavimus præter & contra omnium Eruditorum ſententiam, Auctorem Noſtrum neceſſario ad tempora Alexandri Severi eſſe demittendum, & longe fuiſſe diverſum ab eo, qui Tactica Græca miſit ad Hadrianum: erraſſe ergo non Voſſium modo & Alios, qui hoſce duos in Unum confuderunt, & pariter ad tempora Nervæ, Trajani, & Hadriani retulerunt, ſed & Suidam, qui Noſtrum *Sophiſtam* ait *Romæ egiſſe* ἐπὶ τῶ μὴ Ἀδριανὸν χρόνων, *temporibus poſt Hadrianum*, ſcil. proximis: nam ceteroquin inepta illa foret temporis deſignatio, ſi ſciviſſet & ſenſiſſet illum integro ſeculo poſt ſub Alexandro demum floruiſſe.

Verum ut illi fuerunt diverſi Scriptores, ſic haud dubie idem eſt, qui *Variam* Hanc, & illam *de Animalibus* ſcripſit *Hiſtoriam*, contra quam cenſuerunt nonnulli, teſte Geſnero. Nec exputare queo, quid moverit etiam Iſacum Voſſium, ut in *Appendice Obſervat. in Melam* II. 2. de fluvio *Neſto* vel *Neſſo* agens, poſtquam attuliſſet Noſtrum Ælianum, & Ejus *Variæ Hiſt. Librum IV.* ſubjiciat hæc ipſa, *Alter Ælianus, qui de Animalibus ſcripſit, integro fere ſeculo Junior illo priore*, h. e. illo, qui *Variam Hiſtoriam* ſcripſit, à quo manifeſte *Alterum* Hunc diſtinguit. Quod ſi dixiſſet, Noſtrum Auctorem, & Hunc

Hunc *de Animalibus*, integro fere ſeculo juniorem eſſe illo, qui *Tactica* edidit, dixiſſet id, quod veriſſimum eſt. An voluit Noſtrum & illum Tacticum eſſe Eundem, Hunc autem, de Animalibus qui egit, eſſe demum Sophiſtam illum Philoſtrati, ac diverſum ab iſtis prioribus. Si ita, tum ſane graviſſime erravit in Noſtri ætate, quem Athenæo recentiorem certiſſimis docui argumentis, atque adeo eſſe revera illum Philoſtrati Sophiſtam, æque ac fuit iſte Animalium Enarrator. Sed & concurrunt omnia, ut credamus Eundem eſſe Utrumque. Nam ut taceam, *complura* ſcripſiſſe hunc Sophiſtam, & quum ſe imparem Orationibus ipſe judicaſſet, τῶ συγγεγράφειν ἐπιθέσθαι καὶ θαυμαθῆναι ἐκ τούτου, ut ait Philoſtratus, *animum appuliſſe ad ſcribendum, & ex ea re gloriam & admirationem ſibi peperiſſe:* ipſa animi indoles, ſcribendi ratio, & utriuſque Hiſtoriæ in eaſdem res, & ſæpe verba, conſenſus, eundem arguunt Auctorem. Indoles ejus & animi & ſcripturæ, Varietatem ſectabatur, atque ideo etiam in Hiſtoria Animalium non certum & perpetuum ſervat ordinem, ſed prout occaſio, memoria, libido ferebat, ab Uno tranſit ad Aliud, deque Uno eodemque ſæpius & diverſiſſimis agit in locis, ſæpe etiam alias res iis, de quibus agebat, aſpergit. Ipſe hoc fatetur in Epilogo iſtius Operis, ſeque ait de ſingulis *Animalibus non dixiſſe omnia ſimul uno in loco*, ſed Ποικίλα ποικίλως, *Varia varie miſcuiſſe*, additque *ſe quæſiviſſe* τὸ ἐφολκὸν τῆς ἀναγνώσεως τῶ ποικίλῳ, *illecebras lectionis ex Varietate: vitaſſe tædium, quod ex ſimilibus identidem rebus oboriri ſolet: atque ita hoc ſcriptum contexuiſſe ex variis Animalibus, quaſi pratum aliquod aut coronam varii coloris.* Vides quam pulchre iſte Animus, iſta ſcribendi ratio, etiam in Opere Unius Argumenti declarata, conveniat in Noſtrum Auctorem, & hoc inſtitutum *Variam* componendi *Hiſtoriam*. Porro idem Viri ſtudium ex eo etiam agnoſci poteſt, quod, uti *Hiſtoriam Animalium* ex profeſſo indagavit & explicuit, ita in hac *Varia* temperare ſibi non potuit, quin paſſim de

iis ageret, & maxime in ipso Operis initio, continuis Quindecim Primis Capitibus Primi Libri. Adde his Eundem quoque agendi & scribendi modum, seu similes plane Parentheses, refugiendi accuratiorem Hominis, de quo agit, designationem. Ita Noster V. 11. Θεμιστοκλῆς Βασιλεὺς (τὸ δὲ ὄνομα λεγέτω ἄλλος) ὅτε &c. *Hist. Anim.* IV. 7. Ἀκούω τῶν Σκυθῶν Βασιλέα (τὸ δ' ὄνομα εἰδὼς εὖ) ἔχων &c. Et Noster XIV. 43. Ὁ μὲν Πτολεμαῖος (ὁποῖος δὲ, αὐτὸν ἐᾶν δεῖ, vel, si malis, ὁποῖος δὲ αὐτὸς, ἐᾶν δεῖ) καθῆστο &c. *Hist. Anim.* VIII. 4. Πτολεμαίου (ὁποῖος ἦν οὗτος, ἐκείνους, scil. Αἰγυπτίους, ἑρεῖ) &c. Quem locum Meis Notis ad XIV. 43. velim addi. Sed & easdem sæpe res, iisdem aliquando verbis, utro. bique reperias, quæ & ipsa utique eundem produnt Auctorem. Confer, si videtur de Araneis texentibus *Hist. Var.* I. 2. & *Anim.* VI, 57. de Cane Ægyptio *Var.* I, 4. & *Anim.* VI. 53. de Simia Leonis ægrotantis remedio, *Var.* I, 9. & *Anim.* XV. 17. de Gelonis Cane, *Var.* I. 13. & *Anim.* VI. 62. de se Cygni cantum nesciente *Var.* I. 14. & *Anim.* II. 32. de Columbis Veneris Erycinæ, *Var.* I. 15. & *Anim.* IV. 2. sed maxime de Icci Tarentini temperantia, qui σχεδὸν τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον ἀμαθὴς ἀφροδίτης fuisse dicitur *Var. Hist.* XI. 3. & *Hist. Anim.* VI. 1. ut & de Amœbei Citharœdi, Diogenis Tragœdi, & Clitomachi Pancratiastæ, simili temperantia, eodem ordine & modo exposita *Var. Hist.* III. 30. & *Hist. Anim.* VI. 1. Verba utriusque Historiæ de Clitomacho sunt, Illius, Κλειτόμαχος ὁ παγκρατιαστὴς εἴποτε ἢ κύνας εἶδε συμπλεκομένους, ἀπεστρέφετο: Καὶ ἐν συμποσίῳ εἴ τις ἀφροδίσιος λόγος παρερρύη, ἀναστὰς ἀπηλλάττετο. Hujus, Κλειτόμαχος ὁ Παγκρατιαστὴς, ἢ κύνας εἴποτε εἶδε μιγνυμένους, ἀπεστρέφετο: ἢ ἐν συμποσίῳ εἰ λόγον ἀκόλαστον ἤκουσε καὶ ἀφροδίσιον, ἐξαναστὰς ἀπηλλάττετο. Quis ea legens, & inter se componens, dubitet amplius, Eundem esse utriusque ergo Historiæ Auctorem, sicuti idem Auctoris Nomen Utraque præfert, & à Suida ac Aliis *Ælian* pariter adscribitur. Sed dices forsan, discrepare etiam aliquando, veluti de Vulpe Marina *Var.* I. 5. & *Anim.*

Anim. IX. 12. de Catulis Leonum in utero matris, *Var.* X. 3. & *Anim.* IV. 34. de Puero, quicum Draco fuit educatus, & quem *Varia Hist.* XIII. 46. *Patris Achaiæ* ortum ait, at illa *Anim.* VI. 63. *Arcadem* dicit. Verum quid in eo Novi aut Insoliti, si idem Auctor errorem in prioribus admissum in alio dein opere correxerit, vel etiam eorum, quæ alibi jam scripserat, fuerit oblitus, quum sæpe in Uno etiam opere per incuriam Auctorum diversa reperias? Vide Nostrum I. 8. & XIII. 35. tum II. 26. & XIV. 8. ut & quæ ex Aliis Auctoribus observavi in *Animadvers. Hist. Cap.* 8. Denique etiam in eo convenit *Historiæ Anim.* cum Nostro Auctore, quod itidem Athenæum aliquando descripserit iisdem fere per omnia verbis, ut manifestum erit comparanti *Hist. An.* XV. 27. cum Athenæo IX. 9. p. 388. Aliud etiam exemplum Vide in iis, quæ notavi in *Fragmenta* ad V. Μήκων. Hæc omnia saltem verisimilitudinis satis habent, nisi valde fallor, ad probandum, quod volebam, Eundem esse Utriusque *Historiæ* Auctorem, secus quam affirmabat Is. Vossius, & sentiebant illi, quos memorat Gesnerus.

Sed & alia haud dubie scripsit Sophista Noster. Ipse *Hist. An.* IV. 1. *Cretensium Amatoris & Pulchri Pueri*, quorum Historiam istic refert, *Nomen* ἀλλαχόθι, *alibi*, *se dixisse* ait. Neque vero dubito, quin Nostri quoque sit Æliani Opus illud περὶ Προνοίας, *de Providentia*, & περὶ Θείων Ἐναργειῶν, *de Divinis Apparitionibus*, vel potius, *Divini Numinis & Providentiæ Declarationibus*, sive Unus idemque is fuerit Liber, sive duo diversi. Crediderim tamen Unum fuisse, sed cui diversos tribuerit Titulos, ejusdem fere significationis, Suidas, æque ac Huic ipsi *Variæ Historiæ*, ut mox ostendemus. Sed & ita *Historiam Animalium* diverso laudant titulo, Suidas in V. Μήκων, scil. ἐν τῷ περὶ ζώων: at Eustathius ad Homerum *Iliad.* A. p. 44. ἐν τῷ περὶ ζώων ἰδιότητος. Sic itaque diversas etiam illius Libri puto appellationes, quando eum Suidas Τὸν περὶ Προνοίας vocat in Vocibus

Α'Ετα-

Ἀβασάνιστος, Ὀργεῶνας, Σεμνὰ, Φιλήμων, Ψελίῳ. Neque aliter Eustathius ad Homerum *Iliad.* Δ. p. m. 378. Idem vero ad Dionysii *Perieg.* 453. Αἰλιανὸν ἐν τοῖς περὶ Προνοίας citat. At Τὸν περὶ Θείων Ἐναργειῶν apud Suidam reperies in V. Ἀνεμάξατο, Καλλιγόλας, Ὠψίσθη. Τὸν περὶ Θείων Ἐνεργειῶν apud Eundem in Voce Ἐνστάτης, à Kuhnio in Fragmentis prætermissa, ubi vertitur à Porto, *de Divinis Actis.* Sed & istic in MStis legi Ἐναργειῶν docuit me Cl. Kusterus, qui parat cum maxime novam Suidæ editionem, quam pulcherrimam fore & emendatissimam spectata Viri industria & doctrina dubitare nos haud sinunt. Ceterum illud etiam opus nostri esse Æliani plane mihi persuadeo, quia ejus sententiæ de Diis, & Deorum Providentia, de Oraculis, & Ostentis, de Epicureis, & Atheis, prorsus congruit, atque adeo sicut Ælianus in hac *Varia Hist.* multa tradit de *Animalibus*, deque iis dein ex professo scripsit, sic passim etiam in hac *Variâ* reliquit nobis insignia providentiæ & pœnæ Divinæ in Impios exempla, ac dein tamen proprio opere totam hanc materiam exhausit. Sententiam Nostri Auctoris, & talia apud Eum Exempla, vide sis II. 23. & 31. III. 22, 42, 43, 44, 45. IX. 12. XIII. 2. quæ velim conferas cum Æliani fragmentis, quæ è Suida collegit Kuhnius, & quorum complura ejus sunt generis & argumenti. Nam licet neutiquam omnia præscriptum sibi habeant Titulum Libri, tamen ex illo περὶ Προνοίας maximam partem sumpta esse arbitror, idque res ipsa, quam continent, satis videtur declarare. Sed & probabile est, Suidam, hominem quippe Christianum, illud Æliani opus potissimum legisse; quamvis neque alia plane neglexerit. Nam certe etiam *Historiam Animalium* laudat in V. Μήκων, ad quam vide quæ notavi in Fragmentis: sed & ex ea habet, quæ protulit in Ἀναπολεῖ ex II. 54. & Πεπιασμένοις ex II. 41. Verum quæ loca istius *Anim. Historiæ* vel sunt in istis vocibus emendanda ex Suida, vel perperam ille ad alienas Voces retulit, quæ ceteroquin, & absque illis tantum Vocabulis, sunt ipsa Æliani

Æliani verba. Neque vero Nostram hanc *Variam* ignoravit, aut in citando prætermisit, si fides est ejus Codicibus habenda, qua de re paulo post agemus.

Hæc de Auctore dicta sufficiant. Nec enim in ejus commendationem ut pluribus digrediar, fert animus, ut faciunt multi, qui, quum alicui ex Veteribus suas impenderunt curas, ita rem gerunt, quasi id tunc negotii sibi simul esset datum, ut eum summis laudibus in cœlum tollant. Homines fuerunt Veteres illi, & humanæ incuriæ erroribus æque ac nos obnoxii. Quod ut multis probavi exemplis in *Animadversionibus Historicis*, ita neque Ælianum ab iis liberum fuisse, meæ declarabunt Notæ. Fuit tamen Vir Egregius, Severus, & Virtuti deditus, atque ideo nihil in hac tanta Historiarum Varietate obscœni, nihil improbi occurrit, nihil quod vitiis patrocinetur. Sed & ab hoc animo Hominis profecta est illa τοῦ Γύννιδος κατηγορία, quam memorat Philostratus. Ipse etiam in Epilogo *Historiæ Animalium* quam fuerit ab aulæ strepitu & splendore, ab ambitione & divitiarum, quas comparare sibi in Aula potuisset, studio alienus, quam è contrario sapientiæ & doctrinæ studiis unice devotus, palam profitetur, neque scripta ejus dictis sunt contraria. Sed & peritia Linguæ Græcæ, Attica immo eloquentia, in homine Romano fuit admirabilis, ut non magis *Attici* hac parte essent ipsi Athenienses; qua etiam de causa *Sophistæ* Nomine & dignitate fuit honoratus. Quæ omnia nos docet Philostratus, qui etiam addit illum *non fuisse animo elatum*, ὑπὸ τοῦ ὀνόματος οὕτω μεγάλου ὄντος, *Nomine* scil. Sophistæ, *quod tantæ tum erat dignitatis & existimationis.* Nempe *Sophistæ* & *Philosophi* primum iidem erant, scientiæ rerum & sapientiæ operam dantes, simulque eam ut aliis facile persuaderent, sedulo curantes. Hinc Plutarchus de τῷ Εἶ, *init.* præcipuos Septem Sapientum vocat ἐκείνους τοὺς Σοφοὺς, ὑπ' ἐνίων δὲ Σοφιστὰς προσαγορευθέντας. Sed & ipse Chilonem, unum ex iis, in *lib.* περὶ Πολυφιλίας, non aliter quam *Sophistam* ap-

****

pel-

pellat: plane ut eodem vocabulo Sapientes Indorum passim designantur. Sed postea inter Philosophos exorti sunt in Græcia homines, qui cavillationes potissimum & argutias in differendo sectabantur, seque concionibus ad populum habendis de civilibus aut judicialibus rebus dedebant, eamque artem publice profitebantur atque alios docebant. Hi vero tunc proprie dici cœperunt *Sophistæ*, & à Vera Sapientia quasi desciviſse censebantur. Utrumque liquet etiam ex Nostro II. 13. ubi videmus Socratem quoque accusatum, quasi Sophistam, ut qui doceret, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν, h. e. *causam deteriorem probare*; sed tamen ipsum, utpote Verum Philosophum, *arguisse Sophistas*, jam tunc οὐδὲν ὑγιὲς ὄντας, οὐδέ τι σπουδαῖον ἢ εἰδότας ἢ λέγοντας, *nulla vera sapientia præditos, neque quidquam boni vel scientes vel dicentes*. Distingui itaque jam tunc cœperant à Philosophis: atque ideo Maximus Tyr. *Dissert.* X. *init.* ubi Vitia ait Virtutem specie quadam imitari, addit, *& ita imitatur Pharmacopola Medicum, Sycophanta Rhetorem, Sophista Philosophum. Et ubique invenies cognatum Bono Malum, multa similitudine mistum, sed & separatum ab eo, vel Consilio & animo, ut Sycophantam à Rhetore, vel Fine, ut Pharmacopolam à Medico, vel Virtute, ut Sophistam à Philosopho.* Plutarchus etiam in *Themistocle* p. 112. ita dictos ait, qui *sapientiam Politicam, quæ Solonis fuit, forensibus postea artibus miscuerint, & omnem meditationem ab actione ad Sermonem transtulerint.* Sed videndus de iis omnino Lucianus in *Fugitivis* p. 791. ubi multis eos describens, *compositum genus hominum* fuisse *ex arrogantia & inutili sapientia, & post septem illos Sapientes, ac Pythagoram, Heraclitum, & Democritum, ortos* tradit. Et revera tum demum cœpit hæc distinctio, ac potissimum à Gorgia Leontino, & Protagora Abderite, quem ideo Gellius V. 3. *insincerum* ait *Philosophum, sed acerrimum Sophistarum*, qui palam *pollicitus* fuerit *se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior.* Ad *Gorgiam* vero Philostratus, *tanquam ad Patrem, refert Sophistarum artem*, atque ideo eum inter Sophistas veros primo loco commemorat. Quia vero hi, & maxime Protagoras, *docebant* alios hanc Artem, & omnes Philosophi etiam fuerant dicti *Sophistæ*, inde factum, ut tandem cujusvis fere artis Doctores ita appellarentur: (Vide Maximum Tyrium *Diss. 7. init.* & me ad Æl. II. 31.) potissimum tamen illi, qui Rhetoricam publica auctoritate docebant. Quod apud Græcos, in primis Athenienses, honestum valde & glorioſum esse cœpit tempore Romanorum Cæsarum, & ideo ad id munus etiam alienigenæ producebantur, qui tunc dicebantur nacti *thronum Athenienſem*, cui προῆγε, *præfuit*, *Primus*, tempore Adriani, Lollianus Ephesius. Deinde alii etiam per ipsos Cæsares hunc *thronum* fuerunt consecuti: Veluti Pollux per Commodum, & Philiscus per Antoninum Caracallam. Similis autem erat *Sophistarum thronus* etiam in Urbe Roma, ut patet ex *Vita Euodiani.* Sed & sæpissime hi *Sophistæ* tunc à sua quisque civitate adhibebantur ad Legationes pro ea obeundas, ut ex Philostrato constat. Non sine causa igitur tam magnifice in Vita Æliani de hoc *Sophistæ* nomine loquitur, cum tanta tunc fuerit istius Nominis inter Græcos dignitas: quo proinde ornatum fuisse Hominem Romanum, id vero maximam declarat Græcæ Linguæ peritiam & facultatem, quam in Æliano itaque fuisse oportet.

Ipsum autem hoc Opus Ποικίλη Ἱστορία, h. e. *Varia Historia*, appellatur in MStis, qui hunc præferunt Titulum, Αἰλιανοῦ Ποικίλης Ἱστορίας Βιβλίον Πρῶτον: & eodem modo à Suida in V. Δῶς, Κάκη, & Φιλιωθέντες. At in V. Ἀσέλγεια laudat *Æliani* τὰ περὶ Ποικίλης Ἀφηγήσεως, *librum de Varia Narratione.* Stobæus semper vel Ἱστορίαν vocat vel τὴν Σύμμικτον Ἱστορίαν, *Miscellam Historiam.* Stephanus etiam Byzantinus in V. Χερρόνησος verba ex hac *Historia* citat, sed titulo Ἱστορικῆς Διαλέξεως, licet male ea tribuat Libro *Primo*, quum occurrant

II. 33. quod Voſſium in eum induxit errorem, ut putaret iſtoc titulo aliud deſignari opus. Sed nullum mihi eſt dubium, quin diverſis his appellationibus Unum idemque, & hoc noſtrum Æliani Opus deſignetur, ſicuti Ejuſdem Liber *de Providentia*, modo περὶ Προνοίας, modo περὶ Θείων Ἐναργειῶν, à Suida nominatur. Cæterum multi *Variæ Hiſtoriæ* ſtylum abjiciunt longe infra elegantiam illius *de Animalibus*, quia in hac complura exſcripſerit Auctor ex Aliis, atque ita non omnia ſuo ſit exſecutus ſtylo. Alii & plerique imperfectum clamitant opus, quia Prologo & Epilogo careat, ac mera & jejuna ſæpe excerpta exhibeat, quibus ſolitum illud Excerptis, Ὅτι, præmittatur. Denique Kuhnius etiam longius progreditur, putatque nos pro Æliani *juſto opere*, & ut ab ipſo erat profectum, habere *quædam* tantum *ruta cæſa* culpa librariorum, *qui bonum Ælianum excerpendo ita diſcerpſerint, ut nec caput nec pedes amplius habeat*, ejuſque rei notam itidem putat eſſe *infelix* illud Ὅτι.

Quod ad primum attinet, negari nequit, quin complura ex Aliis ſumſerit, ut modo ipſa illorum ſervarit verba, modo res in compendium contractas breviter retulerit. Sed neutiquam id ſingulare, aut proprium huic eſt Hiſtoriæ, quum plerique eo tempore in primis Hiſtorici, alii alios, compilarint, ac ſæpe etiam negligenter, id quod liquido probavimus in *Animadv. Hiſtoricis cap.* 9. Sed & hinc deſcriptionem Tabernaculi, in quo Alexander M. jus dicebat inter Perſas, & legationes audiebat, habes iiſdem ferme verbis apud Polyænum IV. 3, 24. Athenæum XII. p. 539. Noſtrum IX. 3. ſed ita, ut Noſter manifeſto ſecutus ſit, ut ſolet, Athenæum, Hic vero Phylarchum diſerte laudet, ut cujus fide ea tradat: atque ideo ex eodem Phylarcho haud dubie ſua quoque hauſerit Polyænus, qui paucula habet plura, quam Athenæus, at reliqua eadem & iiſdem plane verbis: certo documento, etiam illum igitur non ſuo omnia ſtylo exaraſſe, ſed ſæpe alterius. Quin & ipſa in *Hiſt. Anim.* nonnulla itidem,

dem, & æque ac in hac *Varia*, ex Aliis deſcripſit Noſter, ut paulo ante oſtendimus. Ut adeo non multum hæc Noſtri *Hiſtoria* infra illam ſtyli ratione ſit abjicienda. Accedit, quod pleraque ſumſerit ex Optimis Scriptoribus. Nam ubi ab Athenæo diſceſſeris, de quo jam ſæpius egimus, auctores potiſſimum habet Noſter, Platonem (Vide Notas ad VIII. 1. & 2. & 9. & XIV. 5.) Ariſtotelem (II. 26. XI. 5. & XIII. 16.) Iſocratem (IV. 8. & V. 10.) Thucydidem (XII. 50.) etiam Herodotum, ſed mutata ejus dialecto (VIII. 17.) & ſæpius Plutarchum (XI. 9. XII. 3. XIII. 38. & 42. &c.) Multa itaque ex talis notæ Auctoribus excerpta exhibuit, alia ex Athenæo & Scriptoribus ab eo laudatis contracta ſummatim retulit, longe plura ſuo exornavit ſtylo, qui liquido ſatis Sophiſtam ſeu Rhetorem declarat.

Illa vero ipſa Styli ornamenta indicio mihi ſunt, neque *Imperfectum* eſſe hoc opus, quod cenſent complures. Contrarium teſtantur tot præfationes ſingulorum Capitum, tot Formulæ tranſeundi ab uno ad aliud, vel connectendi poſteriora prioribus, tot obſervationes Ethicæ: tum quod toties de ſe agit, ſe *Romanum eſſe*, *Græcos amare*, & maxime illos eruditos: quod Lectores ſuos ſæpe ad alios remittit Auctores: quod toties de re quapiam ſe illud potiſſimum, quod minus ſit pervulgatum, expoſiturum ait: quod denique *ſe jure accuſatum iri* agnoſcit II. 38. *ſi res aliorum* διὰ μνήμης ἔθετο, *res autem patriæ ſuæ prætermittat*; ſeque id, *quod in Sybariticis legerit Hiſtoriis*, *riſiſſe* profitetur XIV. 20. *prodidiſſe autem memoriæ* (ἔδωκα ὃ αὐτὸ εἰς μνήμην) *quia humanitate quadam non invideat aliis riſum.* Omnia hæc ſatis clare commonſtrant, ſcripta ea compoſita eſſe, ut ita ederentur. Sed & ſi *Imperfectum* eſſet hoc Opus ab Auctore relictum, haud dubie fuiſſet tum ipſius ultimum ſeu poſtumum: id quod tantum abeſt, ut perſuadere mihi poſſim, ut è contrario prorſus putem, hocce ante illud *de Animalibus*, & *de Providentia* fuiſſe editum. Nec enim congruebat, ut, ſi jam ex profeſſo

 egiſſet

cgiſſet *de Animalibus*, edito in publicum opere, dein alio in Opere, & *Variæ* quidem *Hiſtoriæ*, talia ſparſim ſine ulla neceſſaria aut opportuna ratione iterum traderet, immo quindecim prima Capita Primi Libri eidem argumento, jam ab ſe pertractato, impenderet denuo, nec tam nova alibi & antea dictis adderet, ſed eadem ferme repeteret, ut oſtendi jam ſupra. Nihil autem in eo abſoni, aut à decoro abhorrentis, ſi quis, quæ in *Varia Hiſtoria* jam memoravit inter res varias & diverſi generis, ea dein in Librum, quem uni deſtinavit argumento, ſi ad illud pertineant, denuo conferat, quum omnia iſtius argumenti illic voluerit & debuerit exponere. Adde, correxiſſe Eum vel rejeciſſe aliquando in *Hiſt. Animalium*, quæ in *Variâ* ſimpliciter vulgari ſententiæ congruentia tradiderat. Ita certe V. H. X. 3. *Catulos Leonum* affirmat *unguibus ſcalpere uteros Matrum, quaſi ad lucem feſtinantes*. At in *Hiſt. Anim.* IV. 34. *narrationem, quæ tradit eos* (catulos) *ſcalpere uteros, fabulam eſſe* pronunciat. Eandem vero fuiſſe rationem cenſeo Libri *de Providentia*, itidem, ut opinor, ſcripti poſt hanc *Variam*. Quæ ſi ita ſint, ut ſane ſpeciem habent veri, tum certe neutiquam hoc *poſtumum* fuit opus, neque *imperfectum*, ſed dudum ante reliqua ejus ſcripta compoſitum. Neque vero idoneum ſatis contra hanc ſententiam in eo eſt argumentum, quod Prologo & Epilogo careat, quum & Pauſanias, quem Ælianus noſter præceptorem habuit, ſua itidem ſine Prologo & Epilogo ediderit, multique id alii tunc fecerint, in primis, qui Varia collegerunt & ſcripſerunt. Neque plus in eo eſt ſitum, quod multæ hic occurrant jejunæ prorſus rerum annotationes cum ſuo Ὅτι. Etenim Auctor, ut ipſum de ſe teſtantem audivimus, Varietate potiſſimum eſt delectatus, non tantum rerum, quas ſcriberet, ſed & ipſius, ut videtur, ſcripturæ: atque ideo nonnulla copioſo & Rhetorico exſecutus eſt ſtylo, pleraque brevius & Hiſtorice expoſuit, quædam etiam quaſi mera rerum excerpta, aliunde collecta, breviſſime per illud Excerptis proprium, Ὅτι, poſteris prodidit.

Facile

Facile tamen largior, non ita perfectum, aut ea cura elaboratum eſſe hoc opus, ut nihil in eo emendari aut magis expoliri potuerit. Immo Varia reperi ſubinde & notavi humanæ imbecillitatis ſeu negligentiæ cujuſdam documenta in iis, quæ oſtendere potui ex Aliis hauſta. Vide IV. 23, 1. VIII. 7, 9. VIII. 17, 1. IX. 8, 5. IX. 9, 1. & XII. 50, 9. Sed talia etiam in Optimis deprehendi Auctoribus, abunde probatum dedi in *Animadv. Hiſtoricis cap.* 9. Ad ſimilem incuriam referenda etiam illa, quæ jam ante expoſita, poſtea traduntur tamen denuo, quaſi necdum memorata, & ita aliquando, ut non ſatis ſibi conſtent. Veluti quod habes II. 6. & XIV. 8. de Hippomacho diſcipulum increpante, quum laudatus eſſet ab adſtantibus. Nam idem plane eſt Homo, idem Factum, eædem facti circumſtantiæ, niſi quod priore loco ipſe *Gymnaſtes*, & exercitium dicitur *Athleticum*, at poſteriore *Auletes*, & *Auleticum*. Sine dubio autem iſtic Ælianus, priorum immemor, diverſos ſecutus eſt Auctores, vel unius Auctoris diverſos Codices, ut pro Ἀθλητὴς, ἀθλῶν, ἄθλημα, ἤθλησας ſcripſerit Αὐλητὴς, αὐλῶν, αὔλημα, ἤυλησας. Ita Cervo ab Araneis vulnerato remedium eſſe ait *hederam ſylveſtrem*. I. 8. at *Cancros edere* XIII. 35. Sed & hujus generis complura in Livio & Aliis notavi in *Animadv. Hiſtor. cap.* 8. Neque aliter Athenæus X. 10. repetit de Antiocho Epiphane per integram ferme paginam, quæ jam ex profeſſo & longe pluribus narraverat V. 5. Quid? quod neque *Hiſtoria Animalium* Noſtri Auctoris ab hoc qualicunque vitio eſt immunis? Nam ſi conferas XVI. 10. & XVII. 39. videbis de iiſdem prorſus agi *Simiis Indicis*, & eadem tradi, niſi quod poſteriore loco brevius, priore diſertius exponantur, quodque illic dicantur *caput habere album & corpus nigrum*, at iſtic *capite eſſe rufi, reliquo autem corpore albi*. Ceterum in Quartodecimo *Variæ Hiſtoriæ* Libro plura videas ex Libro XII. repetita, ſed uberius, quam iſtic fuerant tradita. Quibus alia etiam addit Codex Lugdunenſis in extremis Libri XIV. ex eodem

XII.

XII. & quædam corruptius, quædam vero copioſius itidem relata. Vide quæ notavi ad XIV. 48, 1. Sed poſtrema hæc ab aliis quum abſint Codicibus, Librariis maximam partem videntur adſcribenda, qui certe extremam Libri iſtius partem ſatis negligenter deſcripſerunt.

Verum quid ſibi velit Kuhnius, quando ita paratragœdiatur, ut nos tantum *analecta & quædam ruta cæſa pro juſto Opere habere* clamitet, id enimvero vix intelligo. An voluit, quod de variis jactare Auctoribus, Valerio Max. Diogene Laertio, aliiſque, pene in morem nunc abiit oſtentandæ peritiæ & doctrinæ cauſa, hanc quoque Hiſtoriam, ſi non omnem, ſaltem magna ex parte, eſſe ex juſto Æliani opere à Librariis, vel *Compilatoribus*, ut ait, excerptam & contractam in Epitomen? Videntur id verba illius præ ſe ferre, quando ita *excerptum & diſcerptum* tradit Auctorem, *ita mutatum à ſe ipſo, ut vix ſe in ſuo libro agnoſceret*, &c. Verum ſi id voluit, erravit certiſſime. Nam præterquam, quod ea, in quibus Alios Ælianum oſtendimus ſecutum, liquido declarant Auctorem, non Librarium, juſtum opus, non Epitomen rerum vero, quæ Alii, & maxime Stobæus, ex hac *Varia Hiſtoria* nobis exhibuerunt, certa ratione probant contrarium, h. e. probant eandem nos habere Hiſtoriam, quam illi jam olim habuerunt. Vix enim quidquam uberius ex ea profert Stobæus, multa conciſius, pleraque ipſis Æliani noſtri verbis. Ita *Libri* II. *Caput* 43. quo Ælianus commemorat præcipuos Græcorum, qui pauperrimi fuerint, repetiit Stobæus *Serm.* 235. eodem ordine ſingulos nominans, nec alium quenquam addens. Sic. III. 2. & 3. habes apud Stobæum ſine ulla acceſſione *Serm.* 254. Et III. 28. *Serm.* 43. VII. 20. *Serm.* 62. ſed tanquam ex Theophraſto. IX. 7. *Serm.* 254. tanquam ex Dionyſio Halic. ſed male. At brevius & conciſius reperias II. 35. *Serm.* 272. IV. 13. *Serm.* 39. VIII. 15. *Serm.* 102. IX. 29. *Serm.* 39. Quemadmodum autem ſibi permiſit Sto-

Stobæus, quædam Æliani contrahere, quædam etiam ex iis locis, quos exhibuit, prætermittere, ita etiam aliquando totum invertit ſententiæ ordinem, ſervatis tamen iiſdem ferme verbis, ut liquebit ex *Serm.* 117. ubi reperies Æliani VII. 7. Nonnunquam de ſuo quoque ad explendum non tam ſenſum, quam Syntaxin, verba quædam adjecit. Veluti ad Ælian. IX. 33. *Serm.* 198. ad X. 5. *Serm.* 148. & ad XIV. 3. *Serm.* 66. ubi tamen Stobæus videtur corruptus. Ceterum iſta qui conferre haud gravabitur, ſentiet haud dubie mecum, Noſtros *Variæ* hujus *Hiſtoriæ* Codices non magis eſſe ita paſſim mutilatos aut redactos in Epitomen vel Excerpta ex juſto Æliani Opere, quam illos, quibus uſus jam olim eſt Stobæus. Sed & Euſtathius ad Homerum ex *Variis* hiſce quædam commemorat iiſdem verbis, quibus noſtri utuntur Codices. Confer *V. H.* I. 15. extr. & Euſtath. ad *Iliada* p. 53. ed. Baſil. ſed maxime *V. H.* II. 30. & Euſt. ad *Iliad.* Σ. p. 1202. ubi tamen Ælianum non nominat, licet manifeſte deſcripſerit: ut & *V. H.* XIV. 21. cum Procemio in *Iliad.* p. 3.

Nolim tamen ita accipi, quæ hic à me diſputantur, quaſi prorſus cenſerem plane integram ad nos pervenisſe *Variam* hanc *Hiſtoriam*, quum id unum hic agam, ut oſtendam, minus recte Cl. Kuhnium inculcaſſe identidem, nos habere tantum *quædam ruta cæſa*, ſeu *Analecta & Excerpta ex juſto Opere*; minus recte etiam Alios clamitare, *Imperfectum* hoc eſſe Auctoris ſui *Opus*. Ceteroquin enim minime negaverim, per Librarios variis locis & modis eſſe vitiatum, immo vero truncatum etiam forſan Prologo & Epilogo, vel forſan integris aliquot Libris. Nec enim Suidas tantum ex *Varia* hac *Hiſtoria* pluribus in locis refert, quæ nunc certe in ea nuſquam comparent, ſed & Stobæus. Quamvis tamen etiam hoc incertum ſit, an perperam citaverint illi ipſi Ælianum, vel etiam à Librariis ſuis iſtic fuerint corrupti. Certe quæ ex Stobæo collegerunt Schefferus & Kuhnius, valde ſunt ſuſpecta, quum Ejus Margini adſcripta Auctorum Nomina ſæpiſſime

****

ſint

sint vitiosa, sæpe etiam alio, quam oportebat, loco posita, sæpe immo penitus omissa, haud dubia jam librariorum culpa: atque ideo putem certe Ego, nullum eorum vere ex *Varia* hac *Historia* esse sumptum, ut ad Fragmenta ipsa ostendi.

Sed tamen alia forsan est ratio quatuor fragmentorum, quæ Suidas diserte ex *Varia Æliani Historia* exhibet. Immo vero etiam illa Ego vitii suspecta habeo, vel maxime, quia sola per totum Suidæ Lexicon ex hac Historia dicuntur deprompta, quum tamen in ea neutiquam nunc nobis occurrant, & contra aliud ex tota Historia, prout ad nos pervenit, quod haustum sit vere, nihil apud Suidam reperiatur. Nisi quis forsan Vocem Διαφορότης huc referre velit, quam ille ait παρ' Αἰλιανῷ, *apud Ælianum*, exstare. Nam sane habemus eam *Var. Hist.* II. 21. οὐκ εἴσεται τὴν διαφορότητα, *non cognoscet discrimen*. Sed ex una & sola voce quid certi in his colligere possumus, quum eam Ælianus in aliis Libris, unde Suidas reliqua sumpsit, itidem usurpasse potuerit? Ita certe vocum, Υἱῶσαι & υἱώσεις, τὴν χρῆσιν φησὶ Αἰλιανῷ πολλὴν, *frequentem esse usum apud Ælianum*, tradit. At nullum earum reperies in *Varia Historia*. Frequens ergo fuerit necesse est in iis Æliani scriptis, quæ Suidas maxime legit. Verumtamen, si jam vere illa sunt vitiosa, atque orta insuper non ex margine, ut ferme fit, per librarios aut Interpretes, sed ex memoriæ culpa penes ipsum Suidam, (nam & ipsos subinde in citandis alienis erraſse Auctores, liquido satis probavi in *Animadv. Historicis:* probat etiam ipsa hæc Æliani Historia, quippe cujus ex *Libro Primo* profert Stephanus Byzantinus, in V. Χερρόνησος, quæ demum in *Lib.* II. *cap.* 33. occurrunt, ut supra jam dixi) tum vero etiam ex eo recte tamen colligas, Suidam Variam hanc Æliani Historiam legisse, & ita per ἁμάρτημα μνημονικὸν ex ea citavisse, quæ aliunde excerpserat. Non intercesserim etiam, si quis ex deperditis quibusdam *Variæ Historiæ* Libris quædam forsan hausta contendat: quin ipse ad hoc genus fragmentorum ferme

ferme retulerim, quod ex Stobæo *Serm.* 277. in Notis ad Fragmenta protuli. Adscribitur enim & illud in plerisque Edd. *Æliani Variæ Historiæ*, at in MSto Codice Regiæ Gallorum Bibliothecæ, tantum *Æliano*. Frustra tamen in Nostris Exemplaribus quæras. Quocirca, si recte & vere talia *Variæ Æliani Historiæ* tribuuntur, statuendum tunc foret, plures Ælianum hujus Historiæ Libros scripsisse, quam ad nos pervenerunt. Cl. Schefferus in secunda Editione, & ex eo Kuhnius, tradunt Doctissimum Mugium, Tredecim-Virum Civitatis Argentoratensis, suo Exemplari, quod dein Schefferi fuit, adscripsisse, *Librum XVII. Variæ Hist. in Bibliotheca Cæsarea superesse MStum ex bibliotheca Sambuci.* Quid ejus sit, incertum mihi. Nullum enim hujus Historiæ Codicem in Bibliotheca Cæsarea reperit, certe nullum in suo Ejus Catalogo memorat, Nesselius. Facile tamen adduci possim, ut credam, Codices Æliani, quos habemus, destituere nos in extremis, quippe quæ sua varietate, & multorum ex Libro XII. repetitione, majoris cujusdam corruptionis speciem præferunt. Certe Librum Sextum intercidisse, & dein à Librariis Quintum in duos divisum, prorsus mihi persuadeo, cujus rei rationes ad VI. 1. 1. attuli. Sed & omnes, qui quidem cogniti sunt & excussi, hujus Historiæ Codices videntur ex duobus antiquioribus Exemplaribus, quæ forsan sola olim grassantem evaserunt barbariem, & barbararum gentium inundationem, derivati. Ita duas semper reperi diversas per totum pene Auctorem lectiones, quarum alteram hi Codices, alteram illi, constanter servant, certo ferme indicio, ex duobus tantum omnes propagatos.

Ad Hunc Ergo Auctorem, & hanc Ejus *Variam Historiam*, mea opera & cura illustrandam ac recognoscendam, rogatus à Bibliopola, lubens animum appuli. Censebam enim utilissimum esse cujuslibet studiis Opus propter magnam illam Historiarum & rerum omnis generis Varietatem, ex antiquioribus Scriptoribus, quorum maxima pars jam

intercidit, ab Erudito & Græcarum Literarum ſtudioſiſſimo Sophiſta collectam. Sed & juventuti noſtræ ad Græcæ Linguæ cognitionem contendenti nihil conſultius arbitrabar, quam ut diligenter id evolverent, non tam propter ſtylum, cujus comparandi vel exercendi gratia pauci hodie Græca diſcunt, licet ceteroquin hic Auctor fuerit ipſis veteribus eo nomine laudatiſſimus, ideoque ſua jam ætate Μελίγλωσσος, vel Μελίφθογγος, *mellei Sermonis aut facundiæ homo*, cognominatus: quam quia tanta rerum Varietas neceſſario Lectoribus ingerit infinitam ferme vocabulorum & phraſium elegantiſſimarum copiam, quæ oportunis ſenſibus & conſtructionibus veſtita, ac dein commoda Verſione & Notis ex interiore Linguæ uſu petitis illuſtrata, non poteſt non uberrimum afferre fructum omnibus iis, qui pernoſcendi Græciſmi ſtudio tenentur. Videbam etiam, Veteres, Stobæum, Euſtathium, Stephanum Byzantinum, ſtudioſe *Variam* hanc legiſſe, & allegaſſe. Nam, quod ait Kuhnius in Præfatione, ſe miratum ſæpius, *cur in Veterum monumentis vel rara, vel omnino nulla, Æliani fuerit illata mentio:* addens. *Quis enim præter Philoſtratum & Anonymum illum, cujus ſcrinia Suidas compilavit, vel Obiter Noſtrum laudare ſuſtinuit?* id vero parum accurate eſt dictum, certe idoneum ad alios in errorem inducendos, ut, quæ Kuhnius de Hiſtorica *Æliani Laudatione* intellexiſſe debuit, ſicuti Ejus Vitam ex profeſſo ſcripſit Philoſtratus, & breviter expoſuit Suidas, ea Alii de ipſis Ejus citationibus acciperent. Unde Vir Clariſſimus, qui in *Literariis Novellis* Anni 1685. Kuhnianam editionem recenſuit, *Æliano accidiſſe* tradit *pene idem, quod Curtio, quem Veteres nunquam citaverint, immo nulli ante medium ſeculi Quintidecimi. Nam ſi excipias Philoſtratum, & Anonymum citatum à Suida, vix quenquam eſſe inter Veteres, qui Æliani fecerit mentionem.* Citarunt immo Eum, quos dixi; & præter illos, ſi minus vere *Variam* hanc *Hiſtoriam*, certe ejus Auctorem, *Ælianum* Noſtrum, vel maxime & paſſim Suidas.

Sed

Sed & poſtquam poſt depulſam barbariei inſcitiam, in publicam tandem lucem protracta fuit, multis dein Editionibus per Helvetiam, Galliam, Germaniam, fuit quaſi certatim repetita. Primus eam Græce tantum edidit Romæ Anno Chriſtianorum M.D.XLV. Camillus Peruſcus. Mox Latine vertit Juſtus Vultejus an. 1548. & Oporino verſionem ſuam ſeparatim typis deſcribendam dedit. Eam exhibuit denuo integram, & Græco Textui primus appoſuit an. M.D.LV. Baſileæ, typis Henrici Petri, Joh. Heroldus, Varios Auctores, qui Exempla virtutum ac vitiorum ſcripſerunt, in unum & grande conjungens volumen. Secutus ſequenti anno Vir Doctiſſimus, Conr. Geſnerus, qui Tiguri omnia Æliani Opera pariter in Folio, ut ajunt, edidit, & Græca quidem nonnullis ſubinde conjecturis tentavit, ac Notulis aſperſit; in Latinam autem Vulteji Verſionem, *quam ad Græcum exemplar recognoviſſe ſe* ait, *quædam*, ut ipſe fatetur, *immutavit.* Poſtea Joh. Tornæſius, Typographus Regius, minori tandem forma hanc Hiſtoriam Lugduni An. M.D.LXXXVII. excudit, qui itidem in iſta Vulteji verſione, *quam cum Græco conferri denuo curaverit, innumera* præfatur *reſtituta & emendata.* Repetit eam dein An. M.DC.X. & M.DC.XXV. Græcumque Æliani contextum *multis in locis illuſtriorem reddidiſſe* jactat, *eruditiſſimis emendationibus ac conjecturis Iſ. Caſauboni* margini appoſitis, ſed ubi vix quidquam reperias præter Geſneri conjecturas & notulas. Tornæſianas expreſſerunt, etiam cum iſta præfatione ac ſparſis in marginem notulis, Joh. Libertus Pariſiis M.DC.XVIII. & Jac. Stoerius Genevæ M.DC.XXX. Succeſſit tandem Schefferus, anno M.DC.XLVII. & M.DC.LXII. qui, licet nulla, ut profitetur ipſe, Manuſcriptorum librorum ope adjutus, utiliſſimam tamen operam navavit Æliano, dum primus eum eruditis ſane illuſtravit Notis cum aliis collatum Auctoribus, & ita unico hoc Lectionis ſuæ ſubſidio fretus multa explicuit, multa emendavit, aliis intacta, Græcæ Linguæ ceteroqui ſatis imperitus. Incredibile

dibile enim est, quam graviter passim in eam Vir Doctissimus peccaverit. Ita videlicet sæpius adhæsit ad Dativum οἱ, *sibi*, dum non alium istius voculæ usum apud Græcos norat, quam Nominativi pluralis: unde mire omnia identidem turbat, ubi Dativus iste reperitur. Vide ad I. 3. & II. 13. Sic Διέτραγον I. 10. Διανιώμενος I. 24. Πορφυραῖς XII. 32. &c. quæ usitatissima sunt, plane ignoravit, & ideo alienissimis sollicitavit conjecturis. Sed & in Indice quamplurima occurrunt, quæ ad absurdissimum, immo & Græcis ignotum prorsus, thema ab Eo referuntur. Veluti βασκανθῶσι à βασκαίνω, *ad rarum* scil. *verbum*, Βασκανθάω, Et μὲν τῶν οἰκοτρίβων, ab Οἰκότριψ, ad Nomen Οἰκότριβος. Sic προέστη à προΐστημι, ad πρόειμι. Et προσήκατο à προσίημι ad προσήκω. Sed & composita verborum Εἰμὶ, Εἶμι, & Ἰῆμι, turpiter istic sæpius confudit. Mira profecto res in Viro tam docto, & qui Græcos etiam Auctores diligenter legerat, ipsumque Ælianum ceteroqui compluribus in locis recte emendavit, atque adeo inter eos tamen, qui de illo optime sunt meriti, jure quodam suo refertur. Textum ejus & versionem expressit denuo Salmurii M.DC.LXVIII. Tan. Faber, nec quidquam aliud de suo contulit, nisi paucas ex ingenio conjecturas: ut adeo mirer præfari Eum, *se Græcum Æliani contextum, quanta maxima fieri potuerit diligentia, recensuisse, & ubi res postulabat, emendavisse.* At enimvero nulla est Editio, quæ vitiosum magis exhibuit Textum, quem etiam cum Versione Latina, sine ulla mutatione, quam quidem Ego deprehenderim, ex Schefferiana reposuit. Documentum rei Vide ad X. 4. Ultimus accessit Vir Græce Doctiss. Joach. Kuhnius, qui prioribus tertias & postumas Schefferi, suasque novas & eruditas adjecit Notas An. M.DC.LXXXV. Quæ Editio ut postrema, ita optima adhuc fuit, licet multis & gravissimis etiam in ipso Contextu, haud dubia Typographi culpa, scateat mendis. Ita I. 4. πάλιν καὶ πάλιν legas pro eo, quod aliæ Edd. & MSti habent tantum, καὶ πάλιν. Turpius etiam peccatum II. 1. ubi in his, καὶ εἰ τῶν καθ' ἕνα καταφρονεῖς, καταφρονητέον ἄρα καὶ τῶν ἠθροισμένων, omittitur illud καταφρονεῖς. Sic II. 33. *init.* excidit Vox Φύσιν. Quin & II. 28. in Uno Capite satis exiguo, duobus locis, desiderantur primum, οὔτε ὑπὲρ πατρίδος, dein, οὐδὲ ὑπὲρ δόξης. Quæ omnia, & plura ejus generis, ne in *Erratis* quidem, aut *Corrigendis*, quod miror, à Kuhnio sunt notata.

Ex hisce autem intelligimus sic satis, quanto hic libellus, postquam in lucem primum prodiit, studio fuerit à Lectoribus exceptus, quanto etiam à Typographis studio, atque ipsis Eruditis Viris, incudi subinde redditus. Sed quæres jam forsan B. L. quid ergo me moverit, ut post tot Editiones, & eas Eruditissimorum hominum symbolas, Auctorem tamen hunc denuo castigandum & illustrandum susceperim. Id vero expediam nunc Tibi, & simul quæ mea in commentando, præter morem ferme hujus seculi, fuerit ratio, edisseram. Etenim præterquam quod ipse ex conjectura & aliorum Auctorum collatione dudum animadverti complura in hac *Varia* Æliani *Historia*, ab aliis necdum observata: nactus sum duos Codices MStos, alterum & antiquiorem ab Amplissimo Viro, Frederico Sluiskenio, alterum recentiorem ex publica hujus Academiæ Bibliotheca, sed quod consiliis meis oportunissimum accidit, diversæ utrumque propaginis: ut adeo in illis habuerim utramque Veterum Codicum lectionem, de qua in superioribus egi, & ideo consensus eorum maximæ apud me fuerit auctoritatis. Cum hisce Codd. diligenter & κατὰ πόδα contuli Auctorem Nostrum, ad nullos unquam antea MStos recognitum aut castigatum. Omnes enim superiores Editores simpliciter & sine emendatione ulla secuti sunt primam & Romanam Camilli Perusci Editionem, nisi quod uno aut altero in loco ex conjectura modo certa, modo falsa, aliquid immutaverint. Certæ exemplum habes II. 26, 3. & X. 4, 1. at falsæ II. 33, 10. Schefferus diserte in primis suis Edd. *nullam sibi MStorum fuisse copiam* testatur; in postuma demum seu Kuhnia-

Kuhniana ait *se produxisse Varias Lectiones ex MStis tribus Parisiensis Bibliothecæ enotatas & secum communicatas à Cl. Norcopensi.* Nolim tamen existimes, licet & Titulus illius Ed. *auctam se* jactet *Variis Lectionibus trium illorum Codicum*, perpetuam fuisse hanc collationem. Contrarium mihi, qui semper in dubio illos quoque Codices consului, certissimum est, & ut tibi idem liqueat, considéres velim duo tantum loca, II. 33. ubi Schefferus & Kuhnius ex superioribus Edd. retinent & nobis ingerunt *Cnidum fluvium*, præter MStorum & primarum Edd. fidem, & XII. 43. ubi *Antigonum* exhibent αὐτεγὸν *Polysperchontis*, & *latrocinantem*, quum MSti omnes, uno consensu, Antigonum dicant αὐτουγὸν simpliciter, Polysperchontem vero *latrocinantem*. Parisienses autem illi Regiæ Bibliothecæ Codices, tres numero, qui nunc reperiuntur, Primus num. 2083. manu Cæsaris Strategi scriptus, Secundus num. 3064. Tertius n. 3132. quid ferrent in omnibus ferme corruptis aut suspectis mihi locis, per epistolas identidem rogatus, docuit me singulari simul doctrina & humanitate præditus, Vir Clariss. Joh. Boivinius, cui publice hic eo nomine gratias, quas par est, ago. Denique Celeberrimus Grævius noster, qua est & ille eximia comitate, ultro suppeditavit mihi Schedulas Marq. Gudii, qui ex duobus Mediceis & uno Mediolanensi annotavit, si quid illi variarent, sed in iis maxime locis, in quibus adhæserat, seu quæ corrupta censuerat Schefferus. His subsidiis instructus, & simul adhibitis omnibus illis Edd. quas supra memoravi, & quarum antiquissimam, seu Romanam, mecum ex Bibliotheca Amstelædamensi, cui præest, communicavit pro sua humanitate Petrus Schaeckius, Theologus Disertissimus, Græcum Æliani Textum multo emendatiorem Tibi dedi, quam fuit antea. Conjecturas vix recepi, nec nisi certissimas ex ipsa Historia, vel rerum nexu, aut Verborum Syntaxi. Facilius tamen aliorum, & ita jam Veteres, ac complurium sæpe consensu firmatas, quam Meas Unius: de

de qua re mox pluribus sententiam nostram exponemus.

Versionem *Variæ Historiæ* adornatam primum, ut dixi, à Justo Vultejo, videbam à Tot Aliis, Gesnero, Tornæsio, Scheffero, Kuhnio, servatam quidem, sed passim interpolatam mutatamque licet *Vulteji interpretationem* simpliciter in Titulis Editionum suarum ostentarent: quo factum est, ut sæpissime Viri Docti Vultejum accusarint in iis, quæ ab aliis Interpretibus in istam Versionem erant illata. Secutus sum igitur & Ego priorum exemplum in Eo, ut Versionem pristinam retinerem, sed tamen, ubi opus videbatur, eadem etiam, qua illi, libertate corrigerem. Verum quia censeo Versionem Latinam Græcis è regione apponi ideo, ut tirones & alios Græci sermonis minus peritos juvet, verumque Auctoris sensum tanto facilius illi percipiant, idcirco putem etiam, debere Eam, quam proxime potest, Græca sui Auctoris exprimere, secus quam vulgo fieri videas, & vel maxime in Gallicis horum temporum Versionibus, quæ magis tradunt, quid ex opinione Interpretis, quam quid revera, scripserint Veteres, immo sæpe etiam plane contrarium ejus nobis ingerunt; dum Interpretes illi, parum solliciti de veritate interpretationis, sequuntur suæ meditationis impetum, aut Gallicæ locutionis nexum, & sæpe in Græcis Auctoribus non Græci Textus, sed ipsius Versionis Latinæ, eadem insuper cum libertate, faciunt Versionem, quod certissimis deprehendi argumentis in Peralto, quando in *Parallelis Veterum & Recentiorum*, modo à se ipso, modo ab aliis, aliquid versum ex Græcis scriptoribus ad exagitandos Veteres exhibet. Nihil itaque mirum, quod perversissimos plerumque iis tribuant sensus, & fœdissime in iis vertendis passim errent, quum Hypsea in his cæciores ipsi sequantur cœcos aut certe parum fidos ductores. Nam & pleræque Græcorum Versiones Latinæ superiore seculo editæ, quia non eo primum animo fiebant, ut Græco Textui apponerentur, sed ut Græcæ Historiæ Latina quoque Lingua legi possent, ideo earum

*** *** ***

Aucto-

Auctores sibi quoque plusculum indulserunt, & sæpe magis ad Latini sermonis elegantiam, quam ad Græcas locutiones & sensus attenderunt. Quapropter valde miror, tales dein Versiones Textui Græco appositas, licet ab eo multis in locis longum abirent; & ideo passim Lectores, qui ex iis Græca velint interpretari, in errorem præcipitent certissimum. Hujus generis quum fuerit illa quoque Vulteji versio, & ideo, ut dixi, ab aliis jam Editoribus multum sit interpolata, Ego quoque id mihi sumpsi, quod alii fecerant. Sed dum id sedulo egi, ut Latina ubique Græcis congruerent & responderent, & tamen intra campum Versionis Vultejanæ me continere volui, ita factum est, ut plurimum susceperim laboris, & nomen quidem retinuerim istius Versionis, sed adeo immutaverim eam & emendaverim ubique, ut plane Nova haberi ac dici possit. Carmina quoque Græca Latino expressi metro, quia ita præiverat Vultejus, & Alii, licet à mea id abhorreat animi sententia, qui id maxime curandum, ut modo dixi, (Vide & ad III. 43, 4.) arbitror, ut Versio semper exhibeat, quam proxime potest, Auctoris sui, non sensum modo, sed & phrasin: illud autem ligato sermone haud inficetum & durum in modum præstare, difficillimum sit.

Indices quoque, tum *Græcum Vocabulorum & Phraseon*, tum *Latinum Rerum & Historiarum*, longe locupletiores dedi. Hunc reperias jam in Tornæsianis Edd. At Græcum primus colligere cœpit Schefferus, quem auxit deinde Kuhnius. Verum Ego in Indicibus neque probo eorum institutum, qui singulares tantum voculas in iis exhibent, ut fecerunt plerique, qui nuper Latinos *in Usum Delphini* ediderunt Auctores: nam quid tandem juvaret quenquam, si maxime omnia loca, in quibus ex. gr. Præpositiones Εἰς, Ἐν, Ἐπὶ, Κατὰ &c. vel Verba Ἄγω, Ἔχω &c. occurrant, diligenter, sed extra constructionem suam, in Indice nostro notarentur? Neque vero illorum ad exemplum me composui, qui in Indice demum loca difficilia, corrupta, vel male versa, explicant aut emendant. Referenda ea sunt in Notas ad sua quasque loca pertinentes. In Indice talia majore cum molestia & incerto simul eventu quæri solent, & ideo sæpe in obscuro latent. Fecerunt tamen ita Schefferus & Kuhnius, atque adeo, quod mirum est, quum Textui Græco appositam reliquerint sæpe Versionem intactam & integram, in Indice demum eam notarunt & correxerunt: quin & istic demum Græca Auctoris verba aliquando emendarunt haud inepte, cujus tamen emendationis nullam in Notis fecerant mentionem. Unde & mihi aliquando accidit, ut in Indice recensendo repererim demum, quæ ad sua in Auctore loca memorari, & vel probari, vel refelli debuissent. Huc refero, quod Kuhnius in V. Παραλαμβάνω, pro παραλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρὸς XII. 23. legi malit περιλαμβανομένους, me quidem haud refragante. Nam usitatius hoc est, & ita V. 6. περιληφθεὶς τῆς φλογὸς. Ego itaque ex Indice Græco ejeci, quæ aliena ab eo videbantur, & propria erant Schefferi & Kuhnii, jamque in Notis sic satis exposita; Addidi autem innumera ferme exempla vocum & locutionum, ut adeo Indicem Græci sermonis ex Æliano habiturus jam sis satis copiosum, & qui te simul edoceat, quicquid in Notis meis paulo disertius est traditum.

Superest jam, ut de his Notis, & toto hoc commentandi genere, tecum agam, tanto magis, quia in diversa abit ab duplici fere secta Interpretum, cum eorum, qui prorsus à Crisi, quæ in Emendationibus Auctorum consistit, abhorrent, tum eorum, qui Variis Codicum lectionibus, & sola ex iis subinde facta Crisi, contentos nos esse jubent. Qui Crisin plane aspernantur, eos semper deprehendi esse homines ab acri judicio, & cura, vel etiam à sincero veri studio alienos, qui sine examine quidvis imperite & obstinate tuentur, vel tetra acti invidia, quicquid ab aliis, & maxime æqualibus, (nam vetera, & quæ mortuorum dudum sunt hominum, facilius recipiunt) com-

commode est excogitatum & prolatum, sine justa causæ cognitione, temere, lubenter, & cum inconsulto quodam præjudicio rejiciunt. Nam quid aliud eos moveat, nisi vel summa rerum insciția, & incuria, vel turpis invidia, exputare nequeo: quum ipsa experientia, quæ & stultorum est magistra, clarissime probet maximam Criticæ curæ utilitatem. Velim enim, ut conferat quis Editiones Auctorum, præsertim Latinorum, Priscas cum iis, quæ dein à Scaligero, Lipsio, Manutio, Victorio, Salmasio, Freinshemio, Gronovio, aliisque, in publicum sunt emissæ: nec dubito, quin quilibet, non iniqui animi Homo, mecum sit judicaturus, Veteres illos Auctores Latinos, æque ac Græcos, qui adhucdum corruptissime leguntur, variis passim vitiis fuisse antea conspurcatos obscuratosque, at nunc Doctissimorum Hominum cura ac studio plerosque maximam partem purgatos emendatosque haberi. Taceo ipsam perverti Historiam, ejusque duo lumina, Chronologiam & Geographiam, immo falsissima sæpe tradi, nisi justa & idonea Crisi Vetusti rerum Scriptores in integrum, quantum potest, restituantur. Ita certe apud hunc Ælianum non tantum ingeritur nobis in omnibus elapsi jam seculi Edd. *Cnidus fluvius*, qui nullus est, ut supra jam dixi, sed & Olympias, *prima & sexta*, quæ *prima erat & nonagesima*, II. 8. Quid de Zanclæorum Regulo dicam, qui cum proprio nomine vocaretur *Scytha*, & ab oppido Siciliæ, Inyco, cognominaretur *Inycinus*, à Librariis & Editoribus ante Scheffe-rum, etiam in Versione, accepit nomen *Oenycinus*, & ex Sicilia translatus est ad gentem *Scythicam*. Plura ejus generis exempla cum ex hoc, tum ex Aliis Auctoribus proferrem, nisi res esset manifesta. Quin ipsa etiam in Hebraica Scriptura V. T. cui ceteroqui recte describendæ præcipua ab Judæis adhibita fuit cura, peccatum tamen aliquando à Librariis liquet, non tantum ex Nominibus Propriis Hominum, quæ una sæpe literula, & proximæ quidem apud Hebræos figuræ, aliter scripta exhibentur à Græcis Interpretibus sine ulla alia pro-

probabili ratione, quam Variantis in Codicibus jam tunc Lectionis, ut ostendimus in *Animadvers. Historicis* cap. 10. ubi pluribus etiam de Crisi egimus: verum etiam certius id liquet ex Annis Regum, Ahaziæ, & Jechoniæ; qui anni integro utrique denario numero discrepantes ab se invicem exhibentur in *Libris Regum & Paralipomenon*, licet cetera istic eadem plane verba de utroque Rege adferantur. Et, si quid Ego video aut intelligo, multo rectius divinitati & auctoritati Scripturæ S. consulunt, qui vitium istic librariorum in re per se levi agnoscunt, quam qui difficultatem volunt tollere contortis, violentis, & absonis Interpretationibus, quæ ab ipsa scriptoris locutione, & clarissima Syntaxi longissime recedunt, immo pro lubitu mutant sententiæ subjectum & prædicatum. Exempli gratia, quando 2 *Reg.* VIII. 26. & 2 *Paralip.* XXII. 2. eadem plane verba, nisi quod solo in numero discrepent, leguntur in Hebraica Scriptura: *Filius* $\frac{4}{22}$. *annorum erat Ahazia, quum regnare inciperet, & regnavit unum annum*; *Et nomen Matris ejus erat Athalia, filia Omri:* quis erit, qui rem sedulo & absque præjudicio considerans, non multo rectius autumabit consultum auctoritati Sacrorum Codicum, ac longe minus exponi eos cavillationibus impiorum, si utroque in loco eadem verba eodem etiam modo interpretemur, eoque sensu, quem aperte præ se ferunt, ac tantum librariorum à vero numero in loco *Paralip.* aberrantium agnoscamus lapsum, quam ut eadem verba, tam non ambigua, in uno loco longe aliter explicemus, quam in altero, & ita quidem, ut, turbata omni constructione & ordine, subjectum orationis, quod manifeste est, & in altero loco esse agnoscitur, *Ahazia*, faciamus, vel cum Usserio *Athaliam*, vel cum Junio & Tremellio *Omrium*, hoc modo & ordine, *Ahaziæ Matri nomen Athalia, nata Homri, agens*, ut Ille, vel *agentis*, ut Hi ad Omrium hoc referentes, *quadragesimum secundum annum; quum Achazia regnaret, qui anno uno regnavit Jeruschalaimis.* Hoccine est interpretari, & non

 potius

potius omnia turbare, atque impiis anſam præbere cavillandi, quaſi in Textu Sacro quid tradatur, non librariorum, ſed ipſius Auctoris, culpa, quod minus ſit verum, quodque ideo tam abſurda & contorta paraphraſi involvi & occultari debeat? Quanto ſatius erat, verbis tam claris relinquere ſuam ſyntaxin ſuumque ſenſum, quem iiſdem in priore etiam tribuimus loco, & hic in librariorum manus omnem conferre iſtius diſcrepantiæ culpam, quas ſæpe erraſſe, non tantum ex profanis Auctoribus, verum etiam ex Novo Teſtamento, & tot Ejus Variis Lectionibus, certiſſimum eſt, & in confeſſo. Unde Beza in Præfatione in ſuam N. T. Editionem ad Reginam Angliæ, teſtatur ſe maxime *ſublevatum exemplari cum XXV. plus minus Codicibus MS. collato*, ex quo deprehenderit *ſæpe ea, quæ ſola nitebantur Interpretum conjectura, Codicis alicujus auctoritate confirmata*: addens, *ſibi etiam aditum ex Veteris lectionis Veſtigiis ad Cognoſcendam veritatem patefactum*, h. e. conjectura illis veſtigiis ſubnixa contra vulgatam tunc lectionem ſeſe uſum reperiſſe veram lectionem. Neque vero mirum aut dubium cuiquam videri debebat, erraſſe ſæpius in deſcribendo librarios, indoctos ferme homines, quum utique ex quotidiana conſtet experientia, nullam nunc prodire Auctorum Veterum, & ipſius Scripturæ S. editionem, in quam, quantacunque etiam à Viris Doctiſſimis adhibeatur cura, non aliquid irrepat vitii. In Kuhniana, quæ ultima & optima eſt Æliani noſtri, quam gravia deprehenderim, ſupra oſtendi. Eadem eſt aliarum fortuna. Ut adeo illud mihi mirum plane accidat, pro vulgata lectione, quæ per manus tot & talium librariorum ad nos pervenit, ſi quid incommodi ea aut importuni habeat ſenſus, tantopere tamen pugnare Viros Doctos & rerum peritos: præſertim quum non nunc tantum omnes Critici, ſed jam olim ipſi Veteres, Auctoribus, quos memorant, tanto propiores & ferme æquales, de corruptiſſimis tamen jam ſuo tempore exemplaribus graviter conqueſti fuerint, atque ideo etiam ex ingenio

nio Criſin jam tunc adhibuerint, ut in *Animadv. Hiſtoricis* d. l. probatum dedi. Quod ipſum etiam à Voſſio in *Arte Grammat.* I. 6. & Wowerio in *Polymath.* cap. 18. pulchre eſt præſtitum. Quanta ergo perverſitas eſt vel rerum imperitia, nunc poſt elapſa tot jam ab ipſis Auctoribus ſæcula Criticam emendationem, priſcis temporibus & requiſitam & receptam, ab illorum ſcriptis, quæ neceſſario plurimorum jam librariorum manus ſubierunt, excludere? Sed danda vel ſic venia eſt Theologis, ſi quidam ex iis nimis anxia forſan ſollicitudine repellant omnem prorſus Criſin ab S. Scriptura, quippe quæ, ut omnes agnoſcunt, non niſi ſumma cum reverentia prudentiaque tractari debet. Quid vero dicemus de JCtis quibusdam, qui ſuis quoque in Libris malunt quamvis receptam ſemel lectionem tueri, licet nullum in ea commodum reperiant ſenſum, aut qualemcunque licet abſurdiſſimam recipere interpretationem potius, quam ut ullam admittant Criſin, quantumvis facilem & oportunam. Nihil enimvero hic reperio, niſi vel inertem invidiam, qua proſequuntur alterius ſectæ aut alienæ diligentiæ fructus, vel ſtolidum plane ſtudium in omnia alia à Viris Doctiſſimis abeundi, & ſic, ſi Diis placet, inclareſcendi. Hinc videas ferme eos, tali qui ſunt ingenio, quia nolunt in mediis conſiſtere, decurrere lubentes ad extrema quæcunque, atque ita, quoniam Cujacium & ſimiles, qui pleraque jam in Pandectis feliciter curarunt, in magna cernunt laude & gloria poſitos, in contraria ergo currere, omnem aſpernari criſin, & Criticos generatim quacunque occaſione laceſſere & incurſare. Quam longe homines illi recedunt ab ipſis juris ſui Conditoribus & Impp. Romanis? Nam certe Theodoſius & Valentinianus *l. un. Cod. Theod de Reſponſis Prud.* voluerunt, ut *Libri* Ictorum, *PROPTER ANTIQUITATIS INCERTUM, Codicum collatione firmentur*, priusquam recipiantur, ubi operæ eſt pretium, ut conſulantur Jac. Gothofredi Notæ. Illud autem *Antiquitatis Incertum* quum nunc longe ſit incertius, nec amplius *Codicum*

cum collatione firmari ſemper queat, debet utique in graviori jam malo majus quoque adhiberi nunc remedium, h. e. debent corrupta etiam ex conjectura juvari aliquando tentarive. Quintilianus tanto antiquior quibuſvis in Auctoribus id voluit fieri, ſeu ante eorum interpretationem fieri vulgatæ lectionis emendationem, dum de Grammatici munere agens *Inſtit. Orat.* I. 4. præcipit, ut *enarrationem*, h. e. interpretationem, *præcedat emendata lectio.* Quod ſi id jam tunc Interpretibus fuit curandum, quam parum recte ergo ſuas partes intelligunt & agunt illi nunc Interpretes, qui in corruptis quibuſque locis id unice ſemper ſibi habent propoſitum, ut aliorum doctam ſæpe & commodam emendationem eludant, & vitium ſcripturæ tueantur indoctiſſimis plerumque interpretationibus. Sed modum exceſſerunt nonnulli in tentandis etiam iis, quæ nihil habebant mali; At vero an ſapientis eſt, ut fugias vitium, in aliud ei oppoſitum continuo te præcipitare, & contra Immodicos illos vel Immodeſtos ne intra Modum quidem velle conſiſtere? An ulla in Humanis Res vel Ars eſt, quæ non ſæpe ab Imperitis ſit contaminata, ſuoſque non ſenſerit abuſus per inepti ingenii ac perverſi judicii homines, modum in iis, quæ agunt, tenere neſcios? An quidquam, quod per ſe bonæ eſt frugis, propter vitia Hominum quorundam male eo utentium, ex omni ergo uſu continuo eſt ejiciendum? Ita vero abjiciendæ forent etiam res utiliſſimæ. Interdicendum immo foret omnibus etiam Igni & Aqua, quibus tamen Vita Hominum ferme conſtat, quia & ea multi adhibuere aliorum in exitium, & integras iis ſæpe vaſtarunt regiones. Quod ſi qui ſatis emendatos jam putent Auctores, atque ideo Criticam tandem manum ab iis abſtinendam, næ illi longe errant, nec ſatis cauſam cognovere, de qua ſententiam ferunt; quum nulli, ne inter Latinos quidem, exſtent, quin ſuperſint in iis loca complura, adhucdum corrupta, & à nemine intellecta: Græci autem, vix à quoquam ex profeſſo tractati curative, quam plurimis paſſim vitiis

vitiis etiamdum, non aſperſi, ſed pene obruti, circumferantur.

Neque tamen id hic ago, ut Criticæ conjecturæ in ipſum temere immittantur contextum Auctoris. Ita enim omnia evaderent incerta, confuſa, interpolata, diſcrepantia. Neque vero unquam id ab Eruditis probatum, qui in ipſis fuere Criticis. Plerique enim ab textu immutando manus religioſe continendas cenſuerunt, niſi ſi res eſſet manifeſtiſſima. Hoc autem ubi fit, & in Notis tantum Auctori ſubjectis ſuam quiſque exponit conjecturam, quid, obſecro, tunc mali in ea re ineſt? Errarunt multi, temere rem geſſerunt? Rejiciantur & negligantur. Neque vero, ut ſæculum eſt & indoles hominum, quidquam ex eo periculi, ut alii facile nimis inconſultam alterius & ſolo ejus ingenio ſubnixam probent & ſequantur emendationem, etiamſi eam maximis ille aſſeverationibus commendaverit. Porro autem an non ſæpe etiam ipſi errant Interpretes, & falſiſſimam Auctoribus ſuis tribuunt ſententiam? Quid vero intereſt, ſive legas in Notis alienam vel dubiam plane interpretationem, ſive incertam vel etiam aberrantem à ſcopo conjecturam hominis, qui mutatis aliquot literulis ſuam Auctori lectionem verumque ſenſum ita reſtitui poſſe crediderit? Utrâque, ſi temere ei credas, æque inducêris in errorem, neque hic plus mali eſt, quam illic. Sed & negari nequit, quum conſtet MStos Codices, qui ad nos pervenerunt, ſæpe omnes in vitium conſpirare, iſta ergo conjectandi ratione à Doctis viris Veritatem ſæpe eſſe deprehenſam, vel etiam ex totius Hiſtoriæ aliorumve Scriptorum conſenſu erutam, qui eſt pulcherrimus doctrinæ fructus. Bezam audivimus modo profitentem, conjecturas aliorum MStis poſtea excuſſis ſæpe confirmatas ſe reperiſſe. Ne de Aliis agam, in hoc Æliano certiſſima eſt emendatio, quando Schefferus Lepreæ, qui cum Hercule certavit, Patri reſtituit I. 24. nomen Καύκωνος, qui in omnibus Codd. perperam Γλαύκων dicebatur: quando Caſaubonus ex Plutarcho oſtendit I. 35. excidiſſe nomen Viri, ubi ceteroquin in vulgata lectione

*** *** *** *

ne

ne Unus idemque Homo dicitur *Himerensis* ex Sicilia, & mox cum Fratre suo *Rhodius:* quando Gesnerus reposuit II. 26. *Pythagoræ* nomen, ubi Codices uno consensu *Pythium* exhibebant: quando III. 20. τῷ Εἰδόσι, quod ex MStis edidere Perusсus, Gesnerus, aliique, substituerunt Tornæsianæ Edd. Εἴλωσι: quando Cuperus Μαινάδας III. 42. legi jubet pro Μινυάδας, quod omnes obtinuit editos scriptosque Libros: quando Gesnerus, & dein Faber, adulterinum ostenderunt VIII. 2. vocabulum μαθητὴς, quod tamen omnes istic Codd. tuentur: quando cuncti Interpretes Metonem Atticum volunt Λευκονοιέα dici, quod fuisse satis constat, nomine à Populo Atticæ formato, qui pessime *Lacon* istic scribitur: quando Rutgersius emendavit XII. 57. corruptissima illa, ᾧ τὰ ὁρμήματα ἐῴκει, quæ nullum habent sensum, in ᾧ ταύρου μυκήματι ἐῴκει, quæ ipsius Historiæ auctoritate clarissimum in modum probantur: quando denique Omnes Eruditi Xenocraten *Chalcedonium* dicunt, XIII. 31. æque ac alibi II. 41. & XIV. 9. ab ipso dicitur Æliano, licet istic in MStis & primum Editis *Carchedonius*, h. e. Carthaginiensis, vocetur. Hæc & plura ejus generis alia nullis firmantur MStis, & tamen tam certæ illa sunt emendationis, ut in contextum sine hæsitatione recipienda putem. Nam quæ tandem ratio est, vel religio, ut quæ palam sensu carent idoneo, quæ & ipsi suo Auctori, & notissimæ adversantur Historiæ, atque adeo manifestis modis sunt corrupta, retineantur tamen potius, quam locum suum cedant lectionibus clarissimis, sensum oportunissimum, ac rei, de qua agitur, prorsus congruentem, præferentibus, & quam proxime ad vulgatam Scripturam, vel ex solertis ingenii conjectura, vel ex diligenti ipsius Auctoris Aliorumve æqualium ferme collatione, aut totius Historiæ consensu, formatis? Quid enim ex locis adeo corruptis assequuntur Lectores, nisi Errorem, si Textui fidant, nec consulant semper Notas. Ad eas vero adigere qualescunque etiam alterius Disciplinæ Homines, quoties per occasionem aut quamlibet causam tan-

tantum inspiciunt Auctores priscos, importunum est, & ab eorum studiis ac negotiis sæpe alienum prorsus. Quid? quod etiam minori forma, qua facile gestari & circumferri possunt, atque ideo sine Notis, eduntur plerumque Auctores illi? Liquet ergo ex hisce omnibus Crisin, de qua agimus, neutiquam esse rejiciendam in Antiquis Scriptoribus, sed cum more & modo, cum modestia & prudentia, exercendam, nec temere quasvis conjecturas in Textum immittendas, neque tamen penitus excludendas. Stultos plane ac imperitos, vel malignæ esse indolis homines, qui præjudicio quodam abrepti receptam semel mordicus semper retinent lectionem, quamvis nullo eam similis sive locutionis sive exempli documento vel ex Linguæ usu, vel ex Historiæ fide, aut rei veritate, probare queant. De mea hic opera id Tibi, Lector, affirmare liquido possim, multa me in Textu ex MStis diligenter à me primum adhibitis restituisse, multa etiam in Notis tentasse ex rerum nexu, linguæ analogia & usu, antiquitatis ipsius auctoritate: pauciſſimas, nec tam meas, quam Aliorum, conjecturas, neque tamen illas omnes, quas modo memoravi, licet omnes putem verissimas, in Textum recepisse, quia tutius censebam in hanc sollicitudinis forsan nimiæ, quam in illam audaciæ ac temeritatis peccari partem, quoniam sæpe etiam tunc, quum minime credimus, erroribus tamen obnoxii reperimur.

Sed sola ista Crisi neutiquam in his sum defunctus, nec defungendum Editori ac Interpreti, qui suo vult officio fungi, arbitror, in quo diversum sentio ab hujus ætatis Eruditissimis Viris. Videas enim passim per varias Europæ regiones haud alio ferme novo cultu prodire jam Vetustos Auctores, quam Variantium in MStis Lectionum, & ex iis emendatæ aliquando aut assertæ Lectionis Vulgatæ: quin immo reperias Homines, qui palam jactitent, ab ubertoribus Notis & Commentariis in Auctores edendis abstinendum, nec nisi Criticas iis, easque breves, aspergendas subinde Notulas. Id quod mihi semper absurdissi-

dissimum fuit visum, nec persuadere mihi possum, bona illos fide ita loqui, sed ab aliis nolle præstari, quod ipsi propter magnitudinem laboris aut rei difficultatem vel nequeunt vel defugiunt. Certe aliam ingressi sunt viam Magni illi Homines, & Veri Humaniorum Literarum Instauratores, Manutii, Lipsii, Scaligeri, Sigonii, Torrentii, Casauboni, Salmasii, Valesii, quorum Notæ in præcipuos Auctores Romanos etiamdum sunt & erunt semper magno in pretio, quamdiu suum pretium ipsis constabit Auctoribus: atque ideo una cum Novis eorum Editionibus identidem illæ denuo repetuntur, & ab omnibus ferme etiam nunc expetuntur. Contra vero, dum hodie Viri Doctissimi tantum loca quædam corrupta in iis Auctoribus tractant, obscura autem & difficilia quævis, etiam quæ ex recondita Antiquitate aut Historia illustrari debuerant, plane prætermittunt, ita evenit vulgo, ut indoctissimi quique in usum publicum, præsertim juventutis, emittant illos cum perpetuis suis expositionibus, eæque, quamvis insulsæ ferme sint & inscitæ prorsus, plures tamen plerumque reperiant Emptores, & pluris vulgo æstimentur ac magis legantur, quam Eruditissimorum hominum Notæ, quia hæ tantum sunt Criticæ. Qua re, dum in his vix quidquam est adjumenti adolescentibus, immo & aliis, ad res ipsas, verbo ab Auctoribus memoratas, recte cognoscendas, ex illis vero errores ferme continui hauriuntur ac propagantur, quantum ergo mali & incommodi ad studia deveniat literarum, vel me tacente, nemo non facile, ut opinor, perspicit. Verum, quæ quorundam est magnificentia, nolunt scilicet, seque indignum id putant, tironibus scribere, sed solis suam operam destinant Eruditis. Ego vero valde vellem, magnificis illis verbis parcerent, quum & Eruditissimi Homines Notis illorum, quos modo nominavi, multum & utantur & juventur. Quin certus sum, hos ipsos, qui tam grandia spirant & loquuntur, ns indigere æque ac plerosque alios. Et quis tandem est, quum vastus adeo Linguarum Veterum, tum Antiquitatis & Histo-

Historiæ, pernoscendarum sit campus, qui omnia & singula istius generis semper in promptu habeat, ut nunquam singulare quid ei lateat, aut, si maxime alibi jam legerit, in memoriam saltem ipsi revocari non debeat? Sed quid verbis opus est, quum rerum ipsarum argumentis, vel, si mavis, experientia, abunde declarari possit, quod dixi? Certe in Græcis Auctoribus patet res clarissimum in modum ex plerisque eorum Versionibus, confectis ut plurimum ab hominibus Doctis, sed vitiose adeo, ut satis liqueat, eos per se pleraque non intellexisse. Schefferum quoque, ostendimus supra, multas ignorasse *Græcas voces & locutiones*, & ideo ubi illæ apud Ælianum occurrebant, hæsitasse atque impegisse graviter. Hoc si Viris accidit tam eruditis, qui utriusque Linguæ Scriptores evolverunt, si illis, qui ex professo Auctores sumserunt sibi interpretandos, quid minus eruditis, quid tironibus, quid iis, qui aliis potissimum disciplinis sua addixerunt studia, evenire passim credimus? Idem vero Schefferus quamplurima vicissim ex *Antiquitatibus & Historiis Græcis* primus explicuit, in quibus priores hæserant Interpretes, & fœdissime errarant. Eorum enim nemo compertum habuit, quid esset Ἀγαθοῦ Δαίμονος πρόπωσις I, 20. ut ex vitioso istic Textu culpâ Perusci, primi Editoris, & ex Versionibus, cum Vulteji, tum Gesneri, liquet. Ita *Gorgiam* maximâ profecto ἀνιστορησία fecerunt I, 23. *Philolai Filium*, & *Protagoram Democriti*, omnes, etiam illa Fabri, Edd. ante ultimam Schefferi & Kuhnii, quum Auctor alteros ab alteris superari dicat meritis sapientiæ, & fama nominis. Ita vero etiam ipse Schefferus, cum Kuhnio & Gesnero, *non cepit*, ut palam profitetur, quod Rex Persarum dicitur I. 31. ἐλαύνειν εἰς Πέρσας, *quia*, ut ait, *non conveniat, ut qui jam apud Persas Rex est, dicatur equitare in Persidem*; in quo tamen nemo amplius, opinor, quidquam vel minimæ reperiet difficultatis, qui meas legerit notas. Quid jam de *Cnido* iterum dicam *fluvio*, quem præter Codicum MStorum, & primarum Edd. auctoritatem, licet insu-

per nullus eo nomine exſtiterit fluvius, fingunt tamen & obtrudunt nobis II. 33. Editores omnes elapſi jam ſæculi, quia neſciebant, & ideo neque credebant, Cherronenſes ex Aſia, τὸν αὐτὸν ποταμὸν, *Alpheum* ſcilicet, *Peloponneſi*, in proximis iſtic nominatum, ſtatuâ honoraviſſe, id quod minime feciſſent, ſi quis jam tum in Notis ad hanc *Veniam* docuiſſet ex Pauſania, revera tamen id egiſſe Cherronenſes illos. Taceo alia pene innumera, in quibus errarunt manifeſte omnes Auctoris noſtri Interpretes, Politica, Hiſtorica, Chronologica: Ignoratam ab iis originem *Agonum* apud Athenienſes, III. 38. ut & Eorundem *Ariſtocratiam*, & *Quadringentorum* Senatum, Vide omnino V. 13. Explicitos perverſe & confuſos paſſim Reges diverſos ejuſdem nominis, *Antigonos* Macedoniæ, *Antiochos* Syriæ, *Dionyſios* Siciliæ. Satis enim exemplorum eſt ad probandam talium Notarum utilitatem, quæ non corrupta tantum tentant, verum etiam obſcura quævis illuſtrant, difficilia explanant, immo & alia, minus protrita, nec vulgo nota, in uſum ſaltem eorum, qui alias potiſſimum colunt diſciplinas, explicant, & quales addere Auctoribus Priſcis debebant, ſi, qui nunc eos edunt, officio ſuo volunt fungi, h. e. ſi, quod debebant, curare volunt, & præſtare, ut illi Auctores cum fructu legantur & intelligantur, non à paucis tantum Græce Latineque doctis, Hiſtoriarum & Antiquitatum gnaris, ſed & quamplurimis aliis. Facile etiam ex iiſdem colligitur exemplis, vix quempiam eſſe aut fuiſſe ita earum rerum & linguarum peritum, ut omnia in Auctoribus obvia, per ſe, & primo quidem obtutu, ſtatim percipiat. Id certe ex iis abunde liquet, etiam Viros vere doctiſſimos multa in ipſis Auctoribus, quibus oleum & operam ſuam impenderant, animumque ſedulo applicuerant, ad eos non intelligendos tantum ſibi, ſed & aliis illuſtrandos, perperam tamen accepiſſe, & expoſuiſſe. An ergo, ſi jam viri nihil per librarios contraxiſſent ſcripta Antiquorum, nihil haberent nunc Viri Docti, quod in iis agerent aut præſtarent aliis, ac ſibi

ſibi invicem, nihil, quod cum aliis conferrent Scriptoribus, & ex iis in clariorem darent lucem? Inepta hæc ſunt cogitatu, nedum dictu, nedum ut cuiquam alteri talia perſuadere quis poſtulet. Sed, ajunt, ſæpe ita repeti, quæ ab aliis bene jam tradita & expoſita fuerunt. Quid refert, quidve in eo eſt mali, modo ad iſtum Auctorem nunquam fuerint tradita, neque furtivum in modum ſublecta ex aliorum ſcriptis? Neque enim probarim id genus hominum, qui taciti aliena compilant ſcrinia, & ita alienis ſe ornant pennis: neque etiam illud eorum, qui nihil de ſuo, nihil niſi Collectanea ex Variis aliorum Operibus ſine dilectu aut diſcrimine ad ſuos Auctores conferunt. Quamvis hi quidem tanto excuſatius peccent, quanto minus ea præſtantur juventuti à Viris Doctis, quæ ab iis debebant, & longe rectius poterant. Velim ergo peritum & idoneum interpretem ſingulas, quæ occurrunt in Auctore ſuo difficultates, ab aliis nondum expeditas, ſuo Marte ac ſtudio tentare, & quantum poteſt explicare: ſi diverſæ earum exſtent jam interpretationes, optimam eligere & probare: ſi quid rei reconditæ ab aliis alibi recte jam eſt expoſitum, id ſummatim referre, & lectores remittere ad Librum & Locum, ubi, ſi tanti ipſis ea res ſit, quærant uberiorem ejus expoſitionem. Quando autem ita in Auctoribus Priſcis nihil, quod obſcurum eſt aut minus obvium, prætermittitur, quin vel noſtris ipſorum ſtudiis & meditationibus, vel etiam ex aliorum curis, illuſtrare id ſedulo conemur, hoc qui facile factu, & à quovis homine præſtari poſſe ait, ille enimvero mihi intelligendo nihil videtur intelligere. Quantæ enim eſt lectionis, quantæ inveſtigationis, quantæ porro curæ, quamplurima nondum ab aliis indagata, per ſe eruere, aut in clariorem proferre lucem, de omnibus recte judicare, & tradere, quæ oportet, nihil denique alicujus momenti affirmare, niſi quod rerum probet documentis? Certe Ego dixerim, vel decem citius longe ac facilius cum Variantibus Lectionibus, & paucis ac jejunis tantum Notis Criticis, edi poſſe, quam unum illo modo tractari Auctorem.

Quid

Quid ergo? Media etiam in his tenenda eſt via: neque aſpernandæ ſunt Criticæ locorum, quæ per librarios male ſunt habita, emendationes, neque negligendæ rerum aut locutionum in Scriptoribus antiquis obſcurarum explanationes. Hæc mea eſt ratio, hæc ſententia de Officio Interpretis vel Editoris, quam & in curanda Varia hac Æliani Hiſtoria ſum ſecutus. Primum enim, Græcum Auctoris Textum, ut ſupra dixi, diligenter recognovi, & caſtigavi ex MStis: deinde Verſionem quoque innumeris ferme in locis correxi, ejuſque rationem in Notis plerumque reddidi: ſcilicet ut oſtenderem, non ſine causa receſſiſſe me à vulgata Interpretum ſententia, & explicarem ex Linguæ uſu ea, ad quæ videbam illos offendiſſe. Denique ſingulos ferme ab Auctore memoratos Homines parum nobiles, aut Res minus obvias, vel dubias ac controverſas, partim ex hiſtoriis eruere, partim ex Antiquitatibus illuſtrare, ac ſublatis è medio difficultatibus expedire ſtudui. Primis tamen duobus in libris non ita accurate omnia excuſſi, & pertractavi, quia incertus adhuc eram de Aliorum Notis, quas animus ferebat integras huic Editioni adjicere. Et factum fuiſſet, niſi huic conſilio non tam Cl. Kuhnius, qui id literis ad me datis probabat prorſus, quam Typographus Argentoratenſis, interceſſiſſet. Quocirca nolim a principiis illis curam meam & operam Æliano navatam exiſtimari. Cæterum dum tali modo ſæpe res reconditas aut controverſas contra aliorum ſententiam conſtituere & firmare debui vel volui, ita haud raro etiam accidit, ut hæ Notæ in longiores excucurrerint diſputationes: quod æquo animo ut accipias rogo. Sed & nullus dubito, quin, quum tam varia & multa hic tractaverim, aliquando quoque humanum quid fuerim paſſus. Prudentiæ enim foret & vigilantiæ prorſus inſolitatæ, in tanta rerum varietate & copia nunquam dormitaſſe. Neque vero reperias facile quidquam ab Hominibus etiam peritiſſimis profectum, quin alii in eo vitii quippiam deprehenderint. Protogenem ait Noſter ſeptem annos impendiſſe Jalyſo pingendo, eaque tabula dixiſſe

Apellem, quum eam vidiſſet, in ſtuporem, & tamen vel ſic deſideraſſe Hunc in ea gratiam ſeu venuſtatem. Vere itaque Seneca: *nullum ſine venia placuit ingenium.* Hanc Ego veniam & mihi peto tanto juſtius, quanto magis ipſe eam aliis dedi. Non quod errores meos velim diſſimulari, quod neque ipſe in aliis feci, qui honeſta ubique ſum uſus libertate diſſentiendi ab iis, & refutandi, ſi quid peccaſſe viderentur. Eandem ergo libertatem, par eſt, ut aliis viciſſim in me concedam, modo abſque acerbitate eam & convitiis exerceant, id quod me feciſſe puto. Neque tamen ignoro, incaſſum me hoc poſtulare, æquiſſimum ſit licet, ab iis hominibus, qui incredibili faſtu & inſolentia omnes alios præ ſe contemnunt, & ſtudioſe vellicant, dum ipſi ſæpe huic mari committere ſe non audent. Sed tales ſuo ſunt Genio permittendi. Certus etiam ſum, fore, ut hic expoſitum aliquando invenias, quod ab aliis alibi, & uberius quidem, traditum jam fuerat. Ego vero bona hic fide profiteor, nunquam me ex aliis quid hauſiſſe, quin eorum debitam fecerim mentionem, neque reperies, ſat ſcio, quidquam ſegniter à me deſcriptum aut aliunde repetitum. Verumtamen quando aliquid occurrebat in Æliano explicandum, non ſemper aliorum anxie adeo excuſſi ſcrinia, ſed ad mea ipſius plerumque decucurri, atque ex iis, meis uſus argumentis, ſingula ferme adſtruxi. Ita vero non poteſt non eveniſſe aliquando, ut ab aliis occupata jam eſſent, & pluribus probata, quæ hic à me adferebantur. Veluti, quod per *Celtarum* nomen deſignari XII. 23. Germanos oſtendi, id vero poſtea incidit luculentius & ex profeſſo jam declaratum ab Noſtro Hadr. Junio in *Bataviæ Deſcript. cap.* 23. Sed profecto dura ea lex foret, ſi neutiquam liceret Philologis Auctores, quos edunt, ſuis illuſtrare obſervationibus, niſi prius diligenter de ſingulis rebus in conſilium ierint, & excuſſerint memoriam, aut annotationes ſuas, an earum alibi quidquam forte legerint, tam late præſertim patentibus Philologiæ ſpatiis. Unum, cujus rationem

nem verbo reddam, ſupereſt: Notas me ſingulis ſubjeciſſe paginis, quamvis & hoc à Doctiſſimis ſcirem Viris improbatum. Ego tamen ſemper ita cenſui, potiſſimam eſſe nobis habendam temporis rationem, ne cum inutili plane moleſtia temere conſumatur. Id vero eveniat neceſſe eſt, præſertim ſi, ut fecere Gruterus, Schottus, aliique, complurium Notæ ſeparatim in extremum voluminis rejiciantur. Nec enim utimur tantum Auctoribus, ut eos continua lectione evolvamus, ſed, poſtquam eos perluſtravimus, ſæpe dein etiam ſingularia in iis loca per occaſionem inſpicimus denuo, & conſideramus in rem noſtram adhibituri. Ita vero inveſtigandum ſimul eſt, an forte Docti Interpretes aliquid ad ea jam annotaverint, quo noſtra obſervatio vel firmetur, vel refellatur. Nemo autem non videt facile, quam moleſtus & irritus plerumque ſuſcipiatur labor, dum alibi & per tam varias toties vagari debet Notas noſtra illa inveſtigatio, ac nihil ferme invenit, quum ſi Textui eſſent ſubjectæ, una oculorum inclinatione res explorari facillime poſſet. Cui commodo quod opponi queat, nihil in illo Doctorum Hominum inſtituto ſolidæ rationis reperio. Vale, quicunque es æqui animi Lector.

ΑΙΛΙΑ

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ πρῶτον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER I.

ΚΕΦ. α'.

1 Περὶ πολύποδος.

CAP. I.

De Polypode.

Εἰσὶ γὰρ κοιλίαν οἱ πολύποδες, καὶ πᾶν ὁτιοῦν φαγεῖν ἄμαχοι. Πολλάκις οὖν καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀπέχονται·

Firmo admodum & robuſto ventre ſunt polypodes, & quicquid tandem edant, inſuperabiles. Sæpe igitur, ne à ſeſe quidem invicem abſti-

ΑΙΛΙΑΝΟΥ] Ita omnes Græci Latinique. Unus Politianus perpetuo *Helianum* vocat, cum aſpiratione, credo, quod putaret nomen eſſe Græcæ Originis ab ἥλιος; aut ſic dici ab *Helia* oppido Italiæ, cujus ſæpe mentionem facit Plinius. Sed repugnat veterum conſenſus, ipſiuſque ratio vocabuli, cum ſit ab *Ælio* notiſſimo inter Romana nomine, ſicut ab *Æmilius*, eſt *Æmilianus*; à *Claudius*, *Claudianus*; à *Valerius*, *Valerianus*. Fuerunt alias *Æliani* plures; ut *Caſperius Ælianus* præfectus Prætorio ſub Nerva, cujus Dio meminit; item alius dux militaris ſub Valente, de quo legitur apud Suidam. Et rurſum alius, ruſticorum tumultuantium cum Amando caput, ſub Diocletiano, uti Eutropius teſtatur. Facit & Baſilius *Æliani* alicujus mentionem *Epiſt.* LX. & Porphyrius in *Lib.* I. *Harmon.* laudat *Æliani commentaria in Timæum Platonis*. Obſervo & à Caſaubono in *Commentariis ad Athenæum* nominari *Ælianum de doctrina Epicuri*, qui qualis ſit, aut quando vixerit, ſcire hactenus non potui. Sed hi omnes nihil ad Noſtrum. In Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis MS. Codice ſecundo (Tribus in his notis ſumus uſi: primus eſt in Codicum ordine CCCCLXII. ſecundus MDXXX. Tertius MDCCLXXXI. è quibus varias lectiones enotatas communicavit nobis Vir Ampl. Andr. Nic. Norcopenſis, Eloquentiæ Prof. apud Nos meritiſſimus) ſic conceptus legitur hic Titulus, Αἰλιανοῦ Περὶ τῆς Ἰταλίας ποικίλης ἱστορίας βιβλίον πρῶτον. Quod indicat *Ælianum* fuiſſe Prænestinum. Atque

ταῦ· ἀλλὰ τῷ μείζονι ὁ βεχχύτερος ἁλώς, abstinent: sed minor à majore captus,

hoc confirmat Suidas quoque, quamvis ipse & plerique alii Ποικίλης scribant, quod notandum. Porro nihil opus esse censeo, ut post eruditissimum Gesnerum, multis disputemus contra eos, à quibus quondam dubitatum, unusne hic auctor sit, & qui *Animalium Historiam* conscripsit, an vero plures ac diversi? Cuncta quippe in eundem optime conveniunt; Argumentum operis, ratio tractandi ejus, ipse denique, quem maxime urgebant, stylus, quotiens suo uti voluit. Non frustra est, quod addo: neque enim suo ubique scripsisse, ipse testis locis plurimis, nec aliter succise celeriterque enotantis ratio permittebat. Quod vero argumentum, & tractandi modus non adversentur, ex aliis ipsius operibus constare potest, quæ fere cuncta & historica, & ad eruditionem variam morumque disciplinam accommodata. SCHEFF.

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ] Possemus prolixi esse in explicando hoc operis titulo, sed sufficerit ad institutum indicasse, non eundem eum ubique reperiri. Nostrum retinent Suidas, Eustathius, Perusçus, & ex recentiori seculo viri docti omnes. Stobæus alibi simpliciter & generaliùs Ἱστορίαν nominat hos libros, ut *Serm.* 19. & 20. *alibi* cum addito, Ἱστορίαν σύμμικτον, quod Latine Gellius *miscellam & quasi confusaneam historiam* interpretatur. ut *Serm.* 77. & 93. ποικίλην ἱστορίαν, *Variam Historiam* reddidere plerique, etiam qui primi ediderunt Romæ. Had Junio est *Omnigena Historia* in *Adag. Cent.* VIII. *pr.* 25. Vult autem uterque titulus nil aliud indicare, quam *librum, in quem, ut auctorem quemquam in manus capimus, vel quid memoratu dignum audimus, ita quæ libitum est, cujus generis cunque sint, indistincte atque promiscue annotamus, eaque nobis ad subsidium memoriæ quasi quoddam litterarum penus recondimus, ut, quando usus venit rei, cujus nos forte repens oblivio tenet, & libri, ex quibus ea desumseramus, non adsunt, facile inde nobis inventu atque depromtu sit.* Placuit hæc Gellii verbis explicare, quia elegantissima brevitate cuncta, quæ de hac re dici possunt, comprehendunt. SCHEFF. *Historia Varia* opponitur τῇ συνεχεῖ ἱστορίᾳ ὕφει *continuo historiæ filo & contextui*, qui rerum temporumque seriem non interruptam exhibet. Ælianus enim ex variis lectionibus & annotationibus, sine ulla lege fortuitoque ordine, ut fieri amat, in unum corpus conflatis, quasi per saturam historiam scripsit, in id unicè intentus, ut ex lectissimis quibusque Autoribus flosculos rerum verborumque colligeret. Hoc variegatis tesserulis atque emblemate vermiculato compositum opus inscripsit ποικίλην ἱστορίαν, titulo ut minime ambitioso, ita eleganti & operi probe accommodato, quem etiam aliis historiæ miscellaneæ conditoribus usurpatum, Gellius in *N. A. cap. ult.* docet. KUHNIUS.

Βιβλίον πρῶτον] An in capita & libros ab auctore opus hoc divisum sit, dubitari potest. Neque enim veteres, qui ejus meminere, caput ullum librumve nominant. Et videntur capita à recentiori aliquo adjecta, cum non raro ea dividunt, quæ conjuncta fuisse ab auctore, manifesto potest demonstrari. Argumenta profecto eorum ab Ælian non sunt, ut quæ ea etiam, quæ librariorum ignorantia in textu depravavit, sequi solent, quod ex Notis amplius discetur. SCHEFF.

1 Περὶ πολύποδος] Adde Aristotelem *lib.* II. *Hist. Anim.* aliisque locis. Item Plinium *lib.* IX. *cap.* 29. & *seq.* IDEM.

2 Δεινοὶ κατὰ κοιλίαν &c.] Versio horum est à Tornæsio. Nam Justus Vultejus, &, qui hic eum sequitur, Conr. Gesnerus, ita hæc reddiderunt: *Plurimum roboris habent Polypodes in ventribus, & quidvis obvium sine negotio devorant.* Amplissi. Cuperus *Observ.* III. 10. incusat Vulgatam seu Tornæsianam, censetque δεινὸς κατὰ κοιλίαν dici, *non, qui firmo & robusto sint ventre*, sed, *qui multum edant & voraces sint*, quia δεινὸν & ἄμαχον significent *omne id, quod magnum est:* Vertendum itaque arbitratur, *Polypodes voracissimos esse, & , quicquid edant, insatiabiles.* Recte fine dubio; sed idem Tornæsium sensisse putem, at usum verbis, quibus Græca magis proprie & accurate exprimeret. Etenim Δεινὸς notat primitus *terribilem.* Sic XIII. 1. de Atalanta, δεινὴ ἦν ἐντυχεῖν, *terribilis erat incidentibus in se*; Deinde vero, *quicquid in suo genere quasi modum excedit, cujus*

ἁλώς, ἢ ἐμπεσὼν τοῖς ἀνδρειοτέροις ἁρά- captus, & incidens in validiores la-queos;

cujus viribus resisti nequit, quodque per illam faciendi aliquid excellentiam est ἐκπληκτικόν, uti de eadem Atalanta ibidem Auctor Noster, scil. *habuisse eam duo* ἐκπληκτικά, quorum alterum erat *pulchritudo eximia*, δεινὴ ergo. Sic δεινὴ φειδώ II. 5. *summa parcimonia*; δεινὸς μυθολόγος III. 18. *terribilis*, plane, ut Belgæ loquimur, h. e. *immodicus fabulator.* Hoc sensu passim dicitur δεινὸς πίνειν, εἰπεῖν &c. Immo simpliciter Herculem Hesiodus Ασπ *v.* 121. vocat δεινόντε, κρατερόντε, & *v.* 71. arma Martis δεινοῖο θεοῦ πύχεα. Sic itaque δεινοὶ κατὰ κοιλίαν sunt, *validissimi stomacho, qui omnia semper appetunt, & facile concoquunt.* Prorsus uti δεινοὶ κατὰ χειροτεχνίαν III. 1. sunt, qui *præstantissimi pictura aut simili artificio omnia facile & feliciter exprimunt.* Et δεινοὶ γαστέρα apud Suidam in *v.* Κλείσοφος ex Veteri Auctore, Ἀνθρώπους ἐοθίειν εἰδότας εἰς κόρον, καὶ δεινὲς γαστέρα, *homines, qui ad satietatem edere norunt, & vehementes stomacho.* Adde superioribus etiam locum Nostri ex *Hist. Anim.* IX. 21. Καλοῦσι δὲ τὴν πόαν Ελένιον λέγουσιν οἱ παῦτα εἰδότες δεινοὶ, *Herbam hanc Helenium vocari tradunt, qui ad ea scienda valde idonei sunt*, vel *qui earum rerum scientia excellunt.* Medicæus 1. quem vidit Marq. Gudius, legit δεινὸν, sed male, tum quia sequitur ἄμαχοι, tum quia Codd. alii pariter vulgatum tuentur. De phrasi ipsa & loco hoc Æliani egit etiam Clariss. Clericus in *Arte Critica Tom.* I. *pag.* 168. 169. Ex *Polypode colorem* suum identidem *mutante*, ὡσὲι τὴν ὑποκειμένην γῆν, *pro subjecta ipsi terra*, elegantem comparationem transfert ad Homines, qui Sermonem suum ad voluntatem eorum, quibus adsunt, accommodant semper & mutant, Basilius Magnus *de Leg. Græcis cap.* 21. Neque aliter ἄμαχοι dicuntur Polypodes φαγεῖν πᾶν ὁπῶν, vel *quod nunquam cedant succumbantve cibo*, h. e. eo satientur aut gravati langueant: vel quod *supra alios excellant facultate edendi semper quicquid tandem illud sit.* Sic II. 4. ἄμαχος φιλανθρωπία est *humanitas, quæ superiorem non habet.* Sicuti autem hic φαγεῖν πᾶν ὁπῶν, sic Dio Chrysost. οὐ τερώκῃ de Homero, πῶς ἂν ταῦτ γε ἀνθρώπων ἐνήσειεν, οὗδε ψεῦδος εἰπεῖν. Plato *Alcib.* I. *p.* 118. καλὸν τῦτο τεκμήριον τοῦ ἐπισαμένου ὑπεῖ. PERIZONIUS.

3 Οὐδ' ἀλλήλων] Hæc est ἀλληλοφαγία, hæc *vita piscium* ἰχθύων βίος Græco proverbio in eos jacitur, qui *jura negant sibi nata*, & vi agunt in imbecilliorem, interdicto, *Unde vi*, plorare jusso Themidos inter cathedras. Polyb. *lib.* XV. περισσοφέλειαν τὴν λεγομένην ἰχθύων βίον, ἐν οἷς, φασὶν, ὁμοφύλοις ἔστι τὸν ἧττονα ἀπόλλυσθαι τῷ μείζονι τροφὴν γίγνεσθαι καὶ βίον. *tam impotenter & efferate se gesserunt, ut vitam, quam ajunt piscium vixerint, inter quos major minorem sui generis devorat.* Varro apud Nonium in *voce Comest.*

Qui pote plus, urget: pisces ut sæpe minutos
Magnus comest, ut aves enecat accipiter.

Hesiodus in *Oper. & Dieb.*

Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων.
Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεινοῖς,
Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.
Ἀνθρώποις δ' ἔδωκε δίκην.

Legem hominum natis tulit hanc Saturnius ipse:
Piscibus atque feris equidem volucrumque catervæ,
Mutua sint sibi præda; agitant quia jura sine ullo.
Astt homini dedit esse boni rectique tenacem.

KUHNIUS.

4 Θηρευτρίδες] Perperam prorsus recepta Versio nobis hic *Venabula* memorabat, quæ tela sunt *lato ferro* instructa, ut ex Virgilio constat. Hinc Cicero *Famil.* VII. 1. *quum præclara bestia venabulo transverberatur:* & Martial. XIV. 30. *Intrabunt Ursos* scil. Venabula. Figuram eorum vide ex Nummo Veteri in *Observ.* Cl. Begeri *pag.* 2. Rectius itaque hic Vultejus, *Sed quum à Majori captus Minor in laqueos validiores incidit. Laquei* enim etiam retia sunt. Plinius in *Panegyr.* cap. 43. *Illitos cibis hamos, opertos prædâ laqueos.* Et ita mox hæc θηρευτρίδες ab Auctore ipso explicantur per ἄρκυας, quas Hesychius exponit δίκτυα τὰ ἐπὶ θήραν, *retia ad venationem parata.* Diserte Xenophon *de dict. & fact. Socr. lib.* III. ὑφήνασθαί τι θηρευτρίδα, *texere aliquod rete.* PERIZONIUS.

πάτρεις, τοῖς καλουμένοις ὃ ἰχθύσι πλοκάμοις, 5 εἶτα αὐτῷ γίνεται δεῖπνον· ἐλλοχῶσι γὰρ οἱ πολύποδες τοὺς ἰχθῦς τὸν τρόπον τοῦτον. Ὑπὸ ταῖς πέτραις κάθηνται, καὶ 6 ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐκείνων μεταμορφοῦσι χροιάν, καὶ τοῦτο εἶναι δοκοῦσιν, ὅπερ ἐν καὶ πεφύκασιν αἱ πέτραι. Οἱ τοίνυν ἰχθῦς προσνέουσιν, οἷονεὶ τῇ πέτρᾳ τοῖς πολύποσιν, οἱ δὲ, ἀφυλάκτους ὄντας αὐτοὺς 7 περιβάλλουσι ταῖς ἐξ ἑαυτῶν ἄρκυσι, ταῖς πλεκτάναις.

5 Εἶτα αὐτῷ γίνεται δεῖπνον] Particula εἶτα pleonaſtice hoc loco adhibetur, eamque in verſione Latina recte omiſerat Vultejus; nec aliter *lib.* II *cap.* 5. ὡς ἂν μὴ ὥσπερ τὰ ἔξω τὸ ἀρετῆς ἀναλισκόμενον, εἶτα μάτην διαφθείροιτο. & *lib.* IX. *cap.* 39. στεφανώσας τὸ ἄγαλμα, καὶ θύσας, καὶ κόσμον αὐτῷ περιβαλὼν πολυτελῆ, εἶτα ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. *lib.* XII. *cap.* 60. ἤρετο ὁ Φίλιππος τὸν Διονύσιον, πῶς τοσαύτῃ ὕβρει καὶ πικρὸς λαοῖς ἀρχὴν, εἶτα ἀδιεσώσατο αὐτήν;

6 Ἑαυτοὺς] Vi quadam propria & ſua. Ita enim veteres cenſuerunt, uti conſtat ex Plutarcho, Ariſtotele & aliis. Ovid in *Frag. Halieut. ſumit mutatque colorem.* Experientia tamen temporum noſtrorum diverſum comprobavit. vide G. I. Voſſium *lib.* III. *Theol. Gent. cap.* 55. SCHEFF. Mutationem coloris non in ipſo polypo, intus & in cute eſſe, ſed in ſumma ſuperficie ab effluviis proximæ rei effici & repræſentari ob quandam raritatem pariter & denſitatem ſuperficiei vel ſummæ cuti inhærentem, Plutarch. περὶ πολυφιλίας exiſtimat, cujus verba hæc ſunt. ὃ πολύποδος καὶ μεταβολαὶ βάθος ἔκ ἔχουσιν, ἀλλὰ διὰ αὐτὸ γίγνονται τὸ ἐπιφάνειαν, συφότητος καὶ μανότητος τὰς ἀπορροίας ἢ πλησιαζόντων ὑπολαμβανούσης. ita enim lego. KUHNIUS.

7 Περιβάλλουσι] MS. ſecundus Pariſiens. (quem notabimus deinceps litera B. ſicut primum, A. tertium, C.) habet παραβάλλουσι. SCHEFF. Ut MS. B. Schefferi παραβάλλουσι legit, ſic & Lugd. Codex. At Sluiskianus ſervat vulgatum, & recte. PERIZ. MS. Mediceus etiam exhibet περιβάλλει, quod verbum de polypo frequenter uſurpare ſolent Græci Scriptores. Oppianus *lib.* II. ἁλιευτ.

Αὐτὰρ ὅγ' ἄλλοτε νῆπια παιδόλα, ἄλλοτε δειρὴν,
Οὐρήν τ' ἀκροτάτῃ περιβάλλεται.

Suidas in *v.* Σάπειρ. ὁ ἢ καρτερικὸς αὖθις ἐπ' ἐκεῖνο τὸ ἔργον ἐχώρει, καὶ αὖ πάλιν ἀνέθορε τῇ ἁπάλῃ τὰς χεῖρας περιβαλών, οἷα πολύπους ἁφύκτοις πλεκτάνας τινάς. Ita enim legendum ex MS. Leidenſi, & Theophylacto Simocatta, cujus verba deſcripſit Suidas, quum vulgo edatur, ἐμβαλών. Noſter *lib.* VII. *de Nat. Anim. cap.* 11. πλόκαμοι ἢ ἄρα ἰχθύσι ὑπείνε περιβάλλουσι τῷ αὐτῷ σφᾶς ἑαυτούς. & *lib.* IX. *cap.* 25. κάρχαρος πολύποδι ἰχθύσ· τὸ ἢ αἴτιον· ὅταν αὐτῷ πᾶς πλησιάσῃ περιβάλῃ.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Φαλάγγων.

Ὑφαντικὴν καὶ ὑφαίνειν καὶ 2 δῶρα 3 Ἐργάνης Δαίμονος, ἔστε ἴσασιν αἱ Φά-

1 Ὑφαντικὴν] Fuerunt ex veteribus, qui

CAP. II.

De Araneis.

Textoriam artem atque texere, & Erganæ Deæ munera, neque norunt plerarumque artium exempla homines à bru-

Φάλαγγες, ἔστε εἰδέναι βούλονται. Ἢ τίποτ' ἂν καὶ χρήσαιτο τῷ τοιῷδε ἐνδύματι τὸ τοιοῦτον θηρίον; 4 τόδε ἄρα πάγη, καὶ οἷονεὶ κύρτος ἐστὶ τοῖς ἐμπίπτουσι, καὶ ἡ μὲν 5 ἀρκυωρεῖ, πάνυ σφόδρα ἀτρεμοῦσα, καὶ ἔοικεν ἀκινήτῳ, 6 καὶ τὸ μὲν ἔπεσεν, ὅ, τί ποτέ ἐστι τὸ ἐμπεσὸν, ἥδ' ἔχει δαῖτα. Τοσοῦτον δ' ἐμπίπτει,

tis accepiſſe affirmabant. Navigationem v. g. à piſcibus, à ſuibus arationem, ab aliis alia, uti conſtat ex Plutarchi *Sympoſ. lib.* IV. *q.* 5. Seneca, Lucano, & cumprimis Voſſio *lib.* III. *Idol. cap.* 76. Atque ſic ajebant etiam araneas telis ſuis texendi modum præmonſtraſſe. Plutarchus *de Solert. Anim. Democritus affirmat, nos animalium in maximis rebus fuiſſe diſcipulos: araneæ in texendi arte atque reficiendi; hirundinis in ædificandi.* Iſtam hoc loco ſententiam Noſter refellit, retiaque tantum oſtendit eſſe, quibus excipiunt, quæ ad vitam tolerandam ipſis ſunt neceſſaria. Atque hoc inſtinctu naturæ, quæ cuique animali apta dedit inſtrumenta, quibus & vitam ſuſtinent & noxia à ſe repellat. Idem *capitis primi* & *ſequentium* exemplis docet. SCHEFF. Adde *lib.* VI. *de Nat. Anim. cap.* 57.

2 Δῶρα Ἐργάνης) Quænam ſint dona Erganes, Autor ipſe ſtatim indicat, *veſtes* nimirum. quid, inquit, opus eſt *Phalangio his veſtibus*, quas Ergane contexit? Max. Tyr. *Diſſert.* IV. ὑφαντὴς μίτοις καὶ σημείοις σὺν ὕφει ἐθημάτων ἐρασάμενος, σκέπῃ ὁμοῦ πορίζει καὶ εὐσχημοσύνῃ τῷ σώματι, *Textor filis & ſtaminibus una cum textura veſtes efficiens, tegumentum pariter & ornamentum corpori dabit.* Fuit, cum legendum putarem, pro ἐθήμασι, σήμασι, *telis*, quia ſequitur τόδε, quod utique non reſpicere poteſt ad τὸ ἐθήματι. Veſtis enim, ipſo Autore judice, phalangio non competit. Judicium B. L. permitto. KUHNIUS.

3 Ἐργάνης] h. e. Minervæ. Datum hoc ei cognomentum propter plurimarum artium inventionem, Pauſania teſte in *Atticis*: ubi ſimul primum Athenienſes hoc feciſſe docet. Δῶρον porro ejus nominat ὑφαντικὸν, quoniam & ipſam reperiſſe credebatur. Auctor Noſter *lib.* I. *Hiſt. Anim. cap.* 21. & Virgilius. *lib.* VII. *Æn.* ubi de Camilla.

runt araneæ, neque noſſe volunt. Quam enim ad rem uteretur ejuſmodi veſtimento talis beſtia? ſed tela hæc rete, & quaſi naſſa eſt iis, quæ incidunt. Et ipſa quidem rete obſervat immota penitus, & ſimilis eſt immobili. Quòd ſi quid incidit, quicquid tandem illud ſit, quod incidit, ex eo cœnam parat. Inci-

— Non illa colo calathisve Minervæ
Fœmineas aſſueta manus —

Adde Voſſium *lib.* I. *Theol. Gent. cap.* 17. SCH.

4 Τόδε ἄρα πάγη] Pro τόδε legerem τῷδε, ut referatur ad proxime præcedens θηρίον, non ad ἔθημα. KUHN. Tentat hæc duplici via Vir Eruditiſſimus, quia ſcil. τόδε non ſatis commode poteſt referri ad ἔθημα. Sed nihil omnino mutandum, intelligendumque illud τόδε de opere Araneæ, licet id in ſuperioribus nondum ſit diſerte ſatis expreſſum, nec niſi vocabulo ἐθήματος, cujus verum & propriæ ſignificationis uſum Auctor Araneæ negat. Sic mox, καὶ τὸ μὲν ἔπεσε, quod itidem ex ſenſu potius eſt explicandum, quam ex Grammatica vel Syntactica ratione, quum nec illud in ſuperioribus habeat, quo referatur. Nihil enim ejus præceſſit, niſi τῆς ἐμπίπτει. Quamvis autem *Veſtis phalangio non competat*, vel ſic Auctor potuit ſatis recte ejus opus vocabulo ἐθήματος deſignare, æque ac mox ὑφάσματος, licet itidem dicantur φάλαγξις neque ſcire, neque deſiderare ὑφανικὴν & ὑφαίνειν. Confer autem cum hoc Capite Xenoph. *de dictis & factis Socr. lib.* III. οἶσθα γάρ, ὡς ἐκείναι φάλαγγες) θηρῶσι τὰ ὠφέλιμα τῷ βίῳ. Ἀράχνια γὰρ δήπου λεπτὰ ὑφηνάμεναι, ὅ, τι ἂν ἐμπέσῃ, τοῦτο τροφῇ χρῶνται. *Noſti enim, ut illæ araneæ venentur ea, unde vivunt. Telas enim tenues texunt, & ita quicquid in eas incidit, eo utuntur ſuum in alimentum.* PERIZ.

5 Ἀρκυωρεῖ] Interpres *excubias agit*, nimis generaliter. malim *retia ſervat*, inſtar ἀρκυωρῶν, qui diligenter obſervat, num præda in retia ſe induat. vide Noſtrum *lib.* VIII. *Hiſt. An cap.* 2. Polluc. *lib.* III. *Onom. cap.* 3. KUHN.

6 Τὸ μὲν ἔπεσεν &c.] Error eſt, idque uno verbo dixiſſe ſatis ſit. Legendum omnino, καὶ τὸ μὲν ἐμπεσὸν (ὅ, τι ποτέ ἐστι τὸ ἐμπεσὸν) ἥδ' ἔχει

πίπτει, ὅσον ϗ τὸ ὕφασμα κατέχειν δυνατόν ἐστι, ϗ ἐκείνην δειπνεῖν ἀπόχρη.

cidit autem tantum, quantum & tela retinere poteſt, & illi ad comedendum ſatis eſt.

ἔχει δαῖτα. FABER. Locus extra correctionis aleam ponendus. Rotundè enim exprimit araneam ex inſidiis celerrime in captam prædam involantem. τὸ μὲν ἔπεσε &c. inquit, ἡ δ' ἔχει δαῖτα. ἔπεσε pro ἐνέπεσε. ita Noſter *lib.* V. *H. A. cap.* 45. χλωρᾷ σίτῳ ϗ λήϊῳ κωμῶντι ἐὰν σῦς πίσσαι ἀποκείρῃ &c. *Segetem viridem & herbeſcentem ſi ſus irruens depaſta fuerit, dentibus, lege Salaminienſium mulctatur.* KUHN. Recte Doctiſſ. Kuhnius Tan. Fabri conjecturam temere hæc ſollicitantis rejicit. Senſus eſt, *Et illud quidem* (τὸ ἐμπτόνταν τὶ ἐς τὸν πάγλω) *cadit, quodcunque tandem ſit, quod incidit. ipſa vero confeſtim eo paſcitur.* Solent ita Græci narrare duas actiones, quarum una alteram continuo inſequitur. Sic plane Noſter *Hiſt. Anim* v. 48. rationem redditurus inimicitiæ inter Ægithalum & Aſinum ὁ μὲν γὰρ ὠγκήσατο, ῥήγνυται δὲ τῷ αἰγιθάλῳ τὰ ὠά, h. e. *ſimulac Aſinus rudere cœpit, franguntur Ægithali ova.* Similiter pene *infra cap.* 30. ὁ μὲν ἵππευε σὺν τῷ βασιλεῖ, ἰδὼν ϗ &c. Et ſic τὸ apud Hom. *Il. N.* 564. Καὶ τὸ μὲν αὐτὸ μεῖν' &c. ἐν σάκει Ἀνλλόχοιο, τὸ δ' ἦμισυ κεῖτ' ἐπὶ γαίης. Heraclid.

ΚΕΦ. γ.

Περὶ Αἰγυπτίων βατράχων.

Σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων, ϗ ἓν ϗ τῶν ἄλλων ὑπερφέρεσθαι κτὶ πολύ. Εἰ γὰρ ἔν ὕδρῳ ϖεπέσοι Νείλε ϑρέμματι βάτραχος, καλάμε τεύφε ἐνδακὼν, πλάγιον φέρει, ϗ ἀπρὶξ ἔχεται, ϗ οὐκ ἀνίησι 3 κτὶ τὸ καρτερόν. Ὁ δὲ ἀμηχανεῖ καταπιεῖν αὐτὸν 4 αὐτῷ τῷ καλάμῳ. 5 Οὐ γὰρ οἱ χωρεῖ ϖελαβεῖν τοσοῦτον τὸ στόμα, ὅσον ὁ κάλαμος διείργει. Καὶ ἐκ τούτε ϖεριγίνονται οἱ ῥώμης ὑπὲρ ὕδωρ οἱ βάτραχοι τῇ σοφίᾳ.

CAP. III.

De ranis Ægyptiis.

Genus ranarum Ægyptiarum eſt ſane ſapiens, & ideo etiam reliquis maximè præcellit. Si enim in hydrum Nili alumnum incidat rana, demordens fruſtum arundinis, obliquum id fert, & firmiter tenet, nec remittit, quantum poteſt. Ille verò ranam cum ipſa arundine ſimul deglutire nequit. Non enim tam amplum eſt ipſi os, ut complecti tantum poſſit, quantum arundo extenditur. Atque ita ranæ prudentiâ ſuperant hydrorum robur.

1 Σοφόν τι ἄρα χρῆμα] Vertunt, *Peculiari quadam ſapientia præditum eſt* &c. Sed Mens eſt Auctoris; *Genus Ranarum, quæ ſunt in Ægypto, eſt ſane res quædam ſapiens*, h. e. ſimpliciter; *Ranæ Ægyptiæ ſunt ſane ſapientes; atque idcirco reliquis multum præſtant.* Sic II. 2. σεμνὸν γάρ τι χρῆμα ϗ τὸ Σόλωνος ἐγένετο h. e. *Venerabilis enim etiam Solon fuit:* Et IX. 41. μέγα τι ἄρα χρῆμα ἦν ὁ λόγος σου, ἐγὼ ϗ ὑπ' ἀνοίας ἐδὲν αὐτὸν ὤμλω εἶναι. Anton. Liber. *Fab.* 12. ἐγένοντο ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γῦπες, ὑπερφυές τι ϗ μέγα χρῆμα. PERIZ. Pari modo Latinos Scriptores *rem* & *negotium* de perſonis uſurpaſſe docuit Avus meus *lib.* IV. *Obſervat. cap.* 15.

2 Ὕδρῳ] MSS. A. & B. ἐνύδρῳ. quod non probo. Scio, quid habeat Plinius *lib.* XXIII. ſed ſecundum eum ſcribendum foret ἐνυδέλιδι. SCHEFF. *Hydrum* agnoſcit & Plin. *lib.* XXIX. *cap.* 4. KUHN. MS. Lugd. ἐνύδρῳ, ſic mox ἐνύδρων, plane uti MSS. A. & B. Schefferi. Ceterum voculam γὰρ hic omittunt Sluisk. & duo Medicei. PERIZ.

3 Καπὶ τὸ καρτερὸν] *In conflictu, cum vigeritur res.* Herodotus eadem ſignificatione *lib.* I. ἐπιεσάτο κῇ τὸ ἰσχυρὸν ἀλλήλων, *ſummis viribus prælium inter ſe commiſerunt.* KUHN.

Κατὰ τὸ καρτερὸν] Vir Doctiſſimus ad h. l. reſtringit hanc phraſin ad *conflictum, quum vi geritur res.* Sed notat ea generatim, *pro ſumma opum vi, quam maxime quis poteſt.* Sic III. 19. de Xenocrate Platonico, αὐτός τε ἐπέδετο τῇ Σταγειρίτῃ (Ariſtoteli) κατὰ τὸ καρτερὸν. PERIZ.

4 Αὐτῷ τῷ καλάμῳ] In utroque & Lugd. & Sluisk. ut & utroque Mediceo, haud dubie ergo & in reliquis deſideratur τῷ. An ergo pro αὐτῷ καλ. leg. σὺν τῷ καλ. ? Niſi ita ſit, præfero vulgatum. PERIZ.

Αὐτῷ τῷ καλάμῳ] Hunc loquendi modum illuſtravit Parens meus in *notis ad Polybium* p. 416. & in *Præf. ad Tom.* XI. *Theſauri Ant. Græc.*

5 Οὐ γὰρ οἱ χωρεῖ περιλαβεῖν] Hoc χωρεῖ περιλαβεῖν ſuſpectum habeo. quid enim eſt, *capit complecti?* Sed nec illud οἱ ſat probum, cum ſermo ſit de unico. mallem, ἓ γὰρ εἰδὲ χωρεῖν ἢ περιλαβεῖν. poſt διείργει ſcribendum quoque punctum majus. pro περιλαβεῖν in MSS. A. & B. eſt περιβαλεῖν. SCHEFF. Locus, ſi quisquam alius, ſanus & integer. οἱ αὐτὶ ϝ αὐτῷ, οἱ *pro ipſi*, noſtro aliisque optimæ notæ ſcriptoribus frequenter uſurpatur. vide Suidam & Indicem noſtrum. Eleganter etiam χωρεῖ ſignat *poteſt, licet, datur, conceditur.* Ita Noſter *lib.* I. *cap.* 31. ὡς ἦδη ἐχώρει, *quà licebat, pro re natâ.* Arrian. *lib.* I. *de Alex. Exped.* ὡς ἐκάστῳ ϖεφυκώρει, *ut quilibet poterat, ut ſe res dabat.*

ΚΕΦ.

Non aliter hoc loco, ἓ γὰρ οἱ χωρεῖ, ſignificat, *non ille poteſt tantum diducto ore complecti ſpatium, in quantum ſe hinc inde arundo diſtendit.* KUHN. Graviſſime hic impegit Cl. Schefferus miris modis hæſitans, dum primo non intellexit τὸ οἱ, recte explicitum à Doctiſſ. Kuhnio. Utrumque οἱ diverſi Caſus & Significationis, licet ejuſdem Scripturæ, habes apud Lucian. *de Morte Peregrini*, οἱ οἱ ἕποντται, *qui ipſum ſequuntur.* Deinde perperam *ſuſpectum habet* Vir Doctus, χωρεῖ περιλαβεῖν, quærens, quid ſit, *capit complecti.* Kuhnius ergo exponit, *poteſt, licet, datur complecti.* Et ſane eo redit ſenſus. Propius tamen eſt, *Non enim tam capax eſt illi os, ut complectatur.* Illud enim hic proprie notat τὸ χωρεῖ. Sic Johannes in *Euang.* XXI. 25. *Si omnia ſcriberentur, quæ Jeſus fecit, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία*, h. e. *tam amplum eſſe, ut capere queat.* Dionyſ. Halic. *lib.* VIII. ἀπέχομαι γὰρ ἤδη καλλιπὼν τὸν ἐκ ἔτι χωρῆσαν ἄνδρας ἀγαθὸς πόλιν. Similiter vero de Animo, & eadem quidem, quâ hic, conſtructione, *infra* III. 9. Τοσοῦτον ἀνδρεῖος, ὅσον αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ χωρεῖ. *In tantum fortis, in quantum animus ipſi patet, capax eſt.* Sic de Mente & intellectu Matthæus XIX. 11. 12. ὁ πάντες χωροῦσι (capiunt, percipiunt) τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Hinc jam ὡς ἐχώρει *infra* I. 32. eſt, *ut locus & tempus ferebat*, ſeu *admittebat, capiebat.* Recte autem Infinitivus jungitur huic verbo, familiari Græcis & Auctori Noſtro locutione. Sic II. 44. βλέπων σφάττειν, h. e. *torvum circumſpiciens, ut occidat.* XII. 12. καθαλιπόσης τὰς ἡκάδας ἐν τῷ πλυνοδρίῳ θάψαι. XIII. 1. ὁ ῥὰξ ἐκδοῦναι λαβὼν. PERIZ.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ κυνὸς Αἰγυπτίου.

[1] Καὶ ἐκεῖνο ᾗ [2] κυνὸς Αἰγυπτίου [3] τὸ σοφὸν. [4] Οὐκ ἀθρόως, οὐδὲ ἀνέδην,

1 Καὶ ἐκεῖνο ᾗ &c.] Male Græca leguntur, parum etiam recte vertebantur. Nam non sufficit, maximam distinctionem ponere post τὸ σοφὸν, quod voluit & fecit Schefferus, videns haud dubie aliquid scabri inesse in his verbis. Sed vel dele insuper illud ᾗ, vel lege potius τί σοφὸν. Cæteroquin imperfecta est Oratio, in qua nihil utique prædicatur de Subjecto, quippe cujus tunc partem constituit τὸ σοφὸν. At si legas, ut dixi, idem erit, ac si plenius scriptum foret, καὶ ἐκεῖνο ᾗ κυνὸς Αἰγυπτίου (sive γένος, sive χρῆμα, sive ἔργον, ut *cap.* 21.) ἐστὶ χρῆμά τι σοφὸν: Vertendumque, *Etiam Canis Ægyptius est sapiens*, vel *etiam illud Canis Ægyptii* factum *est* factum *sapiens*. Locutio similis plane, quod ad priorem illius partem, est apud Lucian. *de Morte Peregr.* καὶ τοῦτο κλεινὸν αὐτῷ, καὶ ἀφ' ὁμήρου σόματος ὦδὴ ἅπασι. Construe καὶ τοῦτο αὐτῷ ὦδὴ κλεινόν. Confer & infra 11. 16. Φωκίωνος ᾗ ᾧ Φώκῃ καὶ τοῦτο ἔγωγε ἔγνων καλόν. Etiam hic καὶ τοῦτο Φωκίωνος est subjectum, de quo prædicatur, esse καλόν. Sæpius tamen additur τι, ut in *proximo Capite*. Et sic Lucianus in *eodem libello*, ἐνεὸν, τὸ φιλόδοξον οἷόν τι. *Cogitabam, ambitio quale tandem esset negotium*. Dio Chrys. Τρωικ. τὸ γὰρ τῶν Μυρμιδόνων πλῆθος πόσον τι ἦν τὸν σύμπαντον ὦδὴ ἔρριζεν, ἢ τὸ τοῦ Ἀχιλλέως (scil. κρῆμα, πόσον τι ὦδὴ χρήμα? Anton. Lib. *Fab.* 12. μέγα τι χρῆμα λέοντος. Promiscue autem illud modo postponitur, modo etiam præponitur Adjectivo. *Infra* 11. 41. χαριζόμενος τοῖς ἰδίοις καί τι ἐπιχώριον αὐτῶν ἀγωνισμά. XIV. 37. ἔστι γάρ τι πρὸς χειρουργίαν σοφὸν. XIV. 39. βέλομαι γάρ τι ὑμῖν καὶ φαιδρὸν εἰπεῖν. *Hist. Anim.* VII. 41. *init.* Λακύδη τῷ περιπατητικῷ κτῆμα ὦδὴ κυνὸς τι κρῆμα θαυμάσιον. Vide & Me *infra* III. 9. 1. PERIZ.

2 Κυνὸς Αἰγυπτίου] Plinius *lib.* VIII. *cap.* 40. Noster *lib.* VI. *Hist. An. cap.* 53. Phædrus

CAP. IV.

De Cane Ægyptio.

Etiam hoc Canis Ægyptii, sapiens quid est. Non continuè, neq; remisse,

I. 25. SCHEFF.

3 Τὸ σοφὸν] Hic ponendum punctum, alias non quadrat sequens πίνουσι. IDEM.

4 Οὐκ ἀθρόως, οὐδὲ ἀνέδην &c.] Variant majorem in modum Versiones. Vultejus, *neque cumulatim, neque remisse*; Gesnerus, *neque cumulatim, neque aperte*; Tornæsius, *quod neque continue, neque ad satietatem*: quod in Edd. deinde omnes receptum visum. Neque vero negarim, Eum, qui ἀνέδην bibere etiam *ad satietatem usque*, & *aperte libere*; neque ignoro exponi illud à Suida in ψιλῶς, ἀκωλύτως, κραιπάλως, & ab Eustath. ad *Il.* β. ἀνέτως, καὶ ἐλευθέρως. Verum illud interpretis officium esse arbitror, ut vim vocabulorum speciatim & distincte, quantum potest, exprimat, inprimis, ubi plura in eandem generalem seu laxam significationem concurrunt, ut hic loci, ἀθρόως, ἀνέδην, ἐλευθέρως. Nihil autem istorum, quæ Gesnerus, Tornæsius, immo Suidas adferunt, proprie notat τὸ ἀνέδην: sed id, *quod remisse, & solute fit animo*. Sic IX. 8. Locrenses dicuntur Dionysii filias stuprasse ἀνέδην. h. e. *animo sibi indulgente, nullis curis aut cogitationibus cohibito*. Polyæn. I. 17. οἱ ᾗ, μηδενὸς ὦδὴ φυλάττοντος, ἀνέδην ἀυτομολήσαντες, *secure, & solute*. Sic γέλως ἀνειμένος est *risus effusus, & solutus*, apud Epict. *cap.* 43. ἀθρόως vero notat est *bibere uno & continuo actu ad satietatem usque*. Anton. Liber. *Fab.* 42. καὶ ἐξέπιε τὸ ὕδωρ τὸν ἀθρόον. Sic quando quis quid facit, quantum ejus facere potest, dicitur id ἀθρόως facere. Polyb. *in frag. p. m.* 1527. ἀθρόως τὴν καὶ ὦδὴ φιλόλογος εἰς δειλίαν ἐτράπετο. Declarantur autem hæc omnia, ut à me sunt exposita, per ipsum Auctorem in sequentibus. Vetus ἀθρόως per ὅσον δι' ὦδὴ λάπτοντες; ἀνέδην per ἀκωλύτως, & ejus contrarium ὦδὴ ἀθρόως τὸ ὄχθην; ἐλευθέρως per oppositum παρακλιθέντες. PERIZ.

ὄχθην, οὐδὲ ἐλθυθέρως ἐκ [5] τοῦ ποταμοῦ πίνουσιν, ἐπικύπτοντες ἅμα [6] καὶ ὅσον διψῶσι λάπτοντες. Ὑφεῶνται γὰρ τὰ ἐν αὐτῷ θηρία. Παραθέουσι ᾗ τὴν ὄχθην, καὶ παρακλέπτοντες, πίνουσιν, ὅσον ἁρπάσαι, [7] καὶ πάλιν. Εἶτα οὕτως ἐκ διαλειμμάτων ἐκορέσθησαν, καὶ μὴν [8] ἀπώλοντο, καὶ οὐκ ἀνέσαντο τὸ δίψος.

missse, neque libere bibunt ex fluvio, inclinantes se simul, & quantum sitiunt, lambentes. Suspectas enim habent *latitantes* in eo bestias. Prætercurrunt igitur ripam, furtim bibunt, quantum est rapere, idque iterum. Ita deinde ex interstitiis satiantur, neque vero pereunt, & sitim nihilominus restinguunt.

5 Τοῦ ποταμοῦ] Signanter ᾗ, velut de certo, debetque suppleri animo τὸ Αἰγύπτιε, ac intelligi Nilus. V. *proverb. tanquam canis è Nilo* apud Erasm. & alios. SCHEFF. Nilus καθ' ἐξοχὴν dicitur ὁ ποταμὸς in sacris æque ac profanis literis. Hebræorum הַיְאוֹר ὁι ὁ constanter reddunt ὁ ποταμός. Hoc modo Ephorus Ægyptum ποταμόχωστον, *Nili alluvionibus aggestam* dicit apud *Scholiast. Apollon. lib. Argon.* confer Aristot. *lib.* I. *Meteorol. cap. ult.* Joseph. *lib.* 11. *Antiq. Jud. cap.* 3. & 4. elegans dictum huic capiti addere potest Macrob. *lib.* 11. *Saturn. cap.* 2. KUHNIUS.

6 Καὶ ὅσον διψῶσι λάπτοντες] Generos. Dn. *Emericus Bigotius*, Vir juvandis bonis literis natus, cui jam ante debeo plurimum, submisit mihi codicem, in quo Vir doctus alius non pauca notaverat egregia. Inter ea observatur ad hunc locum, ab Henr. Stephano in *Thesauro Linguæ Græcæ*, voce λάπτω. ubi verba hæc citantur, legi, ὡς pro ὅσον. SCHEFF. Homer. *Iliad.* Π. de lupis:

Λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσι μέλαν ὕδωρ.
Lambentes linguis rarioribus nigram aquam.

ubi Eustathium vide, qui jam *Iliad.* A. notaverat, ἔστι ᾗ λάπτειν κυνείως τὸ ῥοφεῖν, ὀνομάτοποιηθὲν καὶ κυνολεκτηθὲν ἐπὶ τε κυνῶν καὶ λύκων καὶ τοιούτων ζώων κἀρχάρων. KUHN.

7 Πάλιν καὶ πάλιν] Restitui Lectionem pristinarum Edd. & MStorum Codicum, expungendo prius illud πάλιν, quod unde in posterem Ed. devenerit nescio, nisi forte ex versione, quæ reddidit, *iterum atque iterum*. Solent autem Græci repetitionem ejusdem rei hac phrasi καὶ πάλιν designare, ut vel ex N. T. liquet, ubi passim καὶ πάλιν occurrit, etiam ἐλλειπτικῶς, ut hic, idque in Citationibus maxime. Vide *Rom.* XV. 10. 11. *Heb.* 11. 13. Sed & ita Polyænus VIII. 42. ἡ δὲ ὠφέρεν αὐτῷ ἄλλο τι χρυσοῦν ἐδώδιμον, καὶ τοῦτο πάλιν: *Illa vero adferebat ipsi aliud quidpiam ex auro esculentum, idque iterum*. Adde Lucianum *Dial. Meretr. pag.* 722. Non negaverim, tamen recte etiam dici πάλιν καὶ πάλιν, pro *sæpius, iterum atque iterum*. Nam ita non Strabo tantum à Kuhnio in *Indice* allegatus, sed & Noster *Hist. Anim.* V. 33. ἡ ᾗ καταδῦσα ἑαυτὴν ἐφάνισεν, εἶτα ἀλλαχόθι ἐκύπτει. ὁ δὲ καὶ ἐκεῖ πάρεστι, καὶ αὖθις κατέδυ ἐκείνη: πάλιν ταῦτα καὶ πάλιν. Verba hæc agunt de Anate se submergente, ut effugiat Aquilæ impetum, *iterum atque iterum*. PERIZ.

8 Ἀπώλοντο, ἡνέσαντο] Male hæc vertebantur, *perierunt, restinxerunt*. Forma enim hæc idcirco dicitur ἀόριστος, quia nullum Certum vel ubique Idem Tempus, sed modo Præteritum, modo Præsens, vel id, quod fieri solet, denotat: atque idcirco etiam passim in narrationibus rerum promiscue videas à Græcis adhibitam Præsentis & Aoristi formam. Ita mox *capp. seqq.* ἀνέθορε, ἀπέκειρε, κατέπιε, ἐδείπνησε, κατέχωσαν, ἀνώρυξαν, ubi rectius etiam vertuntur. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ θαλαττίας ἀλώπεκος.

Ἡ ἀλώπηξ, ἡ μόνον τὸ χερσαῖον θηρίον δόλερον ἐστιν, ἀλλὰ καὶ [1] ἡ θαλαττία πανοῦργός ἐστι. [2] Τὸ μὲν γὰρ δέλεαρ οὐχ ὑφορᾶται, οὐδὲ μὴν φυλάττεται διὰ τὴν ἀκρασίαν τοῦτο· ὃ δὲ ἀγκίστρου καταφρονεῖ καὶ πάνυ ἡ ἀλώπηξ. Πρὶν ἢ γὰρ τὸν ἀσπαλιέα σπάσαι τὸν κάλαμον, ἥδε ἀνέθορε, καὶ ἀπέκειρε τὴν ὁρμιάν, καὶ νήχεται αὖθις. Πολλάκις δ' οὖν καὶ δύο καὶ τρία κατέπιεν ἄγκιστρα· ὁ δ' ἁλιεὺς ἐκείνην οὐκ ἐδείπνησε, [3] προϊοῦσαν τῆς θαλάσσης.

CAP. V.

De vulpe marina.

Vulpes, non solùm illa terrestris bestia callida est, sed etiam marina versutiis est plena. Nam escam quidem non suspectam habet, nec sibi ab ea cavet propter intemperantiam; hamum vero prorsus etiam contemnit vulpes. Priùs enim quàm hamiota arundinem trahat, illa prosilit, & funiculum abradit, ac rursus natat. Sæpe igitur duos aut tres hamos devorat: nec tamen piscator eam comedit è mari prodeuntem.

1 Ἡ θαλαττία] Aristotelem vid. *lib.* IX. *Hist. An. cap.* 37. & Oppianum *lib.* III. ἁλιευτ. SCHEFF. De vulpe marina agit Auctor *lib.* IX. *de Nat. Anim. cap.* 12.

2 Τὸ μὲν γὰρ] Cuperus, Vir doctissimus mihique amicissimus *Observ.* III. *cap.* 10. putat, periodos trajectas, & hic scribendum, πρὶν ἢ γὰρ cum sequentibus, quoniam in his agatur de isto vulpis dolo: post αὖθις vero demum subjicienda, τὰ μὲν γὰρ &c. SCHEFF. Mihi quidem, quod bona cum pace aliorum dixerim, trajectione opus non esse persuasum est, cum in vulpecula Noster notet calliditatem intemperantem & intemperantiam callidam. K.

3 Προϊοῦσαν] Suspectum jam erat, quod videbam reddi id *extractam*, quum potius significet *progressam*. Ferri tamen illud poterat, quia non erat ἐκβεβοϊσα, nisi vi adigeretur, & ita extraheretur. Sed certius deprehendi hic peccatum, quando reperi in *Indice* hæc ipsa, ἐκβεβοϊότος χρόνου, ἐκβεβώσης ὁμιλίας &c. referri ad verbum ἐκβαίνω, *dimitto*, *produco*, *proficio*, quum certissimum sit, esse hæc omnia à ἐκβαίνω, *progredior*. PERIZ.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ χελωνῶν θαλαττίων.

Αἱ [1] χελῶναι αἱ θαλάσσιαι ἐν τῇ γῇ τίκτουσι. Τεκοῦσαι δὲ, ὦ θαλαττία χρῆμα κατέχωσαν ἐν τῇ γῇ τὰ ᾠά· [2] εἶτα ἐπιστρέψασαι ὀπίσω εἰς ἤθη τὰ ἑαυτῶν, νήχονται. Εἰσὶ δὲ εἰς τοσοῦτον [3] λογιστικαὶ, ὥστε ἐφ' ἑαυτῶν ἐκλογίζεσθαι τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἐν αἷς τὰ ἔγγονα αὐταῖς, τῶν ὠῶν συμπαγέντων, [4] ζῶα γίνονται. Ὑποστρέψασαι οὖν αὖθις εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ κατέθεντο κρύψασαι τὰ ἑαυτῶν βρέφη, ἀνώρυξαν τὴν γῆν, ἣν ἐπέβαλον, ᾗ [5] κινουμένους ἤδη τοὺς νεοττοὺς, ἐπεσθαι δυναμένους αὐταῖς ἀπάγουσιν.

CAP. VI.

De testudinibus marinis.

Testudines marinæ partum in terra edunt. Enixæ verò, continuò tinuò defodiunt intra terram ova; dein revertentes ad loca sibi consueta, natant. Tantum autem peritæ sunt numerandi, ut quadraginta illos dies per se numerent, intra quas fœtus, concretis ovis, animalia evadunt. Ergo redeuntes ad eundem locum, ubi reposuerant & abs, conderant suam sobolem, effodiunt terram, quam injecerant, & istam jam se moventem & sequi valentem secum abducunt.

ΚΕΦ.

1 Χελῶναι] Eadem de ipsis Cicero *lib.* II. *de Naturâ Deorum* & Plutarch. *lib. de sollertiâ Animalium.* SCHEFF.

2 Εἶτα ἐπιστρέψασαι] Parens meus transpositâ distinctione legebat εἶτα ἐπιστρέψασαι ὀπίσω, εἰς τὰ ἤθη ἑαυτῶν νήχονται.

3 Εἰς τοσοῦτον λογιστικαί] Scio ex veteribus fuisse, qui re vera brutis λόγον attribuerent, & inter eos maxime Pythagoram, quique eum secutus est, Porphyrium, ut ipse docet *lib.* III. *de sacrificiis*, ubi & Pythagoram auctorem sententiæ hujus constituit. Cleanthem quoque teste Nostro *lib.* VI. *Hist. An. cap.* 1. & quod miror, etiam ex Christianis, Lactantium *lib. Divin. Inst.* III. *cap.* 10. ubi ait. *Arbitror universis animalibus esse datam rationem*, & paulo ante: *Jam illa, quæ sibi prospiciunt in futurum & cibos reponunt, habent utique providentiam, rationis quoque signa in multis deprehenduntur.* Adde & Basilium *Homil.* VIII. & *seq. in Hexaem.* & ex Profanis Galenum in *Protreptico*, Pappum Alexandrinum *Collect. Math. lib.* V. *præf.* Plutarchum *libro integro de hac materia.* Sed ad alia noster respicit, ea scilicet, quæ *antecedenti secundo capite* indigitavimus. SCHEFF.

Λογιστικαί, ὥστε &c.] Vertebatur, *Tantum autem habent raticinis.* Sed non designatur hic generatim *Ratio*, qua præditæ sint testudines, verum simpliciter facultas *Numerandi* illos dies, quæ quidem Rationis speciem quandam præ se fert. At non quæritur, quid ex verborum vero sensu sequatur, sed quid ipsa directe significent. Λογιστικὴ est ipsa ars & peritia numerandi, ut notum. ἐφ' ἑαυτῶν ab interpretibus plane erat omissum. Verti *per se se* h. e. suo instinctu & operâ. Vide Viger. *Idiotism.* IX. 4. 5. Porro legendum ex utroque Codice, Lugd. & Sluisk. & Mediceo utroque ἐκλογίζεσθαι, quod etiam magis rei & loco huic congruum, atque elegans. Lugdunensis insuper pro ὥστε exhibet ὅσ' ἐστιν ἐφ' ἑαυτῶν ἐκλογίζεσθαι, ut sensus sit, ὅσ' ἐστι λογιστικὸν, ἐκλογίζεσθαι ἐφ' ἑαυτῶν. *Quantum est* λογιστικὸν, *posse numerare per se ipsas.* Mox Sluisk. & Medicei pariter in hisce, ὧν αἷς τὰ ἔγγονα αὐταῖς ignorant vocem ultimam. PERIZON.

4 Ζῶα γίνονται] Lugd. γίνεται, haud dubie verius. Certe ita passim, & Alii, & Noster III. 19. πάντα δὲ ταῦτα ὡς ἐστιν ἀλλότρια φιλοσόφου, δῆλον. IDEM. Cum MS. Lugd. consentit Michael Apostolius *Cent.* XX. *Prov.* 66. Apud eundem vero mendose legitur ὑφ' ἑαυτῶν ἐκλογίζεσθαι, ἔκγονα, & ἐπιστρέψασαι.

5 Κινουμένους] Cuperus legit γινομένους, ut νεοττοὶ sint dicti per pleonasmum, ut apud Phædrum *vir natus.* SCHEFF. Suspicor ᾗ post νεοττοὺς excidisse. KUHN. Particulam ᾗ, quam hic excidisse merito suspicabatur Cl. Kuhnius, retinuit Apostolius.

Κινουμένους] Sic omnes Edd. antiquæ, & Codd. MSti. Nec quicquam mutandum. Pulli enim modo ovis excluſi recte dicuntur κινούμενοι, h. e. *qui se jam movent*, ut faciunt omnia, vitam nacta. Sic & de Flumine Herodian. VIII. 4. διὸ καὶ πάγιστα ῥαδίως, μὴ σφοδρῶς κινουμένῳ ῥεύματος, *idcirco facile concrescit gelu, non multum movente se flumine.* Sed & quemadmodum hic Pulli, sic Semina plantarum, quum germinare incipiunt, similiter prorsus κινεῖσθαι dicuntur, ut ex Theophrasto jam docuit Stephanus. PERIZ.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ ἀγρίων συῶν.

Ἦσαν ἄρα οἱ σῦς οἱ ἄγελοι [1] ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι, καὶ θεραπείας ἅμα. Οὗτοι γοῦν, ὅταν αὐτοὺς λαθόντες, [2] ὑοσκυάμου φάγωσι, τὰ ἐξόπισθεν ἐφέλκουσι, παρειμένως ἔχοντες ὅπως ἑαυτῶν. Εἶτα σπώμενοι, ὅμως ἐπὶ τὰ ὕδατα φοιτῶσι, καὶ ἐνταῦθα [3] τῶν καρκίνων ἀναλέγουσι, καὶ ἐσθίουσι προθυμότατα· [4] γίνοιτο δ' ἂν ἤτοι γε πάθος φάρμακον, καὶ ἐργάζονται ὑγιεῖς αὐτοὺς αὖθις.

1 Οἱ ἄγελοι] MS. B. οἱ ἄγελοι θεραπείας ἅμα καὶ ἰατρικῆς. SCHEFF. Leve est, quod hic moneo. Sed tamen, quia Schefferus ex MS. B. notat, legi istic, ἄγελοι θεραπείας ἅμα, καὶ ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι, addo & MS. Lugd. habere ἄγελοι καὶ θεραπ. ἅμα, καὶ ἰατ. &c. Aliter etiam Mediceus 1. Nempe ἄγελοι ἰατρικῆς καὶ θεραπείας οὐκ ἀπαίδευτοι ἅμα. PERIZ. Recte MS. Paris. & Leid. θεραπείας ἅμα, καὶ ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδ. quomodo *infra cap.* 21. Ἰσμηνίᾳ δὲ Θηβαίᾳ σοφὸν ἅμα καὶ Ἑλληνικὸν οὐκ ἂν ἀποκρυψαίμην ἔργον. & *cap.* 27. Τιμοκρέοντα τὸ Ῥόδιον τὸ ἀθλητὴν ἅμα καὶ ποιητήν. *lib.* III. *cap.* 19. ἀδικῶν ἅμα καὶ ἀγνωμονῶν

CAP. VII.

De Suibus agrestibus.

Sues agrestes non omnino sunt cu- rationis simul & medicinæ imperiti. Itaque, quum per imprudentiam hyoscyamum comederunt, attrahunt posteriora, resolutione & paralysi ita affecti. Deinde, licet contracti, tamen ad aquas perveniunt, & ibi cancros collectos comedunt promptissimè, qui morbi remedium evadunt, & eos denuo reddunt sanos.

2 Ὑοσκυάμου φάγωσι] Mediceus ὑοσκύαμον φάγωσι.

3 Τῶν καρκίνων] Eadem Plutarchus in *Gryllo*. Suidas in Διάῤῥοια, sed de alio morbigenere quod βράγχῳ nominat. SCHEFF.

4 Γίνοιτο δὲ οὗτοι γε πάθος φάρμακον] MS. Coislinianus, γίνονται δὲ αὐτοῖς οὗτοι γε πάθη φάρμακον.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ Φαλαγγίου.

[1] Φαλάγγιον ἐλάφοις [2] τοσοῦτόν ἐστι κακὸν, ὅσον καὶ ἀνθρώποις· καὶ κιν-

1 Φαλάγγιον] Interpretatio sic habet: *Phalangium cervis tam est noxium, quam hominibus, ac si comederint cervi, periculum est, ne brevi moriantur.* Videtur auctor ejus, quisquis fit, non enim Vultejus est, sed antiquæ

CAP. VIII.

De Phalangio.

Phalangium cervis tam est noxium, quàm hominibus: & pericu-

rectioriſque verſionis emendator, ad caput antecedens reſpexiſſe, locumque accepiſſe de noxia quadam herba, cujus mentio fit apud Plinium & Dioſcoridem. Cur enim addereret, *ſi comederint*? Sed aliter intelligendus Ælia-

κινδυνεύσιν ἀπολέσθαι ἀφθαρτέων. Εἰ μέντοι [3] κιττοῦ γεύσωνται, [4] ἐλύπησεν αὐτοὺς τὸ δῆγμα οὐδέν. Δεῖ δὲ εἶναι τὸν κιττὸν ἄγριον.

periculum est, ne brevi moriantur. At si gustent hederam, morsus nihil adfert detrimenti. Hederam verò sylvestrem esse oportet.

Ælianus. Non enim de herba, verum de celebri aranearum genere ei sermo est, quod Galeno teste *lib. de Affect. loc. cap.* 7. etiam ictu solo mortem afferre solet. Nec est, ut de commestione ejus quis hic cogitet, cum quod ait in sequentibus, facile diversum monstret. Quid enim δῆγμα φαλαγγίου, nisi ictus? SCHEFF. De Phalangiis Plinius *lib.* XXIX. *cap.* 4. KUHN. Vulgata hujus loci Versio primum reperitur in Tornæsii Edd. Vultejus reddiderat, *Phalangium cervos tanto malo afficit, quanto etiam homines, ita ut sæpe in repentinæ mortis periculum veniant.* Retinuit hæc Gesnerus. At Tornæsius mutavit, sed, inconsulto prorsus errore, addidit de suo, *si comederint Cervi*, quum in seqq. ipse retinuerit *morsus*, & animalculum hoc δῆγμαλε, *ictu* vel *morsu*, nocent, ut jam ostendit Schefferus. Ejeci itaque, quod omnes obsidebat recentiores Editiones, licet ab hoc loco alieniſſimum. *Infra* autem XIII. 35. Auctor ait

1 Φαλάγγιον] Interpretatio sic habet: *Phalangium cervis tam est noxium, quam hominibus, ac si comederint cervi, periculum est, ne brevi moriantur.* Videtur auctor ejus, quisquis fit, non enim Vultejus est, sed antiquæ remedium mali cervis a Phalangio ictis esse cancros. Vide ibi. PERIZ.

2 Τοσοῦτον] Recte. Nimirum alias remedia adversus venenata ex cervis peti solent, quippe quorum & cornua & dentes & sanguis & anhelitus, pellis denique venenis resistunt. Admiratur ergo vim phalangiorum. SCHEFF.

3 Κιττῷ] Non cervis tantum, sed quibusvis hoc prodest. Consule Plinium *lib.* XXIV. *cap.* 10. Auctorem *de virtutibus herbarum*, quem olim Apulejum putavere. Quanquam privatim de cervis unicum prodidisse Nostrum existimet Bisciola *Tom.* II. *lib.* III. *cap.* II. *Hor. subsec.* IDEM.

4 Ἐλύπησεν] Eleganter, pro *nocuit*, *malum aut damnum dedit*. Sic plane in *Hist. Anim.* IV. 23. εἰ δοίης πιεῖν τοῖς ἀλόγοις αὐτοῦ, λυπεῖται ἐκεῖνα οὐδέν. Theophilus *Instit. de Jure Nat. Gentium & Civili*, exponit Jus Civile, τὸ πρὸς χρείαν ἀποπληροῦν, καὶ τὸ λυποῦν ἐκεῖνον τὸ τόπον ἐκκόπλον, *quod illi loco noxium est, præcidens*, vel *vetans*. PERIZ.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ λέοντος νοσοῦντος.

Λέοντα [1] νοσοῦντα τἄλλων μὲν οὐδὲν ὀνίνησι· φάρμακον δέ ἐστιν αὐτῷ καὶ νόσου, [2] βρωθεὶς πίθηκος.

CAP. IX.

De Leone ægrotante.

Ægrotanti leoni nihil aliarum rerum prodest; sed si comedat simiam, id ei morbi remedium existit.

1 Νοσοῦντα] Quartana; inquit G. I. Vossius *lib.* III. *Theol. Gentil. cap.* 53. Plinius *lib.* VIII. *cap.* 16. tantum *fastidii ægritudinem sentire* scribit, *inque remedio esse gustatum simiarum sanguinem.* Idem noster testatur *lib.* V. *Hist. An. cap.* 39. πάσχειν ἀσθενῶν inquit, καὶ τότε φαγὼν, κεῖται, τῶν ἀεὶ ἐσθίειν πρὸς ὀλίγον λαμβάνειν σαρξίν. vide Philostratum *lib.* III. *cap.* 1. *de vita Apoll.* SCHEFF. & Nostrum *lib.* XV. *de Nat. Anim. cap.* 17.

2 Βρωθεὶς πίθηκος] Lugd. πιπρωθεὶς occisus. Rectius tamen Editi, quibus assentitur Sluisk. Sed & ex *Hist. Anim.* VI. 39. liquet, *devorari* à Leone Simiam, non tantum *occidi*. Vide hic Schefferum. PERIZ.

ΚΕΦ. ι'.

Πῶς αἱ βεβλημέναι ἐν Κρήτῃ αἶγες θεραπεύονται.

Οἱ Κρῆτές εἰσι τοξεύειν ἀγαθοί. Καὶ οὖν καὶ τὰς αἶγας βάλλουσιν [1] ἐπ' ἄκροις νεμομένας τοῖς ὄρεσιν. Αἱ ἢ βληθεῖσαι φοδαχρῆμα τῆς [2] † δικτάμου βοτάνης [3] διέτραγον, καὶ ἅμα τῷ γεύσασθαι, ὅλα ἐκεῖνα τὰ βέλη ἐκπίπτει.

† δικτάμνου. ΚΕΦ.

1 Ἐπ' ἄκροις νεμομένας τοῖς ὄρεσιν] MS. A. hæc verba non agnoscit, & abesse possunt. SCH. His verbis Autor probat, Cretenses tam certo ictu destinata ferire, ut etiam in altissimis montibus pascentes capras telis configant, ideoque verba loco non movenda esse crediderim. KUHN.

Ἐπ' ἄκροις νεμομένας τοῖς ὄρεσι] MS. A. *hæc verba non agnoscit, & abesse possunt*, ait Schefferus Tuetur vero & explicat ea Cl. Kuhnius. Absunt tamen etiam à Sluiskiano, & utroque Mediceo, non autem à Lugd. Nec expungi velim, quia iis declarat Auctor, quare dixerit Cretenses τοξεύειν ἀγαθὰς. Mox δικτάμνου habet præter MS. B. etiam Lugdunensis. PERIZON.

2 Δικτάμου] Gesnerus legit δικτάμνου, sed nihil mutatione opus, cum & altera vox frequens sit bonis auctoribus. quanquam cum Gesnero faciat etiam MS. B. De re ipsa consule Plinium *lib.* XXV. *cap.* 8. & *lib.* VIII. *cap.* 27. Servius *ad* IV. *Æneid. Cervæ vulneratæ dictamum quærunt, qua gustata, feræ vulneribus tela depellunt.* Adde eundem *ad lib.* XII. & ibi Virgilium ipsum. Item Aristot. IX. *Animal. cap.* 6. & in *Admirand. Ausc. Cic.* II. *de N. D. Diſcor.* III. *cap.* 37. *Plutarch. de ſolert. Anim.* & alios. SCHEFF. In MS. Mediceo legitur δικτάμμου, perinde ac in Cod. MS. Valerii Maximi *lib.* I. *cap.* 8. 19. *ext. dictammi.* Quod autem Ælianus hoc loco capris adscribit, id de cervis testatur Plinius *lib.* VIII. *cap.* 27. & *lib.* XXV. *cap.* 8. quæ duo Plinii loca frustra solicitavit Gesnerus *lib.* I. *Hist. Animal. pag.* 293. pro *cervi* & *cervæ* substituens *capri*, & *capræ*. Cum Plinio enim consentiunt Servius *ad Virgil. lib.* IV. *Æneid.* 73. Tertullianus *de Pœnitentia, fin.* & Appulejus *de Herbis*, qui capream vel cervum telo percussum dictamno sanari scribit: idque affirmare videntur Arabes, qui *dictamnum* vocant بقلة الغزال *herbam cervi*, vel *capreoli*. nam vox غزال non modo *capreolum* notat, sed etiam *cervum*, cujus significationis exempla occurrunt in Deuteronomio *cap.* XII. 15. 22. XIV. 5. & Locmanni *Fabulâ* 2.

3 Διέτραγον] Mallem διέτρωγον. nam thema est ἀλίτραγα. Nominat quidem Stephanus participium ἀλιτραγὼν, sed sine autore. unde ipsum etiam suspectum est. SCHEFF. Dabo Autores idoneos, qui τὸ διέτραγον emendatissimum esse, uno ore testentur. Aristoph. in *Vespis.*

Διατραγεῖν τοίνυν κρεῖττόν ἐστί μοι τὸ δίκτυον.

Ergo rete corrodere mihi visum est optimum.

Ipse Autor in *H. A. lib.* V. *cap.* 3. ἵνα μὴ ἀλίτραγῃ ὁ σκώληξ. & *lib.* VI. *cap.* 12. χελώνη ἀλίτραγοῦσα ἐγγάνει. & iterum *cap.* 46. 42. mitto alia ex Suida, Hesychio &c. KUHNIUS.

Διέτραγον] Mirum profecto, Cl. Scheffero *suspectum habuisse*, immo ignorasse penitus hocce vocabulum, vel hanc ejus formam; atque idcirco *maluisse* hic διέτρωγον, *quia thema sit* ἀλίτραγα. At vero habemus in hoc ipso Opere *infra* XIV. 20. simili Forma & Tempore κατέτραγον. Nihil præterea addo; quia res est notissima, & à Kuhnio jam abunde probata. PERIZ.

CAP. X.

Quomodo Creticæ Capræ ſagittis ictæ ſe ipſas curent.

Cretenſes ſagittandi periti ſunt. Quare jaculis vulnerant capras, quæ in montium cacuminibus paſcuntur. Illæ verò percuſſæ, confeſtim comedunt herbam dictamum, quam ſimulac guſtarunt, jacula tota excidunt.

CAP.

ΚΕΦ. ια'.

Ὅτι μαντικοὶ οἱ μῦες.

Ἦσαν δ' ἄρα [1] μαντικωτάτων ζώων καὶ [2] μῦες. Γηρώσης γὰρ οἰκίας ἤδη καὶ μελλούσης κατολισθαίνειν, αἰσθάνονται πρῶτοι, καὶ ἀπολιπόντες τὰς μυωπίας τὰς αὑτῶν, καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἀλατείας, ᾗ ποδῶν ἔχουσιν, ἀποδιδράσκουσι, καὶ μετοικίζονται.

1 Μαντικωτάτων ζώων] Lugd. μαντικώτατοι τῶν ζώων &c. Sed præfero vulgatum. Mox ἤδη in Sluisk. desideratur. An loco id motum, legendumque, ᾗ μελλούσης ἤδη? Certe ita Interpres reddidit. Idem de Muribus & Mustelis tradit Noster *Hist. Anim.* XI. 19. & exemplum adjicit, non ædificii tantum, sed totius urbis, Helices, desertæ ab his animalculis quinque diebus ante, quam Urbs illa terræ motu concideret plane, & in profundum mergeretur. PERIZ.

2 Μῦες] Consule Plinium *lib.* VIII. *cap.* 28. Ciceronem *lib.* XIV. *Epist. ad Atticum Ep.* 9. Eustathius *Odyss.* K. fabula rem explicat, ipsum vide. Cæterum quam noster in virtute quadam μαντικῇ reponit causam, eam Vossius sensui ipsorum tribuit in *addendis ad lib.* III. *pag.* 1050. *Theol. Gent.* id quod verius. SCHEFF.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ μυρμήκων.

Ἔχουσι ἢ καὶ οἱ μύρμηκες, ὡς ἀκούω, μαντικῆς τινὰ αἴσθησιν. Ὅταν γὰρ μέλλῃ λιμὸς ἔσεσθαι, δεινῶς εἰσι φιλόπονοι πρὸς τὸ θησαυρίσαι, καὶ ἑαυτοῖς ἀποταμιώσασθαι τοὺς πυροὺς, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν σπερμάτων, ὅσα μυρμήκων [1] δεῖπνόν ἐστιν.

ΚΕΦ.

1 Δεῖπνον] Δειπνεῖν Cod. Lugd. Non male, si construas, ὅσα δειπνεῖν ἐστι μυρμήκων. Sed non sufficit unius Codicis Auctoritas, nec interest, quod ad sententiam loci, utrum præferas. PER.

CAP. XI.

Quòd futurorum præſcii mures.

Sunt verò etiam mures inter animalia præſagiendi maximè perita. Nam quum domus aliqua conſenuit, & ruinam jam minatur, primi ſentiunt, & relictis ſuis foraminibus & priſtinis habitationibus, quantum pedibus valent, aufugiunt, aliudque domicilium quærunt.

CAP. XII.

De Formicis.

Formicæ etiam, ſicut accipio, quendam præſagii ſenſum habent. Nam, imminente fame, mirum in modum ſunt laborioſæ ad comportandum victum, & reponendum ſibi frumentum, ac reliquos fructus, quibus veſcuntur formicæ.

CAP.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ Γέλωνος.

CAP. XIII.

De Gelone.

Ὁ [1] Συρακόσιος Γέλων [2] ὄναρ ἐβέβλητο [3] κεραυνῷ, καὶ ἀφ' ἑτοῦτο ἔδεισε, [4] οὐκ ἀμυδρὸν, οὐδὲ ἀδενὲς, ὡς ἐν ὀνείρῳ, ἀλλ' ἀνδρικῶς, ἅτε δεινῶς ἐκπλαγεὶς ὑπὸ τοῦ δέους. Ὁ δὲ κύων, [5] ὅσπερ οὖν αὐτῷ παρεκάθηδεν, ἐκ τῆς βοῆς διεταράχθη, καὶ περιδὰς αὐτὸν, ὑλάκτει πάνυ σφοδρῶς [6] ἀπειλητικὸν, καὶ φυτρωνόν. Καὶ ἐκ τούτων ὁ Γέλων ἅμα τε ἀφυπνίσθη, καὶ [7] ἀφέθη.

ΚΕΦ.

Gelon Syracuſanus per quietem fulmine tangi ſibi videbatur, & ideo exclamavit, non ſubmiſſa, nec infirma voce, ut ſolet in ſomno fieri, ſed ſtrenue, tanquam graviſſimè metu perculſus. At canis, qui prope eum dormiebat, vociferatione perturbatus, & circumiens ipſum, valde terribiliter & vehementer latrabat. Hiſce Gelon, ſomno ſimul ſolutus, & metu liberatus eſt

CAP.

1 Συρακόσιος Γέλων] Addit nomen patriæ, quia plures fuere. vide Pauſan. *lib.* VI. ubi docet, hunc fuiſſe Tyrannum Syracuſanum, & vixiſſe circa Olympiadem LXXII. Cæterum huic ſimilem hiſtoriam de cane Pyrrhi habes apud Pollucem. *lib.* V. *cap.* 5. ubi & alia. SCHEFF.

2 Κατ' ὄναρ] Neuter Codicum agnoſcit τὸ Κατ', ut neque Medicci probante Gudio, qui adſcripſit *bene*. Nec dubito eſſe id à manu & errore Librariorum, qui Ellipſin non ferentes, præpoſitionem addiderunt, licet Ellipſis ea ſit uſitatiſſima. Quin ipſe Ælianus XII. 63. ἐρασθεὶς ἔν νεανίσκῳ αὐτῆς, καὶ τυχεῖν μὴ δυνάμενος, ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο. Diog. Laert. in *Socrate* §. 35. ὄναρ δόξας λιὰ αὐτοῦ λέγειν. Vetus Poëta apud Suidam, ὄναρ ἡ μάστις αὐτῇ ἐφίσατο. Sed quid plura? quum ipſe Stephanus notet, *pro* κατ' ὄναρ *frequentius dici abſolute* ὄναρ, idque exemplis probet. PERIZ. Præpoſitio κατ' abeſt quoque a MS. Mediceo, & Coisliniano, eamque abeſſe jubet Atticæ linguæ elegantia, cujus haud gnarum vulgus Librariorum vel præpoſitionem κατ' perperam addidit, ut hoc loco, vel vocem ὄναρ omittit, ut apud Artemidorum *lib.* I. *cap.* 1. *Oneirocrit.* οἷον ἀνάγκη τὰ ἐρῶντα ἅμα τοῖς παιδικοῖς εἶναι δοκεῖν. Legendum omnino ex MS. Mediceo τὰ ἐρῶντα ὄναρ ἅμα τοῖς παιδικοῖς εἶναι δοκεῖν.

3 Κεραυνῷ.] Eandem hiſtoriam aliis verbis exornatam habet Noſter in *Hiſt. An. lib.* VI. *cap.* 62. ubi διοκλῆς exstat inter alias ludentis

ſtyli elegantias. KUHN.

4 Οὐκ ἀμυδρὸν] Vertitur *non tacita voce*, ſed quid eſt, *non tacita voce exclamare*? Potius *ſubmiſſa*, *exili*, *obſcura*. Sic ἀμυδρὸν βλέπειν VI. 12. eſt *obſcurum cernere*. Heſych. Ἀμυδρὰ ἐκφ. τὰ ἀσθενέστερα: Ἀμυδρὸς, σκοτεινὸς. Suidas, Ἀμυδρῶς, σκοτεινῶς, λεπτῶς, ἀσαφῶς. PERIZ.

5 Ὅσπερ οὖν αὐτῷ] MSS. ὥσπερ ἔν ἀ. h. e. *ut forte propter eum dormiebat*. Sic XII. 1. ὥσπερ μάλιστα, *ut quam maxime*. Mox expectare nequeo, quid impulerit Scheffernum, ut διεταράχθη maluerit vertere per *excitatus*, quam retinere, quod priſcæ habebant editiones, *perturbatus*, quum hoc ipſum Græca voce potiſſimum deſignetur, certe aliquid amplius, quam quod ille repoſuit. IDEM.

6 Ἀπειλητικὸν] In MS. C. una voce auctior legitur ἀπειληκὸν ἄπιδειν, cum notâ brevitationis in fine, quam intelligere non poſſum. SCHEFF. Quantum ex dictis conjicere licet, videtur Codicis illius deſcriptor in librum incidiſſe, cujus margini aſcriptum fuerat ἀπειλητικὸν ἀπιδεῖν, *minaci vultu intueri*, idque poſtea textui inſeruiſſe. KUHN. Conjecturacti τῷ ἄτεδεν allata jam minus placet: a vero propius aberit dicere a Librario vel alio quocunque e præcedentibus hic inculcata eſſe verba, ἅτε δεινῶς, cum nota brevitationis, ad indicendum, canem æquè ac dominum terrore perculſum eſſe, & propterea vehementius latraſſe. IDEM.

7 Ἀφέθη] MS. Mediceus & Sluisk. ἀφεῖτο

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ κύκνου.

CAP. XIV.

De Cygno.

Λέγει Ἀριστοτέλης τὸν κύκνον καλλίπαιδα εἶναι, καὶ πολύπαιδα, [1] ἔχειν γε μὴν καὶ θυμόν. Πολλάκις γοῦν εἰς ὀργὴν, καὶ μάχην προελθόντες, καὶ [2] ἀλλήλους ἀπέκτειναν οἱ κύκνοι. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαί γε μὴν αὐτοὺς, ἀλλ' οὐκ [3] ἄρχειν ἀδίκων. Ὅτι δὲ εἰσὶ φιλῳδοὶ, τοῦτο μὲν ἤδη καὶ τεθρύλληται. [4] Ἐγὼ δὲ [5] ᾄδοντος κύκνου [6] οὐκ

Aristoteles tradit, cygnum pulchram multamque ſobolem progignere, ſed & iracundiæ eſſe obnoxium. Sæpe igitur, in iram & pugnam progreſſi, alter alterum perimunt cygni. Idem ille affirmat, cygnos etiam cum aquilis pugnare, verùm ita, ut injuriam à ſe propulſent, non inferant priores. Quod vero cantandi ſint ſtudioſi, id quidem jam pervulgatum eſt. Ego verò cygnum nun-

1 Ἔχειν γε μὴν καὶ θυμὸν] Eleganter ſane MS. Lugd. legit θυμῷ, ut ſubaudias π. Solet enim hoc ſæpe omitti, atque hinc reperias paſſim iſtum Gignendi Caſum cum Verbo Activo. Vide Exempla apud Viger. III. 1. 9. Quibus adde Plutarch. in *Camillo*, ὡς ἕκαστος ἐτιμᾶτο ἢ βελτίσεως εἶχε. Ælian. *Hiſt. Anim.* II. 32. ὁ κύκνος ὅπως μέσης τε καὶ φδῆς ἔχει, εἰπεῖν ἔκ οἶδα. Adde quæ notavi *infra ad* II. 17. & X. 21. Inprimis vero frequens eſt hæc conſtructio cum τὸ ἔχειν additis Adverbiis. Sic XII. 9. καὶ ὑπολαβὼν, ἀκρατῶς ἔχειν φθόνε, *immodice ſe laborare invidia*. Sæpe etiam ſimilis Ellipſis Nominativi πᾶς ante verbum Finitum occurrit. *Actor.* XXI. 16. συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν. Intelligitur manifeſte τινες. Immo & cum Præpoſ. *cæt.* Joh. XVI. 17. εἶπον ἔν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους. Mox pariter Medicei & quibus Ego utor, καὶ ἀλλήλους ἀπέκτειναν κύκνοι, neglecto articulo οἱ. PERIZ.

2 Ἀλλήλους ἀπέκτειναν] Ita Athenæus *lib.* IX. *Deipnoſ. ex Ariſtotele. lib.* IX. *Hiſt. Anim. cap.* 12. hoc eſt, eo loco, ubi reliqua hujus capitis exequitur, nil autem de hac ipſorum pugna inter ſe, ut nec Plinius, qui eum ſequitur. Conſule *lib.* ejus X. *cap.* 23. SCHEFF.

3 Ἄρχειν ἀδίκων] Iterum Noſter *lib.* V. *H. An. cap.* 34. de cygno. ἀδίκων μὲν ἔν ἐκ ἄρχειν, *non prior laceſſit*. Zonaras *Tom.* III. *Annal.* ἀδίκων ἤρξε, καὶ τὴν οἰκείαν ἀρχῆς μοῖραν ἀποβαλὼν καὶ αὐτὴν σωθεὶς τὴν ζωὴν. *quia laceſſivit* (fratrem Conſtantem) *armis, & provinciis ſuis & vita exutus eſt*. Wolfius in h. l. deeſſe putat χειρῶν. malè. Eſt enim ἔλλειψις vulgata & elegans. KUHNIUS.

Ἄρχειν ἀδίκων] Eſt uſitata hæc Græcis locutio, qua Noſter etiam utitur *de Anim.* XVII. 24. Vide hic Doctiſſ. Kuhnium, & Paulum Leopardum *Emend.* X. 12. ubi is phraſin pluribus exponit, & hunc locum contra Wolfium tuetur, qui putabat χειρῶν in hac phraſi intelligendum, eamque ideo alienam eſſe ab hoc loco. PERIZ.

4 Ἐγὼ δὲ] Paria Noſter *lib.* II. *Anim. cap.* 32. Plinius *lib.* X. *cap.* 23. Myndius apud Athenæum loco antea laudato, omniumque retro temporum experientia. Sunt, qui alis in auras ſublatos ſuave quid teſtantur modulari. Quod ut verum ſit, non tamen proprie dicerentur ᾄδειν, quod veteres de ὄρνισι μουσικοῖς uſurpare ſolent. Conſtat autem ex Pollucis *lib.* V. *cap.* 13. proprie hoc verbum etiam de oloribus uſurpari. SCHEFF.

5 Ἀδοντος κύκνε] Nazianzenus *Epiſt.* I. in pereleganti apologo cygnos ita loqui fingit.

6 οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος. 7 Πεπίστευται οὖν, ὅτι ᾄδει, καὶ λέγουσί γε, αὐτὸν μάλιστα ἐκεῖνον εἶναι τ᾽ χρόνον 8 εὐφωνότατόν τε, καὶ ᾠδικώτατον, ὅταν ἡ περὶ τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου. Διαβαίνουσι δὲ καὶ πέλαγος, καὶ πέτονται καὶ κατ᾽ θαλάσσης, καὶ αὐτοῖς οὐ κάμνει τὸ πτερόν.

nunquam audivi canere, fortaſſe neque alius. Creditum eſt igitur canere eum, & illo potiſſimum tempore ajunt eorum cantum ſuaviſſimum & ſollertiſſimum eſſe, quando ad vitæ finem devenit. Trajiciunt autem etiam pelagus, & volant quoque ſuper mare, ac non laſſatur ipſis ala.

ἡμῶν, (non vero, ut in editis eſt ἡμεῖς) μὲν ἔσεσθαι, κἂν εἰς τὸν ἔρημον ἀφίκοιτό τις, ὥστε ἀκέσασθαι τῆς μουσικῆς, ὅταν ἀνοίξωμεν τοῖς ζεφύροις τὰς πτέρυγας ἐμπτῆναι ἡδὺ καὶ ἐναρμόνιον. *Noſtri cauſâ etiam in eremum quisquam ſe conferre velit, auditurus Muſicam, cum Zephyro alas permiſerimus, ut illis ſuaviſſima inſibilet harmonia.* In fine ejuſdem Epiſtolæ Theologus ille ſubjicit lectiſſimum hoc proverbium. τότε ἄσονται κύκνοι, ὅταν κωλοιοὶ σιωπήσωσι, *tum canent cygni, cum tacebunt graculi.* quod quidem in dicaculos cadit, ſilentium prudentioribus exprobrantes. de Cygnæo cantu vide notata Rittershuſio *ad lib.* II. *Cyneget. Opp. pag.* 78. 79. KUHN.

6 Οὐκ ἤκουσα] Contrario ſenſu verba hæc adducit Taubmannus *ad Eclog.* IX. *Virgilii*, negationemque omittit. Ælianum denique inter eos numerat, qui cantum olorinum audivere. Sed opinor lapſum eſſe memoria, locum certe tum non inſpexiſſe, cum illa ſcriberet. Sequentia enim palam diverſum oſtendunt. SCHEFF.

7 Πεπίστευται ἓν] Senſus eſt: *Receptum eſt igitur*, ſeu, *perſuaſum vulgo.* Vult enim dicere, rem non eſſe exploratam, ſed tantum incerta fide niti. Sic *de Anim.* II. 32. poſtquam dixiſſet, ſe neſcire, utrum Cygni canere queant, nec ne, addit, πεπίστευται δὲ ὑπὲρ τ᾽ ἄνω καὶ χρόνῳ, h. e. *A Veteribus vero creditum eſt. Infra* XII. 1. πεπίστευτο γὰρ δὴ, ὡς γυναικὸς ἄκλης μετ᾽ αὐτὸν οὐκ ἠξίωσε πειρᾶσθαι κῆρος. PERIZ.

8 Εὐφωνότατόν τε, καὶ ᾠδικώτατον] Repoſui ex Lugd. MS. εὐφωνότατόν τε καὶ ᾠδικ. Quomodo paſſim Græci. IDEM.

ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ πελειάδων.

Ἐκ παραδοχῆς φασιν ἐπωάζειν τὰς πελειάδας· εἶτα τῶν νεοττῶν γενομένων, ὁ ἄρρην [1] ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασίν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, [2] δι᾽ ἄρα † τοῦτο. Τίκτει

† τῶτον.

1 Ἐμπτύει] Eadem Athenæus *lib.* IX. neſcio an ex Ariſtotele, locum certe hactenus non habeo. Auctor notarum Codicis Bigotiani putat ſumpta hæc ex locis variis, ſed maximè *lib.* VI. *Hiſt. An. cap.* 2. & *lib.* IX *cap* 3 & *lib.* V. *cap.* 13. SCHEFF.

CAP. XV.

De Columbis.

Columbas perhibent ovis per vices incubare: deinde pullis excluſis, maſculus ſputo eos aſpergit, invidiam ab iis per eam rem avertens, (ut ajunt) ne faſcinationi ſint obnoxii. Pa-

2 Δι᾽ ἄρα] Hadrianus Junius dubitat an pro δι᾽ ἄρα rectius legi poſſit δι᾽ ἀρᾶς, ut ad faſcinantium imprecationes referatur. Non probo. GESNERUS.

Δι᾽ ἄρα τῶτο] Alii legerunt δι᾽ ἀρᾶς, ego δὴ ἄρα vel δῆτα. Qui vim particularum Græci

Τίκτει δὲ ὠὰ δύο ἡ θήλεια, ὧν τὸ μὲν πρῶτον, ἄρρεν ποιεῖ πάντως, τὸ δὲ δεύτερον, θῆλυ. Τίκτουσι δὲ αἱ πελειάδες κατὰ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους· ἔνθεν τοι

Parit autem femina duo ova, quorum primum ſemper marem producit, alterum feminam. Pariunt omnibus anni partibus, unde & decies fetum edunt

ci ſermonis ſentiunt, non aliter ſentient. Quod autem pro τῶτο Geſnerus legit τῶτον, alibi occupatum animum habebat. Infra pro φιλήσει mallem φιλήσῃ. FABER. Τῶτον, Geſn. Hadrian. Junius δι᾽ ἀρᾶς. Tan. Faber ait ſe legere δὴ ἄρα vel δῆτα. MSS. hoc loco nihil mutant. SCHEFF. Neque ipſe aliquid mutaverim. Nam δι᾽ ἄρα τῶτο ſignificat *vel hoc nomine.* ἄρα ſæpe abundare dudum Euſtath. notavit *in Iliad pag.* 1151. ἦ ἄρα, *Num?* & iterum, ὦ ἄρα, ibidem. malim tamen ἄρα ſumi pro δὴ ex Suida. KUHN. Locus vexatiſſimus, nec intellectus ſatis ab interpretibus Latinis, qui ideo omiſerunt penitus poſtrema; & varie tentatus ab Editoribus atque aliis Eruditis, licet nihil mutent MSti, nec quorum Excerpta habuit Schefferus, nec quibus Ego utor. Aliena plane ſunt δι᾽ ἀρᾶς, & δὴ ἄρα, quæ reponi voluerunt Had. Junius (Vide eum *Animad.* VI. 5.) & Tan. Faber. Melius longe erat, quod conjecerat Geſnerus, τῶτον, reſpiciens φθόνον. Hoc enim requirit ſenſus, ſi ita conjunctim illa eduntur, ut fit ab omnibus. Sed recte Doctiſſ. Kuhnius cenſuit nihil hic mutandum, quamvis ejus interpretationi, exponentis, *faſcinentur vel hoc nomine*, neutiquam aſſentiar. Aliter enim rem expediendam arbitrer, & diſtinguendum omnino poſt βασκανθῶσι, conſtruendumque, ἀπελαύνων αὐτῶν (pro ἀπ᾽ αὐτῶν) τ᾽ φθόνον δι᾽ ἄρα τῶτο, ſcil. τὸ ἐμπτύειν. Plane uti Athenæus IX. 11. ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, ἀφ᾽ τῶτο σκευάζουσαι αὐτὰς πρὸς τὴν τροφήν. Legitur vulgo ἀφ᾽ τότε, ſed illud haud dubie verius, licet, quomodocunque legas, quod ad ſenſum tamen, perinde ſit. Nam utrumque refertur ad ἐμπτύειν, ſeu ipſam actionem. Cæterum de hoc Ælianı loco jam egimus *ad Sanctii Minervam pag.* 543. 544. ubi plura Interruptæ hujuſmodi Conſtructionis exempla attulimus. Quibus adde Johan. *Apocal.* XIII. 8: Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τ᾽ γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τ᾽ ζωῆς τ᾽ ἀρνίου ἐσφαγμένου, ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ubi perperam etiam Vulgata Verſio, aliique, ſenſum poſtremorum nectunt cum τῷ ἐσφαγμένῳ, quæ debent conſtrui cum τῷ γέγραπ), ut liquet clariſſime ex *Apoc.* XVII. 8. ubi hæc ipſa brevius ſic repetuntur, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τ᾽ ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Sic porro *Actor.* XXIII. 31. &c. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον διὰ τ᾽ νυκτὸς εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα. Τῇ δ᾽ ἐπαύριον ἐάσαντες τοὺς ἱππεῖς πορεύεσθαι σὺν αὐτῷ, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν παρεμβολήν. Οἵτινες εἰσελθόντες εἰς τὴν Καισάρειαν &c. ubi οἵτινες & ſeqq. neutiquam ſunt referenda ad proximum, ſed ad ἱππεῖς. Frequentia ſunt talia apud Comicos. Notum eſt illud Terentii *Adelph. Tu illas, abi, & trahe.* Dubitem nunc tamen de neceſſitate diſtinctionis, & interrupta conſtructione hic loci. Nam poſſunt illa, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι᾽ ἄρα τῶτο, etiam conjunctim ita accipi, ut δι᾽ ἄρα τῶτο non referatur ad ſolum βασκανθῶσι, ſed ad utrumque ſimul μὴ βασκ. atque adeo totius loci ſenſus ſit, Patrem inſpuere pullis, dum vult avertere ab iis invidiam, ut ſcilicet per illud ipſum, quod ita iis inſpuit, non faſcinentur aut faſcinari nequeant. Et ſic plane *infra* XIV. 20. μὴ βασκήνας ἀφ᾽ φιλανθρωπίαν γελάσας καὶ ἅλλοτ, ubi itidem hoc hoc ipſum ἀφ᾽ φιλανθρωπίαν refertur ad totum illud μὴ βασκήνας, & iſthæc φιλανθρωπία cauſa eſt Ælıano & μὴ βασκαίνειν. Ἄρα ſolet ita in extremis periodi, vel ornatus gratia, vel ad ſignificandum, *ſcilicet*, *nempe*, interponi. *Infra cap.* 25. ἀδελφὼ δ᾽ ἄρα ἦστω ἔτοι Radiv Polyæn. I. 21. 2. Τότε ἠθροντο τ᾽ Πεισιστράτου βραχυφωνίας, ὅτι ἄρα ὧν τεχνασμα καὶ τ᾽ ὅπλων. Heſiod. Θεογ. V. 144. Κύκλωπες δ᾽ ὄνομ᾽ ἦσαν ἐπώνυμον, οὕνεκ᾽ ἄρα σφέων Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἐνὶ μετώπῳ ἔκειτο. De ſuperſtitione *Inſpuendi* & *Deſpuendi* vide etiam Petronium *pag.* 179. *ed. Wechel.* & ibi Wowerium atque Erhardum. PERIZ.

τοι καὶ 3 δεκάκις τοῦ ἔτους ὠδίνουσι. 4 Λόγος δέ τις περίεισιν Αἰγύπτιος, λέγων δωδεκάκις τὰς 5 ἐν Αἰγύπτῳ τίκτειν. Λέγει δὲ 6 Ἀριστοτέλης καὶ διάφορον εἶναι τὴν φάσσαν τῆς πελειάδα· τὴν μὲν γὰρ φάσσαν εἶναι μείζονα, τὴν δὲ πελειάδα βραχυτέραν. καὶ τὴν μὲν φάσσαν 7 τιθάσσον εἶναι, τὴν δὲ οὔ. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, μὴ πρότερον ἐπιβαίνειν τὸν ἄρρενα τῇ θηλείᾳ, πρὶν ἢ 8 φιλήσει αὐτήν· μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἂν φιλήματος ἔρημον. Προσίθησι τούτοις καὶ ἐκεῖνα, ὅτι καὶ αἱ θήλειαι ἀλλήλας ἀναβαίνουσιν, ὅταν τῶν πρὸς ἄρρενα μίξεως ἀτυχήσωσι· καὶ οὐδὲν μὲν εἰς ἀλλήλας προΐενται· τίκτουσι δὲ ὠὰ, ἐξ ὧν νεοττοὶ

edunt per annum. Narratio quædam fertur Ægyptia, tradens, in ea regione columbas duodecies parere. Aristoteles verò etiam peliada diversam esse à columba asseverat: columbam enim esse majorem, peliada verò minorem; & columbam esse cicurem, peliada non item. Idem ille tradit, masculum non prius feminam inire, quàm osculum illi dederit; non enim admittere feminas marium congressum, si vacuum sit osculo. Addit ad hæc etiam illa, quod feminæ, destitutæ masculorum coitu, se ipsas mutuò conscendant: neque quicquam in se invicem emittant: edant tamen ova, è quibus non oriuntur ipsis pulli.

3 Δεκάκις] Suspicor excidisse ob similitudinem, καὶ ἐνδεκάκις, quod est apud Athenæum. SCHEFF.

4 Λόγος δέ τις περίεισιν &c.] Sic IV. 2. Νικόστρατον, λόγος τις περίεισι λέγων, Λακεδαίμονι διαφερόμενον ἐπεῖν. Sed & hoc ipso in Capite, Ἰνδοὶ δέ φασι λόγοι. & Ἀχαϊκοὶ δὲ &c. ubi sensus est, Scriptores, qui de rebus *Indicis*, *Achaicis*, scripsere, id tradere, ut liquet ex Athenæo cum his locis collato, qui Scriptores illos nominat, & quem Noster, sed locutionibus concisis & generalibus magis, sequitur. Paulo post Lugd. λέγει δὲ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης. PERIZ.

5 Ἐν Αἰγύπτῳ] Idem quem mox laudat, Aristoteles testatur *lib.* VI. *Hist. Anim. cap.* 4. & Eustat. *Odyss. M.* SCHEFF.

6 Ἀριστοτέλης] *lib.* V. *Histor. An. cap.* 13. IDEM.

7 τιθάσσον εἶναι] MS. A. habet τιθασσόν. MSS. B. & C. τιθασσὸν γίνεσθαι SCHEFF. Ut MS. A. teste Scheffero, τιθασσόν, sic etiam MSS. Lugd. & Sluisk. ut & Medicei. Ille insuper etiam γίνεσθαι habet. Cæterum quæ hic tradit Ælianus, confirmantur ab Aristotele & Athenæo, qui vicissim ex Nostro, tum Aristotele, & certa ratione est emendandus. Sic enim ille IX. 11. *pag.* 394. ἔτι οὖν τῷ αὐτῷ φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι φάσσα ἕτερον, πλείας δ' ἐλάττων, καὶ ὅτι ἡ πελειὰς πθασσὸν γίνεται, περιστερὰ δὲ καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρὸν, καὶ τραχήλῳ διὸ δῆλοι τρέφει. Manifeste hæc ex Aristot. *Hist. Animal.* V. 12. qui ita, ἔστι γὰρ ἕτερον πελειὰς καὶ περιστερὰ· ἐλάττων μὲν ἡ γίνεται ἡ πελειὰς, τιθασσὸν δὲ γίνεται μᾶλλον ἡ περιστερά· ἡ δὲ πελειὰς καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν &c. Sequuntur eadem, quæ in Athenæo. In Eo igitur corrige & supple superiora ex Aristotele, tali modo. Ὅτι πλείας καὶ περιστερὰ ἕτερον, πλειὰς δ' ἐλάττων καὶ ὅτι τιθασσὸν γίνεται ἡ περιστερὰ, ἡ δὲ πελειὰς, καὶ μέλαν &c. Dubito etiam, an post posterius πλείας exciderit ὰ, scil. τιθασσὸν, uti legitur apud Nostrum, τὴν δὲ ὰ: nisi potius ex Aristotele etiam post γίνεται addendum sit μᾶλλον. PERIZ. MS. Coislin. τιθασσὸν γίνεσθαι.

8 Φιλήσει] Mallet Faber φιλήσῃ SCHEFF. Mihi videtur una abesse litera, legendumque φιλήσειν, vel φιλῆσαι KUHN. Faber φιλήσῃ, Kuhnius φιλήσειν vel φιλῆσαι. Junguntur tamen illæ particulæ aliquando etiam Indicativis, ut v. 6. πρὶν ἢ διελύθη. v. 18. πρὶν ἢ ἀφικέσθαι. PERIZ.

τοὶ 9 ἃ γίνονται αὐτοῖς. Εἰ δέ τι 10 Καλλιμάχῳ χρὴ προσέχειν, φάσσαν, ἃ 11 πυραλλίδα, καὶ περιστερὰν, ἃ τρυγόνα, φησὶ, μηδὲν ἀλλήλαις ἐοικέναι. Ἰνδοὶ δέ φασι λόγοι, περιστερὰς ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι μελίνας τὴν χρόαν. 12 Χάρων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς περὶ τὸ Ἄθω φανῆναι περιστερὰς λευκὰς λέγει, ὅτε ἐνταῦθα ἀπώλοντο αἱ τῶν Περσῶν τριήρεις, 13 περικάμψασαι τὸν Ἄθω. 14 Ἐν Ἐρυκι δὲ τῇ Σικελίας, ἔνθα ἐστὶν ὁ τῆς Ἀφροδίτης

pulli. Quod si quæ Callimacho fides est habenda, palumbus, & pyrallis, & columba, & turtur, nihil habent inter se similitudinis. Indicæ Historiæ tradunt, nasci in India columbas colore melinas. Charon verò Lampsacenus affirmat, circa Athon visas esse columbas candidas, quum ibi triremes Persarum, quæ præterlegebant Athon, perirent. In Eryce verò Siciliæ, ubi templum Veneris

9 Οὐ γίνονται αὐτοῖς] Lego αὐταῖς, scilicet περιστεραῖς. res plana est. FABER. Puto parentem utrumque respici, αὐτοῖς tamen, velut generis dignioris poni. sane non præcedit περιστερά. sed θήλειαι & ἄρρενες. SCHEFF. Faber αὐταῖς. Sed Schefferus *putat parentem utrumque respici*, quia *præcesserit non* περιστερά, *sed* θήλειαι & ἄρρενες. Atque ideo αὐτοῖς *velut generis dignioris* retinet. At si viveret etiam dum Faber, quam exagitaret ille Scheffërum, latus sibi præbentem nimis apertum! Nam dicuntur hæc utique tantum de femellis, quæ à masculis destitutæ, se mutuo conscenderant. PERIZ.

10 Καλλιμάχῳ] Libro περὶ οἰωνῶν. vide Athenæum *loco ante dicto*. SCHEFF.

11 Πυραλλίδα] Noster *lib.* V. *Hist. An. cap.* 48. πολέμιοι &c καὶ πυραλὶς περὶ τρυγόνα. Et sic Athenæus, nisi quod interpres ejus πυραλὶς unico λ legisse videtur: vertit enim *pyralida*. Quemadmodum & apud Aristotelem hoc nomen scribitur *lib.* IX. *Hist. An. cap.* 1. πολέμιοι καὶ τρυγὼν καὶ πυραλίς. Item Plinius *lib.* X. *cap.* 74. *dissident turtur & pyralis*. Cui alioquin *Pyralis* est *quadrupes pennatum majoris muscæ magnitudinis, quod in igne vivit*. vide *lib.* XI. *cap.* 36. Patet porro, nequicquam Dalechampium in dubium vocasse apud Athenæum hoc vocabulum, proque eo *peliada* substituisse. Item corrigendum esse *Nostrum lib.* IV. *Hist. An. cap.* 5. ubi prave legitur, τρυγὼν περὶς πύρραν. SCHEFF.

12 Χάρων ὁ ὁ Λαμψακηνὸς] Hic in MSS. B. & C. novum fit caput, cujus titulus περὶ λευκῶν περιστερῶν. SCHEFF. Quod de MStis B. & C. testatur Schefferus, *Novum hic facere Caput, cujus titulus*, περὶ λευκῶν περιστερῶν, idem repperi in MS. Lugd. Sed tamen perperam haud dubie. Charon autem ille antiquissimus est scriptor, prior Herodoto: Vixit quippe temporibus Darii Hystaspidæ, & Xerxis. Vide Dionysii Halic. *Epistolam ad Pompeium*, ut & Suidam. PERIZ. & Vossium *lib.* I. *de Histor. Græc. cap.* 1.

13 Περικάμψασαι τὸ Ἄθω] Nescio, an sint satis sana ista. Nam Athenæus scribit Charontem illum ita prodidisse: λευκαὶ περιστεραὶ τότε πρῶτον εἰς Ἑλλάδας ἐφάνησαν. Non ergo solum circa Athon. An quid excidit? Nam dicit Athenæus, Charontem scripsisse hæc ibi, ubi agat de prælio ad Athon commisso. SCHEFF. Cur Vir doctissimus de sanitate hujus loci addubitet, non video. Nec Charon cum nostro pugnat. Uterque enim albas columbas à Græcis circa Athon primum visas consentit, cum ibi Persica classis pessum iret. Notum etiam est ex Herodoti *lib.* I. *cap.* 138. Persas abominari albas columbas æque ac leprosos, easque ut Soli invisas finibus pellere. Proinde tum quoque, cum circa Athon visæ sunt, adversa omnia Persis denunciarunt. Cæterum quod ad τὸ περικάμψασαι τὸ Ἄθω, quod sequitur paucis interjectis, pertinet, mendum ibi latere crediderim. Græci enim κάμπτειν τὸ ἀκρωτήριον, vel περικάμπτειν, dicunt, quod Latini etiam exprimunt, *flectere promontorium*. vide Polyb. *l.* I. *Hist. p.* 30. 36. Ciceronem *ad Atticum l.* V. *ep.* 9.

ἥτις νεὼς, σεμνός τε, καὶ ἅγιος, ἔνθα κατά τινα καιρὸν θύουσιν οἱ Ερυκινοὶ τὰ Ἀναγώγια, καὶ λέγουσι τὴν Ἀφροδίτην εἰς Λιβύην ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀναγεσθαι, ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περιστεραὶ γίνονται, ὡσπερεῖ [16] τῇ θεῷ συναποδημοῦσαι. Κατάγε μὴν τὸν λοιπὸν χρόνον πάμπολύ τι πλῆθος τῶνδε τῶν ὀρνίθων ἐπιπολάζειν τῷ ναῷ τῆς θεοῦ

ris est venerandum & sanctum, in quo Erycini stato tempore festum, Anagogia dictum, celebrant, dicuntque Venerem tunc è Sicilia solvere in Libyam, evanescunt ex eo loco columbæ, quasi cum Dea simul discedentes. Reliquo verò tempore, ingentem earundem avium copiam, supra Deæ templum abundare



Verum enim vero ΠΕΡΙΚΑΜΠΕΙΝ nuspiam invenire hactenus potui. Existimo ut alias, ita hic quoque ΠΕΡΙ abiisse in ΠΕΡΙ, ex male intellecto scriptionis compendio. Vide etiam *Indicem* in ΠΕΡΙΚΑΜΠΩ. KUHN. Cl. Kuhnius suspicatur legendum ΠΕΡΙΚΑΜΠΤΟΥΣΑΙ, quod usitatum Græcis, quum alterum nusquam invenerit. Hæc Doctissimi Viri conjectura confirmatur utroque meo Codice, ut adeo nulla supersit dubitatio, quo minus in Textum recipiatur, sicuti à me factum. Accidit autem hæc clades Persis tempore Darii Hystaspis. Vide Herodot. VI. 44. & VII. 21. PERIZ.

14 Εν Ερυκι] MSS. B. & C. ἐν Ερυκίνῃ SCHEFF Non displicet lectio MSS. ita enim & Herodotus *lib.* V. εἷλεν ἐν τῷ Ερυκίνῳ χώρῳ, & paulo ante: τῷ Ερυκῷ χώρῳ. Nec rejecerim tamen τὸ, ἐν Ερυκι. Namque hæc lectio Erycem montem designat, in quo Veneris templum erat conditum; illa vero, ἐν Ερυκίνῃ, circumjectum notat campum, totamque regionem ab Eryce denominatam. Virgil. *lib.* IV. *Æneid.* de hoc templo.

Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Servius *in* I. *Æneid. Eryx Veneris & Butæ filius fuit; qui occisus ab Hercule monti ex sepultura nomen imposuit, in quo matri fecerat templum, quod Æneæ ascribit Poëta, dicens: Tunc vicina* &c. KUHNIUS. Quemadmodum MS. B. & C. ἐν Ερυκίνῃ, sic & Lugd. Noster, sed nihil muto. De Sanctitate autem istius Templi, vide omnino *Hist. Anim.* X. 50. Porro explicandi ex hoc loco Nummi antiqui Erycinorum: in quibus Venus conspicitur & Columba. Vide Illustrem Virum, Ezech. Spanhemium *de Præst. & usu Num. pag.* 124 125. PERIZ.

Εν Ερυκι δὲ τῆ Σικελίας, ἔνθα ἐστὶν] Cl. Isacus Vossius margini Editionis Romanæ adscripsit, *Deleo ἔνθα, & lego* ἐν Ερυκι δὲ τῆ Σικελίας ἱδρυται ὁ τῆ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ νεὼς . . . . εἰς Λιβύην κόσμῳ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι, καὶ τότε ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου αἱ περιστεραὶ γίνονται.

15 Αναγώγια] Vide de hoc festo Pausaniam in *Arcadicis*. Servium *ad Poëtæ* I. & V. *Æneid.* Athenæum *supra dicto loco.* Nam ex eo noster cuncta habere videtur. Imo Nostrum ipsum *lib.* X. *Hist. An. cap.* 50. & *lib.* IV. *ejusdem operis cap.* 2. SCHEFF.

16 Τῇ θεῷ.] Restitui ex superioribus Edit. & MSS. θεᾷ. Atque ita iisdem verbis Athenæus. Similiter Palæph. *pag.* 116. de Phaone. ἐπαινεῖ τὸ ἄνθρωπον ἡ θεός; ΑΦΡΟΔΙΤΗ λέγεται τῷ θεόν. Et infra XII. 1. Similiter Medicei, qui & paulo ante cum Sluisk. legunt ἀφανεῖς ἐκ τοῦ χώρου περιστεραὶ γίνονται, omissa vocula αἱ. In seqq. etiam τοῦ νεῶ τῆ θεῷ non ναῷ, habent Mei pariter æque ac Medicei. PERIZ.

θεοῦ ὁμολόγηται. [17] Ἀχαϊκοὶ δὲ αὖ πάλιν λέγουσι λόγοι, ᾗ τὸν Δία αὐτὸν μεταβαλεῖν τὴν μορφὴν εἰς περιστερὰν, ἐραθέντα παρθένου, [18] Φθίας ὄνομα· [19] ἐν Αιγίῳ ᾗ ὤκει ἡ Φθία αὕτη.

dare constat. Item Achivi commemorant, Jovem ipsum in figuram columbæ versum esse, quum amaret virginem, nomine Phthiam; habitabat autem in Ægio hæc Phthia.

17 Αχαϊκοὶ λόγοι] Ita sæpe, pro Auctoris nomine, quod apud *Athenæum* legitur. Ac hujus quidem Auctor ΑΥΤΟΚΡΑΤΗΣ ἐν Αχαϊκοῖς. SCHEFF.

18 Φθίας] Eustath. *Iliad.* A. Αἰολιωτὶς μέμνηται ἡρωΐνης Φθίας παρθένου, ἣν φησὶν ἐραθεὶς Ζεὺς μεταβαλεῖν τὴν μορφὴν εἰς περιστεράν. IDEM.

19 Εν Αιγίῳ] Notæ Codicis Bigotiani monent legendum Αιγέῃ ex Athenæo. videtur autem intelligere campum aut locum certum, ubi Ægei fuit oraculum. Suidas, Αἰγεῖον, τὸ ἱερὸν Αἰγέως μαντεῖον. SCHEFF. Mihi toto, ut ajunt, cælo, distare videntur Αἰγεῖον & Αἴγιον. Αἰγεῖον enim apud Suidam fuit Athenis fanum, Ægeo Heroï structum. unde & Pausaniæ *in Atticis* ἡρῷον dicitur. De hoc & templo & oraculo sermo hîc esse nequaquam potest. Nam agitur de Historia aut potius fabula Achaïca, non Attica, ut ne dicam alia. Αἴγιον vero, quod Noster indigitat, Urbs est Achaïæ, apud Hesychium, de qua Strabo *lib.* VIII. Αἴγιον ἐξ ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ δήμων συνεπολίσθη, *Ægium exseptem aut octo pagis in unam urbem coaluit.* Diodorus *lib.* XIX. *Bibl.* Αἰγιον ἀνελοντα πολιορκήσας, *Ægium expugnans* &c. Nec dissentit Suidas, Plutarchus & alii. Civis hujus Ægii dicebatur, Αἰγιεὺς. in hac urbe habitavit Phthia, de qua hoc loco agitur, Statius *lib.* IV. *Thebaid.*

--- --- dederat nec non socer ipse regendas
Ægion Arenenque

ubi Lactantius *civitates*, inquit, *Archadiæ* (l. *Achaiæ*,) *quas regendas Polynici genero quasi dotalis familiæ* (l. *dotalis filiæ*) *Adrastus dederat, ne exul regnare desueseret, aut certe, ne sentiret exilium.* adi etiam Polybium *lib.* II. *Histor. pag.* 179. & alibi passim. Dixerim igitur Athenæum ex Nostro, non vero Nostrum ex Athenæo emendandum venire. KUHN.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Σωκράτους, ὅτε τὸ κώνειον ἔπιεν.

[1] Ὅτε ἦκεν ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλου, [2] ᾗ ἔδει Σωκράτην ἀποθνήσκειν, ἀφίκετο εἰς τὸ δεσμωτήριον Ἀπολλόδωρος, ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος, χιτῶνα

CAP. XVI.

De Socrate, quum cicutam biberet.

Quum rediisset Delia navis, jamque Socrati moriendum esset, accedens in carcerem Apollodorus Socratis discipulus, tulit ei tunicam

1 Οτε ἦκεν ἡ ναῦς ἡ &c.] Singularem intelligere apparet ex articuli adjectione. Ea autem Sacra est, quam & Δηλιάδα & *Salaminiam* vocavere. Mittebatur annis singulis ad ludos in *Delo* insula ex instituto Thesei celebrandos, uti ex Plutarcho discimus. vide Castellanum in *Syntag. de festis Græcor.* SCH.

τῶνα τε αὐτῷ φέρων ἐρίων πολυτελῆ, καὶ εὐήτριον, καὶ ἱμάτιον τοιοῦτο· καὶ ἡξίου ἐνδύντα αὐτὸν τὸν [3] χιτῶνα, καὶ θοιμάτιον περιβαλλόμενον, εἶτα ὕτω πιεῖν τὸ φάρμακον. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, [4] καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν, εἰ ἐν αὐτοῖς ἀποθάνοι· καὶ γὰρ οὖν καὶ [5] † προκεῖθαι σὺν τῷ κόσμῳ τὸν νεκρὸν οὐ πάνυ τι ἀδόξως. [6] Ταῦ-

† προκείσεσθαι.

nicam ex precioſa lana, pulchreque textam, ſimile item pallium: & rogavit, ut indutus tunica, amictuſque pallio, ſic demum venenum biberet. Dicebat enim, eum funebrium ornamentorum non expertem fore, ſi in iis mortem obiret: atque ideo neque indecorè prorſus cum hoc ornatu mortuum conſpectum iri. Hæc

181. illi qui damnabant, vincerent eos, qui ipſum abſolvebant. Crimini dabatur, quod Deos Athenienſium non putaret Deos, & juventutem corrumperet, quam *immittere in Deos & Patriam* credebatur, & docere τὰ ἄτοπα λόγον ποιεῖν κρείττω. h. e. *probare falſa, & refellere, quæ vera ſunt.* Vide *infra* II. 13. Senecam *epiſt.* 104. & Ciceronem *Tuſc.* v. præter Diogenem Laërtium. & quos citavit jam Schefferus. PERIZ.

2 Καὶ ἔδει] Nam ante ejus reditum de damnatis ſupplicium ſumi legibus Athenienſium prohibitum erat. Xenophon *lib.* III. *de fact. & dict. Socrat.* Plato *in Phædone*, Suidas *in* Θεωρίς. SCHEFF.

3 Χιτῶνα τε] More veteri. Ut enim cum mortuis pretioſa ipſorum veſtimenta crematabantur; ita damnati ad mortem ea induebant. Diſcimus exemplo Philoclis, quod eſt apud Plutarchum in *Lyſandro*: λευκάμβῳ, ait, καὶ λαβὼν χλαμύδα λαμπρὰν πρώτῳ ἐπὶ τῷ σφαγίῳ ἤγετο τοῖς πολίταις, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος. Pretioſiſſima autem uſurpata Lucianus docet *lib. de Luctu.* & in *Nigrino.* Hinc & καλὰ ἐντάφια, hinc κόσμος dicta, ut videmus in ſequentibus. Adde quæ obſervat Vir Clariſſimus Joh. Freinshemius *ad lib.* V. *Curt. cap.* 9. §. 1. & Kirchm. *de fun. lib.* I. *cap.* 10. IDEM.

4 Καλῶν ἐνταφίων] Parum commode vertebatur, *magnificæ ſepulturæ.* Etenim ἐντάφια proprie ſunt ornamenta, quibus ornatum cadaver in atrio collocatur, effertur, crematur. Sed & quia ſolebant etiam morituri ſe ornare, hinc factum, ut & ea, in quibus quis moritur, hoc vocabulo deſignentur. Sic III. 24. *Pulchra arma*, τὰ ἀνδρεῖ τῷ γενναίῳ (ſi ca-

dat in prælio) εἶναι τὰ ἐντάφια. IV. 8. κρεῖ ἐντάφιον ἡ τυραννὶς, h. e. *pulchrum eſt mori illa Tyrannica dignitate.* Ita ergo etiam li loci. Quin diſerte & ſimpliciter Laërtius *Socrate*, datum hoc illi veſtimentum ait Apollodoro, ἵν' ἐν ἐκείνῳ σωπεθάνῃ, *ut in* moreretur. Apollodorum hunc *Phalere* dicit Plutarchus in *Catone Min. p.* 781. & Socratis ἑταῖρον καὶ ζηλωτὴν, ut Catonis fuit Favonius. Vide & Jonſium in *Hiſt. Phil* Paulo ante malim πελλαλόμενον pro περιβαλλόμενον. PERIZ.

5 Προκεῖθαι] Emendavit in Editione ſe Geſnerus προκέεσθαι, ut mox pro ἄγε ἀλ legit αὐτὸς, utrumque bene. Paulo infer pro ἔτως legitur etiam ὄντως, id eſt, *re ver* quod verum puto. FABER. Geſneri co rectio nemini non probabitur. Interpres tem τὸ προκεῖθαι non ſatis expreſſit verten *appariturum.* mallem, *collocatum iri.* Eſt enim προκεῖσθαι, *collocari*, mortuis proprium, qui in lectulo compoſiti, pedibus oſtium ſpectantibus, in atrio proponuntur. Græcis hæc *collocatio* dicitur κατάθεσις, & προτίθεσθαι quæ eſt *collocare.* Gloſſ. *conlucatis*, εἰδότα vide Pollucem *lib.* VIII. *cap.* 7. Lucianus *de Luctu.* Ariſtoph. in *Concion.* Platon. *Phædon.* Suid. in πρόκειτο. Phavorin. in πρόκειται Vulcanium in *Notis ad Gloſſar.* Caſaub. *Perſium pag.* 306. KUHNIUS.

Προκεῖσθαι] Sic quoque mei Codd. Geſnerus tamen, probantibus Fabro & Kuhnio mavult προκέεσσθαι. Forſan vere, & eo magis me, quod præceſſit ἀμοιρήσειν. Cæteroquin enim Præſens ſæpe pro Futuro ponitur. Sic X. 9. juſſus emere ollam cum cibo, renunciat, πωλεῖν αὐτὸν τὸ κάπηλον πολλοῦ, h. e. *venditurum.*

Ταῦτα τὸν Σωκράτην ὁ Ἀπολλόδωρος. Οὐκ οὖν ἠνέσχετο, ἀλλ' ἔφη [7] πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα, καὶ Σιμμίαν, καὶ Φαίδωνα· καὶ πῶς ὑπὲρ ἡμῶν καλῶς Ἀπολλόδωρος οὕτω δοξάζει, [8] εἴγε αὐτὸς πεπίστευκεν, ὅτι μὴ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησίαν, καὶ τὸ [9] φαρμάκου πόμα, [10] ἔτι † ἔτως ὄψεται Σωκράτην. Εἰ δ' οἴεται

† ὄντως

Hæc Socratem *rogavit* Apollodorus. At ille non tulit eum, ſed dixit ad Critonem, Simmiam & Phædonem: Quàm verò præclare de nobis ita ſentit Apollodorus, ſi ille credidit, poſt propinationem ab Athenienſibus factam, & veneni potum, ſe adhuc viſurum eſſe Socratem. Nam ſi putat eum

diturum, vel *vendere velle.* Eurip. *Hecuba v.* 163. Ποίων, ἢ πάνυαν, ἢ κείναν, σείχω; Sed vide Sanctii *Minervam pag.* 67. & 77. ubi plura ac diſertiora attuli. PERIZ.

6 Ταῦτα τὸν Σωκράτην ὁ Ἀπολλόδωρος] Lego πρὸς τὸν Σωκράτη ex *lib.* II. *cap.* 1. ταῦτα Σωκράτης πρὸς. KUHNIUS. Supple ex ſuperioribus, ἠξίου. Ita nihil opus erit mutatione. PERIZ.

7 Πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα] Periphraſis Critonis, aliis tamen, qui cum eo erant, minimè excluſis. Hinc corrigendus Stobæus *Serm.* 277. Σωκράτης &c. τῶν ἀμφὶ τῶν κριτῶν ἑρομένων αὐτὸν. Geſnerus legit, τὸς κριτὰς infeliciter. legas licet ex Æliano τὸν ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα, *Critone ipſum interrogante.* KUHN.

8 Εἰγε αὐτὸ] Αὐτὸς *Geſnerus* corrigit. id quod Faber quoque cenſet eſſe rectum, firmatque MS. C. at vero MS. B. habet αὐτῷ. SCHEFF. Geſner. & Faber αὐτὸς, quod firmat MS. C. ut & Sluisk. At MS. B. habet αὐτῷ. Et ita etiam Lugd. Varietas illa ſuſpectum facit vocabulum, quaſi è gloſſa ortum. Malim tamen, ſi genuinum eſt, legere cum Geſnero &c. αὐτὸς: quum etiam Mediceus uterque id firmet. PERIZONIUS. Repoſui αὐτὸς ex fide Codicum MSS. quod pronomen honoris cauſa interdum addi ſolet; Sicut *ille* apud Virgilium *lib.* I. *Æneid.* 7.

- - - multum ille & terris jactatus & alto
Vi Superûm.

ubi Servius *Eſt autem Archaiſmos: aut certe ille, quia hæc particula more antiquo aut nobilitati aut magnitudini dabatur, ut*; At velut ille cavum *Et:* Saucius ille.

9 Φαρμάκου] Sic & Cicero *lib.* I. *Quæſt. Tuſc.* ubi hanc rem explicat. Fuit autem κώνειον, Latine, *cicuta.* Plinius *lib.* XXV. *cap.* 11. *Cicuta venenum eſt, publica Athenienſium pœna inviſa.* Κώνειον, porro dictum Græcis ἀπὸ τοῦ φύεσθαι ἐν τόποις Ἀκάνθας καλουμένοις, ὅθεν περὶ τῶν Ἡρακλείων. Athenæus *lib.* III. unde herbam fuiſſe apparet, cujus ſuccus expreſſus piſtillis & hauſtus adferebat mortem. SCHEFF.

10. Εἰ ἔτως ὄψεται Σωκράτη.] Nihil neque mei hic mutant MSti, neque mutaverim ego. Omnia bene ſe habent, modo recte explicentur. Dicit Socrates parum ſcite philoſophari Apollodorum, ſi credat, ſe *viſurum etiam dum Socratem, poſt* illam veneni potionem, quando Mens ejus, quæ conſtituit ipſum Hominem, & Socratem, ſegregata erit ab ejus Corpore, quod Mente privatum nihil habet Veri Hominis. Atque adeo τὸ ἔτως non referendum neque ad *Socratem*, aut *Socratis ſtatum*, ſed ad rem ipſam, ſeu factum illud φιλοτησίας & πόματος, interpretandumque, ut paſſim fit, ſimpliciter *eo facto, poſtea*: ſic paulo ante, εἶτα ὕτω πιεῖν h. e. *poſtquam* induerit tunicam, *Actor.* XXVII. 17. καὶ χαλάσαντες τὸ σκεῦος, ὕτως ἐφέροντο, *poſtquam* collegerant armamenta. Et XXVIII. 14. δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτίολους, ὅ εὑρόντες ἀδελφοὺς παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτὰ· καὶ ὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. Scil. *poſtquam* Puteolis fuiſſemus per ſeptem dies. Plutarchus *in vitis* X. *Rhet. Lycurgo*, Λυκοῦργον δὲ μέλαν, ἀλλὰ θανάτῳ, κείναντα τὸν κάλαμον καὶ τὰ πινακῶν ὕτω συγγράφειν, *Lycurgum, ubi non atramento, ſed ipſa morte tinxit calamum, contra reos ita demum ſcribere.* Sed & ſimpliciter exponere hæc forſan poſſis, *ſi putat, ſe*, uti nunc videt, *ita etiam tunc* poſt illam propinationem *viſurum adhuc Socratem.* Sic pau-

δίεται [11] τὸν ὀλίγον ὕστερον ἐρρίμμένον ἐν ποσὶ καὶ κειμένου γ' ἐμὲ εἶναι, δῆλός ἐστι [12] με οὐκ εἰδώς.

lo ante, πῶς καλῶς ὑπὲρ ἡμῶν ἄτω δοκάζει; *quam pulchre ita*, ut nunc facit, *de nobis existimat*. Atque ita non intercedo, quo minus illud ἄτως referatur ad Socratem. Nihil certe causæ est, quare ὃ ἄτως mutetur in ὄντως, ut voluit Faber PERIZ.

11 Τὸν ὀλίγον ὕστερον] Lego τὸ ὀλίγῳ ὕστερον &c. in neutro scilicet, neque enim hominem fore dicit, sed πτῶμα, *ossa*, *carnes*, *lutum* &c. FABER. Præferrem, τὸν ὀλίγῳ ὕστερον, ut intelligamus ἀποθανόντα. SCHEFF. Neutrum mutandum, quantum ego quidem videam. Nam & αὐτὸ πεπίστευκεν bene Græcum est, & ὀλίγον ὕστερον eadem ratione dicitur, qua μικρὸν ὕστερον apud Phavorinum. Plato in *Phædone*, a quo Noster sua habet. ἀ πείθω, ἔφη, ὦ ἄνδρες, Κέλτωνα, ὡς ἐγώ εἰμι ἄτος ὁ Σωκράτης, ὁ νυνὶ ἀφιλεγόμενος καὶ ἀμπάλιν ἔκαστα τῶν λεγομένων, ἀλλ' οἴεται με σκεῖνον εἶναι, ὃν ὄψεται ὀλίγον ὕστερον, καὶ ἐρεῖ δή, πῶς με θάπτειν. *Non persuadeo*, *inquit Socrates*, *ô boni*, *Critoni*, *me esse illum ipsum Socratem*, *qui jam disserit & singula dicta digerit. sed putat illum esse*, *quem paulo post videbit mortuum*, *ideoque etiam interrogat*, *quomodo me sepelire debeat.* &c. Etiam *cicuta* aliquoties φάρμακον *l. c.* dicitur, mollissimè & κατ' εὐφημισμόν. vèl quia φάρμακον vocabulum μέσον: φάρμακα καὶ τὰ θεραπεύοντα καὶ τὰ φθείροντα, *φάρμακα sunt*, *quæ tum medicinam*, *tum mortem afferunt*. Thomas in *Eclogis Atticis*. KUHN.

12 Μὲ ἂν εἰδώς] Nam ex Socratica philosophia corpus non pars, sed vinculum & carcer hominis. Africanus apud *Ciceronem in Somnio*: *Sic habeto*, *te non esse mortalem*, *sed corpus hoc*, *nec enim is es*, *quem forma ista declarat*, *sed mens cujusque*, *is est quisque*. *non ea figura*, *quæ digito demonstrari potest*. Etiam Lactantius *lib.* III. *cap.* 3. *Hoc*, *quod oculis subjectum est*, *non homo*, *sed hominis receptaculum est*; *cujus qualitas & figura non ex lineamentis vasculi*, *quo continetur*, *sed ex factis & moribus pervidetur*. Igitur ad Socratem non pertinebat, quomodo corpus paulo post jaceret: nec ipsum intuens, Socratem Apollodorus visurus erat, qui non nisi mentis oculis videri poterat; cujus figuram non nisi animo tenere licebat. vide eundem Ciceronem *lib.* I. *Quæst. Tusc.* Et sic illud ἄτως quod præcessit interpretor, quod non nemini suspectum fuit, deque Apollodoro potius, quam Socrate accipio. Adde Platonem in *Phædone circa finem*, ubi fundamenta hujus explicationis videas. Verum tamen lectionem Faber putat, ὄντως, non ἄτως, licet ἄτως probent omnes MSS. SCHEFF. Non ausim manus afferre tam eleganti formulæ orationis. Nam τὸ, ἔπ ἄτως ὄψεται significat, *ita demum videbit*, ut ἄτως respiciat statum Socratis, in quem post haustam cicutam transiturus erat. KUHN.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ τῶν σμικροτάτων τεθρίππων, καὶ ἐλεγείου.

Ταῦτα ἄρα ἐστὶ τὰ θαυμαζόμενα Μυρμηκίδου τοῦ Μιλησίου, καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου, τὰ [1] μικρὰ ἔργα. [2] Τέθριππα μὲν ἐποίησαν

1 Μικρὰ ἔργα] Hinc Ciceroni, *minuscularum operum artifices lib.* IV. *Quæst. Acad.* Varro

CAP. XVII.

De minutissimis quadrigis & elegeio.

Hæc sunt parva illa opera Myrmecidæ Milesii, & Callicratis Lacedæmonii, quæ in admiratione habentur. Quadrigas fecerunt, quæ sub

σαν [3] ὑπὸ μυίας καλυπτόμενα, καὶ ἐν σησάμῳ δίστιχον ἐλεγεῖον χρυσοῖς γράμμασιν [4] ἐπέγραψαν. Ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὁ σπουδαῖος οὐδέτερον ἐπαινέσεται. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ ταῦτα, ἢ χρόνου [5] παρέργαλωμα;

sub musca occulebantur, & in sesamo distichon elegeium litteris aureis inscripserunt. Quorum sanè neutrum, mea sententia, laudaverit sapiens. Quid enim hæc aliud sunt, quàm vana temporis jactura?

ΚΕΦ. CAP.

ro *lib.* VI. *de L. L. obscura* nominavit hæc opera, credo quia visum excedebant. Iis igitur *setas nigras* solebant *admovere*, ut distinctius cernerentur. Adde Plinium *lib.* VII. *cap.* 21. & *lib.* XXXVI. *cap.* 5. SCHEFF. Cicero Myrmecidem vocat, *minutorum opusculorum fabricatorem lib.* IV. *Academ. Quæst.* Galenus in *Protreptico ad artes*, Μυρμηκιδὸς & Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους Λακεδαιμονίου ματαιοτεχνίαν obiter perstringit. vide Julian. *Orat.* III. *p.* 208. Suidam in Γελοῖος. KUHN.

Μικρὰ ἔργα] De his, præter laudatos à Scheffero & Kuhnio, vide etiam Marsil. Cogn. *Observ. Var.* III. 17. PERIZ.

2 Τέθριππα] MSS. A. & C. est. τέτριππον & mox καλυπτόμενον. Scribendum τέθριππον & intelligendum ἅρμα. SCHEFF. In Autore equidem nihil innovandum. Nam τέθριππα Græcis æquè ac Latinis *quadrigæ*, de unico quatuor equorum curru dicuntur, quamvis Plinius *quadrigam* habeat *lib.* VI. *cap.* 21. Idem Auctor de Theodoro, qui Labyrinthum Sami fecit: *ipse se*, inquit, *ex ære fudit*, *præter similitudinem mirabilem famâ magnæ subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet*, *lævâ tribus digitis quadrigulam tenuit*, *translatam Prænestæ*, *tantæ parvitatis*, *ut totam eam currumque & aurigam integeret alis simul facta musca. lib.* XXXIV. *cap.* 8. KUHN. MSS. A. & C. τέτρεπτον, & mox καλυπτόμενον. Unde Schefferus *scribendum* τέθριππον, ait, & *intelligendum* ἅρμα. MStis addo Lugdunensem, & tamen vel sic nihil muto. Nam Reliqui, ut & Index Capitis, licet non genuinus, tamen multis MSS. antiquitate par, vulgatum tuentur. Et ita Græci. Plutarch. in *Romulo*. Κύστῳ μὲν ἔν καὶ Μάρκελλῳ ἤδη πεζέπτοις εἰσήλαυνον. Vide & Cl. Kuhnium. PERIZ.

3 Ὑπὸ μυίας καλυπτόμενα] Vertebatur, *quæ sub Musca possent abscondi*. At quorsum *possent*? quum utique Musca expansis alis imposita vere fuerit ab ipso artifice hisce quadrigis, & eas contexerit. Plin. XXXVI. 5. *Cujus quadrigam cum agitatore cooperuit alis Musca*. PERIZON.

4 Ἐπέγραψαν] Vulgari credo ratione, quod ipsum tamen sufficit ad miraculum. Majus est quod de eis scribit Plutarchus *lib. adversus Stoicos*: ἀφιστρεύειν λέγονται ἐν σησάμῳ γράμμασιν ἴπη τοῦ Ὁμήρου. Id est, non inscripsisse istas literas stylo, vel simili modo, sed, succisa reliqua materia, ita sculpsisse, ut extarent. Quod an verum sit, alii viderint. Certe in fragmento Athenæi à Casaubono *lib.* XI. *Annotat. cap.* 4. edito legimus, ἐνδόξως τορευτὰς fuisse Μυρμηκίδῃ τὸν Μιλήσιον & Καλλικράτει τὸν Λάκωνα. Observo porro à Plutarcho tribui ambobus, quod de uno tantum Noster narrat. SCHEFF.

5 Παρεργάλωμα] *Operosa in supervacuis laboribus sedulitas*. Seneca *lib. de brevit. vitæ cap.* 22. SCHEFF. Aristoteles *cap.* 7. *de Poëtica*: ἔστι πίμμικρον ἄν τι γένοιτο καλὸν ζῷον, συγχεῖται δὲ ἡ θεωρία ἐγγὺς & ἀναισθήτου χρόνου γινομένη, ἅτε παμμίγεθες. *nec minimum animal poterit esse pulchrum*: *contemplatio enim ad tempus propè insensibile redacta confunditur*: *nec maximum* &c. KUHN.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ τρυφωσῶν γυναικῶν.

Πῶς ὴ δ' διέρρεον ὑπὸ τρυφῆς [1] αἱ πολλαὶ τῶν ποτε γυναικῶν; ἐπὶ μὲν

1 Αἱ πολλαὶ τ γυναικων] Lege omnino αἱ πολλαὶ τ πάλαι γυναικῶν. FABER. Faber legit αἱ πολλαὶ τ πάλαι γυναικῶν. Mallem ego, αἱ παλαιαὶ τ γυναικῶν. Sic *infra* κ παῦρα αἱ πάνυ παλαιαί. Adde Euſtathii verba mox citanda. SCHEFF. Ita apud Plutarchum in *Galba* pro πολλῶν, παλαιῶν legerunt Baudius & Rurgerſius, quem vide *lib.* III. *Variar. Lection. cap.* 6. ubi in alio Plutarchi loco, qui ſine dubio mendoſus eſt, malim legere ex his Codicis MS. ruderibus, πεπύσθαι, ἱπτοῆσθαι, pro Rutgerſii πεπεῖσθαι. vide locum & judica L. B. Sed hæc ὡς ἐν παρέργῳ. KUHNIUS. Multum ſane utraque, & illa Fabri, αἱ πολλαὶ τ πάλαι γυν. & hæcce Schefferi. αἱ παλαιαὶ τ γυν. mihi ſeſe approbavit Conjectura. Sed & poſtulat talem vel emendationem vel ſupplementum ipſe Senſus, idque declararunt etiam Editores jam inde à prima Tornæſiana, unde illud *antiquarum* diverſa literarum nota in Verſiones fuit receptum. Sed intercedunt MSti, & aliter rem expediunt. Uterque enim Meus habet τ τότε γυναικῶν, quibus accedunt Mediceus uterque, & Duo Codices ex Regia Gallorum Bibliotheca, quos laudanda Ampliſſimi Clementii, cujus Ea curæ eſt commendata, Humanitas manu Cl. Boyvinii ad me miſit. Non temere autem eſt iſte conſenſus, tanto magis, quia illud τότε prorſus alienum ab hoc loco videtur: quæ etiam cauſa haud dubia, quare Camillus illud Peruſcus in Ed. Romana omiſerit. Cæterum ſi vera tamen eſſet illa MStorum Lectio, haberemus hic certiſſimum documentum ejus, quod ſuſpicantur, immo affirmant, Eruditi, non ſemper ſuo uſum ſtylo Ælianum, dum ex Aliis multa exſcripſerit, quæ ſententia eſt Schefferi *initio Notarum ad Nomen Auctoris*, vel à Librariis imminutum paſſim & mutilatum, qui nobis pro juſto o-

CAP. XVIII.

De mulieribus luxurioſis.

Quomodo verò pleræque antiquarum mulierum non diſ-

pere, quædam ruta cæſa & analecta reliquerint, qui Capita ita acciderint. ut nec capu nec pedes habeant, quomodo loquitur Doctiſſ. Kuhnius in *præfat.* Manifeſto enim illud τότε reſpiceret tempus, vel ab Auctore deſignatum in ſuperioribus, ſed quæ Librar prætermiſerint, vel ab Aliis, unde Noſter hæc hauſerit. Sed ut dicam, quod ſentio, prorſus putem, mutata unica tantum litera, Auctorem ſcripſiſſe τ ποτε γυναικῶν, h. e. *mulierum antiquarum*, ſeu *quæ antea*, vel *quondam*, *exſtiterunt*. Suidas, Πότε λέγεται πρὸς Νῦν καὶ ἄμφω, κ κ τὸ Παρελήλυθός, κ τὸ Μέλλον. Πότε *dicitur cum relatione ad Num in utrumque*, *cum in Præteritum*, *tum in Futurum Tempus*. Heſiod. 100. Ἔργ. 633. ὅς ποτ κ τῆθ' ἵκηαι, *qui olim etiam huc venit*, & 652 ἣ ποτ' Ἀχαιοὶ Μείναντες χειμῶνα πολὺν συν λαὸν ἀγείραν, *in qua* (Aulide) *quondam Achivi &c.* Ariſtot. *Polit.* VI. 4. ὥσπερ ἐν Μαντινείᾳ πάλ *Sicuti quondam in* urbe *Mantinea erat*. Johannes *Euang.* IX. 13. ἄγουσιν αὐτὸν πρός τ Φαρισαίους τόν ποτε τυφλόν, *qui antea cœcus fuera* Paulus *Ephes.* III. 13. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε. Notanda illic oppoſitio τ πότε & Νυνὶ: quæ diſertior etiam eſt *Rom.* XI. 30. Libanius *Declam.* XXIX. κ πεισράτῳ ἐδέησε τ πώποτε ἀπέκτεινε: *Et Piſiſtratus neminem priſcorum hominum occidit*. Lucianus *Jove Confutato pag.* 179. ὁ Προμηθεὺς δ κ ἀνεσκολοπίσθη ποτε: *Prometheus vero etiam cruci affixus fuit antiquis temporibus*. Sed & paſſim ideo apud Cebetem & Alios conjungitur πάλαι ποτε. Ceterum Ariſtophanem quoque in hac vocula corruptum cenſeo. Apud Eum enim in *Ranis pag.* 217. quum Bacchus Herculem rogaſſet, quæ facillima eſſet ratio deſcendendi ad inferos, & Hercules varias jam commemoraſſet, eæque illi placuiſſent, ait tandem Hercules, quam Tibi vis

μὲν γ τ κεφαλῆς [2] στεφάνην ἐπετίθεντο ὑψηλὴν, τὰς δ πόδας [3] σανδάλοις ὑπεδοῦντο· ἐκ δ τῶν ὥτων αὐταῖς [4] ἐνώτια

fluxere luxu? nam corollam quidem capiti imponebant ſublimem, pedibus verò ſandalia habebant ſubligata:

vis monſtrari? reſpondente illo, ἦνπερ σὺ τότε κατῆλθες, *quam Tu tunc deſcendiſti*, Sed legendum puto ποτε. Atque ita *ibidem pag.* 238. Ος εἰς τὸ πανδοκεῖον εἰσελθών ποτε, Ἑκκαίδεκ ἄρτους κατέφαγεν ἡμῶν. PERIZ. Pro τότε, quod exſtat in pleriſque MSS. haud temere quis ſuſpicaretur legendum πρὸ ℈: quomodo Comicus apud Suidam in *v.* Ἀναλίσκειν.

Εἰς οἷ' ἀνάλων οἱ πρὸ ℈ τὰ χρήματα.

Et Polybius *lib.* I. *Hiſt.* ἴσως ἐδεῖν ἂν ἡμᾶς ἔδει περὶ τ πρὸ τῦ γεφύρειν.

2 Στεφάνην] Etiam Homero teſte. unde ſtatim, κ παῦρα αἱ πάνυ παλαιαὶ. Locus Poëtæ eſt *Iliad.* Σ. ubi de virginibus in chorea.

Τῶν σ' αἱ μὲν πλεκτὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δ μαχαίρας.

Adde Pollucem *lib.* V. *cap.* 15. Porro capitis ornamentum faſciamque fuiſſe putem, gemmis auroque diſtinctam, & in vertice faſtigiatam ac prope turritam. Cujuſmodi alicujus meminit Lucianus: κ στεφάνη μὲν κύκλῳ περιβεβλημένη λιθοις Ινδικοῖς διαστρ. SCHEFF.

Στεφάνην] Vide hic Schefferum, ſed & Eruditiſſ. Grævium *ad Heſiod.* Θεογ. *v.* 916. qui ita, & rectè, hunc locum vertit. *Quis vero neget pleraſque veteres mulieres luxu diffluxiſſe? Caput enim ornabant alta faſciâ.* Στεφάνην quippe *limbum* interpretatur, *ſeu faſciam altiorem*, *quæ caput ambiat*, *unde* ℈ *loricæ* ℈ *murorum pinnæ* στεφάναι *dicantur*. PERIZ. Ad hunc locum reſpicit Euſtathius *in Homer. Iliad.* T. *v.* 99. τάχα δὲ καὶ ὁμωνύμως τῇ ἡρωΐνῃ Θήβῃ εὐκόσμῳ οὔσῃ εὐστέφανον Θήβην κ τὴν πόλιν καλεῖ. τὸ δὲ πιθανὸν χῆμα τῆς ὁμωνυμίας μιμεῖται μάλιστα Πίνδαρος· ὅτι δὲ ἡ στεφάνη κ γυναικεῖον κόσμον δηλοῖ, ἐυρήσεις κ ὡδὶ τῷ Αἰλιανῷ.

3 Σανδάλοις ὑπεδοῦντο, *Sandaliis induebant pedes*] Vertere malui *pedibus vero ſandalia habebant ſubligata*, vel ſimpliciter *ſubligabant*. Fuerunt enim *ſandalia* ejus maxime generis, non quo induebantur pedes, ſed quo muniebantur tantum plantæ pedum, more antiquiſſimo. Et hinc ὑποδήματα proprie Calcei, quia *ſubligabantur*. Elegantèr Ariſtot. *Polit.* I. 6. οἰκείαν χρῆσιν ὑποδήματος εἶναι ὑπόδεσιν, *proprium* ſeu *naturalem uſum Calcei eſſe Subligationem*, ſeu *ut pedibus ſubligetur*. Illud quoque hic obſervandum, quod *ſandalia* ſimpliciter referantur inter inſtrumenta luxuriæ muliebris, licet alibi reperiantur in promiſcuo fuiſſe uſu Feminis & Viris, etiam Plebejis. Certè in S. Scriptura paſſim pro vulgari calceamento ponuntur, atque adeo tribuuntur Apoſtolis Marci VI. 9. Καὶ ὑποδεδεμένους σανδάλια, καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας, ubi notes velim, τὸ ἐνδύσασθαι *induere* de *Tunicis* tantum dici, at de *Sandaliis* itidem, ut hic, ὑποδεῖσθαι. Similiter & Petro in carcere, *Actor.* XII. 8. Videntur tamen revera antiquis temporibus, & apud Græcos maxime, fuiſſe propria Feminis opulentioribus, quum plebejæ, ſed & modeſtiores, uterentur iiſdem calceis, quibus Viri. Vide *infra* VII. 11. Sicuti autem hic ad luxuriam referuntur, ſic in libro Judithæ X. 4. itidem inter ornamenta luxurioſarum laſcivarumque mulierum memorantur, dum illa dicitur depoſito viduæ habitu, λαβεῖν σανδάλια εἰς τὰς πόδας αὐτῆς, κ περιβάλλεσθαι πάντα τ κόσμον αὐτῆς, κ καλλωπίσασθαι εἰς ἀπάτησιν ὀφθαλμῶν. Hinc ergo tales Feminæ prodeuntes in publicum habebant penes ſe ſæpe ancillas *Sandaligerulas*. Plaut. *Trin.* II. 1. 12. haud dubie, ut quando intraverant alienas vel ſuas ædes, mutarent ſordida purioribus: ſed & Σανδαλοθήκας, h. e. repoſitoria, vel inſtrumenta in quibus eas ſervabant, & forſan Ancillæ geſtabant. Vide omnino Pollucem VII. 22. PERIZ.

4 Ἐνώτια μακρὰ] Etiam iſta ab Homero inter ornamenta muliebria relata. Conſule Pollucem *loco antea laudato*. SCHEFF. Reſpicit Autor ad Romanorum *elenchos* de quibus Plinius *lib.* IX. *c.* 34. & *proceriores* (margaritis vel unionibus) *ſua gratia eſt*, *elenchos appellant*, *faſtigiata longitudine*, *alabaſtrorum figurâ*, *in pleniorem orbem deſinentes*. *Hos*

τια μακρὰ ἀπεκρέμαντο· [5] τῶν δὲ χιτώνων τὰ περὶ τοὺς ὤμους ἄχει τῶν χειρῶν οὐ συνέρραπτον, ἀλλὰ [6] περόναις χρυσαῖς, καὶ ἀργυρέαις συνεχέσι κατελάμβανον. Καὶ ταῦτα αἱ πάνυ παλαιαί. Τῶν δὲ Ἀττικῶν γυναικῶν τὴν τρυφὴν [7] Αἰσχοφάνης λεγέτω.

digitis suspendere ac binos ac ternos auribus, fœminarum gloria est. Hinc puto liquere, cur *Noster* dixerit, μακρὰ, *oblongas* in aures. Juvenal. *Satyr.* VI.

Auribus extensis magnos commisit elenchos.

KUHN.

5 Τῶν δὲ χιτώνων] Eustat. ΙΛ. Ε. πρόσθεν ἐν τοῖς ῥήθεσιν ἐφίρει αἰ παλαιαὶ γυναῖκες, δι' ἧς τὸ κεχνὶς δ' πέπλε συνήγετο, Δωρέων καταρξάντων δ' τοιούτε ἱματισμε. Φησὶ γὰρ Ἡρόδοτος γυναικείαν ἐσθῆτα Δωρίδα, τὸ ἔχεσαι περόνας. τοιαύτη δὲ φησὶν ἡ ἀρχαία πᾶσα ἐσθὴς τ γυναικῶν. & mox. ἔστι γε πέπλος καὶ ἐνταῦθα γυναικεῖος χιτὼν, ὃν οὐκ ἐνεδύοντο, ἀλλ' ἐπέροντο, καὶ τ περόνης ἀρθείσης καταῤῥέων αὐτὸς εἰς τὸ ἔδαφος φαίνε. Pollucem hoc genus arbitror χιτῶν vocare *lib.* VII. *cap.* 13. ὁ χιτὼς χιτῶν inquit περόναις καὶ τὰς ὤμους διῆρτο. SCHEFF.

6 Περόναις] De his fibulis vide Herodot. *lib.* V. *cap.* 87. Notandum etiam est, distingui hoc loco à se invicem συῤῥάπτειν *consuere* & περόναις καταλαμβάνειν *vel* συμπερᾶσθαι, *fibulis constringere*, Est quidem περόνη species ῥαφῆς *suturæ* & eundem fere usum cum acu sarcinatrice exhibet, & sæpius amicè conspirant, si scilicet tunica habuerit ῥαφὴν, *suturam*, περόναις, *fibulis* adstringendam. Nihilominus tamen bonis Autoribus, alia est περόνη, alia ῥαφή. Ita Hesychius, συμπεπᾶσθαι τ ῥαφαῖς συνειλημμένον καὶ τὰς ὤμους χιτῶνα, *insibulatum tunica, quæ non est consuta in humeris.* Salmasius τὸ μὴ textu ejicit, ut possit διὰ φιβλάσιον *notis in Vopiscum* p. 566. ubi de tunica ἀῤῥάφῳ Salvatoris disputat. confer Josephum *Antiq. Jud. lib.* III. *cap.* 8. KUHN. Differe Tunicis & multiplici *Fibularum* usu vide Rhodium *de Acia* cap. 5. PERIZ.

7 Αἰσχοφάνης] In *Thesmophoriazusis*, credo, non tamen iis, quæ hodie extant. Duos enim isto nomine comœdias edidit. Conferle Pollucem *lib.* VII. *cap.* 22. Meminit & Clemens loci alicujus ex prædicta hujus poetæ comœdia *Pædag.* II. 12. quem quia huc ipsum esse, certe plurima huc pertinenti complecti sentio, adscribam. Sic autem habet.

Μίτρας. ἀναδήματα, νίτρον, καὶ σιδήριον Κίσηριν, τροφίον, ὀπισθοσφενδόνην. Ὀπισθοκάλυμμα, φῦκος, ῥιδίαρίαν, Ὑπογεφύμματα, τρυφοκαλάσιριν, κεκρύφαλον, Ζῶμα, ἀμπεχόνιον, τρύφημα, πυρφῖες, Ξυσίδα, κιθῶνα. βάρβαρον, ἐγκύκλιον χιτῶνα &c.

SCHEFF.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Περὶ τ τῶν Συβαριτῶν, καὶ Κολοφωνίων, καὶ Κορινθίων τρυφῆς.

Ὁ μὲν [2] δημώδης λόγος καὶ εἰς παντας ἐκφοιτήσας λέγει, Συβαρίταις καὶ αὐτῇ

1 Κεφ. ιθ'.] Debet hoc caput cum superiore conjungi; & centies idem peccatum invenies,

CAP. XIX.

De Sybaritarum, Colophoniorum & Corinthiorum luxu.

Historia vulgaris, & in omnes pervulgata ait, Sybaritis & ipsi

αὐτῇ τῇ Συβάρει αἰτίαν τῆς ἀπωλείας γενέσθαι τὴν πολλὴν τρυφήν. Ἃ δὲ ἔστι τοῖς πολλοῖς γνῶριμα, ταῦτ' ἐγὼ ἐρῶ. [3] Κολοφωνίους, φασὶ, καὶ αὐτοὺς ἅμα τὴν πάνυ [4] τρυφὴν ἀπολέσθαι. Καὶ γάρ τοι καὶ οὗτοι ἐδήτι πολυτελεῖ [5] ἐθρύπτοντο, καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν χρώμενοι ὕβριζον. Καὶ ἡ τῶν [6] Βακχειαδῶν

nies, si totum opus legeris. FABER. Caput hoc cum superiori conjungendum censet Faber. Mihi aliter videtur vel ob præfatiunculam, quæ in capitis medio non temere solet usurpari. SCHEFF.

2 Δημώδης λόγος, *dictum vulgare*] Certum quidem est, dedisse Sybariticam luxuriam variis sane Proverbiis originem, immo & Vocabula, ab hoc Proprio Nomine formata, accepisse Appellativorum usum & significationem. Vide Suidam in *v.* Συβαριτικαῖς. Sed æque est certum τὸ λόγος in hisce locutionibus notare non *dictum* aliquod, ut vertebatur, sed *Historiam*, seu *Fabulam*, quæ vulgo fertur. Vide *supra cap.* 15. De Sybaritico autem luxu *infra* IX. 24. & XIV. 20. PERIZ.

3 Κολοφωνίους] Vide Theopompum apud *Athenæum lib.* XII. SCHEFF.

Κολοφωνίους] Populus hic est Gentis Jonicæ, quæ infamis fuit apud Græcos & Romanos nimio luxu. Colophoniorum autem luxuriam speciatim, etiam in Vestitu toto purpureo, qui illis temporibus rarus & pretiosissimus, demonstravit ex Variis Auctoribus Athenæus XII. *pag.* 526. addens, ἅμα δὲ τοιαύτῃ ἀγωγῇ ὑπὸ τυραννίδι καὶ στάσεσι γενόμενοι, αὐτῇ πατρίδι διεφθάρησαν, *per talem vitæ cultum tyrannide & seditionibus jactati una cum patria perierunt.* Τρυφὴν eorum, h. e. *petulantiam*, seu *insolentiam* in alios, satis declarat proverbium Græcorum, Κολοφώνια ὕβρις, quod vide apud Erasmum *Adag.* II. 1. 13. *Seditiones* illorum memorat etiam Aristoteles in *Polit.* II. 13. *Exitium* vero iis obvenisse à Lydis significat ibidem IV. 4. ubi

ipsi Sybari nimium luxum exitii fuisse causam. Ego verò ea in medium proferam, quæ vulgo cognita non sunt. Colophonios ferunt & ipsos per summam periisse luxuriam. Nam etiam illi splendidis vestibus superbiebant, & intemperantia mensæ etiam supra modum abutentes, ad injurias contumeliasque proclives erant. Sed & Bacchiadarum impe-

tradit eos opulentos valde fuisse *ante bellum cum Lydis.* Scilicet Gyges primus Mermnadarum Rex Lydiæ eorum Urbem cepit Herod. I. 14. Et dein iterum Alyattes, Pater Crœsi, equitatu eos, quo maxime valebant, spoliavit, & ita exsuperavit, Polyæn. VII. 2. 2. Paulo ante Sluisk. & Medicei pariter ἃ δὲ οὐκ ἔστι πολλοῖς γνώριμα, præterisso τοῖς. PERIZ.

4 Τρυφὴν] Luxus τὰ νεῦρα ψυχῆς *animæ nervos* ita emollit, ut sint *lorum in aqua.* Unde *Plato l.* III. *de Rep.* damnat. Συρακουσίαν τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, καὶ Ἀττικὰ πέμματα, καὶ Κορινθίαν κόρην, *mensam Syracusanam, Siculam obsoniorum varietatem, Attica bellaria, Corinthiam puellam*, ut pestes & barathrum publicæ salutis. Adde his Pythagoram, qui dixit, εἰσπέμπειν εἰς τὰς πόλεις πρῶτον τρυφὴν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ὕβριν, μετὰ δὲ ταῦτα ὄλεθρον, *Primum intrare in urbes luxum, postea saturitatem, deinde lasciviam, ad ultimum ruinam.* KUHN.

5 Ἐθρύπτοντο, *Superbiebant*] Retinui hanc versionem, ut satis commodam. Reverâ enim superbiebant, in & ex mollitie animi & corporis, molliter & delicate incedendo. Atque ita τρυφὴ *infra* XIV. 30. manifeste pro *superbia* & *arrogantia* Hominis, qui non contentus humana conditione pro Deo haberi volebat, caque gratia aves edocebat cantare suam Divinitatem. Et Lucian. *Dial. Mer. Joessæ*, θρύπτῃ πρὸς ἐμὲ, *injuria me afficis per insolentiam, vel fastum.* PERIZ.

6 Βακχειαδῶν] *Bacchis* Prumnidis fuit filius, ex posteris Aletæ Heraclidis. Ab eo nomen & familiæ *Bacchiadum*, qui imperium

ἢ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἀρχὴ, ἐπὶ μέγα δυνάμεως προελθοῦσα, ὅμως ἀφ' ὑπερβολῆς τρυφὴν, τὴν ἔξω γε μέτρου, καὶ αὐτὴ κατελύθη.

rium Corinthi tenuere. vide Heraclid. *de polit. Corinth.* & Smid. *ad Pynd. Olymp. Od.* III. *pag.* 307. SCHEFF.

Βακχειαδῶν ἀρχὴ *Bacchiadarum Regnum*] Malui *Imperium*, *Poteſtas*. Nam certe Bacchiadarum familia tunc, quando ejecta ex urbe eſt, per Annuos Magiſtratus, qui dicebantur *Prytanes*, ſummam poteſtatem Corinthi obtinuit. Herodotus eos per ὀλιγαρχίαν tenuiſſe Corinthum memorat. Vide eum V. 22. PERIZ. Confer Illuſt. Scaligerum in II. *Canon. Iſagog. pag.* 332.

imperium apud Corinthios, quum ad ſummum potentiæ gradum perveniſſet, tamen per immoderatam luxuriam diſſolutum eſt & illud.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Διονυσίου συλήσαντος τὰ τῶν θεῶν.

CAP. XX.

De Dionyſio ſacrilegia patrante.

1 Διονύσιος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησε 2 τὰ χρήματα. Τοῦ δὲ ἀγάλματος 3 τοῦ Διὸς περιεῖλε 4 τὴν ἐσθῆτα καὶ τὸν κόσμον, † ὃς ἦν, φασὶ, χρυσίου πέντε καὶ 6 ὀγδοήκοντα ταλάντων. Ὀκνούντων δὲ τῶν δημιουργῶν ἅψασθαι, ὅδε πρῶτος ἔκρουσε τὸ ἄγαλμα. Καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος περιεστύλησεν, 7 ἔχον καὶ αὐτὸ 8 χρυσοῦς βοστρύχους, κελεύσας ἀποκεῖραί τινα 9 αὐτό. Πλεύσας δὲ 10 εἰς Τροιζηνίους, τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος

† ὅσος

Dionyſius ex omnibus Syracuſarum templis per ſacrilegium pecuniam abſtulit. Statuam Jovis veſtitu & ornamentis ſpoliavit, quæ erant auri octoginta quinque talentorum

πολλῶν, *refertum donariis multis*. Vide & quæ *infra ad* XI. 5. notavimus. PERIZ.

1 Διονύσιος] Dionyſio Patri Auctor ſacrilegia hoc capite recenſita tribuit. cum ipſo Cicero quoque facit *lib.* III. *de Naturâ Deorum*. Clemens autem ὁ Ἀλεξανδρεὺς, Διονύσιος μὲν, inquit, ὁ πρεσβύτερος &c. quod *Arnobius* rddit *lib.* VI. *adverſus Gentes*; *Dionyſius ille*, *ſed* junior, *cum velamine aureo ſpoliaret Jovem*, *& pro illo laneum ſubderet*. *jocularibus etiam facetiis ludens*; *cum eſſe illud in rigoribus algidum*, *hoc vaporum*, *oneroſum illud in æſtatibus diceret*, *hoc rurſus ſub ardoribus flabile*. Hoc ſententiarum divortium dudum vidit P. Victorius *Var. Lect. lib.* XXI. *cap.* 10. KUHN.

2 Τὰ χρήματα] Minus recte *Pecuniam* verſiſſe Interpretes, & accipiendum hoc potius de ſacra Templorum ſuppellectili docuit Excellentiſſ. Grævius in *Elegantiſſimis ad Heſiodum Notis* Ἐργ. 402. Et ſine dubio intelliguntur donaria quæcunque, & ornamenta Deorum, ex argento vel auro facta, ut liquet ex ſequentibus, & ex Diod. Sic. *lib.* XV. *pag.* 465. ubi Dionyſius dicitur χρημάτων ἀποκεκλῶν ſpoliaſſe templum γέμων ἀναθημάτων

3 Τοῦ Διὸς] Per excellentiam ſic dicti, hoc eſt Olympici Jovis. Lactantius *lib.* II. *cap.* 4. *cum Jovi Olympio aureum amictum detraxiſſet*, *laneum juſſit impoſui* : Et hoc nolle voluit articuli adjectione. SCHEFF.

4 Τὴν ἐσθῆτα] Sic Apollo, Carthagine a Romanis oppreſſa, *Veſte aurea* fuit nudatus. Valer. Max. I. I. 3. *ext.* Sed & Delii Apollinis ſtatua marmorea *Pallium* habuit. Vide Sponii *Iter Tom.* I. *pag.* 138. Intelligitur hic autem Jupiter Olympius, qui hoc nomine Syracuſis templum habuit. Ne putes, quod fecit Cicero, accidiſſe hæc in Peloponneſio Jovis Olympii templo. Vide Amplifſ. Cuperum *Obſerv.* III. 10. PERIZ. Jovis ſtatuam in templo Olympiaco aureâ veſte ornatam fuiſſe teſtatur Pauſanias *lib.* V. *cap.* 11. χρυσῆ δὲ καὶ τὰ ὑποδήματα τοῦ θεοῦ· καὶ ἱμάτιον ἐπ' αὐτοῖς ἐστί.

5 Ὅσον λῶ φασι] Pro ὅσον legit Geſnerus ὅσος: miror. Legendum enim ὅσις. Mox ubi vulgo editur ἔχον καὶ emendatione opus eſt, legendumque

ἔχον δὴ. FABER. Geſner. ὅσος. Faber ait legendum, ὅσις: in MS. B. eſt ὅς, id quod retinendum videtur. SCHEFF. Benè MS. ὃς, nam terminatio ον otiosè inculcatur ex præcedenti κόσμον. KUHN.

5 Ὅσον λῶ] Corruptum hoc, atque ideo Geſnerus voluit ὅσος, Faber ὅσις. Sed recipere non dubitavi ὃς, quod Schefferus in MS. B. Ego in Lugd. inveni, & Ille una cum Cl. Kuhnio approbavit. Mox ut MS. A. ſic & Sluisk. habet ἑβδομήκοντα. Adde utrumque Mediceum Ceterum Geſneri conjectura, legentis ὅσῳ, probari forſan poſſit ex Suida, qui in *v.* Περιέσπασαν ſimilia verba, & ex Æliano quidem, adfert, τὸ βωμὸν ἀνέστρεψαν, καὶ τὸν κόσμον, ὅσῳ ἦν περικείμενος, τοῦτον περιέσπασαν, *aram ſubverterunt*, *& ornatum*, *quantuſcunque erat*; *Dicunt fuiſſe auri quinque & octoginta talentorum*. Sed longe ſimplicius eſt & rotundius, quod ex Lugd. Codice expreſſi. PERIZ.

6 Ογδοήκοντα] MS. A. ἑβδομήκοντα. SCHEFF. Hiſtoriam haber Val. Maximus *lib.* I. quem vide, quosque ibi citat Lipſius. KUHN.

7 Ἔχον καὶ] Emendat Faber ἔχον δὴ, ſed non neceſſe videtur. imo illud καὶ potius ſervit emphaſi. SCHEFF. Similis emphaſis καὶ in *præced. cap.* καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ καὶ ὑπὲρ τὸν χρείαν χρώμενοι, *& menſæ deliciis etiam ultra omnem modum abuſi laſciviebant*. KUHN.

8 Χρυσοῦς βοστρύχους] Κόμας alias appellant, unde cognomentum Apollinis χρυσοκόμου. Fuerunt autem radii, quibus caput hujus dei veteres exornabant. SCHEFF. *Cincinnos*. Fuit enim ſimulachrum Apollinis, ut notum eſt, comâ intonſa obſitum, ut Deaſtrum ἀκειροκόμου rite exprimeret, & Solis comas aureas, id eſt, radios repræſentaret. Macrob. *Saturn. lib.* I. Apulejus in *Floridis*. KUHN.

Χρυσοῦς βοστρύχους] Intelligit ſine dubio intonſos, hoc eſt, promiſſos crines Apollinis, qui & idcirco *Intonſus* à Latinis dicitur. Ovid. *Metam.* XII. 585.

Talibus Intonſum compellat Sminthea dictis.

Horat. *Odar.* I. 21. *Intonſum*, *Pueri*, *dicite Cynthium*, ubi vide Torrentium. Sed inprimis velim videas apud Fulv. Urſinum in *Familiis Rom.* Calpurniæ Gentis *Tabulæ* I. *Nummos* I. 2. 3. 4. 5. & Valeriæ *Tab.* I. *Nummos* I. 2 3. ubi *Cincinni* Apollinis clariſſime ſunt expreſſi. Cæterum alii Auctores, Cic. *de Nat. Deor. lib.* III. & Valer. Max. I. I. *ext.* 3. tradunt Dionyſium Æſculapio *auream* abſtuliſſe *barbam*. Haud dubie fecit utrumque. Fabrum quid moverit neſcio, ut maluerit hic legere, ἔχον δὴ αὐτῷ χρυσοῦς &c. pro καὶ αὐτὸ. Quum ita paſſim Noſter, & *ſuperiori Capite* bis, de Colophoniis, & Bacchiadarum ἀρχῇ. Refertur autem καὶ αὐτὸ non ad βοστρύχους, ſed ad χρυσοῦς, ſiquidem hi Cincinni æque erant *Aurei*, ac ſuperior ille ornatus Jovis. In proximis κελεύσας ἀποκεῖραί τινα αὐτὸ, ſi abeſſet illud αὐτὸ, minime deſideraretur, & poſſit videri vel ex gloſſa ortum, vel per ſocordiam ex repetitione ſuperioris αὐτὸ. PERIZON.

9 Αὐτὸ. Πλεύσας] Parenti meo legendum videbatur Ἀποπλεύσας Pronomen αὐτὸ enim hoc loco plane redundat.

10 Εἰς Τροιζηνίους] Imo Τυρρηνίους Ariſtoteles *lib.* II. *Oecon.* εἰς Τυρρηνίαν τε πλεύσας νοσῶν ἐκομᾶτο, ἔλαθεν ὢν ἐν Σ τὰ Λευκοθέας ἱερᾷ χρυσοῦν τε καὶ ἄργυρον πολύν. Per Τυρρηνίαν tamen cave hic intelligas regionem totam Italiæ, ſed navalia Agyllæ, quæ urbs ejus, ubi & templum, quod expilare quærebat. Diodorus Siculus *lib.* XV. Διονύσιος χρημάτων ἀποκεκλῶν ἱερῶν ἐπέστευσεν ἐπὶ Τυρρηνίαν, ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα. φοβούμενοι μὲν φίλοι τὸν τῶν

πόλλωνος, καὶ τῆς Λευκοθέας ἅπαντα ἐσύλησε χρήματα, τὴν τράπεζαν τὴν ἀνακειμένην ἀργυρᾶν τῷ Ἀπόλλωνι τράπεζαν κελεύσας ἀφελεῖν, [11] Ἀγαθοῦ Δαίμονος [12] τῷ θεῷ διδόντας πόποσιν.

CAP.

pollinis & Leucotheæ vasa abripuit, mensam argenteam adstantem Apollini jubens auferre propinantes Deo poculum *Boni Dæmonis*.

ΚΕΦ.

λησῶν καταλύσιν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ συλήσων ἱερὸν ἄμοι, ἐγὼ μὲν ἀναθημάτων πολλῶν, καὶ διφυρμένον δὲ ἐν ἐπιστέγῳ πόλεως Ἀγύλλης Τυρρηνίδος. τὸ δὲ ἐπίνειον ὠνομάζετο πύργοι. SCHEFF. Videram mendum esse in hoc loco, sed Schefferus Vir doctus & diligens illud prior aperuit. neque enim *Troezenii* hic esse debent, sed *Tyrrheni*, quod ex veteri historia clarum est: tamen non debuit Vir Doctus scribere Τυρρηνίας sunt enim *Tyrheni* non *Tyrrhenii*. FABER.

Εἰς Τροιζηνίας] Nihil hic mutant MSti, & idcirco neutiquam adsentior Eruditis, qui hæc, ut mendosa, corrigunt, & malunt ex Aristotele Τυρρηνίας. Nec enim verisimile, Librarios notius hoc & celebrius vocabulum mutasse in minus celebre Τροιζηνίας. Si quid hic peccatum, culpa ejus penes ipsum foret Auctorem potius, vel Eos quos sequitur. Sed nullus dubito, erratum à librariis Aristotelis, & ibi legendum ex Æliano Τροιζηνίαν pro Τυρρηνίαν. Nam licet ex Diodoro Sic. *lib.* xv. constet, Dionysium etiam Tyrrhenæ Urbis, Agyllæ scilicet, Templum, sed cujus Dei aut Deæ, incertum, explicavisse; tamen hæc, quæ Ælianus refert, acta videntur potissimum in Græcia, & inter Græcos, quorum utique Dea erat *Leucothea*, & quibus usitata fuit Ἀγαθοῦ Δαίμονος πόποσις, quando removebatur Mensa: quæ pariter à Tyrrhenis, vel in Tyrrhenorum Remp. & Mores redactis, ut fuerunt jam olim Agyllæi, originem cæteroqui suam à Pelasgis repetentes, aliena sunt. Porro autem Trœzene Templum revera fuit *Apollinis*, omnium in Græcia antiquissimum, teste Pausania in *Corinth.* cujusmodi Templa adeo antiqua, erant etiam plerumque opulenta prorsus. Inde vero Urbs ipsa dicta quoque fuit Ἀπολλωνιάς. Vide Stephanum, & Eustath. *ad Il.* β. Maxime tamen Neptuno fuit sacra, ἱερὰ Ποσειδῶνος, atque inde etiam Ποσειδωνιὰς dicta. Eustath. *ibid.* & Strabo *lib.* VII. Jam autem verisimile satis, in Urbe Neptuno Sacra, Templum quoque habuisse *Leucotheam*, Deam quippe Marinam. Nam Ἰνὼ (quæ est *Leucothea*) θεῶν εἶναι τῶν θαλασσίων, ait Pausanias in *Bœotic.* Sed tamen neque in Aristotele nunc quidquam mutari velim, siquidem & Polyænus v. 2. 21. diserte ait Dionysium πλεύσαντα εἰς Τυρρηνίαν *quum navigasset in Tyrrheniam, spoliavisse* τὸ τῆς Λευκοθέας ἱερὸν. Quapropter Utriusque Auctoris, Aristotelis & Æliani, lectionem fidei MStorum permittendam censeo. PERIZ.

[11] Ἀγαθοῦ δαίμονος] Solebant Græci cœna jam peracta poculum mero plenum circumferre, in gratiam Bacchi pro reperto vino & hilaritate inde generi mortalium allata, idque ἀγαθοῦ δαίμονος appellare. Athenæus *lib.* XI. οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν θείῳ δείπνου ἀκράτῳ σπένδουσιν ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιφωνοῦσι δαίμονα, τιμῶντες τὸν ὑγιεῖ δαίμονα· ὃν δὴ ἔστιν ὁ Διόνυσος. Inter bibendum vero mensam auferri mos erat. Testis Nicostratus apud prædictum auctorem: & Scholiastes *Aristophanis in Equitibus:* ἀειρομένης τῆς τραπέζης μετὰ τὸ δεῖπνον, ἄκρατον ἐξεφέροντο, ἢ ἐκαλεῖτο ἡ κρᾶσις ἀγαθοῦ δαίμονος. Astute igitur servato hoc more Dionysius Apollini ἀγαθοῦ δαίμονος propinat, mensamque ejus argenteam auferri jubet. Quem interpres sensum hujus loci protulit, non intelligo. Puto autem cum τὸ διδόντος decepisse, quod ad ἀγαθοῦ δαίμονος referebat. Et sic quisquis primam meliorem que hujus loci lectionem depravavit: ignorans ἀγαθοῦ δαίμονος à Græcis simpliciter ultimam eam cœnæ nominari potionem. Unde & ab Hesychio Ἀγαθοδαιμονισταί, οἱ ὀλιγοπότται, quasi qui statim ultimum illud poculum petant. Quare pro διδόντας, δίδες scribendum, & de Dionysio accipiendum est. Athenæus *dicto loco*, ὅτι ἡ δοκοῦσα τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος κρᾶσις ἦν· ὃν βασιλεύειν τὰς τραπέζης ἔδειξε λαβὼν τὸ αὐτοῦ ἀστρολάβιον ὁ Σικελιώτης Διονύσιος. Τοῦ γὰρ Ἀσκληπίου ἐν ταῖς Συρακούσαις ἀνακειμένης τραπέζης χρυσῆς, ἐστεφανωμένης αὐτὴ ἄκρατος ἀγαθοῦ δαίμονος ἐκέλευσε βασιλεύειν τῶν τραπέζων. Aristoteles *Oecon.* II. *circa finem.* Διονύσιος τὰ ἱερὰ σκεύη περιζευνύμενος, εἰ μὲν τράπεζαν ἴδοι τὸ ἀνακείμενον χρυσῆν ἢ ἀργυρᾶν ἀγαθοῦ δαίμονος κελεύσας ἐγχέαι, ἐκέλευεν ἀφαιρεῖν. Paulo aliter hanc rem *Cicero*, quique eum exscripsit, Maximus Valerius enumerant. Ciceronis verba hæc sunt *lib.* III. *de Natura Deorum. Jam mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri, quod more veteris Græciæ inscriptum esset, bonorum Deorum, uti se eorum bonitate velle diceret.* Scimus priscis usitatum fuisse, titulos donariis inscribere, qui causam dedicationis continerent. Et fortasse etiam sub isto nomine multa sustulit. Priora tamen magis placent. SCHEFF. Res plane ridicula est & mihi & aliis visa: quare non possum non probare quod in hunc locum scripsit J. Schefferus, legendum scilicet non διδόντος, sed διδές. ita ut ad Dionysium referatur: cum enim poculum *Boni Genii* propinatum fuerat, tum mensæ tollebantur. res est notissima, neque pluribus verbis explicanda sit. FABER.

[12] Τῷ θεῷ διδόντος] Τὸ διδόντος non habet, quo referatur, nisi legeris Ϝ θεῷ διδόντος *Deo dante poculum Boni dæmonis.* Nam ac si jam poculum *boni Genii vel eventus* Apollo convivis suis infundi jussisset, mensam in medio positam Dionysius tolli voluit pro more tralatitio. Quoties autem ᾧ locum Ϝ ἕ invadat, nemini obscurum poterit esse, qui Venetas & Basilienses editiones Græcorum codicum inspexerit. KUHN. Vel unicus hic locus certissimo declarat indicio, quam ad nullos unquam MStos recensitus castigatusque sit Ælianus, post primam illam Ed. Romanam Camilli Perusci, quam omnes ubique sequuntur sine ulla contextus emendatione. Illa enim nobis dedit hanc Lectionem, quam retinuerunt Reliquæ; Vultejus etiam expressit ita, *quam Fortuna quædam prospera propinationum causa, Deo donaverat.* A Gesnero est versio recepta, *super qua Bonus*

Genius Deo propinabat. At ostendit jam clarissime Eruditissimus Schefferus, ferri non posse hanc sententiam. Nec enim *Bonum Genium*, seu Ἀγαθὸν Δαίμονα, *propinare Deo*, sed ipsam propinationem dici Ἀγαθοῦ Δαίμονος, & fieri post cœnam, quando jam Mensa tollitur. Consentiunt itaque nunc omnes corruptam esse hanc Lectionem, & Schefferus quidem, probante Fabro, corrigit διδές. Sed nimium id recedit à literis, quas hic reperimus. Ergo Cl. Kuhnius maluit, Ϝ θεῷ. At quem non offendant tot, & quidem diversæ Syntaxeos, Genitivi ita conjuncti. Præterea Propinatio per jocum poterat ad Deum vel statuam fieri, at in ipsa statua nihil erat, quod istam propinationem simularet: neque porro Deus adigi poterat ad *eam dandam* vel faciendam. Quid vult? Dudum jam in explicando hoc loco monui, legendum esse διδόντας, idque nunc firmari video MSto Sluiskiano, qui omnibus id literis exhibet. Lugdunensis haud dubie idem faceret, nisi compendio scriptionis, quo æque τες, ac τες vel τος, potest designari, uti maluisset. Nec dubito, quin tale compendium hic imposuerit Perusco, qui id per Genitivum expressit, quia putabat referendum ad Ἀγαθοῦ Δαίμονος, & illam Ἀγαθοῦ Δαίμ. πρόποσιν ignorabat. Cæterum sensus est, Dionysium jussisse, illos, dum mensam auferrent, propinare Deo poculum illud Ἀγαθοῦ δαίμονος. In Notis porro Schefferi perperam exponitur Hesychius, quasi Ἀγαθοδαιμονισταὶ idcirco dicantur οἱ ὀλιγοπότται, quod statim petant Ultimum illud Poculum; quum ea sit hujus appellationis ratio, quod ex illo poculo Ἀγ. δαίμονος pauxillulum singuli biberent, ὅπως ἐλάχιστον ᾖ τὸ πινόμενον, ut diserte ait Theophrastus apud Athenæum, quem vide *pag.* 693. PERIZ. Avus meus jam dudum viderat legendum διδόντας.

ΚΕΦ. CAP.

ΚΕΦ. κα'.

CAP. XXI.

Ισμηνίας αἰχύνης χωρὶς, πῶς Περσῶν βασιλεῖ προσεκύνησεν.

Ismenias sine turpidine Persarum regem quomodo adoraverit.

[1] Ισμηνίᾳ τοῦ Θηβαίου σοφὸν ἅμα καὶ Ελληνικὸν οὐκ ἂν ἀποκρυψαίμην ἔργον. Πρεσβεύων ὑπὲρ τῆς πατρίδος [2] πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν, ἀφίκετο μὲν, [3] ἐβούλετο ὃ αὐτὸς, ὑπὲρ ὧν ἧκεν, ἐντυχεῖν τῷ Πέρσῃ. Εφατο δὴ πρὸς αὐτὸν ὁ χιλίαρχος, [4] ὃ καὶ τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζων τῷ βασιλεῖ, καὶ τοὺς δεομένους [5] εἰσάγων. Αλλ', [6] ὦ ξεῖνε Θηβαῖε, (ἔλεγε δὲ ταῦτα [7] παίζων δι' ἑρμηνέως, Τιθραύστης δὲ ἦν ὄνομα τῷ χιλιάρχῳ) νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Περ-

Ismeniæ Thebani ſapiens ſimul, & planè Græcum factum ſilentio minime involverim. Is patriæ cauſa legatione ad regem Perſarum ſuſcepta venit, & voluit ipſe, de rebus, propter quas venerat, Perſam convenire. Chiliarchus itaque, qui pariter res nunciatas ad regem perferre, & rogantes introducere ſolebat, dixit ad eum. Verùm, ô Thebane hoſpes, (hæc autem joco loquebatur per interpretem; Nomen erat Chiliarcho Ti-

1 Ισμηνίᾳ] Plutarchus in *Artaxerxe*. Meminit ejus & Suidas. SCHEFF.

2 Πρὸς βασιλέα τ῀ Περσῶν] Eſt hic Artaxerxes Mnemon, ad quem legatus fuit Iſmenias poſt Leuctricam pugnam. Tithrauſtes Chiliarchus, qui deinceps memoratur, etiam occurrit in Hiſtoria Cononis, qui itidem ad hunc Artaxerxem à Pharnabazo fuit miſſus. Vide Nepot. in *Con. cap.* 3. Mox ut MS. A. Schefferi, ſic & Sluisk. & Mediceus uterque ὁ χιλίαρχος ἡ βυλὰς ἐισκ. τ῀ β. Sed rectius alii Codices Vulgatam tuentur. PERIZ.

3 Εβούλετο] MS. Mediceus ἐβουλεύετο. quod verbum eodem ſenſu uſurpavit Herodianus *lib.* I. *cap.* 16. πάντων ἑορταζόντων ὁ Κομμοδος ἐβουλεύετο οὐκ τ῀ βασιλέως, ὡς ἔθος, παρελθεῖν οἰκίας. & *lib.* VI. *cap.* 6. ὁ Αλέξανδρος ἐπανελθεῖν τε εἰς τὴν Αντιόχειαν ἐβουλεύσατο.

4 Ο καὶ τὰς ἀγγελίας] Obſerva hoc Chiliarchi munus apud Perſas. Et ideo, antequam ad regem ipſum veniretur, illum compellare moris erat. Cornel. Nepos *vita Cononis cap.* 3. *Canon a Pharnabazo ad regem miſſus, poſtquam venit, primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, qui ſecundum gradum imperii tenebat, Tithrauſten acceſſit, ſeque oſtendit cum rege colloqui velle, nemo enim ſine hoc admittitur.* Adde Plutarch. in *Themiſtocle.* Pro prædictis autem in MS. A. legitur ὁ χιλίαρχος ὁ καὶ βυλὰς καὶ τὰς ἀγγελίας εἰσκομίζων, ut βυλαὶ ſint ſenatores. SCHEFF. Εισαγγελεὺς Græcis dicitur, ut puto, quem hîc Noſter deſcribit, vel etiam εἰσαγωγεύς. Plutarch. in *Alexandro.* Suidas in Εισαγωγεύς. Heſychius de his Chiliarchis, Αζαραπατῆς, inquit, οἱ εἰσαγγελεῖς τ῀ Πέρσαις. An Heſychii Αζαραπατῆς ſunt אחשדרפנים id eſt, *majeſtatis janitorès* ſecundum Ludovicum de Dieu, quorum mentio fit *cap.* 3. *Eſth.* KUHN.

5 Εἰσάγων] Hinc proprie tales dicebantur Εισαγωγεῖς, & Εισαγγελεῖς apud Græcos, ut apud Perſas, teſte Heſychio, Αζαραπατῆς, quod videtur compoſitum ex עורה *Atrium*, & פתח *Aperire.* PERIZ.

6 Ω ξεῖνε] Debuerat dixiſſe ὦ ξένε, ſed Tithrauſtes Ionice loquitur. nil itaque mutandum. FABER.

7 Παίζων] Nihil mutant MSti, nec Mei, nec Regii. Suſpecta tamen vox, quum nihil in hac allocutione vel minimam *jocantis* aut

σῶν, ἢ εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. Εἰ τοίνυν αὐτὸς [8] ἀφ' σαυτοῦ συγγενέσθαι θέλεις αὐτῷ, ὥρα σοι, τὰ ἐκ τοῦ νόμου ποιεῖν· εἰ δὲ μὴ, τὸ αὐτό σοι τοῦτο καὶ δι' ἡμῶν ἀνυσθήσεται, καὶ μὴ προσκυνήσαντι. Ο τοίνυν Ισμηνίας, Αγε με, εἶπε. Καὶ προσελθὼν καὶ ἐμφανὴς τῷ βασιλεῖ γενόμενος, περιελόμενος τ῀ δακτύλιον, [9] ἔρριψεν ἀδήλως παρὰ τοὺς πόδας, οὗ ἔτυχε φορῶν, καὶ ταχέως [10] ἐπικύψας, ὡς δὴ προσκυνῶν, πάλιν ἀνείλετο αὐτὸν, καὶ [11] δόξαν μὲν ἀπέστειλε τῷ Πέρσῃ

Tithrauſtes) lex eſt Perſis recepta, ut is, qui in conſpectum Regis venit, non ante ad ſermonem cum eo ſerendum admittatur, quàm eum adoraverit. Quod ſi igitur vis ipſe per Te eum adire, curandum tibi, ut, quod lex jubet, peragas. Sin minus, idem illud tibi per nos præſtabitur, etiam non adoranti. Iſmenias verò, Duc me, ait. Quum autem acceſſiſſet, & in conſpectum Regis veniſſet, annulum, quem geſtabat, digito detractum, clam abjecit ad pedes, confeſtimque procumbens, tanquam adoraret, ſuſtulit eum iterum,

aut *illudentis* ſpeciem præ ſe ferat. Quid? ſi legas πειράζων, vel potius πείθων aut πείσων, quod ſæpe ſignificat ſimpliciter *ſuadere*; Sic II. 6. Crito veniens ad Socratem in carcerem, ἔπειθεν αὐτὸν ἀποδρᾶναι, *ſuaſit ei, ut fugeret.* PERIZ.

8 Διὰ σαυτοῦ] MS. Lugd. habet δι' ἑαυτοῦ, quod verum arbitrer, ſed corruptum à Librariis aliorum codicum, quia non fuit intellectum ab iis. Solet autem Reciprocum hoc ita ad omnem adhiberi Perſonam. Ad Secundam uti hic, ſic & *infra cap.* 34. εἶτα πλημμύρεις τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ τ῀ υἱὸν ἀποθνήσκοντα ὑπομένειν. *Actor. Ap.* XIII. 46. ἐπεὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τ῀ αἰωνίου ζωῆς. Sic ad Primum pro ἐμαυτοῦ, *infra cap.* 32. ἑαυτῷ κράπεσα χωρήσαμι. Epict. *Enchir. cap.* 10. μηδέποτε ἄλλως αἰτώμεθα, ἀλλ' ἑαυτοὺς, καὶ τὰ ἑαυτῶν δόγματα. Sicuti vero hic per imperitiam librariorum in hac voce peccatum videtur, ſic ſæpe factum certe alibi. *Infra* XII. 1. Πῶς τολμήσω Παφυσάπιδος ἄξιον δῶρον ἀποθέσθαι αὐτῇ. Varie hæc tentant Eruditi, ſed veriſſime Kuhnius legit αὐτῇ. Clem. *Ep.* I. *ad Corinth. p. m.* 34. Χρησόμεθα αὐτοῖς καὶ τῶν ἐυσπλαγχνίαν καὶ γλυκύτητα τὴ ποιήσαντος ἡμᾶς. Ubi in margine notatum eſt. *forte* ἀλλήλοις, ſed lege extra controverſiam αὐτοῖς, h. e. *erga nos invicem.* Sic in *Ep.* II. *pag.* 146. Ωσε ἐν οὐ τοῖς ἔργοις ἀυτὸν ὁμολογῶμεν οὐ τ῀ ἀγαπᾶν αὐτὸς. Vertitur, *diligendo eum*, quaſi legiſſent ἀυτὸν. Sed lege ἀυτὸς, & omnia erunt liquida ac clara. PERIZ.

9 Ἔρριψεν ἀδήλως τοὺς πόδας] MS. Mediceus, ἀφῆς τοὺς πόδας.

10 Επικύψας] Ritu Perſicæ προσκυνήσεως. Tanta gentis hujus erga reges ſuos erat veneratio. Igitur & Deos appellabant. Æſchylus in *Perſis.* Τόν τε δαίμονα Δαρεῖον ἀνακαλεῖσθαι. Scholiaſtes. ὡς θεὸς γὰρ ἐτιμᾶτο Πέρσαις τιμᾶται. Quatenus ad civilem prudentiam hæc pertineant, vide in ſubtiliſſima *diſſertatione* Viri Celeberrimi, Præceptoriſque noſtri ſimul ac hoſpitis obſervandi I. H. Bœcleri, quam nuper *de Auſpicio Regio* in publicum emiſit. SCHEFF.

11 Δόξαν μὲν ἀπέστειλε] Nil equidem mutari velim; ſed tamen, ſi res integra ſit, malim dicere παρέιχε, quam ἀπέστειλε. FABER.

Δόξαν ἀπέστειλε] Hæc lectio in mendo cubat. Neque enim Græce ſatis dicitur ἀποστέλλειν δόξαν, *emittere opinionem.* lego ἀπέτελεν δ. *dedit*, *implevit opinionem*: ἀποτελεῖν hic idem eſt, quod ἀποπληροῦν, ἀπαρτῆσαι, *peragere*, *perficere.* vide Heſychium in his vocibus. Eo ſenſu Arrianus *l.* IV. *de Exp. Alex.* καὶ τὰ τ῀ προσκυνήσεως ἐπιτελῆ αὐτῷ Καλλισθένει ἐγίνετο, ὃν *Calliſthenes quaſi adoratione defunctus evaſiſ-*

Πέρσῃ προσκυνήσεως, ὃ μὴν ἔδρασεν οὐδὲν τῶν [12] ἐν τοῖς Ελλησιν αἰσχύνην φερόντων. Πάντα οὖν ὅσα ἠβουλήθη κατεπράξατο, οὐδὲ ἠτύχησέ τι ἐκ τοῦ Πέρσου.

set., Alexandro non advertente &c. KUHN.

Δόξαν μὲν ἀπέσειλε] Sic pene ἀποστέλλειν τέρατα, XII. 57. οἱ μὲν θεοὶ σημεῖα αὐτοῖς καὶ τέρατα ἀπέστειλον. Similiter λόγον, *Actor.* X. 36. τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ. Denique δρέπανον, Marc. *Euang.* IV. 29. ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον. Cl. tamen Kuhnius malit hic ἀπτίλεσε. h. e. *dedit*, *implevit opinionem:* at Bern. Homœtius, Eccleſiaſtes Amſtelædamenſis, Vir Græcæ L. Peritiſſimus, ἐπίησε, h. e. *præbuit*. Sed mutavit ſententiam Kuhnius in *Indice v.* Δόξα, vulgatam iſtic aſſerens lectionem ex ipſius Æliani *Hiſt. An. lib.* I. Locus ille occurrit *cap.* 15. ubi ait, ἡ καρὶς οὖν ἐκ κινεμένη, εἶτα μέν τοι δόξαν τινα ἀποστέλλει μεμαίνης παρείναι &c. *ſquilla vero, mota opinionem præbet, ac ſi intrare velit.* PERIZ.

12 Ἐν τοῖς Ελλησιν] In tantum Græci libertatis erant ſtudioſi. Unde Conon loco ſupra laudato: *Vereor ne civitati meæ ſit opprobrio, ſi, cum ex ea civitate ſim profectus, quæ cæteris gentibus imperare conſueverit, potius barbarorum, quam illius more fungar.* Et Chiliarchus ad Themiſtoclem de eodem more lo-

quens apud Plutarchum. ὑμᾶς μὲν ἐλευθερίαν μάλιστα θαυμάζειν καὶ ἰσότητα, λόγος. ἡμῖν δ' πολλῶν νόμων κάλλιστος, τὸ τιμᾶν βασιλέα. adde Maximum Valerium *lib.* VI. *cap.* 3. *exter.* 2. Senecam *de benef. lib.* III. *cap.* 12. SCHEFF.

Ἐν τοῖς Ελλησι αἰσχύνῃ] Adoratio, quæ proſtrato humi corpore exhibetur, Græcis pudenda & δουλοπρεπὴς, *ſervilis*, viſa eſt. vide Calliſthenis orationem contra eam apud Arrian. *p.* 264. & *ſeq.* quâ Alexandrum adeò offendit, ut poſtea eum quaſi inſidiarum in ſe conſcium indignis modis è medio ſuſtulerit. Prohibuit etiam, ne Macedonibus amplius ſui adoratio proponeretur, cognito, quod morem illum Perſicum dedignarentur addiſcere. Dabo ipſa Arriani verba ut vitium, quod illis inolevit, pro viribus tollam. τοῦτο γνόντα Αλέξανδρον, πέμψαντα κυκλῶσαι Μακεδόνας μεμνῆσθαι ἔτι τῆς προσκυνήσεως. quis dubitet legendum? κωλῦσαι, ὡς M. *prohibuiſſe, apud Macedones mentionem ulterius facere adorationis.* Hæc puto cum hiſtoria Doricè, ut ajunt, concinere, ut conſideranti facile patebit. KUHN.

ΚΕΦ. κϚ'.

Δῶρα τὰ διδόμενα παρὰ Περσῶν βασιλέως τοῖς πρεσβευταῖς.

Δῶρα τὰ ἐκ βασιλέως διδόμενα τοῖς παρ' αὐτὸν ἥκουσι [1] πρεσβευταῖς, εἴτε

1 Πρεσβευταῖς] Imo aliis quibuſque quos ſingulariter volebat honorare. Patet exemplo Artaxerxis apud Plutarchum, qui Mithriditatem ob perlatum ad ſe de cæde Cyri nuntium, ſicut ipſi credi voluit revera ob in-

CAP. XXII.

Munera quæ Perſarum Reges Legatis ſoliti ſunt largiri.

Munera, quæ Rex dono dabat, venientibus ad ſe Legatis, ſive

terfectum eum, ita eſt remuneratus. Unde Paryſatis eunuchus ad eum: Ὡς καλὸν μὲν ἐδῆτά σοι ταύτην Μιθριδάτης ὁ βασιλεὺς δέδωκε, καλὰ δ' τρωτὰ, πολλῷ δ' ἄξιον ὁ ἀκινάκης. Et Xenophon *lib.* I. *exped. Cyri* de Artapete, εἶχε ἀκινά-

εἴτε ἀφ' ἑαυτῶν Ἑλλήνων ἀφίκοιντο, εἴτε ἑτέρωθεν, τάδ' ἦν. Τάλαντον μὲν ἑκάστῳ Βαβυλώνιον [2] ἐπισήμου ἀργυρίου. [3] τάλαντα ϟ, φιάλαι δύο ἀργυραῖ. Δύναται ϟ τὸ τάλαντον τὸ Βαβυλώνιον

ἀκινάκλου χρυσοῦν καὶ στρωτὸν ϟ ἐφόρει καὶ ψέλια καὶ τἄλλα, ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν. Adde ex Sacris Danielem Prophetam *non uno loco.* SCHEFF.

2 Επισήμου ἀργυρίου, *Argenti Præſtantiſſimi*] Miror ita hæc in omnibus verti Editionibus, nec verbo moneri ejus verſionis vitium, niſi quod Geſnerus in Margine ſuo, & ſecutus eum Tornæſius, notarint hæc verba, *Signati, forte. Locus eſt obſcurus.* Omnino autem ita accipienda erant Græca, nec ulla in hoc loco eſt obſcuritas. Eſt enim ἐπίσημον ἀργύριον revera *argentum ſignatum*, ſeu *Nummi*, & opponitur hic argento facto, ſeu *phialis.* Res eſt certa. Vide Salmaſium *ad Lamprid. in Alex. Sev. cap.* 33. Cui adde Schol. *Euripidis ad Hecub.* 379. κυρίως Επίσημον ἀργύριον, τὸ κεχαραγμένον. Ασημον, τὸ μὴ κεχαραγμένον. Sic Latini *Signatum.* Iſidorus XVI. 17. *Tria ſunt genera Argenti, & Auri, & Aeris, Signatum, Factum, Infectum. Signatum eſt, quod in Nummis eſt, Factum eſt, quod in vaſis & ſignis, Infectum, quod in maſſis.* PERIZ.

3 Τάλαντα ϟ, φιάλαι δύο] Locus cujus ne qualemcunque etiam ſenſum interpres dare potuit. Quid enim eſt; *Talenta vero, duæ argenteæ phialæ?* Neque clarior redditur, etiamſi interponas *fuerunt*, ut ab emendatore factum. Ego ita explico: dedit etiam cuique phialas duas, quarum una quævis habuit pondo centum & viginti. Τάλαντον profecto Polluci *lib.* X. *cap.* 6. eſt καὶ σταθμῆ τι ὄνομα. Euſtath. *Iliad. B.* Τάλαντον σημαίνει καὶ τὸ σταθμώμενον πρᾶγμα. Hinc apud Ariſtophanem in *Lyſiſtrata.* ἥκουσα ἄνδρας ἔρρειν σελίχη φέροντας ὡς τεταλάντου βάρος Et apud eundem in *Centauris*, referente ante dicto Polluce. λίθος δεκατάλαντος, *lapis pondo* 1200. Item apud *Athenæum lib.* V. τεταλάντους λίθους, *ſaxum pondo* 360. uti erudite eum locum explicat Clar. Caſaubonus. Sed fortaſſe ponderis magnitudo fidem excedit, igitur magis eſt, ut de precio accipiamus locum, dicamusque unamquamque phialam talento fuiſſe æſtimatam. Locutionemque eſſe ſimilem Plutarchi, qui ſic στέφανον τάλαντον appellat. Locum vide *infra* II. 41. ΘΕΜΑΧΟΣ. Quid ſi ſcripſerit ταλαντιαίας? ac voluerit, dediſſe phialas magni ponderis? Certe apud Græcos veteres, ut obſervat Grotius *ad cap.* 17. *Apocal.* omne quod grave eſt, ταλαντιαῖον dicitur. Adde etiam *indicem* in ἐστὶ & ἔχειν. Ταλανταῖον poſtea probavit Faber quoque, ſed *talenti pondere* expoſuit. At vero Cl. Gronovius lectionem ſervat vulgatam, quam ait ſignificare id, quod Latini dicunt *talenta pondo*, hocque velle, ſingulas habuiſſe pondus unius talenti, ut initio & mihi viſum fuerat. Conſule ipſum *lib.* I. *Pecun. Vet. cap.* 6. SCHEFF. Ad hunc locum ita ſcribit Schefferus [locus . . . . . & viginti.] ſed facilis emendatio fuerat. Legendum enim non τάλαντα, ſed ταλαντιαῖα, id eſt *talenti pondere.* Nam *talentum* inter pondera. Nil amplius dicam. FABER. Τάλαντα hoc loco non *pondus*, ſed pretium inferre, ipſe Autor indicat, dum *Talentum* æſtimat minus ſeptuaginta duobus Atticis, vel ut alii rotundo numero, ſeptuaginta tantum. KUHNIUS. Recte explicuit hunc locum, cujus ſenſum Interpres non videbatur percepiſſe, Vir Summus Joh. Fr. Gronovius *de Pecunia Vet.* I. 6. ut ſenſus ſit, ſingulas phialas pependiſſe talentum. Solent enim Græci, immo & Latini, ſummam, ſive ponderis ſive pretii, ita breviter per Appoſitionem exprimere. Sic X. 17. Θεμιστοκλέα τρία τάλαντα ἔχειν τῶν ἑαυτοῦ πατρῴαν. *habere patrimonium trium talentorum.* Viderat eundem quoque ſenſum jam Schefferus, ſed quæ addit de *Talenti pondere*, definiens illud 120. libris ſeu minis, & à *Talenti pretio* diverſum faciens, alieniſſima ſunt. Talentum enim valebat non 120. verum 60. minas ſeu libras ſui generis, ſed quæ, cum

οὐ. 4 Δύο καὶ ἑβδομήκοντα μνᾶς Ἀττικὰς. Ψέλλιά τε καὶ ἀκινάκην ἐδίδου, καὶ στρεπτόν· χιλίων 5 δαρεικῶν ἄξια ταῦτα· καὶ 6 στολὴν ἐπ' αὐτοῖς Μηδικὴν, ὄνομα ᾗ τῇ στολῇ 7 δωροφορική.

bylonicum ſeptuaginta duas minas Atticas. Item armillas, & acinacem dabat, & torquem: quæ mille Daricos valebant: ad hæc ſtolam Medicam; nomen autem illi ſtolæ erat *Dorophorica*.

ΚΕΦ. CAP.

cum Atticis collatæ, varium faciebant Atticarum numerum. Veluti *Babylonium* hoc valebat 60. minas Babylonias, ſed quæ faciebant 72. Atticas. Atque ita *Quibuſdam* (ut diſerte Suidas, τὸ πάλαντον ὡδί πως ἔχει λίτρας ρκε.) *Talentum* erat tantum, ut *haberet* Atticas *libras* 125. Cæterum in hoc loco neutiquam de tanti Ponderis Talento eſſe cogitandum, liquet ex æſtimatione hujus Talenti ad Atticum Pondus ab ipſo Auctore redacti. Nomina autem iſthæc, *Talentum* & *Mina*, erant proprie Ponderis, ſed tranſlata ſunt ad Pecuniam, quæ illud pondus argenti pendebat, plane uti & *Drachma* ac *Obolus*. Ut adeo diſcrimen inter *pretium* & *pondus* Talenti Argentei nullum ſit, & phialæ hæ ependerint ſingulæ Talentum Babylonium, ſeu 72. Minas vel Libras pondo Atticas. Nam *Minas* vere eſſe Libras liquet ex Hiſtoria Aglaidis, quæ mox *cap.* 26. dicitur comediſſe carnis δώδεκα μνᾶς; at apud Athenæum *lib.* X. *pag.* 415. totidem λίτρας. PERIZ.

4 Δύο καὶ ἑβδομήκοντα] Polluci *lib.* IX. *cap.* 6. τὸ Βαβυλώνιον πάλαντον dicitur habere μνᾶς πεντήκοντα Ἀττικὰς ἑβδομήκοντα. Diſcedit ergo noſter à vulgari computatione. Sed ante hæc verba quædam præceſſiſſe videntur, quæ hodie non extant, aliudque numiſmatis genus comprehendiſſe, cui talentum Babylonium comparabatur. SCHEFF. Vocem δύο ex præcedentibus perperam hoc loco repeti ſuſpicatur Willebr. Snellius *de re nummaria pag.* 41.

5 Δαρεικῶν] Nummi hi ſunt Aurei, reſpondentes Atticorum XX. drachmis argenteis, Noſtratibus ſex Florenis. Hos vero *Daricos* Suidas, & Schol. Ariſtoph. in Ἐκκλησ. *pag.* 741. non à *Dario* Xerxis Patre, ſed ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως, ſic nominatos ſcribunt. Nullus alius iſto nomine ante *Darium* Hyſtaſpis F. in Hiſtoria occurrit, præter *Darium Medum* Danielis, qui eſt Xenophontis *Cyaxares*, Eſtheræ *Ahaſuerus*. Meminiſſe illius *Darii* Suidas etiam in *v.* Θαλῆς videtur, quippe quem primum ait, γεγονέναι μετὰ Κροῖσον, at dein ἐπὶ Δαρείου. Numinus autem iſte forſan ortus abs Tributo provinciis per *Darium* hunc impoſito. Confer Eſtheræ X. 1. Dan. VI. 2. 3. Polyæn. VII. 11. 3. qui tamen id tribuit Dario Hyſtaſpis, ſed errore certo & inde orto, quod antiquiorem illum Darium non norat. PERIZ.

6 Στολὴν] Veſtimenta veteribus inter præcipua dona: Sic apud Xenophontem *lib.* I. *exp. Cyri.* Cyrus Syenneſi Cilicio dat στρεπτὸν χρυσοῦν καὶ στολὴν Περσικήν. Alexander Græcis militibus denas veſtes apud Curtium *lib.* V. *cap.* 5. Caracalla plebi Romano, teſte Spartiano, unde & hoc nomen adeptus eſt. Adde Noſtrum *infra cap.* 32. *hujus libri* & *lib.* XII. *cap.* 1. Et ex Sacris Judic. *cap.* 14. Samuel. I. *cap.* 18. SCHEFF. De veſtibus etiam acceperim illud vexatum in Vopiſci *Aureliano*: *Vectigal ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini, ſtupæ, atque anabolicas ſpecies æternas conſtituit. Anabolicæ ſpecies* ſunt veſtes, quas populo Romano donavit Aurelianus. idque ut perpetuum eſſet beneficium providit. *Anabolndium*, inter muliebria veſtimenta ex Lucilio recenſuit Iſidorus *lib.* 19. *cap.* 25. ab ἀναβάλλεσθαι, *amicire ſe.* Videantur *Elucidationes* Marcell. Donati. Cæterum τὸ ἀναβάλλεσθαι, idem ſignare quod ἐμβάλλεσθαι, id vero Cl. Salmaſ. *l. c.* Vopiſci nondum demonſtraſſe videtur. KUHN.

7 Δωροφορικὴ] Recte. Alii habent δορυφορικὴ, quos interpres ſecutus reddidit *doryphoricam*, hoc eſt, quam doryphori ſeu cognati regis geſtabant. Verum perperam. Nam δωροφορικὴ hæc ſtola dicebatur, à δωροφορεῖν, quia dono à rege dabatur. Heſychius: Δωροφορικὴ ἐσθὴς ἥτις λέγεται, ᾗ βασιλεὺς Περσῶν δωρεῖται: Γάμβριον alias vocatum notat Caſaubonus *lib.* I. *Athen. cap.* 23. Sericam fuiſſe ſtatuunt, qui eandem faciunt cum ſtola Medica

ΚΕΦ. κγ'. CAP. XXIII.

Περὶ Γοργίου, καὶ Πρωταγόρου. *De Gorgia & Protagora.*

Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, 1 μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπε 2 Γοργίας ὁ Λεοντῖνος. Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, 1 μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπε 2 Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης. Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, 1 μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπε 2 Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης.

Inter Veteres Græcos longe excelluerunt gloria Gorgias Leontinus ſupra

dica. Sed magis eſt, ut auratam credamus ex Plutarchi *vita Artaxerxis*, *loco*, *quem ſupra retuli.* Ibi enim Mithridatem ἐσθῆτι χρυσῇ κοσμημένον intraſſe ad regem ſcribit, iisque verbis ab eunucho laudatum eſſe. Cæterum pro δωροφορικὴ MS. C. habet δορυφορεία, ut quis poſſit ſuſpicari ſcripſiſſe Noſtrum, ὄνομα ᾗ τούτων δωροφορεία, reſpiciendo ad prædicta omnia. Vulgatum tamen præfero vel Heſychii cauſa. SCHEFF. Eandem fuiſſe ſtolam δωροφορικὴν cum δορυφορικῇ ſuſpicor: δορυφορικὴ erat, cum à ſatellitio regio geſtabatur; δωροφορικὴ autem, cum aliis alio nomine donata erat. KUHN.

Δωροφορικὴ] Confundunt hanc Stolam Interpretes cum *Doryphorica*, eamque jam receperunt in Verſionem, improbante Scheffero, ſed tuente Cl. Kuhnio, qui ſuſpicatur, utramque fuiſſe eandem: & hoc modo appellatam, cum à Satellitibus geſtabatur, iſto, quum aliis Dono dabatur. At quum tam diverſæ ſint ſignificationis, nullam video rationem, quare illas ergo credam fuiſſe Eadem prorſus. Nec veriſimile, Regem, quando honoris & beneficii ſpecie ſtolam δωροφορικὴν Amicis, & maxime Legatis aliarum Gentium, dabat, non aliam dediſſe, quam qua ipſius Satellites perpetuo uterentur. Neque vero hic ſunt *Alii* Codices, ſive Scripti, ſive Editi qui *habeant* δορυφορικὴ, & *quos Interpres ſit ſecutus*, ut ait Schefferus. Nam Ed. Romana, & reliquæ deinceps omnes habent δωροφ. idque ſecutus eſt Interpres, ſeu Vultejus, qui in verſione ſua exhibuit *Dorophorica*. Sed Geſnerus in Marginem ſuæ Ed. ut ſolet, conjecit illud alterum, & in verſionem recepit. MS. autem Sluisk. habet δωροφορίας, commodo ſatis nec inſcito ſenſu: at Lugd. δωροφορεῖν, ſed quod eadem manu correctum in id, quod editur. Sluiskiano aſſentitur Mediceus 2. At Primus legit δωροφορία. *Infra cap.* 32. Τῷ μὴ δωροφορῆσαι τὴν βασιλέα PERIZ.

1 Μακρᾷ τῇ δόξῃ] Fruſtra hunc locum variis conjecturis tentarunt Viri Docti: Μακρὸς enim Ἀττικῶς idem notat, quod πολύς. Suidas, Μακρὰν ἀσίαν ὅτου λέγουσι τὸν πολὺν Ἀττικοί. & pari ratione *longam dotem* dixit Appulejus in *Apologia pag.* 332. *ſi mulier vidua nubere volens, longa dote & molli conditione invitaſſet juvenem.*

2 Γοργίας] Hunc Iſocratis & complurium magni ingenii virorum præceptorem fuiſſe, ſcribit Val. Maximus *lib.* VIII. *cap.* 13. Adde Platonem in *hujus nominis dialogo*, Plutarchum *lib. de Adulat.* & *amic. diſcrim. Et* imprimis Diodorum *lib.* XII. Voſſium *de Nat. Rhet. cap.* 10. In notis Codicis Bigotiani obſervatur, *Gorgiam* Καρμαντίδα i. e. *Carmantidæ* filium fuiſſe, ſecundum Philoſtratum & Pauſaniam in *Eliacis*. Neque debet aut poteſt; dubitari. Nec tamen diſſenſum eſt à Noſtro. Nam Γοργίας ὁ Φιλολάου, non ſignificat, fuiſſe *filium Philolai*, non magis quam Πρωταγόρας Δημοκρίτου, *Protagoram fuiſſe filium Democriti.* Interpretis inepti ea eſt ſententia. Aliud vult noſter de quo in *indice Vocabulo* Διαπρέπειν. SCHEFF. Interpreti mala conſtructio fraudi fuit. Non enim Γοργίας Φιλολάου &c. conjungi debent, ſed Γοργίας διέπρεπε Φιλολάου, Πρωταγόρας διέπρεπε Δημοκρίτου, *Gorgias ſuperavit Philolaum*, *Protagoras Democritum*, famâ ſcilicet, quæ non ex ſolido erat. Præterea pro μακρᾷ legerem μακρὰν, adverbialiter, ut dixerit Auctor, μακρὰν τῇ δόξῃ Γοργίας διέπρεπε Φιλολάου, *longe Gorgias Sophiſta Philolaum gloria & famâ ſupergreſſus eſt*, quamvis ſapientia in tantum eo inferior eſſet, in quantum pueri viris. Nec putò apud Græcum quemcunque, qui quidem ſtyli terſioris, ut Noſter, extare μακρᾷ δόξῃ pro μεγάλῃ. Sin aliter eſt, libenter meliora edoctus ſen-

Λεοντῖν[ος] [3] Φιλολάου, καὶ [4] Πρωταγόρας Δημοκρίτου. Τῇ δὲ σοφίᾳ [5] τοσοῦτον ἐλείποντο, [6] ὅσον ἀνδρῶν παῖδες.

supra Philolaum, & Protagoras supra Democritum. Sapientia verò tantum ab illis superabantur, quantum à viris

tentiam mutabo. Cæterum *Philolaus* ille, qui *Gorgiam* in sapientiæ studio tam longo post se intervallo reliquit, primus inter Pythagoræ discipulos *de rebus physicis librum* edidit, quem Plato sibi in Sicilia quadraginta minis Alexandrinis, vel centum, ut est in *vita Pythag.* comparavit, & ex eo suum *Timæum* descripsit, ut ex Hermippo Laertius tradit in *vita Philolai.* & Gell. *lib.* III. *cap.* 17. De Protagorâ breviter Apulejus in *Floridis. Protagoras quidam Sophista fuit longè multiscius, & cum primis Rhetoricæ repertis perfacundus: Democriti Physici civis æquævus. Inde ei suppeditata doctrina est.* Gellius in *Noct. Att. lib.* V. *cap.* 3. *Protagoras insincerus quidem Philosophus, sed acerrimus Sophistarum fuit.* KUHN.

Γοργίας ὁ Λεοντῖν[ος]] Leontini Gorgiam tanto honore prosequuti fuerunt, ut nomen ipsius nummo inscripserint, in cujus anteriori parte caput Apollinis, in posteriori vero cygnus conspicitur cum hac inscriptione ΓΟΡΓΙΑΣ ΛΕΟ. Hunc vero nummum ex ditissimo Illustrissimi Devoniæ Ducis thesauro nuper edidit Cl. Hâmius in *Thesauro Britan. Tom.* II. *pag.* 59. qui eundem errorem cum Vultejo errat, dum Gorgiam Philolai filium ab Æliano vocari scribit.

3 Φιλολάου, *Philolai Filius*] Turpissime hoc se dederat Vultejus, & tot Alii, qui in plerisque illius versionem interpolarunt, hic vero, ubi maxime erat opus, reliquerant intactam; dum omnes nobis hic Gorgiam Philolai, Protagoram Democriti *Filios* narrabant, gravissimo errore, quippe quum, aliis fuisse eos parentibus ortos, ex Historia satis notum sit, & Auctor Noster istis *Famâ quidem longe superiores, at vera Sapientia multum inferiores*, clare satis tradat. Ipse etiam Schefferus in primis Edd. & Notis errorem hunc neutiquam animadverterat, quin immo in Indice Latino nobis etiamdum ex hoc loco occurrit *Philolaus Gorgiæ Pater*, & *Democritus Protagoræ Pater.* Sed hæc jam à Me sunt emendata. Primus autem Errorem hunc animadvertit Doctiss. ille Seb. Corradus *ad Cic. Brutum p. m.* 42. 43. ubi *Gorgiam* ait *tantum sibi famæ comparavisse, ut quod scribit Ælianus, Philolao Majori etiam crederetur*, & dein disertius de hoc Loco agit. Sed & in ultima jam Editione Schefferus & Kuhnius pariter exposuerunt illud versionis receptæ vitium, quorum eruditis observationibus nihil nunc addam, nisi quod assentiar quidem Cl. Kuhnio, minus probum esse τὸ Μακρᾷ, licet id ita exprimant etiam MSti, verum haud opus putem, ut longius hinc abeamus, & substituamus, quod Ille vult, μακρὰν, quum omnia bene se habeant, si legamus iisdem plane literis μακρὰ. Sic enim passim apud Homerum; Veluti in Notissimo illo versu, qui occurrit apud Sueton. *Vesp.* 23. Μακρὰ βιόντας. Ita *Il.* β. 224. μακρὰ βεβῶν. Immo & Alii & Noster sæpius μακρὰ χαίρειν, *longum valere.* PERIZ.

4 Πρωταγόρας] Vixit hic eodem cum antecedenti tempore. Consule Platonem in *Menone.* SCHEFF.

5 Τοσοῦτον ἐλείποντο] Ex philosophia enim mercatum quendam, ostentationisque materiam fecerunt. vide *Gorgiam* Platonis & *Protagoram.* Ciceronem quoque *lib.* II. *de finibus.* Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* 4. *Gorgiam eloquentia sua tantum quæstum fecisse* refert, *ut ex eo sibi ipse auream solidamque statuam poneret.* de qua vide Athenæum *lib.* XI. de Protagora testatur Aristoteles *lib.* IX. *Nicomach.* Πρωταγόρας, ait, ὅτε διδάξειεν ἃ δήπου, ἡμῖν τὰ μαθήματα ἐπέλευεν, ὅσα δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. Plato in *Menon:* οἶδα ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν πλέω χρήματα κτησάμενον ἐκ ταύτης τῆς σοφίας, ἢ Φειδίαν γε, ὃς ἅπαν θαυμασίως καλὰ ἔργα εἰργάζετο καὶ ἄλλας δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Adde Stephanum *de urbibus* in Ἄβδηρα. Transiit dein hoc vitium ad omnes sophistas, uti docet Maximus Tyr. *dissert.* XVI. Olim secus erat, gratuitoque sapientia docebatur. Plato in *Hippia:* τῶν παλαιῶν ἐδείς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν πρᾶξασθαι, ἀλλ' ἐπιδείξεις ποιεῖσθαι οὐ παντοδαπὰς ἀνθρώπους τῆς ἑαυτῶν σοφίας. SCHEFF. Ελεί-

δες. [7] Εοικε γάρ πως ἡ δόξα μὴ πάνυ τι ἀκριβὲς, μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν· ἔνθέν τοι καὶ πολλὰ σφάλλεται, καὶ τὰ μὲν [8] καταχαίζεται, τὰ δὲ ψεύδεται.

ris pueri. Videtur enim Fama non prorsus accuratè aut cernere, aut audire: quam ob causam & sæpenumero fallitur, & hæc quidem per gratiam largitur, illa vero mentitur.

Ut se res habet cum puerulo admodum infante, si componatur Viro perfecto, ita etiam cum Sophista comparatum est respectu sapientis. in τῷδε δ' ἐξέπηψε Νῶς. KUHN.

Ελείποντο] Scil. Φιλολάῳ, & Δημοκρίτῳ. Vertendum ergo, non *Sapientiâ abfuerunt*, sed *Sapientiâ superabantur*, vel *post tergum relinquebantur* ab illis, Philolao & Democrito. Res certa, sed tamen propter Tyrones monenda, tanto magis, quia liquet satis, neque hanc locutionem intellexisse ipsos Interpretes. Nam si intellexissent, & attendissent ad Syntaxin Genitivi sequentis Ἀνδρῶν, quo manifeste Comparatio quædam declaratur, non non potuissent tam fœdum in Errorem præcipites labi. Similiter pene Lucian. *de Calumnia*, ὁ πιμάρθ[ος], τοῖς ὑπολειπομένοις αὐτῶ, ἐπίφθο[νος], h. e. *qui vincuntur ab eo.* Athen. *lib.* X. *pag.* 412. Καὶ λείπεται πάντα, & *vincitur in omnibus.* PERIZ.

6 Ὅσον ἀνδρῶν παῖδες] Ita fere Philostorgius, Arrianus, *in sui temporis historiâ*, Gregorium Nazianzenum, Basilium & Apollinarium tantos fuisse & ὁμοουσίᾳ, *divinitatis Christi*, propugnatores ait, ὡς παῖδα πυρ' αὐτοῖς κεκλῆσθαι τὸ Ἀθανάσιον, *ut Athanasius præ illis puer haberetur.* vide Suidam in Γρηγόριο[ς]. Apposite Philo. ὃν ἔχει λόγον κωμῳδὴ πρόσωπον παιδίον πρὸς ἄνδρα τέλειον, τοῦτον καὶ σοφιστὴς πρὸς σοφόν.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ φιλονεικίας Ἡρακλέους, καὶ Λεπρέου.

[1] Γλαύκων[ος] τοῦ Ποσειδῶν[ος], καὶ Ἀστυδαμείας τῆς Φόρβαντ[ος], γίνεται

CAP. XXIV.

De contentione Herculis & Lepreæ.

Glauconi filio Neptuni & Astydameiæ filiæ Phorbantis, nascitur

Titulus hujus capitis in MS. B. est, περὶ ἀδηφαγίας. in MS. C. περὶ ἀδηφαγίας καὶ οἰνοποσίας. Unde patet evidenter, quod alibi ostensum, non esse hos titulos Æliani ac ne unius quidem scribarum, sed diversorum. SCHEFF.

1 Γλαύκων[ος]] Zenodotus apud Athenæum *lib.* X. Καυκώνα παῖδα nominat. Forte apud utrumque Καύκωνος legendum est. Pausanias in *Heliacis prioribus.* Γενέσθαι δὲ οἱ Λεπρεάται σφίσιν ἔλεγον ἐν τῇ πόλει Λάδικαίᾳ Διὸς ναὸν &c. καὶ ἄλλων, καὶ Καύκωνος. Verùm hic ipse non

γίνεται παῖς [2] Λεπρέας, [3] ὁσπερῶν συνεβάλλετο τῷ Αυγέᾳ, δῆσαι τὸν Ηρακλῆ, ὅτε αὐτὸν ἀπῄτει τὸν ὑπὲρ τοῦ [4] ἄθλου μισθὸν Ηρακλῆς. Ην δὲ, οἷα εἰκὸς, [5] πολέμιος τῷ Ηρακλεῖ ὁ Λεπρέας ἐκ τῆς τοιαύτης συμβουλῆς. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ μὲν τοῦ Διὸς παῖς [6] εἰς Καύκωνας ἀφίκετο. Δεηθείσης δὲ τῆς Αστυδαμείας,

scitur filius Lepreas: qui Augeæ consilium dedit, de vinciendo Hercule, quando is laboris sui mercedem ab eo repetebat. Erant itaque, ut verisimile est, inimici Hercules & Lepreas propter hoc consilium. Interjecto deinde tempore, Jovis ille filius ad Cauconas pervenit. Obtestante autem Astydameia, Hercules simultatem, quam

Glauci, sed *Pyrgei* filium *Lepream* fuisse scribit. Verba hæc sunt: πρῶτον μὲν τὴν πόλιν τὴν Λεπρεὸν φασιν ἀπὸ Λεπρέως τοῦ Πυργέως. SCHEFF.

Γλαύκωνος] Haud aliter MSti. Nihilo tamen minus vera est & certa Schefferi emendatio, legentis Καύκωνος, præter Codicum quidem fidem, sed ex Auctoritate omnium Auctorum, qui ita hunc Hominem appellant, in primis vero Athenæi, quem Noster, ut solet, hic sequitur, denique & ipsius Æliani, apud quem utique mox legitur rectius, sive Καύκωνος, sive Καύκωνας, ejusdem quippe Hominis, vel Populi ab illo denominati, Nomen. Non minus certa ergo est hæc Emendatio, quam si omnium firmaretur MStorum consensu, qui nusquam magis, quam in Nominibus Propriis peccant, & hic peccarunt tanto proclivius, quia notissimum est in Historia Fabulari Γλαύκε Nomen. Phorbas autem, socer Cauconis, Filius fuit Lapithæ, Pater Actoris, &, ut nonnulli tradunt, etiam Augeæ. Vide Apollod. *lib.* II. *pag. m.* 91. & Eustath. *ad Il.* B. *pag.* 229. qui etiam *Cauconis* sæpius meminit *pag. sup.* PERIZ.

2 Λεπρέως] Ita & Callimachi interpres. Athenæo *lib.* X. Eustathio *Odyss.* E. est Λεπρεύς, Pausaniæ in *Heliacis prioribus.* Λέπρεος. SCHEFF. Nomina ista per metaplasmum sæpe aliis atque aliis terminationibus efferuntur, vide Cl. Gronov. *lib.* IV. *Observ. Eccles. cap.* 14. Pausan. *loco cit.* legit Λεπρίου, unde suspicor, olim fuisse Λεπρέως. KUHN.

3 Οσπερ ἦν] Scio apud Eustathium *Iliad. B.* esse Καυκώνων gentem, à Κάυκωνι nostro appellatam, cujus etiam Geographus mentionem facit, Arcadibusque annumerat. Sed hoc loco εἰς Καύκωνος legere placet. Ut sit sensus; venisse Herculem ad Cauconem patrem Lepreæ, ut Lepream persequeretur, ultionemque de eo sumeret, mox tamen precibus Astydamiæ matris exoratum cum Leprea in gratiam rediisse. vide *Indicem* in ἐς. SCHEFF. Commoda satis est vulgata lectio, ἐς Καύκωνας, *ad Cauconas*. Homer. *Odyss.* γ. ἧ Καύκωνας εἶμι, *ad Cauconas proficiscor.* Athen. *l. c.* KUHN.

4 Αθλε, *certaminis*] Nullum hic designatur *certamen*, sed *gravior labor*, unus ex XII. illis decantatis adeo *Herculis Laboribus*, ipsi ab Eurystheo impositis, quos singulos vide hoc ἄθλων nomine expositos apud Apollodorum *lib.* II. Hinc apud Hesiod. quoque in *Asp.* 94. Hercules.

Αυτὰρ ἐμοὶ δαίμων καλεπὸς ἐπετέλεσε᾽ ἄεθλος.

Certe *Augeæ stabuli purgatio* sine ullo peracta fuit *certamine*. Vide Apollod. *d. l.* & Scholia apud Homerum Il. A. *v.* 697. PERIZ.

5 Πολέμιος &c.] Tollenda est distinctio ante ὡς τ' &c. Nam sensus proprie est, *Erat igitur, ut verisimile, Lepreas in statu belli cum Hercule propter hocce consilium*, h. e. *erant illi inter se inimici.* Τὸ Πολέμιος enim non tantum habet significationem Activam, τῷ *Infesus*, ut male hæc vertit Vultejus, sed & Passivam, non tamen τῷ *Exosus*, ut hic parum Latine Gesnerus, verum *pro hoste habitus.* Herodian. III. 6. 17. Ο στρατὸς ἅπας τὸν μὲν Αλβῖνον πολέμιον ἀνηγόρευσεν. & IV. 4. *extr.* ᾧ τὸ Γέταν καλῶσι πολέμιον. PERIZ.

6 Εις Καύκωνας] Idem cum Scheffero sentio, legendum Καύκωνος, ut *ad Opis*, *ad Vestæ*, εἰς Αδε &c. quamquam fortasse non ita scrip-

δαμείας, ἀφαλύεται τὴν πρὸς τὸν Λεπρέαν ὁ Ηρακλῆς ἔχθραν. Φιλονεικία δ' ἦν αὐτοῖς ἐμπίπτει νεανικὴ, καὶ ἐρίζουσιν ἀλλήλοις περὶ δίσκου καὶ ὕδατος ἀντλήσεως, καὶ τίς [7] καταδειπνήσει ταῦρον πρότερος. Καὶ ἐν πᾶσι τούτοις ἡττᾶται Λεπρέας. Καὶ ὑπὲρ πολυπουσίας ἀγὼν αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ ἐνταῦθα πάλιν ὁ Ηρακλῆς ἐκράτει. [8] Διανιώμενος δὲ ὁ Λεπρέας, λαβὼν ὅπλα, εἰς μονομαχίαν [9] προκαλεῖται τὸν Ηρακλῆ. Καὶ ἦν καὶ ἔτισε δίκας ὑπὲρ τῶν παρ' Αυγέᾳ· μαχόμενος γὰρ ἀπεθνήσκει.

quam cum Leprea *habebat*, dissolvit. Juvenilis igitur quædam contentio inter eos accidit, & certant inter se disco, & aqua haurienda, & uter prior taurum comederet. In quibus omnibus superatur Lepreas. Inde certamen inter eos ortum est, uter bibendo plus posset: è quo rursum superior discessit Hercules. Tandem indignatione percitus Lepreas, sumptis armis ad solitariam pugnam Herculem provocat. Et ita persolvit pœnas eorum, quæ apud Augeam *fecerat*; pugnando enim occubuit.

ΚΕΦ. CAP.

scripserat Ælianus, quid enim scio? Et utrumque ferri potest; Tamen hoc magis placeat. FABER.

Εις Καύκωνας] Fuit sane Populus in Peloponneso hoc modo appellatus. Vide Strabon. VIII. *pag.* 342. & Eustath. *ad Il.* Υ. *pag.* 1288. Sed necdum exstitit tempore hujus Cauconis aut Lepreæ. Quapropter verisimillimum mihi certe videtur, quod voluit Schefferus, εἰς Καύκωνος. Sed & similiter apud Athen. X. *pag.* 412. censeo corrigendum, ἔρχεται ἐπὶ Καύκωνος, pro quo item editur Καύκωνας. Sequitur enim utrobique de Astydamia Uxore Cauconis, cujus precibus deposuerit Hercules inimicitiam cum Leprea: atque adeo res hæc accidit haud dubie in ædibus Cauconis & Astydamiæ. Intelligitur autem in hac Constructione vel οἶκον, vel γῆν. Sic II. 21. εἰς Αρχελάε ποτε ἀφίκοντο. IX. 18. ἐδὼς φέρουσα εἰς ἄδε. XII. 17. ἐφοίτα ἐς Λαμίας τὸ ἑταίρας. XIV. 49. παρῆλθεν εἰς παιδοκόμους. Adde IV. 15. de Alcibiade, ὡς Φαρναβάζῳ γενόμενος, h. e. *in ædibus* vel *provincia Pharnabazi.* PERIZ.

7 Καταδειπνήσει] vide Apollonium apud Philostratum *lib.* V. *cap.* 8. SCHEFF.

8 Διανιώμενος] Hoc vocabulum nusquam alibi reperio, ἰόω quidem est idem ac *rubigine consumo*, à quo si oritur, figurâ insolentissimâ poni necesse est. Mihi manet persuasissimum, scripsisse Nostrum Αλφανιώμενος. SCHEFF. Τὸ Αλφανιώμενος ab ἀνιάομαι suo loco nequaquam movendum. Nihil enim in meliori Græcia usitatius; quam ἀνιώμενος *dolore confusus*, cui ad emphasin denotandam Noster Αλφὰ addidit. *Lepreas* enim, cum semper *Herculi* succumberet, dolore simul & pudore confusus, ad arma tandem prosiliit &c. KUHN.

9 Προκαλεῖται] MS. A. κηλεῖ, quod præfero. SCHEFF. At vero τὸ ἀποκαλεῖται longe elegantius est, quam simplex κηλεῖ. *Gloss. Provocat*, ἀποκαλεῖται. Hesychius. ἀποκαλέσθαι, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῷ ἀλαζονικῶς εἰς ἅμιλλαν ἀρετῆς καλέσθαι τινα, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῷ ἀγωνίᾳ καὶ ἀστραπομβίᾳ, id est, ἀποκαλέσθαι, *modo signat jactanter in arenam aliquem vocare ad certamen fortitudinis, modo vero de ductore & hortatore dicitur.* Nec aliter boni Autores, cum de provocatione ad certamen & bellum sermo est, vide orat. Macrini apud Herodian. *lib.* IV. & Athen. *pag.* 412. Pausan. *pag.* 151. KUHN.

Προκαλεῖται] Sic Lugd. differte, sed & in hac ipsa Historia Athenæus, ut adeo nihil hic sit mutandum. Vide & Doctiss. Kuhnium. Siuisk. tamen & Medicei duo æque ac Regius Paris. 1. habent κηλεῖ τὸν Ηρακλῆ. PERIZ.

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ Αλεξάνδρου μεγαλοφροσύνης εἰς τὸν Φωκίωνα, καὶ τούτου εἰς ἐκεῖνον.

CAP. XXV.

De Magnificentia Alexandri in Phocionem, & contra Phocionis in Alexandrum.

Αλέξανδρος ὁ [1] Φιλίππου, (εἰ δέ τῳ δοκεῖ, ὁ τοῦ Διὸς, ἐμοὶ γὰρ οὐδὲν διαφέρει) [2] Φωκίωνι μόνῳ, φασὶ, τῷ Αθηναίων στρατηγῷ γράφων, προσετίθει τὸ χαίρειν. οὕτως ἄρα ἥρμοκε τὸν Μακεδόνα ὁ Φωκίων. Αλλὰ καὶ τάλαντα αὐτῷ ἀργυρίου ἔπεμψεν ἑκατὸν, καὶ πόλεις τέσσαρας ὠνόμασεν, ὧν ἑξίου μίαν, ἣν βούλεται, προελέσθαι αὐτὸν, ἵνα ἔχῃ [3] καρπώσασθαι τὰς ἐκεῖθεν προσόδους. Ησαν δὲ αἱ πόλεις αἵδε, Κίος, Ελαία, [4] Μύλασα, Πάταρα. Ο μὲν οὖν Αλέξανδρος μεγαλοφρόνως ταῦτα καὶ μεγαλοπρεπῶς. Ετι γε μὴν μεγαλοφρονέστερον ὁ Φωκίων, μήτε τὸ ἀργύριον [5] προσιέμενος, μήτε τὴν πόλιν. Ως γὰρ μὴ δοκοίη πάντη ὑπερφρονεῖν τοῦ Αλεξάνδρου,

Alexander Philippi filius, (sive quis mavult, Jovis, mea enim nihil refert) soli Phocioni, ut ajunt, Athenienſium duci, quum ſcriberet, χαίρειν, id eſt, Salutem, apponebat. Adeò Phocion Macedonis animum ceperat. Sed & centum argenti talenta miſit ei, & quatuor urbes nominavit, quarum unam, quam libitum eſſet, deligere eum rogavit, ut reditus inde provenientes perciperet. Erant autem hæ Urbes, Cius, Elæa, Mylaſa, Patara. Atque hæc quidem Alexander liberaliter & magnificè. Verùm magnificentius etiam Phocion, neque argentum, neque urbem accipiens: ſed tamen, ne plane Alexandrum

1 Φιλίππου (εἰ δέ τῳ] Suſpicor interſerendam conjunctionem, ſcribendumque Φιλίππου (ἢ εἰ δέ τῳ) SCHEFF. Nihil opus eſt. *Alexander*, inquit, *Philippi filius (ſi vero aliquis malit, Jovis, mea enim non intereſt.)* KUHN.

2 Φωκίωνι μόνῳ] Ex peregrinis & exteris, intellige. Nam inter ſuos etiam Antipatro honorem hunc ſervaſſe, Duris Samius eſt auctor apud Plutarchum in *Phocione*. SCHEFF.

3 Καρπώσασθαι] Hoc verbum ignorant Mediceus, & Sluisk. idque ſalvo periodi ſenſu abeſſe poteſt.

4 Μύλασα] Plutarcho eſt Μύλασσα Etiam pro Πάταρα aliam nominat. Verba ſunt in *Phocione*. Κρατερὸν ἓ ἀποστέλλων εἰς Μακεδονίαν, φαίνεται τεττάρων πόλεων τὴν Ασίαν Κίον, Γεργίθων, Μυλάσσων, Ελαίας, μίαν ὧν αἱρῆται, δωρεάσασθαι τῷ Φωκίωνι. Sed Μύλασα rectius apud noſtrum ſcribitur. Pauſanias in *Arcadicis*: καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες. Adde Stephanum de *urbibus*, & Plinium *lib.* v. *cap.* 29. SCHEFF. Utraque ſcriptio ſuos habet Auctores, quibus nititur. KUHNIUS.

Μυλασα] Sine dubio ſic rectius ſcribitur. Nam præterquam quod Auctoris Noſtri, tum Stephani, Aliorumque Codices unicum modo Σ exhibent: etiam Nummi Veteres ſemper ita hoc Nomen exprimunt. Vide Virum Excellentiſſ. Ezech. Spanhemium *de Præſt. & Uſu Num.* pag. 205. & Doctiſſ. Harduinum in *Antiquis Nummis Populorum*. Eſt autem hoc Cariæ oppidum, ſicut *Patara* Lyciæ, *Cios* Phrygiæ, *Elæa* Æolidis. PERIZ.

5 Προσιέμενος] Repoſui προσιέμενος, non quod

δρα, ἐτίμησεν αὐτὸν καὶ τοῦτο· τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ, τῇ ἐν Σάρδεσι, δεδεμένους ἄνδρας ἠξίωσεν αὐτὸν ἀφεῖναι ἐλευθέρους αὐτῷ, Εχεκρατίδην τὸν σοφιστὴν, καὶ Αθηνόδωρον [6] τὸν Ιμεραῖον, καὶ Δημάρατον, 7 [καὶ Σπάρτωνα.] ἀδελφὼ ὄντε ἄρα ἦστην οὗτοι Ροδίω.

drum contemnere videretur, hac re eum honoravit: Eos qui in arce Sardium vincti tenebantur, ut liberos ſibi dimitteret, rogavit, Echecratidem ſophiſtam, Athenodorum Himeræum, & Demaratum, [& Spartonem,] qui duo fratres erant Rhodii.

ΚΕΦ.

CAP.

quod Illud vitioſum, ſed quia Hoc ſine cauſa mutatum erat in Ed. ultima, quum priores omnes id præferant, & MS. Lugd. At Sluisk. habet tamen προσιέμενος. IDEM.

6 Αθηνόδωρον τὸν Ιμεραῖον] τὸν Ιμβριον ſcribit Plutarchus, quod rectius videtur. Euſtat. *Iliad.* E. Ιμβρος νῆσος Θρακικὴ, ἔχουσα καὶ πόλιν ὁμώνυμον. Idem Plinius *lib.* IV. *cap.* 12. SCHEFF. Utrumque amicè conſpirat. Nam & *Imbrius* potuit eſſe Athenodorus & ſimul Himeræus. Imbrius origine, Himeræus beneficio. In *Græcis civitatibus*, inquit Cicero in *orat. pro L. Cornel. Balbo*, *videmus Athenis Rhodios*, *Lacedæmonios*, *cæteros undique aſcribi*, *multarumque eſſe eoſdem homines civitatum* ita Noſter *ſupra cap.* 17. Myrmecidem Mileſium ait, quem Galenus Athenienſem facit in notis. KUHNIUS.

Τὸν Ιμεραῖον] Quum Plutarchus in *Phoc.* eum dicat *Imbrium*, recte cenſuit Cl. Schefferus, emendandum eſſe ex eo Noſtrum. Nam licet aliquando eiſdem Hominibus diverſa tribuatur à Scriptoribus Patria, altera Originis, altera Habitationis, tamen nemo non videt facile, diſcrepantiam hanc inter Plutarchum & Noſtrum ortam ex convenientia utriuſque Nominis, & facili Librariorum lapſu ex τῷ IMBPION in IMEPAION. Adde vero proprius etiam eſſe, Hominem, qui ab Alexandro in Aſia vinctus tenebatur, fuiſſe ex *Imbro*, vicinâ prorſus inſula ortum, quam ex *Himera* Siciliæ Urbe. PERIZ.

7 Καὶ Σπάρτωνα] Hunc ex Plutarcho adjecimus, ſuadentibus iis, quæ ſequuntur. Quomodo enim Athenodorus Rhodius eſſe potuit, ſi fuit ex Sicilia; Plutarchi locus hic eſt. ἠξίωσε τὸν σοφιστὴν Εχεκρατίδην, καὶ τὸν Ιμβριον Αθηνόδωρον, καὶ Ροδίους δύο, Δημάρατον καὶ Σπάρτωνα, σωτηριδίους ἐπ' αἰτίαις τισὶ, καὶ κατειργμένους ἐν Σάρδεσι. SCHEFF.

Καὶ Σπάρτωνα] Hunc addidit Schefferus & Plutarcho, & fieri debuit. FABER.

Καὶ Σπάρτωνα] Abſunt hæc ab Utroque Meo Codice, tum à Regiis omnibus, denique ab Editionibus ante Schefferum. Sed documento iterum eſt & hic locus, quam neceſſario debeant, & certa ratione poſſint, etiam extra & contra MStos, emendari Veteres Scriptores. Geſnerus itaque jam in Margine ſuo notaverat, *Himera Siciliæ Urbs eſt, & Fluvius, quomodo igitur Utrique* (nempe Demaratus & Athenodorus) *erant Rhodii?* At Caſaubonus omnium primus in Ed. Tornæſ. ex Plutarcho addi juſſit καὶ Σπάρτωνα. Idem fecit etiam Palmerius *ad Auctores Gr. pag.* 209. Ergo in textum, & recte, recepit Schefferus, ſed ab Illis, quos tamen tacet, admonitus. PERIZ. Τὸν Ιμβριον pro τὸν Ιμεραῖον hoc loco legendum eſſe ante Schefferum monuit Doctiſſimus Freinshemius in *Indice Curtii v. Athenodorus.*

ΚΕΦ. κϛ'.

Περὶ Αγλαΐδ@ τ̃ ἀδδηφάγου.

Γυναῖκα ἀκήκοα σαλπίσαι, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχειν ἅμα καὶ τέχνην, Αγλαΐδα ὄνομα, τὴν [1] Μεγακλέους παῖδα. [2] Περίθετον ἦν εἶχε κόμην, καὶ λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· καὶ ὁμολογεῖ Ποσείδιππ@ ταῦτα. Δεῖπνον ἦν ἄρα αὐτῇ κρεῶν μὲν μναῖ δώδεκα, [3] ἄρτων δὲ χοίνικες τέσσαρες, ἔπινε δὲ οἴνου χόα.

1 Μεγακλέους] Posidippus apud Athenæum *lib.* x. Μεγαλοκλέους filiam appellat: quod opinor esse melius. Nam est alius Megacles, Alcmæonis filius, cujus meminit Herodot. in *Clio*. SCHEFF. Pollux *lib.* iv. *cap.* 13. etiam legit Μεγαλοκλέους, unde tamen facile per syncopem Μεγακλέους. KUHN.

2 Περίθετον κόμην] Recte. Nam & Pollux ita, *lib.* ii. *cap.* 3. & *lib.* x. *cap.* 41. Differebat, arbitror à ψευκομίῳ, quod illud quidem in omnimodo capillorum defectu adhiberetur, totumque caput operiret; hoc vero in coronæ modum formatum raritatem tantum eorum emendaret, aut loco naturalium, si minus decori essent, ea parte poneretur, qua maxime conspiciuntur. Quemadmodum & hodie non modo à feminis, sed & viris fieri videmus. SCHEFF.

CAP. XXVI.

De Aglaide multivora.

Feminam audio tuba cantâsse, & hoc habuisse diurnum simul opus atque artem, nomine Aglaidem filiam Megaclis. Comam autem habebat appositiam, & cristam in capite; Testatur autem ea Posidippus. Cœna vero ipsi erat duodecim libræ carnium, & quatùor chœnices panum, bibebat autem congium vini.

3 Αρτων] MSti Αρτον. An ergo Αρτα? Sic Pollux iv. 11. ἐξ δὲ χοίνικας ἄρτε ἐσιτεῖτο, & in S. Script. passim Αρτον κλάσαι. Nihil tamen affirmo. Nam & Athen. *lib.* x. iisdem pene verbis hæc memorans, etiam ἄρτων habet. *Chœnix* autem erat octava pars Modii, & capiebat sextarios duos, h. e. duas libras frumenti. Porro una Chœnix credebatur diurnum esse hominis alimentum, ἡμερήσιος τροφή, ut ait Suidas in *v.* Πυθαγόρας. Sed & hinc apud Athenæum *lib.* iii. *pag.* 98. Alexarchus Cassandri Macedoniæ Regis Frater, χοίνικα dicitur appellasse ἡμεροτροφίδα. *Congius* vero, seu χῆς, erat Mensura Liquidi, & capiebat sex Sextarios, qui pares fermè sunt nostris *Pintis*. Vide etiam Budæum *de Asse*. PERIZ.

ΚΕΦ. κζ'.

Περὶ ἀδδηφαγίας πολλῶν.

Ἀδδηφάγους λέγουσιν ἀνθρώπους γεγονέναι, [1] Πιτυρέα τ̃ Φρύγα, καὶ [2] Καμ-

In MSS. B. & C. Titulus hujus capitis, ἄλλη καὶ Αλκμὰν ἀδδηφάγ@. inconcinnè, nisi putemus, hoc adjectum cæteris. SCHEFF.

1 Πιτυρέα] Nisi scirem maximam in omnibus scriptoribus discrepantiam esse, quoad nomina propria, falsam dicerem hanc lectionem, proque Πιτυρέα, Λιτύερσας scriberem. Athe-

CAP. XXVII.

De voracitate multorum.

Voraces referunt fuisse, Pityrea Phrygem, Cambetem Lydum, Thyum

LIB. I. CAP. XXVII. 49

βήτα τ̃ Λυδὸν, καὶ Θῦον τ̃ Παφλα-

Paphlagonem, Charidam, Cleonymumi

Athenæus *lib.* x. Λιτυέρσας δὲ μᾶλλον ὡς Μίδου ἀνθρώπους Κελαινῶν ὄντ@ τ̃ ἐν Φρυγίᾳ βασιλεύσ. Subdit dein hanc ipsam historiam. Pollux *lib.* iv. *cap.* 7. Αιγυπτίοις μὲν ὁ Μανέρως γεωργίας εὑρετὴς, μισῶν μαθητὴς· Λιτυέρσας δ', Φρυξὶν· οἱ δ' αὐτοὶ καὶ Μίδα παῖδα εἶναί φασιν. SCHEFF.

Πιτυρέα &c.] Quum Noster totum hoc Caput, eodem exemplorum ordine, nullis omissis vel additis, ex Athenæi *lib.* x. excerpserit, nullum potest esse dubium, quin, quando discrepare videntur hi Auctores in Nominibus Propriis, culpa ea sit penes Librarios, & Alter ex Altero corrigi debeat. Πιτυρέα certe rectius vocant Codices Athenæi Λιτύερσαν, Midæ Filium nothum. Confirmantur enim etiam à Polluce iv. 7. Ejusdem Λιτύερσ@, meminit non Suidas modo, sed & Schol. *Theocriti Idyll.* x. 41. & Servius *ad Virgilii Ecl.* viii. 68. ut qui advenas secum cogerit certatim metere segetem, & dein victos occiderit, quemque Phryges dein cantilenis celebraverint, ὡς ἄριστον θεριστὴν, *ut optimum messorem*, unde & Cantilena messorum, sive ab eo primum sive postea in eum, composita, dicebatur Λιτυέρσης. Mox pro Κάμβη@ legit Mediceus 1. Κάλκη@. Sed & Κάμβη@ Æliani emendandum censeo in illius Καμβλίτην, quia & Nicol. Damasc. in *Excerptis* hunc Regem Καμβλίτην vocat, docens nos simul ætatem Hominis, dum creditum addit, medicamentis eum redactum in infamiam à *Jardano*, qui fuit Rex Lydiæ, Pater illius Omphales, cui Hercules servivit. Θύου & Θῦν promiscue, & recte dicitur utrumque. Etiam Corn. Nepos in *Datame*, eundem hunc Paphlagonem semper *Thyum* appellat, ex quo ætatem quoque Hominis ad extrema Artaxerxis Mnemonis tempora referendam cognoscitur. Mox Χαρίδαν apud Ælianum, sed apud Athenæum Χαρίλαν habemus. Ego vero crediderim utrobique Nomen hoc esse corruptum, & legendum, ut Eustath. *ad Odyss.* i. habet, Χαρίλαν: quod idem ac Χαρίλα@, quo, & Χαρίλλ@, Nomine appellatus fuit Rex ille Lacedæmonius, cui Patruus erat Lycurgus. Nec dubito hunc ipsum hic designari, siquidem apud Athen. & Eustath. dicitur hic Homo illo Voracitatis nomine exagitatus *ab Archilocho*, qui, ut testatur Herodotus, vixit tempore Candaulis Lydorum Regis; atque ideo vel æqualis fuit *Charilao*, vel certe paulo post vixit; & quidem, licet Parius esset, *Lacedæmone*, ubi tamen propter maledicentiam ejus Carmina fuerunt prohibita. Vel quod ignaviam commendaverit in iis Carminibus, melius esse affirmans, clypeum abjicere, quam mori. Quapropter, etiam, quum aliquando in Urbe illa esset, eodem die ex ea exire est jussus, vide Plutarchum *Instit. Lacon. pag.* 239. & Me *infra ad* x. 13. Quod autem ad Formæ mutationem ex Χαρίλα@ in Χαρίλλα & Χαρίλλ@ attinet, sic præter jam dicta etiam Callimachus *Hymno in Palladem* v. 130. Αγησίλαν dicit pro Αγεσίλαον. Sed & ita plane Περίλα@, Περίλλας, & Περίλλ@. Usitata autem Græcis est illa Nominum contractio, vel Formæ mutatio. Sic mox Αναξίλας pro Αναξίλαος. Sic passim Αρκισίλας & Αρκεσίλα@. Jam vero Πείσανδρον restitui Æliano non tantum ex Athenæi, sed & suis ipsius Codd. MStis: denique Καλαμίδρυν ex Athenæo. Cæterum Eustathii *ad Odyss.* i. verba, à Scheffero hic allata, (ἐσκώφθησαν ὡς πολυφάγοι καί τις Χαρίλας ὁ Αρχίλοχον, καὶ κωμῳδοῖ Κλεώνυμος καὶ Πείσανδρ@,) emendanda omnino sunt, & quidem ita, ὁ κωμῳδὼς δὲ Κλ. vel καὶ κατὰ κωμῳδὼς Κλ. Conser Athenæum, & videbis rem esse certam. Nam ita ille: Αρχίλοχ@ δὲ Χειρίλαν εἰς τὰ ὅμοια ἀμφοτέλλησεν, ὡς εἰ κωμῳδοποιὸς Κλεώνυμον καὶ Πείσανδρον. Adde, *Cleonymum* revera ab *Aristophane Comico* passim irrideri, non modo, ut δειλὸν & ἐίψάσπιν, sed &, ut ἀδδηφάγον. Ita in Ορνισι, *pag.* 554. ἔστι γὰρ καταφαγᾶς τις ἀνὴρ, ὁ Κλεώνυμος: Ubi Vide Scholia, ut & *ad* Νεφέλας *pag.* 166. De Pisandro vide Scholia *ad* Ορνιθ. *pag.* 1612. PERIZ. De Lityersa agit quoque Scholiastes *Luciani ad Jovem Tragœdum*, ἦν δ' καὶ ἕτερ@ τις ὄνομα Λιτυέρσης. (*leg.* Λιτυέρσης) ἔτ@ σπείρων ἠνάγκαζε τὰς παριόντας θερίζειν ἅ θέρους ἐπεσμήνε· εἰ δὲ ἀντίσταιεν, ἔκτεινεν αὐτές. quæ plane diversa sunt ab illis, quæ Suidas & Scholiastes Theocriti de eo tradunt. Ceterum conjecturam. Cl. Perizonii, qui apud Athenæum Χαείλαν pro vulg. Χειρίλαν

φλαγόνα, ὃ Χαρίππου, ὃ Κλεάνυμον, ὃ Ἡσιόδου, ὃ Χάριππον, ὃ Μιθριδάτην τὸν Ποντικόν, ὃ Καλαμώδρυν τὸν Κυζικηνόν, ὃ [3] Τιμοκρέοντα τὸν Ῥόδιον, τὸν ἀλλοτρίως ἅμα ὃ πάντων, ὃ Καντίβαριν τὸν Πέρσην, ὃ Ἐρυσίχθονα τὸν Μυρμιδόνος, ἐφ' ᾧ τοι ὃ [4] κάνθων ἐκλήθη. Λέγεται

mum, Pisandrum, Charippum, Mithridatem Ponticum, Calamodryn Cyzicenum, Timocreontem Rhodium, pugilem simul & poëtam, Cantibarim Persam, Erysichthonem Myrmidonis filium, qui ob eam causam etiam Asinus est appellatus. Dicitur

malebat, firmat Codex MS. Mediceus Athenæi.

2 Κάμβυσε] Placet cum Isaaco Casaubono legere ex Athenæo, Κάμβλητα, τῷ Θύι, ᾧ Χαμίλαι. Nam & apud alios auctores hæc nomina sic scripta. Nisi quod apud Eustathium *Odyss.* I. pro Χαμίλας, Χαμίλας reperitur, quod proprius à nostri lectione abest. Ἐκπέφυκεν, inquit, ὡς πολυφάγει καὶ τῇς Χαμίλας κατὰ Ἀρχίλοχον, ᾗ καπηλοῖ Κλεόπτρᾳ ἡ πανδήμῳ. vide Excerpt. *ex Histor. Nicolai Damasceni.* Apud eundem Eustathium *Odyss.* I. Καμβύσης nominatur primus. Καμβύσης ἦ, ait, βασιλεὺς Λυδῶν φάγος ἦν πελώριος. Ut de lectione Athenæi & correctione Nostri adhuc videatur dubitandum, cum hæc vox à nostra vulgata abiit proprius, & nomen hoc non insuetum fuerit in illis regionibus. SCHEFF.

Κάμβυσα &c.] Ex Athenæo legit Casaubonus, Κάμβλητα, Θύι, Χαμίλαι. tamen & *Thyus* nomen est Paphlagonicum, & poterat non mutari. FABER.

3 Τιμοκρέοντα] Vide de hoc Gyraldum *Dial.* IV. *de Poët.* & Vossium *de Poët. Græc. p.* m. 28. SCHEFF.

Τιμοκρέοντα] Æqualis hic fuit & inimicus Themistoclis, quem & proditionis temere accusavit, & Carminibus ac comœdia proscidit, æque ac Simonidem Melicum. Sed Hic quidem illius mortem vicissim prosecutus est hoc Epigrammate:

Πολλὰ φαγὼν, ᾧ πολλὰ πιὼν, ᾧ πολλὰ κακ' εἰπὼν
Ἀνδρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Occurrit hoc in Anthologia Epigr. Gr. *lib.* III. *cap.* 6. *p.* 308. ubi velim videas, quæ notavit Doctiss. Brodæus. *Mithridatem* porro est celebris ille Rex Ponti, cujus sodalis & æmulus in vorando & potando fuit *Calamodrus*, Cyzicenus Athleta. PERIZ.

Τιμοκρέοντα] Hujus meminit quoque Eustathius *ad Homeri Iliad.* Υ. 692. & Hephæstion in *Enchiridio pag.* 40.

4 Κάνθων] Ineptissima lectio. Quid enim cantho, hoc est, *oculi angulo*, ut hæc vox Latine sonat, cum voracitate? Neque melius interpres, qui ex ea *asinam* fecit. Nam ut de scriptura nihil dicam, quæ non convenit, quis unquam in asino voracitatem notavit, & non bove potius aut lupo? Neque juvant MSS. quorum A. habet Κάνθαι, B. & C. κλέθαι. Scribo ergo ἦσθι τοι ὃ Αἴσων ἐκλήθη ἦν. Hellanicus apud Athenæum *lib.* X. Ἐρυσίχθονα φησὶ τὸν Μυρμιδόνα, ὃν δὲ κατέφαγε βοῦς, Αἴσωνα κληθῆναι. Eustathius: ἔλεγον δέ τινες Αἴσωνα τὸν Ἐρυσίχθονα ὑπὸ Μυρμιδόνος. ἀφ' οὗ εἶναι φασί τινὲς βοῦς ἄπληστος, ὥσπερ τι πάθος, ὅθεν καταφαγεῖν. Recte. Ita enim etiam à Lycophrone vocatur. Ubi Isacius Scholiastes: Ἐρυσίχθονα τὸν Θετταλὸν, ὃ καὶ Αἴσων καλεῖται. Observa, non per ε sed ι scribi eius nomen. Sed & Suidæ propterea λιμὸς βίαιος est αἶσα, h. e. violenta fames. Cæterum ad hoc caput poterit referri Maximinus Imperator, de quo Capitolinus, & Helena, de qua Plautus. SCHEFF. Vulgata Lectio satis proba. κάνθων enim propriè dicitur *asinus grandior.* Aristoph. in *Pace* Ηεσ. ὄνους λέγει κάνθωνας; ubi *Scholia* habent id quod dictum. nec dissentit Suidas. Auctor ipse *lib.* X. *Hist. An. cap.* 40. Alexandrum, ait, Delphis consecrasse cornu asini Scythici cum hac inscriptione:

Σκύθου Ἀλέξανδρος Μακεδὼν τόδε κέρας ἄνθετο, Παιὰν,
Κάνθωνος Σκυθικοῦ χρυσὸν (l. χρυσῆν) τ' ἐπάμοιβον,

Hic

γεται ὃ ἐν Σικελίᾳ ⁵ Ἀδηφαγίας ἱερὸν εἶναι, ἢ ⁶ Σίτου ἄγαλμα Δήμητρος. Ὁμο-

citur autem in Sicilia templum existere Voracitatis, & Cereris Frumentariæ

Hoc tibi Alexander Macedo mirabile cornu
Dedicat, ô Pæan, ex asino Scythico

&c. vide Pachymerium *lib.* I. *Hist. c.* 4. Cæterum, voracitatis notam dudum in antiquis Scriptoribus asinus sibi impressam habuit. ὄνου γνάθος *asini maxilla*, Eupolis dixit in πελυφαγίαν *voracitatem* apud Hesychium. Apulejus *l.* IV. *Metam.* asinum introducit, *fortiter manducantem, & ventri profundo servientem* & *l.* IX. *muli senes circa præsepium capita demersi contruncabant moles palearum.* ubi illud *Scholion Aristophanis* bene quadraret. Δηλοῖ δὲ σχήματος ἀδηφαγίαν (ἢ ὄνου,) δηλονότι, *ipso habitu corporis.* (quod scilicet capitibus in præsepia demersis fecerint) *asinorum voracitatem insinuat.* Adde quod *Polygnotus* mulierem prodigam depicturus, quæ domi abligurit, quod maritus suo labore comparavit, virum in tabula expressit, restionis more funem contorquentem, cui astat θήλεια ὄνος *asina*, quæ se fune contortuplicato protinus ingurgitat. Pausan. in *Phocicis.* unde proverbium natum. ὄνος τὸν θώμιγγα συνάγειν. *Ocni funem torquere*, quod dicitur in maritum, sedulum quidem illum, sed qui, cum domi sit θήλεια ὄνος. i. e. *uxor gulosa*, non proficit hilum. Hæc, ni fallor, satis probant, ὅπερ ἔδει δεῖξαι, atque adeo Eryschthon ὁ πολυφάγος, apte & eleganter dictus est κάνθων, *asinus magnus & vorax.* Antequam vero finiam, ascribere placet, quæ Vopiscus de cibicida quodam habet in *Aureliano. vehementissimè*, inquit, *delectatus est phagone, qui usque eo multum comedit, ut uno die ante mensam ejus aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum comederet: biberet autem infundibulo appositio plus orcâ.* KUHN.

Κάνθων] Miratur Vir doctus *asinum* ex hoc voce ab Interprete Latino effectum fuisse. Sed nihil fuit cur miraretur. κάνθων enim *asinus* est, unde & κάνθις, & καυθήλιος, eaque voce usus Aristophanes plus semel. Vide omnino locum egregium Josephi *pag.* 942. *edit. Basiliensis contra Apionem*, nisi me fallat memoria. Tamen cum alii Scriptores non, *Cauthonem*, sed *Æthonem* cognominatum fuisse Eryschthonem dicant, ita legendum cum Scheffero arbitratus sum; cum præsertim viderem quoque αἴθωνα ex veteribus Glossis pro *fame milvina* sumi. Ita Latini *famem* illum vocant, qui perpetuo esuriat; & hujusmodi loquendi formis plenus est Plautus. FABER.

Κάνθων, *Asinus*] Cl. Scheffero legi jubet Αἴθων, quod significat vehementem & quasi *adurentem omnia famem.* Rationes ejus sunt, quod ab Aliis ita hic *Eryschthon* cognominetur, & quod MSti hîc varient, quorum A. quidem (addo Sluisk. & Mediceum utrumque, qui etiam pro Τιμοκρέοντα legunt Τιμοκρέοντην τὸν Ῥόδιον, ὃν καὶ ἀλλοτρίως &c.) habet Κάνθαι, at B. & C. (quibus addo Lugd.) κλάδαι; sed & quia Κάνθων *oculi angulum* notet, *cui nihil cum voracitate*, & ideo perperam ab Interprete vertatur *Asinus*, quum id non permittat Græcæ vocis scriptura nec sensus, atque insuper neque *Asinus* apud Veteres *Voracitatis* infamia sit aspersus. Posteriora hæc erudite & liquido refutavit Doctiss. Kuhnius, probavitque & κάνθωνα revera notare *Asinum grandiorem*, & *Voracitatem* etiam *Asino* tribui a veteribus: atque ideo *Vulgatam Lectionem satis probam* censet Sed tamen quum Alii, etiam ipse Athenæus, quem utique Noster in his sequitur, illum Αἴθωνα vocitent, vocabulo congrui plane sensus, nec quisquam Alius cum Κάνθωνα dicat, vix dubito, quin vera sit Schefferi conjectura, neque vero Schefferi tantum, sed & jamdudum Had. Junii *in Adagiis*, Meursii *ad Lycophronis Alexandram*, tum Reinesii *Var. Lect.* III. 2. denique Simsonii *ad An. Mundi* 2596. PERIZ. Et Schotti *ad Cent.* I. *Proverb. e Suidâ exc.* 57. At vero in MS. Codice Æliani Αἴθων legi dudum monuit Eruditissimus Brodæus *ad Antholog. Epigr. Græc. lib.* II. *pag.* 219.

5 Ἀδηφαγίας ἱερὸν] Auctor Polemon *lib.* X *ad Timæum.* vide Athenæum *loco, quem jam sæpius laudavi.* SCHEFF.

6 Σίτου ἄγαλμα] Athenæus *supra dicto loco*, Eustathius *Iliad.* B. ταῦτα Συρακουσίοις ἐτιμήσατο Δημήτηρ Σίτῳ, ἀφ' ὧν ἐς εἶκος ἐπιμέλειαν καὶ εὐθορίαν ἐκεῖ ἔσχε. SCHEFF.

Ὁμολογεῖ ὁ γὺ [7] Ἀλκμὰν ὁ ποιητὴς, ἑαυτὸν [8] πολυδορώτατον γεγονέναι. Καὶ Κτησίαν δέ φησί τινα Ἀναξίλας ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς πολλὰ ἐσθίειν.

riæ ſimulacrum. Teſtatur etiam Alcman poëta, ſe fuiſſe voraciſſimum. Et Anaxilas comicus dicit, Cteſiam quendam multa edere.

7 Ἀλκμὰν] Verſus hi ſunt.

— Τάχα δ' πλέος
Ἔσσεις, οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμὰν &c. SCHEFF.

Ἀλκμὰν] Poëta fuit Lyricus, patria Lacedæmonius. Sed quomodo vide *infra ad* XII. 30. Vixit aliquandu ante Cyrum Perſam.

Sicuti Comicus, qui ſequitur, *Anaxilas*, tempore Platonis floruit. PERIZ.

8 Πολυδωρότατον] Auctor notarum Codic. Bigotiani ſcribit, Gyraldum *dial.* IX. *de Poëtis* legere πολυδορώμαλον. Sed non eſt opus mutatione. Βωμόλοχον pro *eſuriſſimo* uſurpavit etiam Lucianus. SCHEFF. Παμβωμότατος eſt apud Noſtrum in *de Hiſt. An.* KUHN.

ΚΕΦ. κή.

Περὶ τῶν ὠνίων Ῥοδίοις τιμωμένων ὄψων.

CAP. XXVIII.

De obſoniis, quæ apud Rhodios ſunt in pretio.

Ἀλλὰ ἔγωγε ὑμῖν ἐθέλω εἰπεῖν Ῥόδιον δεῖξαι. [2] Ἐν Ῥόδῳ, φασὶ, τὸν μὲν εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα καὶ θαυμάζοντα αὐτοὺς, καὶ ὅτα τῶν ἄλλων ὀψοφαγίστατον, ἀλλὰ τοῦτόν γε ὡς ἐλεύθεριον ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐπαινεῖσθαι· τὸν γε μὴν [3] πρὸς τὰ κρέα ἀποκλίνοντα, ὡς φορτικὸν καὶ

Ego verò Rhodiam vobis opinionem commemorare volo. In Rhodo, ajunt, ſi quis piſces intueatur, eoſque admiretur, & maxime edat præ aliis, cum verò à plebejis quaſi liberalem laudari. Qui verò ad carnes declinet, eum ut agreſtem & ven-

Περὶ τῶν ὠνίων Ῥοδίοις] Codex Mediceus plurimum quantum diſcedens a reliquis MSS. argumentum hujus capitis ſic repræſentat, πῶς Ῥόδιοι περὶ ἰχθυοφάγων καὶ τυροφάγων, & mox in contextu pro πρὸς τὰ κρέα Idem habet τὰ τυρία. Coiſlinianus vero hoc caput cum præcedenti connectit.

1. Ἀλλὰ ἔγωγε ὑμῖν] Sluisk. Codex, qui nullis Argumentis Capita diſtinguit, ſed tantum majore & rubra Litera, Novum hic ſtatuit Caput. At Lugd. qui ſingulis Capitibus quædam præmittit Argumenta, ſed longe à Vulgatis diverſa, hæc tamen prorſus ſine ulla diſtinctione, ne quidem Novi Verſus aut Regulæ, jungit Superioribus. Et ſane Locutio hæc ſuperiora, quibus expoſuerat Ælianus, quid Alii referrent, reſpicit, iiſque nectit ſequentia, quorum ipſe jam eſt Auctor. Sic II. 21. Καὶ τοῦτο μὲν Δημοσθένης, ὁ δὲ μὴ εἰς παῖτας περιστήσει, ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ. Vide & *ſupra cap.* 19. Latini ſimiliter pene, *Ego vero*, dicunt. PERIZ.

2. Ἐν Ῥόδῳ] Qui hoc peculiariter de Rhodiis, præter Noſtrum, tradat, ſcio neminem. Interim vulgo veteres eſum piſcium conſtat magni feciſſe, eoſque habuiſſe inter delicias. vide Nonnum *de re cibaria lib.* III. *cap.* 4. & feſtivam hiſtoriam de Icaſiis apud Strabonem *lib.* XIV. *p. m.* 658. SCHEFF.

3. Εἰς τὰ κρέα ἀποκλίνοντα] Sic quidem Editi, at MS. uterque, & Lugd. & Sluisk. & Mediceus uterque habent πρὸς τὰ κρέα: Haud dubie rectius. Certe enim amat hoc Verbum in illo Senſu cum iſta Præpoſitione conſtrui, ut vel ex Stephano conſtat. Similiter ἀποκλίνειν, *infra* VII. 13. ἀπ' ὀίγε νέοι, ἀσπερῶν παῖδες, πρὸς τὸ τέλειον ἀποκλίνουσι. Et

ἡδὺ [4] γάστριν ἀλφάλλουσι Ῥόδιοι. Εἴτε δὴ ἐκεῖνοι ὀρθῶς, εἴτε [5] ἐκεῖνοι φλαύρως, ὑπερφρονῶ τοῦτο ἐξετάζειν.

ventrem, traducunt Rhodii. Verùm recte ne, an vero inepte illi ita faciant, id verò inquirere ſuperſedeo.

Et XII. 1. ἀποβλέψας πρὸς τὸν ἀγοραστήν. PERIZ.

4 Γάστριν] Hominem *ventri deditum*, *lurconem*. Vide Ampliſſ. Cuperum *Obſerv.* III. 10. & adde Heſiod. Θεογ. *v.* 26. ποιμένες ἄγραυλοι, κακ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον. PERIZ.

5 Εἴτε ἐκεῖνοι φλαύρως] MS. B. εἴτε ἔτοι φαύλως, etiam MS. C. habet φαύλως, ſed ex emendatione ac extrito λ. Mihi lectio MS. B. videtur optima. SCHEFF. Τὸ φλαύρως non rejiculum eſt. Atticum enim cenſetur, ut φαῦλον commune, Suidam vide & Thomam in *Eclog. Atticis.* ubi ait: φαῦλον τὸ κακὸν καὶ τὸ εὐτελές. φαῦρον (l. φλαῦρον) δὲ μόνον τὸ κακόν. φαῦλον, *malum & vile notat.* φλαῦρον *autem tantùm malum. Indic.* v. KUHN. Ut MS. B. ſic & Lugd. εἴτε ἔτοι φαύλως. Et ſic paſſim Græci. At Sluisk. tuetur vulgatum, nec male. Proprie enim enim notat τὸ φλαῦρον, *nugatorium*, *ineptum*, & dicitur Attice pro φλυαρὸς, cenſente ita Euſtathio *ad Il.* A. Referendus huc elegans Veſpaſiani Jocus apud Sueton. *cap.* 22. ubi Imp. admonitus à Floro Meſtrio *Plauſtra* potius, quam *Ploſtra*, dicendum, poſtero die eum non *Florum*, ſed *Flaurum* ſalutavit, quaſi diceret, *Ineptum Nugatorem*. Sed & ſic *infra* VIII. 17. Darius, ὑπὲρ αὐτοῦ φλαύρως ἔλεγεν, ἀπιπεῶνα λέγων, καὶ ἄνθρωπον κάκιστον. Iſocrates *de Pace p.* 414. δεδοικὼς μὴ πειράμενος ὑμᾶς εὐεργετεῖν, αὐτὸς ἀπολαύσω τι φλαῦρον, *Vereor, ne tentans vobis benefacere, ipſe quid mali patiar.* De *piſcibus* carni prælatis, & ideo ὄψα voce κατ' ἐξοχὴν ornatis vide Athenæum XII. 2. & 3. PERIZ.

ΚΕΦ. κθ.

Ὅτι ὄϊς λέοντα ἔτεκεν.

CAP. XXIX.

Quod ovis leonem fuerit enixa.

Λέγουσι Κώων παῖδες, ἐν Κῷ τεκεῖν ἔν τινι ποίμνῃ [1] Νικίππου ὄϊν

Coi dicunt, in Co inſula in grege quodam Nicippi tyranni ovem

1 Νικίππου] Valde ſuſpectum mihi eſt hoc nomen: videant, qui in hiſtoriis priſcis melius ſunt verſati, an non vitio laboret. SCHEFF.

Νικίππου] *Vitio laborat* haud dubie hoc Nomen, ut ait & ſuſpicatur Doctiſſ. Schefferus, licet nihil nos juvent MSti. Verum quam corrupta ſint paſſim in Æliani Codicibus Nomina Propria, vidimus jam *cap.* 25. & 27. videbimuſque ſæpius *infra*. Sed & longe utilius publico fore arbitror, ſi aliunde hujus Tyrannidis Veſtigia & Tempus in Lucem protraham, quam ſi ex MStis ſolum Ignoti cæteroquin Hominis Nomen reſtituerem. Memorat autem Strabo *lib.* XIV. *pag.* 657. 658. *ſua ætate exſtitiſſe* NICIAM, κατατυραννήσαντα Κώων, *qui Coos Tyrannide oppreſſerit*, & *cui*, ἰδιώτῃ ἔτι ὄντι, ut ait Noſter, *ſe oppoſuerit* (ἀντεπολιτεύσατο) *Theomneſtus celebris Pſaltes*. Sed prævaluit Nicias, & idcirco ejus Effigiem & Nomen ſervarunt nobis etiam Nummi iſtius Inſulæ, exhibentes laureatum caput cum inſcriptione ΝΙΚΙΑΣ. Cujuſmodi duos hic exhi-

τῷ τυράννου ὄντι· τεκεῖν ἢ οὐκ ἄρα, ἀλλὰ λέοντα. [2] Καὶ οὖν τὸ σημεῖον τοῦτο τῷ Νικίππῳ τὴν τυραννίδα τὴν μέλλουσαν αὐτῷ μαντεύσασθαι, ἰδιώτῃ ἔτι ὄντι.

ovem peperisse; peperisse verò non agnum, sed leonem. Atque id portentum Nicippo, qui tum privatam adhuc vitam agebat, futuram tyrannidem portendisse.

exhibemus ex Goltzii *Græcia*, *Tab.* 21. Vix itaque dubito, quin in illius *Nicippi*, nusquam alibi nec scripti Tyranni, Nomen succedere debeat ille, cujus memoriam nobis & Historiæ & Nummi Coorum prodiderunt, & pro Νικίππῳ legendum sit Νικίᾳ, & mox pro Νικίππου, corruptione jam semel facta, & facilius ideo repetita, Νικίᾳ. PERIZ.

2 Καὶ εἰ τὸ σημ] Lugd. Codex, καὶ ἢ καὶ τὸ σημ. Atque ita omnino legendum, postulante id Græcismo, & Auctoris Nostri perpetua consuetudine in simili nexu. Vide in paucis illis Capitibus, quæ jam habuimus, *cap.* 10. Οἱ Κρῆτες ἐπὶ τοξεύειν ἀγαθοί, καὶ εἰ καὶ τὰς αἶγας βάλλουσιν ἐπ' ἄκρους τεμαχίους τοῖς ὄφεσιν. *cap.* 24. Προκαλεῖται ἐς μονομαχίαν τὸ Ηρακλῆ, καὶ εἰ καὶ ἔτυτε δίκαι. Adde *cap.* 3. & 4. *extr.* & *cap.* 16. IDEM.

ΚΕΦ. Λ.

Οτι Γαλέτης ἐμᾶλλον ἀφὰ τὴν μορφὴν, ἢ ἀφὰ τὴν σύνεσιν ὑπὸ τῦ Πτολεμαίου λίαν ἠράθη.

Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐράμενον εἶχε [1] Γαλέτην ὄνομα, ἰδεῖν κάλλιστον. [2] Ἀμείνων ἢ ἦν ἄρα [3] τῷ μειρακίῳ γνώμη ἢ μορφῆς. Πολλάκις γοῦν αὐτῷ καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἐμαρτύρει, καὶ ἔλεγεν· ὦ ἀγαθὴ κεφαλή, κακοῦ μὲν οὐδεπώποτε σύδενὶ γέγονας αἰτίας, πολλοῖς δὲ καὶ πολλὰ ἀγαθὰ προυξένησας. Ὁ μὲν ἵππευε σὺν τῷ βασιλεῖ τὸ μειράκιον· ἰδὼν δὲ πόρρωθεν [4] ἀγομένους τινὰς

CAP. XXX.

Galetem non ob formam magis, quàm intellectum à Ptolemæo fuisse adamatum.

Ptolemæus rex amasium habebat, Galetem nomine, pulcherrimum visu. Animus verò juvenis longe formam superabat. Sæpe igitur etiam Ptolemæus eum prædicabat, dicebatque, ô benignum caput! Nulli Tu unquam ullius mali fuisti causa, sed contra multis multa bona præstitisti. Hic aliquando cum Rege adolescens equitabat: quum verò procul aliquos ad

1 Γαλέτην] MS. Mediceus Γαλέτην. Sluisk. Γαλέσιν.

2 Ἀμείνων ἢ ἦν ἄρα τῷ μειρακίῳ] MSS. B. & C. habent, teste Scheffero, ἀμείνων ἢ τότε τῷ μειρακίῳ. Accedit Lugd. noster, ita tamen legens, ἀμείνων ἦν ἄρα τότε ἢ μειρακίῳ (sed indubio calami lapsu scriptum est μορφείῳ) ἢ γνώμη τ. μ. Videntur sane majorem hæc Emphasin præferre. Sed Sluisk. vulgatum retinet. PERIZ.

3 Τῷ μειρακίῳ] MSS. B. & C. ἀμείνων ἢ τότε ἢ μειρακίῳ ἡ γνώμη. Videtur scribendum, ἀμείνων δὲ ἦν ἄρα τότε τῷ μειρακίῳ ἡ γνώμη. SCHEFF. Cur vulgatæ lectionis nos pœnitere debeat, non video. KUHNIUS.

4 Ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ] Emendari debuit ἀγομένους πὰς τῷ ἐπὶ θανάτῳ, Sic enim solent boni Scriptores, & qui Attice loquuntur. Supplendum enim ὄδὸν. FABER. Quod ut non negaverim; ita certum est, non ubique τῷ adhiberi. Simpliciter enim, ἐπὶ θανάτῳ, *duci ad supplicium*, non insolens est. Joseph. *lib.* VIII. *Antiq. Judaic. cap.* 7. ἀπίσσας τὸς ἀναξαντας, ἐς λαβοιεν, ἐπὶ θανάτῳ, *misit, qui illum, si capere possent, ad supplicium reducerent.* Alia exempla εἴσεται ὁ ἐντυχὼν τοῖς βιβλίοις. KUHN.

Ἀγομένους πινὰς ἐπὶ θανάτῳ] Sic VIII. 14. ὅτε ὠόσει ἐπὶ θανάτῳ. Ut tanto certius liqueat, quod ex Josepho jam declaravit Kuhnius, scitam satis & integram esse hanc locutionem, nec requiri articulum τὴν, quem Faber volebat additum. PERIZ. Eandem loquutionem adhibuit Nicolaus Damascenus in *Excerptis Peiresc. pag.* 433. ἐκέλευσε τῷ ἀνδρὶ, εἰ μὴ ἀβρᾶδᾶ Νάναρᾶ τὸν παρῳνύδην, λαβόμενᾶ τ ζώνη ἄγειν αὐτὸν ἐπὶ θανάτῳ.

5 Οὐ ἰαθύμως εἶπεν] Legendum ἔχειν, non εἶπεν. FABER. Faber putat ἔχειν legendum, mihi vera lectio videtur εἶδεν. Sic enim & *infralib.* XI. *cap.* 29. ὐδὲ ἀργὰς αὐτὰς εἶδεν. SCHEFF. Vulgatum alicui posset placere, non enim *perfunctorie*, aut quasi *aliud agens* dixit, sed *serio* &c. KUHN. Mihi certe *Vulgatum placere* neutiquam *potest*, ut in quo inepta plane & frigida est oppositio, nihil utique diversi continens, nisi τῷ ἔφη addatur aliud adverbium, quod opponatur τῷ ἰαθύμως. Nec tamen probo Fabri sententiam, pro εἶπεν legentis ἔχειν, sed Schefferi, verissima emendatione corrigentis εἶδεν. Et firmatur Hæc ejus Conjectura Codice Sluiskiano, qui liquido ita exhibet, ut adeo in Textum eam recipere non dubitaverim, in quo etiam nunc confirmor ab utroque Mediceo, & duobus Regiis. Adde, sensum ita evadere quam maxime concinnum. Et sic *infra*, non tantum II. 28. ὐδὲ ἀργῶς ἀυτὲς εἶδεν, sed & XII. 58. μὴ ἀργῶς ἰδὼν τὸν ἄνθρωπον. V. 17. ἐκ ἀργῶς τῶτο παρέδου. PERIZ.

6 Ἐπὶ ἵππων ἐτύχομεν ὄντες] Sic quidem & MSti. Sed tamen prorsus putem scripsisse Auctorem ἐφ' ἵππων. Postulat id Græcæ Linguæ ratio, & usus voculæ Ἐπὶ. Sed & ita ipse Ælianus *Hist. Anim.* XII. 34. καὶ ἐπ' αὐτῶν γε τὰς ἐνοπλίας κινδύνας ὑπομείσιν, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν ἵππων. *Et in iis* (Asinis) *sedentes bellica pericula sustinent, sicut Græci in equis.* Sic βαδίζειν ἐφ' ἑμάτων, *ambulare in tapetibus*, *infra* IX. 3. & ἀκείης ἐπὶ νηὸς ἄγων κώμην, *celeri in navi ducens puellam apud* Hesiodum Θεογον. 991. Ἐπὶ cum dativo alias habet significationes. Vide *Indicem*. PERIZ.

7 Διόσκηροι σωτῆρες] Solenne Dioscurorum cognomentum. vide Gyrald. *de diis Synt. pag.* 180. & Bourdelot. *ad Heliod. lib.* IV. *pag.* 81. SCHEFF.

8 Σωτῆρες, ἔνθα καὶ ἀγαθοὶ φᾶσταὶ] Istud ἔνθα ineptum est & ridiculum. Legendum σωτῆρες ὄντα, vel ὄντων. FABER. Assentior Fabro esse hoc ineptum: at vero ὄντα, *l.* ὄντες legendum nec dum invenio. SCHEFF. Pro ἔνθα hoc loco legerem ὄντως. σωτῆρες ὄντως sunt Servatores non titulo tenus, sed re ipsa, ut Castores apud Ethnicos, in candidis equis visi. vid. Pausan. *Messen.* Florum, &c. KUHN. Vehementer turbavit Eruditos Interpretes, Fabrum, Schefferum, Kuhnium, vocula istæc ἔνθα, quam idcirco rejiciunt omnes, eique sufficiunt vel ὄντα, vel ὄντως. Sed nihil prorsus mutant MSti, atque adeo pene putem, ferri eam posse, modo aliter, & ut à Me, etiam à Gesnero, factum, istæc distinguantur, h. e. distinctionis notula ponatur non ante, sed post ἔνθα. Sic sensus erit:

τινὰς ἐπὶ θανάτῳ, [5] οὐ ῥαθύμως εἶδεν, ἀλλ' ἔφη πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὦ βασιλεῦ, ἐπεὶ κατά τινα δαίμονα τῶν ἀγομένων ἀγαθὸν, [6] ἐπὶ ἵππῳ ἐτύχομεν ὄντες, φέρε, εἴ σοι δοκεῖ, τὴν ἔλασιν ἐπιτείναντες, καὶ συντονώτερον ἐπιδιώξαντες, [7] Διόσκουροι τοῖς δειλαίοις γενώμεθα [8] σωτῆρες ἔνθα, καὶ

ad supplicium duci videret, non ofcitanter id vidit: Sed, ô rex, inquit ad Ptolemæum, quandoquidem prospera quadam istorum, qui ducuntur, fortuna, in equis nunc forte sumus, age, si tibi videtur, cursum intendentes & vehementius persequentes, appareamus miseris istic Dioscuri Servatores; &

καὶ ἀγαθοὶ ὠφελήτας· τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν θεῶν τούτων. 9 Ο. ὁ δὲ ὑπερηδεὶς αὐτοῦ τῇ χρηστότητι, καὶ τὸ φιλοίκτιρμον ὑπερφιλήσας, καὶ ἐκείνους ἔσωσε, καὶ 10 ἐπὶ πλέον προσέθηκε τὸ φίλτρον τοῦ κατ' αὐτὸν ἔρωτος.

& boni Præstites: id quod de his Diis vulgo dici solet. Ille verò maximam voluptatem capiens ex ejus bonitate & propensum ad misericordiam animum deamans, cum istos servavit, tum amori, quo eum deperibat, multum addidit.

ΚΕΦ.

CAP.

erit: *Appareamus miseris Castores Servatores, istic*, (quo scil. Illi dicuntur, & Nos equis citatis accurremus) vel *hoc temporis momento*, (Nam ἔνθα etiam Tempus æque ac Locum notat, ut omnia pene Adverbia Loci. Hesiod. ἔργ. v. 493. ἔνθα ἄοκνος ἀνὴρ οἶκον, ὀφέλλει, h. e. *hoc tempore*, ἐν ὥρῃ scil. χωμερίῃ) & *boni Adjutores*, vel *Præstites*. Παρίσασθαι enim maxime notat auxiliari, vel præsto esse alicui ad auxilium ferendum. Epict. 39. ἀλλ' ἵνα λόγος, ἢ τὸν τέτοις παρίσασθαι τῷ φίλῳ, ἢ παρίδι συκινδυνεύειν. Aristoph. in *Vespis*, ἴθι, μοι ὠφέλησον, *Veni & succurre mihi*. Παρεστὰτης vero speciatim notat eum, qui in acie alter alteri adstat, quales sibi invicem opitulari par est. Hinc Dionys. Halic. *lib.* II. μὴ καλαλιπεῖν τὸν ὠφελήσαντα. Vide & omnino Suidam. At de diis adhibitum significat eos, qui *Præsides*, vel potius *Præstites*, & *Statores mali* sunt Hominibus. Cæterum τὸ ἔνθα si penitus etiam abesset, non sane desiderarem, legeremque σωτῆρές τε καὶ ἀγ. Hæc jam notaram, quando Amplissimi Clementii prolixa voluntate, & Doctiss. Boyvinii cura ac manu intellexi, non tantum Regios Codices in Gallia servare vulgatam Lectionem; sed & Virum hunc Doctiss. suspicari legendum, Σωτῆρες ἔνθα καὶγαθοὶ ὠφελήτας, ut Senarius sit Jambicus Veteris alicujus Tragici, quæ elegans sane & probabilis est conjectura. Posset etiam videri sumptus ex solenni quodam Carmine in Castores, quia sequitur, τῶτο δὴ &c. quo significatur solennem esse eam de his Diis loquendi formulam. PERIZ.

9 Ο δὲ ὑπερηδεὶς] Sluisk. ὑπερήδη IDEM.

10 Ἐπὶ πλέον προσέθηκε τὸ φίλτρον] Lugd. τῷ φίλτρῳ. Atque ita etiam ex Regiis Codex 3064. Et putem id præferendum. Nam προσιθέναι τι, pro *augere aliquid*, durum est & insolitum: at προσιθέναι τί τινι, *adjicere aliquid alicui*, sive Rei, sive Personæ, usitatum plane. Notum illud ex *Euang.* καὶ ταῦτα πάλιν προστεθήσεται ὑμῖν. Τὸ φίλτρον & ἔρωτα vel intendit simpliciter significationem *Amoris*, vel notat *Benevolentiam amoris*. Sic Lapis apud Spon. *Itin. Tom.* I. *pag.* 403. Κατὰ τὸ πρὸς τὸν πατρίδα φίλτρον. Oppian. Κυνεγ. III. 107.

Ἡ ἐμὸν τόσον τεκέων τε, καὶ ἀρτιγένοιο γελέθλης,
Φίλτρον ἐνὶ κραδίῃ σάξεν θεὸς -----

Ἐπὶ πλέον autem dicitur, ut Latinis, *majorem in modum*, vel *amplius*. Sic Lucian. *Dial. Meretr.* IV. εἰ μοι ἐπὶ πλέον ὀχλήσεις, ἄπειμι ἤδη, *si me amplius turbaveris, abeo jam nunc*. Similiter ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι τῶν ἔργων ἑαυτοῦ, apud Epictet. *cap.* 53. IDEM.

ΚΕΦ. λά.

Περσικὸς νόμος, περὶ τοῦ δῶρα προσφέρειν τῷ βασιλεῖ.

Νόμος οὗτος Περσικὸς ἐν τοῖς μάλιστα ὑπ' αὐτῶν φυλατόμενος, ὅταν 1 εἰς Πέρσας ἐλαύνῃ βασιλεὺς, πάντες αὐτῷ Πέρσαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος 2 προσκομίζει· ἅτε δὴ ὄντες

CAP. XXXI.

Lex Persarum, de ferendis Regi muneribus.

Lex est Persica, quæ vel maxime ab illis servatur. Quum rex in Persidem equitat, omnes ei Persæ, singuli pro suis facultatibus munera offerunt: quippe qui agriculturæ dediti

1 Εἰς Πέρσας ἐλαύνῃ] Hoc non capio. Nec enim id significat, quod vult Interpres, *quum in Persia equitat, sed cum iter facit in Persiam*, Εἰς Πέρσας namque significat ad locum. At hoc quomodo conveniet ei, qui jam apud Persas rex est? videntur excidisse aliqua. SCHEFF. Εἰς Πέρσας Atticum est, pro ἐν Πέρσαις. Sic Noster *infra lib.* IV. *cap.* 18. κατῆλθεν ἐν Σικελίᾳ pro εἰς Σικελίαν. Ita promiscuè utuntur his præpositionibus Attici. Res vel ex Novo Testamento constare potest. ergo εἰς Πέρσας ἐλαύνειν, est *iter in Persis facere* vel *in Persia*. vid. *Indic.* in εἰς. KUHN.

Εἰς Πέρσας] Ad hæc verba offenderunt graviter Interpretum plerique. Vultejus satis recte reddiderat, *in Persiam*. At mox Gesnerus, & Reliqui, maluerunt *in Persia*. Donec Schefferus se *hoc non capere* præfatus, neque vulgatam Versionem Græcis respondere censet, neque Græca commodum habere sensum autumat, quia *non conveniat*, Eum, *qui jam apud Persas Rex est*, dici, *equitare in Persidem*. Cl. Kuhnius Versionem tuetur, promiscuo præpositionum εἰς & ἐν usu apud Atticos. Sed minime opus, ut eo decurramus. Recte enim satis expediri possunt Græca, & recte dicitur Rex Persarum ἐξιέναι & ἐλαύνειν εἰς Πέρσας, quando ex Aula sua & Urbe Regia prodit in publicum, in agrum, & regionem Populi sui. Quin ita plane etiam privati Cives ex ædibus suis in Forum & Concionem Athenienſium prodeuntes dicuntur II. 16. παρελθεῖν εἰς τὸν Ἀθηναίους. Et sic alibi sæpius. Sed & nihil in eo absurdi, *Regem Persarum* revera *proficisci in Persidem*, quum ille neutiquam habitarit semper in Persida, sed plerumque extra eam, modo Susis, modo Ecbatanis, modo Babylone, rarius Persepoli. Hinc Diogenes Cynicus apud Plutarchum *de Profectu Virtut. pag.* 78. suam commigrationem Thebis Corinthum, Corintho Athenas, comparabat ταῖς βασιλέως, ἔαρος μὲν ἐν Σούσοις, καὶ χειμῶνος ἐν Βαβυλῶνι, θέρους δὲ ἐν Μηδίᾳ, διατριβαῖς, *Regis* (κατ' ἐξοχὴν,) *vernо quidem tempore Susis, hyberno Babylone, at æstivo in Media, habitationi*. Sed & diserte idem Auctor in *Alexandro pag.* 703. ἐνίοις μὴ πολλάκις Ωχον δὲ μηδὲ ἅπαξ, εἰς Πέρσας ὠφθεῖσθαι, ἀποξενώσαντα τὴν πατρίδος ἑαυτὸν, *quosdam Reges haud sæpe, Ochum vero ne semel quidem venisse in Persidem, perpetuo agentem in peregrinatione extra patriam*. Alia & plura vide apud Barn. Brisson. *de Regno Pers.* Hinc ergo & recte & sæpe legimus apud Veteres, Regem venisse εἰς Πέρσας. Xenoph. *Cyripæd. lib.* VIII. *p. m.* 135. Cyrum ait dedisse munera, ὅσαπερ καὶ νῦν ἔτι δίδωσι, ὅπωπερ ἀφίκηται βασιλεὺς εἰς Πέρσας. Quis quæso Βασιλεὺς, nisi *Persarum*? Plutarch. in *Alex.* ἅσπερ ἐώθεσαν οἱ βασιλεῖς, ὁσάκις εἰς Πέρσας ἀφίκοιντο. Quin ex hoc rariore adventu in Persidem, vel progressu in publicum, & singulas ejus regiones, quas ex instituto Cyri obire debebant, ortum rear, ut adventanti Regi munera, de quibus Auctor hic agit, singuli adtulerint. PERIZ.

2 Προσκομίζει ἅτε] Hæc puncto commate aut colo tantum distinguenda. mox vero post πεφυκότες scribendum punctum, & subjungendum, ἐόντι γὰρ &c. nam sequitur ἀεὶ, quod,

τες ἐν γεωργίᾳ, καὶ περὶ γῆν πονούμενοι, καὶ [3] αὐτεργοὶ πεφυκότες, οὐδὲν τῶν ὑβρισμένων, οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προσφέρουσιν, ἀλλ' ἢ βοῦς, ἢ ὄϊς, [4] οἱ δὲ σῖτον, ἢ οἶνον ἄλλοι. Παρεξιόντι δ' αὐτῷ, καὶ παρελαύνοντι, ταῦτα ὑπὸ ἑκάστου πρόκειται, καὶ ὀνομάζεται δῶρα, [5] καὶ δοκεῖ τοῦτο. Οἱ δὲ ἔτι τούτων ἐνδεέστεροι τὸν βίον, καὶ γάλα, καὶ φοίνικας αὐτῷ, καὶ τυρὸν προσφέρουσι, καὶ [6] τρωκτὰ ὡραῖα, καὶ τὰς ἄλλας ἀπαρχὰς τῶν ἐπιχωρίων.

ΚΕΦ.

diti sunt, & terræ colendæ operam navant, suaque manu laborant, neque nimis vilia, neque nimis pretiosa donant, sed aut boves aut oves: hi etiam frumentum, & alii vinum. Prætereunti autem ipsi & præterequitanti hæc à singulis apponuntur, & munerum nomine vocantur, & talia censentur ipsi. Qui verò sunt etiam his victu magis egeni, lac, dactylos & caseum ipsi ferunt, matura que bellaria, & alias primitias fructuum, qui in ea regione nascuntur.

CAP.

omisso ὄ, non habet quo possit referri. SCHEFF. Neque hæc cepit Schefferus, atque idcirco Participia ὄντες, &c. non tantum vult jungi superioribus satis frigide, sed &, distinctione maxima post πεφυκότες posita, separari à sequentibus, addita insuper particula novam in periodum excitandis. Perperam prorsus. Etenim Auctor generatim quum dixisset, dona afferre Regi singulos pro viribus, id nunc declaraturus speciatim & per exempla, dividit multitudinem Persarum in duo potissimum genera, *Agricolas*, & *Alios iis pauperiores*, & ita, qualia utrique conferant, exponit: Agricolæ scil. nihil vile aut sordidum, sed vel boves, vel oves &c. Si quid hic mutandum, omitterem prius illud προσφέρουσιν, quod mox sequitur, quasi ex glossa vel margine ortum, tanto magis, quia & dein repetitur. Sed nihil mutant MSti. PERIZ.

3 Αὐτεργοὶ] Male, opinor, in Versione addebatur *opifices*, quum per omnes has phrases, ὄντες ἐν γεωργίᾳ, πονούμενοι περὶ γῆν, αὐτεργοὶ πεφυκότες, ita conjunctas designetur tanto liquidius alterum illud Hominum genus, h. e. *Agricolæ*, qui per se & suam ipsorum familiam colebant Terram, ut faciebant antiquis temporibus plerique, inprimis quando terræ adhuc vicatim habitabantur, quod vel maxime usitatum fuit in Oriente. Tales nobis etiam in Comœdiis Terentii exhibentur Menedemus, Demea, alii. Hos autem dictos Græce αὐτεργοὺς ex Historia Quinctii Cincinnati satis liquet, quem Dion. Halic. *lib.* x. bis, primum ex Consulatu *rediisse in suum tugurium*, & *vixisse*, *ut prius*, τὸν αὐτεργὸν βίον, *vitam rusticam*; dein iterum ex Dictatura *resumpsisse* τὸν αὐτεργὸν αὐτὸν ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ βίου, *suam Rusticam vitam pro Regia*. Negare tamen nolim, vocabulum hoc etiam ad *Opifices* & *mercenarios* tandem translatum, sed hic differte *Agricolis* jungitur, & *pauperioribus* τοῖς εὐδεεστέροις τὸν βίον opponitur, qui fuerunt sine dubio *Opifices*, & *Mercenarii*, qui diurni victus gratia suam operam illis Agricolis locabant. IDEM.

4 Ἢ δὲ σῖτον] Nescio quem codicem secutus sit Camillus Perusæus, quum uterque meus habeat differte, οἱ δὲ σῖτον, ἢ οἶνον ἄλλοι. Vere & eleganter: nec dubitavi recipere in Textum. IDEM.

5 Καὶ δοκεῖ τοῦτο] Legendum τοῦτο, & locus aliter interpretandus. FABER. Fabri conjecturam lubens amplector, legentis τοῦτο, & verto, *atque id esse videntur*, tum Regi scil. tum aliis. h. e. appellantur dona, & habentur pro donis. Sic plane *supra cap.* 1. Καὶ τοῦτο εἶναι δοκοῦσιν, ὁπηλίκον τι πεφύκασιν αἱ πίτυαι. IDEM.

6 Τρωκτὰ ὡραῖα] h. e. poma seu fructus, qui crudi in secundam mensam apponi solent, & ista parte anni, in qua Rex regiones obibat, maturi erant. Sic II. 17 ἐνστησίου τὴν ἐξ ὡρῶν. Vide omnino Ill. Græv. *ad Hesiod.* ἔργ. 32. IDEM.

ΚΕΦ. λϚ.

Περὶ δεδωρημένου ὕδατος τῷ Περσῶν βασιλεῖ.

Λόγος ἔν τε καὶ ἕτερος Περσικὸς Φασὶν [1] ἄνδρα Πέρσην, [2] ᾧ ὄνομα ἦν Σινάϊτης, πόρρω τι ἐπαύλεως τῆς ἑαυτοῦ ἐντυχεῖν Ἀρταξέρξῃ τῷ ἐπικαλουμένῳ Μνήμονι· [3] ἀπολειφθέντα δὴν θορυβηθῆναι δεῖ τοῦ νόμου καὶ αἰδοῦς τοῦ βασιλέως. [4] Οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσεται [5] τῷ παρόντι, ἡττηθῆναι τῶν ἄλλων Περσῶν μὴ φέρων, μηδὲ ἄτιμος δόξαι, τῷ μὴ δωροφορῆσαι βασιλεῖ· ἀλλ' ἑτός γε πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ πλησίον ᾠδαρρέοντα, ᾧ Κῦρος ὄνομα, ἐλθὼν σὺν σπουδῇ, [6] καὶ ἧ ποδῶν εἶχε

CAP. XXXII.

De Aqua regi Persarum dono data.

Hæc etiam historia Persica est. Ferunt hominem Persam, cui nomen Sinætas, procul à suo tugurio, factum obviam Artaxerxi, qui Mnemon cognominabatur: destitutum itaque perturbatum fuisse legis istius metu atque verecundia regis. Quum verò, quid in præsentia faceret, non haberet, seque ab aliis Persis superari, non ferret, neque infamis videri *vellet*, eo quod Regem muneribus nullis honoraret, ille vero ad præterfluentem proximè fluvium, nomine Cyrum,

1 Ἄνδρα Πέρσην] Meminit Plutarchus *initio Apophtheg.* ubi vocat αὐτεργὸν καὶ ἰδιώτην. SCHEFF. & in *Artaxerxe pag.* 1013. Ed. Francof.

2 Ὧ ὄνομα ἦν Σινάϊτης] Verbum substantivum ignorant Mediceus & Sluiskianus.

3 Ἀπολειφθέντα δὴν θορυβηθῆναι] Elegantissima locutio, sed quæ neutiquam ab Interprete est intellecta, qui verterat *Interceptum*. Atqui ἀπολειφθεὶς, ita absolute hic positum, notat *Destitutum* omni copia & facultate agendi, quod vellet aut deberet agere. Sic Epictet. *cap.* 42. Εἰ δὲ σὺ ἀλλοφύλοις, ἀπολειφθεὶς τύχοις, σιώπα. *si inter alienigenas solus & auxilio destitutus sis, tace.* Interpres videtur voluisse ἀπολῃφθεὶς h. e. *interceptus*, *deprehensus*. Et ita *Hist. Anim.* XVI. 39. extr. de dracone deprehenso in medio incendio totius sylvæ. PERIZ.

4 Οὐκ ἔχων δὲ ὅ, τι χρήσεται &c.] h. e. *non habens*, seu *nesciens*, *quomodo uteretur præsenti casu*, vel *quid faceret in præsentia*. Sic Dio Chrys. Τρωικ.: ἐκ ἔχων δὲ ὅ, τι αὐτοῖς χαρίσηται. Iterum, plane ut hic, ἐκ ἔχων ὅ, τι χρήσεται τῇ πεισθείσῃ, *nesciens, quomodo exsequeretur persuasa*. Luc. *in Indoctum*, ἐκ εἰδὼς ὅ, τι χρήσαιτο ἑκατέρᾳ, *ignarus quomodo utatur utroque*. Antonin. Lib. *fab.* 12. Ἀμηχανῶν ὅ, τι χρήσεται τοῖς τοῦ ἐπιτάγματος, *hæsitans, quid faceret in illo mandato*. Noster XIII. 37. Καὶ δίδωμι χρῆσθαί σοι, τι βέλεσθε, & *dedo me, ut utamini me, quomodo vultis*. At τὸ ἔχειν similiter II. 10. Καὶ ἐκ ἔχον Ἀθηναῖοι, ὅπως ποτὲ αὐτὸν κατάθωνται, & *nesciebant Athenienses, quo tandem loco eum locarent*. Nec aliter Latini, Cæsar *B. G.* III. 3. *non habebant, quomodo se defenderent*. Mox addiderim τε, ut sit ἡττηθῆναί τε τῶν ἄλλων &c. IDEM.

5 Τῷ παρόντι] Hæc absunt a MS. Mediceo, & Sluiskiano.

6 Καὶ ἧ ποδῶν εἶχε, μάλιστα ἐπικύψας] Perperam hæc ita distinguuntur. Ponendum erat comma, non ante, sed post μάλιστα. Sensus enim est, & *quantum maxime pedibus poterat*, scil. ἐλθὼν, & ita dein ἐπικύψας. Sic *supra cap.* II. ἧ ποδῶν ἔχουσιν, ἀποδιδράσκουσι. II. 44. ἔοικεν, ἧ ποδῶν ἔχει, ἐπὶ τὰς πολεμίους ἄγεσθαι. PERIZ.

εἶχε μάλιστα, ἐπικύψας, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἀρυσάμενος τὸ ὕδατος, βασιλῆ (φησὶν) Ἀρταξέρξη, [7] δι' αἰῶνος βασιλεύοις. Νῦν μὲν δή σε, ὅπῃ τε, καὶ ὅπως ἔχω, τιμῶ, ὡς ἂν μὴ ἀγέραστος, [8] τὸ γῆν ἐμὴν, καὶ τὸ κατ' ἐμὲ, παρέλθῃς. Τιμῶ δέ σε Κύρε ποταμῷ ὕδατι. Οταν δὲ [9] ἐπὶ τὸ σταθμὸν τὸν σὸν ἀφίκῃ, [10] οἴκοθεν, ὡς

rum, festinanter accurrens, & quantum maxime pedibus poterat, tum procumbens, & aquam utraque manu hauriens: O rex, inquit, Artaxerxe, regnes in æternum! Nunc ego quidem, ubi & quomodo possum, te honoro, ut ne indonatus, quantum quidem ad mea attinet, & quantum in me est, prætereas. Honoro autem te Cyri

[7] Δι' αἰῶνος] Solenne votum, ominis causſa pronuntiari ſolitum ab iis, qui Perſarum regem conveniebant. Hinc Chaldæi apud Danielem Prophetam *cap.* 11. accerſiti à rege, ut ſomnium ipſius interpretarentur: *Rex*, inquiunt, *in perpetuum vive: dic tu tuis ſomnium, & nos quid id ſibi velit, exponemus.* Et Daniel ipſe, *capite* VI. ad regem interrogantem, utrum Deus cum à leonibus incolumem ſervaverit: *Rex*, ait, *in perpetuum vive. Deus miſſo angelo ſuo &c.* Eſdræ II. *cap.* 2. *Et dixi regi, Rex in æternum vive, quare non mœreat vultus meus &c.* Sic apud Curtium Artabazus Alexandro, ut ſuo pariter ac Perſarum regi: *Tu quidem rex deos quæſo perpetua felicitate floreas. Ego cæteris letus &c. lib.* VI. *cap.* 5. SCHEFF. Adde Briſſon. *lib.* I. *de Regn. Perſ. pag* 16. KUHN.

[8] Τὸ γῆν ἐμὴν, (καὶ τὸ καθ' ἐμὲ,) παρέλθῃς.] Iſthæc verba καὶ τὸ καθ' ἐμὲ deleri oportet; quippe quæ nihil aliud ſint, quam gloſſema additum his verbis τὸ γῆν ἐμὴν, quæ ſunt Atticiſſima. Miror hoc a nemine animadverſum fuiſſe. Cæterum hoc caput, ut & id quod & mox ſequitur, una cum ſuperiori jungi debent. FABER. Aſſentior *Fabro*, gloſſam præcedentium hæc cenſenti & deleo. SCHEFF. Mihi bis videtur idem dixiſſe Autor ex figura illa, quam vocant χῆμα ὁμοιοκάλον. vide *Indicem* in *Pleonaſmus*. KUHN.

Τὸ γῆν ἐμὴν, καὶ τὸ καθ' ἐμὲ] Faber & Schefferus poſteriora delent, Kuhnius retinet, quaſi bis idem dicere voluerit Auctor. Ego prioribus aſſentiar, ſi utroque idem plane dicatur. Sed putem, prius referendum ad Bona Hominis, unde munus erat Regi offerendum, poſterius ad Perſonam. Niſi ita ſit, haud dubie alterutrum à mala eſt manu. PERIZ.

[9] Ἐπὶ τὸ σταθμὸν τὸν σὸν] Ergo certas quaſdam habuere ſtationes apud Plutarchum profecto, *ante dicto loco*, σταθμὸς βασιλικὸς legitur. Adde Xenoph. *lib.* VIII. Κύρ. παιδ. SCHEFF. vid. *Ind.*

[10] Οἴκοθεν ὡς ἔνι μάλιστα ἑαυτῷ] Lego οἴκοθεν ὡς ἂν μάλιστα ἐμαυτῷ. GESNER. Geſnerus legit ἐμαυτῷ fruſtra; certe non fuit neceſſe, nam ἑαυτῷ omnium perſonarum eſt, *mei ipſius, ſui ipſius.* Hinc itaque videre eſt, ut ex iis etiam, quæ a me jam paſſim allata ſunt, doctos homines non ita laborare circa cognitionem purioris & elegantioris Helleniſmi. FAB.

Ὡς ἔνι μάλιστα, ἑαυτῷ &c.] Si recte quis animum attendat, deprehendet clariſſime, non ſatis cohærere ſequentia, inque ipſa conſtructione hærere quid ſcabri vel hiulci. Interpres quidem in Verſione, quam hic retinui integram, ut integram cuilibet de hoc loco judicandi copiam facerem, conjunxit omnia, ſyntaxi in Latinis ſatis commoda, ſed Græcis neutiquam reſpondente. Quid enim? An χαρήσαιμι, ἕτω τιμήσω σε, reddi poteſt, *ferens honorabo te*? Sed neque admiſerim expoſitionem, quam adfert Cl. Kuhnius, qui cenſet, χωρεῖν ſimpliciter hic γίνεσθαι, & ita χωρήσαιμι ἑαυτῷ κράτιστα notare hic ἑαυτῷ κράτιστος γενοίμην, *me ipſum ſuperabo.* Verum quidem eſt, Suidam, quem allegat, in *v.* χωρεῖν, ut prius de Verbo hoc agam, in explicanda hac phraſi, ὃ χωρέσαν αὐτῷ τὴν οἰκελίαν πρᾶσμάτων κατὰ νῆα, dicere id poſitum ἀντὶ τοῦ γενομένων. Sed ſi vim iſtius Verbi in ea locutione intueamur diligentius, liquebit, χωρεῖν ibi proprie ſignificare, non *Eſſe* aut *Fieri*, ſed *Procedere*, *Eve-*

ὡς ἔνι μάλιστα, ἑαυτῷ κράτιστα καὶ τελεώτατα [11] χωρήσαιμι, ἕτω τιμήσω σε, καὶ δή σέθεν ἐλάττων γενοίμην τινὸς τῶν ἄλλων ἤδη σε δεξιωσαμένων τοῖς δώροις. Ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρταξέρξης ἤσθη, καὶ

ri fluminis aqua. Quando vero ad ſtationem tuam perveneris, ego domo mea, quantum meæ facultates patientur, pretioſiſſima & optima ferens, te honorabo, & forſitan haud cedam cuiquam

Evenire. Jam vero vis Verbi γίνεσθαι tam late patet apud Græcos, ut non tantum illa quoque notet, ſed & alia quamplurima, atque adeo non modo ad τὸ χωρεῖν iſtic loci, ſed & ad alia Verba pene innumera adhiberi queat interpretanda. Nequaquam tamen inde ſequitur, ea ergo habere continuo latiſſimam quoque illam τῷ γίνεσθαι ſignificationem, ut ſimpliciter & directe ubivis per τὸ *Eſſe* vel *Fieri* exponi queant, quod hic tentat Vir Cl. Deinde quæ Syntaxeos eſt ratio in his, χωρήσαιμι, pro γενοίμην, τελειωτέρα ἑαυτῷ? Neque tamen diſputo hæc, ut cum Fabro rejiciam illud χωρήσαιμι, reponamque κομίσαιμι. Nam ſine dubio genuinum eſt illud, & commodum hic habet ſenſum. Significat enim *manibus meis cepero, tenuero, habuero*, ferens ſcil. ea. Vide omnino, quæ jam *ſupra* notavi *ad Caput* 3. ubi oſtendi, illud & Neutraliter conſtrui ad denotandam facultatem ſeu ſpatium *capiendæ rei* idoneum, & Active ad ipſam *Capiendi* actionem notandam. Hinc ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρέτω. Et, ut hic *manibus aliquid capere, ferre, tenere*, ſic *infra* II. 41. *ore quid recipere* notat: ἀδιαλείπτως ἐχώρει τὸν ἰσχεόμενον οἶνον, *ſine intermiſſione recipiebat vinum, quod infundebatur.* Ita vero aſſertam dedimus veram hujus Verbi ſignificationem, ſed vel ſic hæret, ut dixi, conſtructio, & nexus cum ſeqq. Cui malo ſuccurrit opportune prorſus MS. Lugd. & Regius 3064. qui exhibent non ſeparatim, ὡς ἔνι μάλιστα ἑαυτῷ κρ. καὶ πολ. χωρήσαιμι, ἕτω &c. commodiſſimo ſimul ſenſu & conſtructione. Reſpondent enim ita ſibi quam optime. ὡς & ἕτω; Aoriſtus etiam Optativi ſequitur, ut ſolet, ſuas ſibi particulas ὡς ἄν. Sic Lucian. *de Calumnia*, ὃ μέντοι μικρόν ἐστι τοῦτο, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, ἀλλ' &c. h. e. *ut quis forte ſuſpicetur.* Et Baſilius M. *de Leg. Græcis cap.* 19. ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι. Et Diodor. Sic. *lib.* III. *pag.* 105. ὡς ἂν ἡ διάφυσις τὸ πέτρας ὑπάρχῃ. Sed & extra Syntaxin Optativi ſæpe hæ particulæ ita junguntur. Sic enim Idem *Jove Conſut. p. m.* 182. ὡς ἂν ἀπὸ ἰσχυρᾶς πρασάλμαλος τῆς Μοιρῶν θεσμοῖς τῆς ἀκοντίς. Senſus ergo hujus Loci eſt, *ut maxime cepero*, vel *capere potuero*, (habet enim illud ἂν cum Optativo potiſſimum vim δυνατικὴν. Vide Viger. *Idiotiſm. Cap.* 8. *Sect.* 2.) *præſtantiſſima & pretioſiſſima rerum mearum, ita te iis honorabo.* Corruptio videtur orta ex frequenti uſu locutionis vulgatæ, ὡς ἔνι μάλιστα, quam vide apud Suidam & Heſych. in ὡς. Sed & ſic Noſter *infra* XII. 21 Et Diod. Sic. *lib.* I. *p.* 2. D. ἀπεδεξάμεθα, ὡς ἔνι μάλιστα, τὴν προαίρεσιν αὐτῶν, *probavimus, ut quam maxime poteſt, conſilium illorum.* Athenæus *lib.* I. *init.* ἀεὶ γὰρ τοῦ τυχόντος τὰς ζητήσεις ποιούμενος, ἀλλ', ὡς ἔνι μάλιστα, μετὰ κριτικῆς τινος, *& quæſtiones faciens non fortuitas, ſed, quam maxime poteſt, cum judicio. lib.* X. *p.* 436. *init.* αὐτὸν παρεσκεύαζον, ὡς ἔνι μάλιστα, ἀλλοτριώτατα τοῦ τὸν πατέρα διακεῖσθαι, *quam maxime poterant, faciebant, ut alieniſſimus eſſet à Patre.* Plato in *Epiſtola ad Archytan* apud Diog. Laert. in *Archyta*, καὶ τὸν γεγράψαντα αὐτὰ ἠγασθημεν, ὡς ἔνι μάλιστα; *& eum qui iſta ſcripſit, admirati ſumus, quam maxime.* Forſan etiam Thucydides, qui VI. 57. καὶ ἐκείτυχον τῇ ἱππάρχῳ εὐθὺς προσπίπτοντες, καὶ ὡς ἂν μάλιστα δὴ ὀργῆς ἔτυπτον. Sic editur, at ſi variarent iſtic Codd. præferrem, καὶ, ὡς ἔνι μάλιστα, δὴ ὀργῆς ἔτυπτον, *& per iram, ut maxime poterant, percutiebant.* De ἑαυτῷ, quod male tentavit Geſnerus, vide me *ad Caput* 21. PERIZ.

[11] Χωρήσαιμι] Lego κομίσαιμι. FABER. Non opus eſt ulla emendatione. Nam verbum χωρεῖν tam latè patet in Græca linguâ, ut γίνομαι quoque ſignificet. Vide Suidam in χωρεῖν. Idem igitur eſt, ac ſi dixiſſet, οἴκοθεν ἑαυτῷ κράτιστος &c. χρώμενος, *me ipſum quantum potero, & pretioſitate muneris & bonitate ſuperabo.* KUHN.

ᾧ δέχομαι ἡδέως, (φησὶν) ἄνθρωπε, τὸ δῶρον, ᾗ [12] τιμῷ γε αὐτὸ τ᾽ πάνυ πολυτελῶν, ᾗ ἰσοτάσιον ἐκείνοις λέγω· [13] πρῶτον μέν, [14] ὅτι ὕδωρ ἐστὶ τὸ πάντων ἄριστον· δεύτερον δ᾽, ὅτι Κύρου ὄνομα ἐν ἑαυτῷ φέρῃ. Καὶ σὺ δέ μοι καταλύοντι ἐν τῷ σαθμῷ πάντως ἐπιφάνηθι. Ταῦτα εἰπὼν προσέταξε τοῖς θυνέχοις λαβεῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ δῶρον. Οἱ δὲ τὴν ταχίστην προσδραμόντες, εἰς χρυσῆν φιάλην ἐδέξαντο ἐκ τ᾽ χειρῶν αὐτοῦ τὸ ὕδωρ. Ἐλθὼν δ᾽ ἔνθα κατέλυεν ὁ βασιλεύς, ἔπεμψε τῷ ἀνδρὶ τῷ Πέρσῃ σολὴν Περσικὴν, ᾗ φιάλην χρυσῆν, ᾗ χιλίους δαρεικοὺς, ᾗ προσέταξε τ᾽ κομίζοντα αὐτὰ εἰπεῖν τῷ λαμβάνοντι· Κελεύῃ σε βασιλεὺς ἐκ μὲν τούτου ᾧ χρυσίου εὐφραίνειν τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν, ἐπεὶ ᾗ σὺ τὴν ἐκείνου εὐφρανας, μὴ αὐτὸν ἀγέραστον, μηδὲ ἄτιμον ἐάσας, ἀλλ᾽, [15] ὡς ἤδη ἐχώρῃ, ταύτῃ

cuiquam aliorum, qui ſuis muneribus te jam exceperunt. Artaxerxes hiſce delectatus eſt, &, Ego verò, inquit ô homo, lubens munus tuum accipio, & in pretioſiſſimis habeo, & illis par dico: primùm quoniam aqua rerum omnium eſt optima: deinde, quoniam Cyri nomen præ ſe fert. Tu vero mihi devertenti in manſione omnino fac appareas. Hæc loquutus mandavit Eunuchis, ut munus ejus reciperent: illi vero quam citiſſime accurrentes, in auream phialam de manibus ejus aquam exceperunt. Rex verò, quum ad diverſorium ſuum perveniſſet, miſit homini Perſæ ſtolam Perſicam, & phialam auream, atque mille Daricos. Simulque ferentem ea dicere juſſit accipienti. Jubet te Rex animum tuum ex iſto auro oblectare, quoniam Tu ipſius quoque animum exhilaraſti minime indonatum neque inho-

12 Τιμῷ γε αὐτὸ τ᾽ πάνυ πολυτελῶν] Recte ſatis hæc vertuntur, ſed perperam exponebantur in Indice, quaſi τιμῷ hic eſſet poſitum pro ἀτιμῷ. Monendum itaque tyronum in gratiam, non eam eſſe Genitivi hujus rationem, nec regi à Præpoſitione, ſed ab ipſo Nomine δῶρον. Sic *ſupra cap.* 11. ἦσαν δὲ ἄρα μαντικωτάτων ζώων ᾗ μῦες. *Infra* VI. 7. ἦσαν δὲ οἰκέται τ᾽ εἱλώτων, h e. *Erant autem hi ſervi ex genere Helotarum.* XIII. 1. ὑδὲ ἦν τ᾽ ὑπὸ μητρῶσι τρεφομένων, *nec erat ex iis, quæ à Matribus ſunt educatæ.* Lucian. *Dial. Meretr.* Ὄρμου τινά μοι δῶσα τ᾽ πολυτελῶν, ᾗ ὀθόνας τ᾽ λεπτῶν. *Monile mihi dans ex illis pretioſis, & faſcias ex tenuibus.* PERIZ. Mediceus & Sluiskianus πημῶμαι γε αὐτό.

13 Πρῶτον μὲν] Particula μὲν abeſt a Mediceo, & Sluiskiano.

14 Ὅτι ὕδωρ ἐστὶ] Ita Pindarus *Olymp.* A. *ab initio.* ἄριστον μὲν ὕδωρ, quod in notis Codicis Bigotiani obſervatum eſt. SCHEFF.

15 Ὡς ἤδη ἐχώρει] Ecce iterum ignoratio Helleniſmi quid faciat. Nunquam occurrit ταύτῃ in forma adverbiali, quia aut præcedat ἤ, aut mox ſequatur; neque ratio fieri aliter ſiverit. Legendum itaque eſt, ὡς ἤ δὴ ἐχώρει, ταύτῃ &c. FABER. Faber. ὡς ἤ δὴ ἐχώρει, ταύτῃ &c. quod amplector. SCHEFF. Fabri correctio ὡς ἤ pleonaſmum habet duriorem. ὡς ἴνι, ὡς χωρεῖ, l. ἐγχωρεῖ &c. *quà licet*, Græci dicunt: at ὡς ἤ χωρεῖ nunquam. Si igitur aliquid mutandum eſſet, ὡς δὴ ἐχώρει legerem, ſed præſtat nihil mutare. ἤδη notat ſimul tempus præſens & vix dum præteritum; *modo enim pro re nata honos Regi ſervatus erat*, vid. *Indicem* in ἤδη. Cæterum non poſſum concoquere hæc Fabri: *Nunquam occurrit ταύτῃ in forma adverbiali, quin aut præcedat* ἤ,

ταύτῃ τιμήσας· βέλεται δέ σε, ᾗ τῇ φιάλῃ ταύτῃ ἀρυσάμενον, πίνειν ἐξ ἐκείνου ᾗ ὕδατος.

ΚΕΦ.

inhonoratum paſſus: ſed quemadmodum ſane res ferebat, ita veneratus. Vult autem, ut hac phiala aquam ex illo fluvio hauſtam bibas.

CAP.

ἤ, aut mox ſequatur: neque ratio fieri aliter ſiverit. Contrarium facile ex ipſo Auctore Noſtro eluceſcit. Nam *lib.* IX. *Var. Hiſt. cap.* 9. ταύτῃ, inquit, μᾶλλον ἡδίων ἔσῃ, ἐς πλέονος &c. *hoc erit ſuavior, quo pluris emetur.* & in *Hiſt. Anim. lib.* IX. *cap.* 32. εἰ δὴ μὴ ταύτῃ τις ἀναστάσῃ, ἔχει ἄλλως ὅπερ οἱ ἔσω καλῶς καὶ εἰς ἐλεὸν Θησαύρισμα εἰληφέναι Textus extrema ſui parte mendo non uno laborare videtur. Ego equidem, aliorum ſalvo judicio, legendum exiſtimaverim, οἷς) καλῶς καὶ εἰς δέον ϑ. ει hoc ſenſu. *niſi autem aliquis* (hyoſcyamum &c.) *ita extraxerit, fruſtra habet, quod ſe benè & in uſus neceſſarios theſauri inſtar accepiſſe putat.* vide etiam *cap.* 53. & *lib.* X. *cap.* 13. & 14. *lib.* XIV. *cap.* 15. ubi invenies ταύτῃ in forma adverbii ſæpius occurrere, nec tamen aut præcedere ἤ, aut mox ſequi. KUHN. Neque placet Fabri emendatio ὡς ἤ δὴ ἐχώρει, quam recte rejecit jam Cl. Kuhnius; neque etiam Hujus interpretatio τῷ ἤδη, ut quo ſignificetur hic *modo, paulo ante.* Si genuina eſt hæc vocula, verterim tunc, *ſane, quidem.* Sic II. 24. *ipſo Capitis initio,* Ἤδη τινὲς τὴν Μίλωνος ᾠδὴν φερομένην ῥᾴμην ἐξέβαλον, *Quidam ſane celebratum Milonis robur exploſerunt.* Et II. 13. ἤδη δέ ποτε αὐτὸν ἐμεχέλων &c. *aliquando tamen eum ſane laceſſens.* Lucian. *Jove Conf.* νυνὶ δὲ αὐτόν σε ἤδη ὁρῶ μὴ τ᾽ ἀπιλῶν ἀπὸ λεπίδι νάμαῖος κερκώμενον. *Nunc vero video te ſane* &c. Plato *Alcib.* I. Τί οὖν; ἤδη τινὰ εἶδες σοφὸν. *Quid igitur? Vidiſti quidem ſapientem.* Heſiod. ἔργ. 588. Ἀλλὰ τότ᾽ ἤδη ἐπὶ πλείονι σκίη, *ſed tum ſane ſit umbra rupis.* Dubitem tamen, an ſcripſerit potius Auctor id, quod conjecit Kuhnius, ὡς δὴ ἔχ. Nam certe ita *cap.* 21. ἐπικύψας, ὡς δὴ ᾠσκυνῶν. Et alibi paſſim. Niſi quis malit ita dividere voculam, ἤ δη, *certe quidem*, quod Homericum eſt. Cæterum abeſt tota hæc lacinia, ἀλλ᾽ ὡς ἤδη ἐχ. τ. τιμ. à Cod. Lugd. & Regio 3064. PERIZ. Avus meus pro ἐχώρει malebat ἐχώρεις.

ΚΕΦ. λγ΄.

Περὶ μεγάλης ῥοιᾶς τῷ αὐτῷ δεδωρημένης.

Ῥοιὰν ἐπὶ λίνου μεγίστην [1] ὁ Μίσης Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ ἐλαύνοντι τὴν

CAP. XXXIII.

De magno malo punico eidem Regi donato.

Miſes Artaxerxi per Perſidem equitanti malum punicum maximum

1 Ὁ Μίσης] Plutarchus in *Artaxerxe:* Ἀλλὰ καὶ ῥοιὰν μίαν ὑπερφυᾶ μεγέθει περσενέγκαντος Ὠμίσου τινὸς αὐτῷ &c. Forte in Noſtro ex prima nominis litera articulus factus eſt. Nam Plutarchi lectionem meliorem eſſe, vix dubito. Fuit autem pauper hic ſive *Miſus* ſive *Omiſus*, teſte dicto auctore in *Apophtheg. Regum ac Imperat.* niſi malis ὁ Μίθρας, quod habent MSS. B. & C. *Mithres* ſane nomen Perſicum, ut apparet vel ex Curtio. & forte vera hæc ſcriptura ὁ Μίθρης. SCHEFF. Bene Doctiſſimus Schefferus ex Plutarcho Ὠμισος, vel ut ego verius puto Ὠμίσης. FABER. Ut MS. B. & C. ſic & Lugd. ὁ Μίθρας. Sed neutiquam putem, *veram hanc eſſe ſcripturam*, ut ſuſpicatur Schefferus. Nam reliqui Codices ſer-

τὴν Περσίδα προσεκόμισε. Τὸ μέγεθος τῆς αὐτῆς ὑπερεκπλαγεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐκ ποίης ᾠδοιδείσης, φησὶ, λαβὼν φέρεις μοι τὸ δῶρον τοῦτο; ὃ δὲ εἰπόντος, ὅτι οἴκοθεν, [2] καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ γεωργίας, ὑπερήδη, καὶ δῶρα μὲν αὐτῷ βασιλικὰ ἔπεμψε, καὶ ἐπεῖπε, νὴ τὸν Μίθραν, [3] ἀνὴρ ἔστος ἐκ τῆς ἐπιμελείας ταύτης δυνήσεται καὶ πόλιν, κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν, ἐκ μικρᾶς μεγάλην ποιῆσαι. Ἔοικε δὲ ὁ λόγος ὁμολογεῖν ἔστος, ὅτι πάντα ἐκ τῆς ἐπιμελείας, καὶ τῆς ἀφθόνου φροντίδος, καὶ τῆς σπουδῆς τῆς ἀνελλιποῦς, καὶ τῆς κατὰ φύσιν δύναιτο ἂν κρείττονα γενέσθαι.

mum obtulit in vanno. Rex magnitudinem ejus maximopere admiratus, ex quonam, ait, paradiso depromptum hoc donum mihi adfers? Illo verò respondente, domo sua & ex suis agris, gavisus est supra modum, & regia ad eum misit munera, & ad hæc, per Solem, inquit, iste homo tali cura poterit etiam civitatem, meo quidem judicio, ex parva reddere magnam. Videtur autem hic sermo testari, omnes res cura, & continua sollicitudine, & studio nunquam deficiente, præstantiores, etiam supra naturam, effici posse.

ΚΕΦ. CAP.

servant ὁ Μίσης. Prætulerim Ego potius Plutarchi in *Artaxerxe* lectionem, quæ est Ωμίσης, quod multum convenit cum nomine Ægyptii Regis *Amasis*. Nam Vocales in Nominibus Orientalium, quorum Linguis adscribo etiam Ægyptiacam Veterem, diversis plane modis efferuntur à Græcis. Sic *Axares* & *Xerxes* idem plane erant Nomen, licet ab se invicem longius secedant, quam Ωμίσης & Ἀμάσις. Præterea Articulus ad Nomen Hominis adeo ignoti minime requiritur, sed rectius abest. PERIZ.

2 Καὶ ἐκ τῆς ἰδίας γεωργίας] Puto plane Nostrum scripsisse αὐτῆς, loco certe est convenientius. SCHEFF. Romana Editio habet, ἐκ τῆς αὐτῆς γεωργίας, quod probum, si modo spiritus αὐτῆς mutetur. KUHN.

3 Ἀνὴρ ἔστος &c.] Eadem ratione apud Herodotum *lib.* v. *cap.* 29. Parii judicarunt iis potissimum rem Milesiorum publicam committendam esse, τῶν ἄλλων τοὺς ἀγροὺς δι' ἐξεργασμένους· δοκέειν γὰρ ἔφασαν καὶ τῶν δημοσίων ἔτω δι σφέας ἐπιμελήσεσθαι, ὥσπερ καὶ τῶν σφετέρων *quorum agros deprehenderunt bene excultos: dixerunt enim, videri sibi, eos, curam, quam suis rebus impenderant, in publico quoque adhibituros esse.* At vero, ut *Epigrammatum Græc. lib.* I. monet,

—— οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.
Qui propriis usus discincti more nepotis
Rebus in alterius non bene fidus erit.

ὁ Φαύλως ἀμησάμενος καὶ τὰ ἰδίων, ἐδέποτε καλῶς βουλεύσεται καὶ τὰ ἀλλοτρίων, inquit Isocrates. vid. Arist. *lib.* II. *Rhet. cap.* 23. Ciceronem *l.* X. *Epist. ad Att.* 6. *si ii provincias &c.* Cæterum Xenophon in *Oeconom.* tradit, Reges Persarum bonam ditionis suæ partem obire, &, si quem agrum nitidius cultum animadvertissent, coloni industriam donis aliisque præmiis prosequi solitos. KUHN.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ πατρὸς υἱοῦ θάνατον καταγινώσκεσθαι ζητοῦντος.

Ἀνὴρ γένει [1] Μάρδος, ὄνομα [2] Ῥακόκης, παῖδας εἶχεν ἑπτά. Ἀλλὰ τούτων ὁ νεώτατος ἐκαλεῖτο Καρτώμης· κακὰ δὲ πολλὰ [3] τοὺς μάγους εἰργάζετο. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐπεῖρατο αὐτὸν ὁ πατὴρ παιδεύειν, καὶ ῥυθμίζειν λόγῳ. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείθετο, [4] τῶν δικαστῶν τῶν περιχώρων ἀφικομένων, ἔνθα ᾤκει ὁ τοῦ νεανίσκου πατὴρ, ἀλλ' ἐκεῖνός γε συλλαβὼν τὸ παιδίον,

CAP. XXXIV.

De patre filium suum capitis reum postulante.

Homo quidam genere Mardus, nomine Rhacoces, septem habebat liberos. Sed ex his minimus natu appellabatur Cartomes, Magis autem multa inferebat mala. Primum igitur eum pater monere, & formare verbis tentabat. Verùm quum ille non auscultaret *patri*, & istius tractus judices eò venissent, ubi habitabat ille adolescentis pater, tum verò is comhen-

1 Μάρδος] Legitur hic quoque apud Maxim. Tyr. *dissert.* 34. SCHEFF. Sed errat Vir Cl. Nulla enim *Mardi* alicujus *Diss.* illâ fit mentio, sed *Diss.* 35. verum & ibi non hujus, sed alterius Mardi, qui aquam sitienti dederit Regi. Erant autem *Mardi*, gens Hyrcanorum, teste Stephano, & *proximi*, περσικῆς, *Persis*, ut tradit Strabo *lib.* XI. *pag.* 524. PERIZ.

2 Ῥακόκης] Meminit hujus Suidas, verum solo nomine. SCHEFF.

3 Τοὺς μάγους] Schottus *lib.* III. *Observ. Histor. cap.* 34. *Pro* μάγους, Μάρδους *legendum censeo. Nam ex his, quæ subjiciuntur, dum injurias in fratres & in familiam reliquam commemorat, nulla Magorum mentio est. At vero Mardi genus quoddam inter Persas erat, de quo Herodotus.* Faveo huic emendationi, eamque amplector. IDEM. Vulgata lectio retineri poterit, ut quæ idem, quod Schotti correctio infert, haud obscurè includit. Qui enim in Magos injurius fuit, illum multo magis popularibus vim fecisse credibile est. Eadem opera *Magos* in locum pristinum restituo apud Eunapium in *vitâ Ædesii*, ubi pro, μάμων legendum Μάγων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκάλυσαν οἱ συντυχόντες τῶν Μάγων. *hoc autem impediverunt Magi, qui aderant.* videatur locus integer & res erit salva. KUHN. Schottus & Schefferus volunt Μάρδους. Tuetur vulgatam Kuhnius, quia, qui *Magis* vim fecerit, multo magis fecisse Reliquis credendus sit. Sed nullus *Magorum* aut *Mardorum*, sed tantum *Fratrum. Familiæ*, & *Generis*, in Accusatione Filii apud Regem meminit Pater. Ampliss. itaque Cuperus *Observ.* III. 10. emendandum censuit τοὺς μὲν ἄλλους, sc. παῖδας. Quod probo, verum ita, ut abjiciam illud μὲν, quippe quod proximo commate iterum occurrit, & ab hoc loco videtur alienum. PERIZ. Avo meo placebat μείζους, nempe παῖδας, quos minor natu læserat.

4 Τῶν δικαστῶν τῶν περιχώρων ἀφικομένων] Lugd. τῶν δικ. τῶν περὶ χῶρον ἀφικ. Sed perperam, ut opinor. περιχωροι δικασταὶ sunt Judices Regionis, illius, in qua habitabat Pater. De vi vocabuli, quod tractum aliquem Regionis notat respectu hujus aut illius loci in ista Regione siti, vide Doctiss. Keuchenium *ad Matth.* III. 5. Judices autem illi apud Persas peragrabant Regionem sibi commissam, plane uti apud Romanos Præsides provinciarum, *jure dicundo*, *Conventus* suæ provinciæ *circumibant*, ut loquitur Sueton. *Cæs. cap.* 7. PERIZ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ δεύτερον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER II.

ΚΕΦ. α'.

CAP. I.

Πῶς ὁ Σωκράτης ἐθάρσυνε τὸν Αλκιβιάδην, ὥστε μηκέτι μᾶλλον τοῦ πρέποντος εὐλαβεῖσθαι τὸν δῆμον.

Quemadmodum Socrates animum Alcibiadi fecerit, ut ne plus æquo metueret amplius populum.

1 Καὶ ταῦτα Σωκράτους 2 πρὸς Αλκιβιάδην. Ο μὲν ἠγωνία, ἡ ἐδεδίει πάνυ σφόδρα εἰς τὸ δῆμον παρελθεῖν τὸ μειράκιον·

ET hæc Socratis sunt ad Alcibiadem. Hic quidem adolescens admodum angebatur, & vehementer prorsus timebat in populi concionem prodire, Socrates vero confirmans eum & excitans; An non, inquit, sutorem illum (adjecto ejus nomine) nihili pendis? Annuente Alcibiade, rursum excipiens Socrates, porro etiam illum, qui in circulis præconium facit, aut tentoriorum sutorem illum? Fatente Cliniæ filio, nonne, inquit Socrates, ex talibus conflatus est populus Athenienſis? Quare si singulos eos contemnis, contemnendi tibi sunt etiam congregati. Magno hæc animo filius

Πῶς ὁ Σωκράτης ἐθάρσυνε &c.] In MS. B. titulus hujus capitis est. ὡῤὶ ᾧ μὴ καταφρονεῖν τίνων. in edito pro ἐθάρσυνε, ἐθάρσησε legendum. SCHEFF. Ita quidem Romana editio; ego vero malim ἐθάρσυνε in capitis hujus lemmate, quia ipse Auctor eo deinde utitur, & melius etiam quadrat, quia signat, *confidentiorem aliquem reddere*, quod in ἐθάρσησε secus est. KUHN. Ut in MS. B. sic in Lugd. titulus hujus capitis est, ὡῤὶ τῦ μὴ καταφρονεῖν τίνων: Sensu plane contrario, quam Historia Capitis requirit. In Sluisk. nulli prorsus tituli Capitum reperiuntur. Sed undecunque Vulgatus hicce sit sumptus, quid Schefferum moverit, exputare nequeo, ut censeret legendum in eo ἐθάρσησε pro ἐθάρσυνε. An quia ita habet Ed. Romana? Sed respuit illud ipsa verbi vis, quæ non Activam, ut hic requiritur, sed Neutralem habet significationem. Atque idcirco Gesnerus jam edidit ἐθάρσυνε, secutis eum Tornæsio, aliisque. PERIZ.

1 Καὶ ταῦτα Σωκράτους πρὸς Αλκιβιάδην] Nihil muto, quia ferri hæc possunt, & vulgata jam sunt. Sed & similiter pene 1. 4. Καὶ

κιον· ἐπιθαρσύνων ὃ αὐτὸν, καὶ ἐγείρων ὁ Σωκράτης, οὐ καταφρονεῖς (εἶπεν) ἐκείνου τοῦ σκυτοτόμου; τὸ ὄνομα εἰπὼν αὐτοῦ. 3 Φήσαντος ὃ τοῦ Αλκιβιάδου, ὑπολαβὼν πάλιν ὁ Σωκράτης, ἔτι ὃ ἐκείνου, τοῦ ἐν τοῖς κύκλοις κηρύττοντος ἢ ἐκείνου τοῦ σκηνορράφου; ὁμολογοῦντος ὃ τοῦ Κλεινίου μειρακίου, οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, 4 ὁ δῆμος ὁ Αθηναίων 5 ἐκ τοιούτων ἤθροισται; 6 καὶ εἰ τῶν καθ' ἕνα καταφρονεῖς, καταφρονητέον ἄρα καὶ τῶν ἠθροισμένων. Μεγαλοφρόνως ταῦτα

Καὶ ἐκεῖνο δὲ κυνὸς Αιγυπτίᾳ τι σοφόν. Nihilo tamen deterius est, quod habet Codex Lugd. Σωκράτης, sc. εἶπε. Sic 1. 16. ταῦτα τὸν Σωκράτην ὁ Απολλόδωρος. PERIZ.

2 Πρὸς Αλκιβιάδην] Adde Platonem in *Alcibiade*. SCHEFF.

3 Φήσαντος δὲ τοῦ Αλκιβιάδου] Mediceus φήσαντος δὲ αὐτῷ τῷ Αλκιβιάδῃ. Sluiskianus vero pro αὐτῷ habet αὐτοῦ.

4 Ο δῆμος] Populi Athenienſis concio ex fullonibus, zonariis, coriariis, sutoribus, fabris lignariis, agricolis, cauponis conflata erat, πότερον τούτοις αἰσχυνῇ; *num hos revereris?* inquit Socrates ad Charmidem apud Xenophont. publicè dicere non ausum, Themistius *Orat.* 4. δῆμος ἦσαν καὶ ἐδεῖν ἱερόν, *plebs erant & nihil sacrosanctum.* KUHN.

5 Ἐκ τούτων] Etiam hic locus declarabit, quam recte faciant, qui in edendis Auctoribus diligenter recensent Textum, siquidem is etiam in Editis publice exemplaribus, quibus tamen major adhiberi solet cura, tam facile corruptus reperitur. Etenim MSti, tum Editi omnes ante Schefferum, etiam Prima ipsius Schefferi, habent hic ἐκ τοιούτων. At Schefferi Altera, & eam secutæ, cum Fabri, tum Kuhnii, Editiones exhibent ἐκ τούτων, per meram, ut liquet, incuriam. Neque enim aliam vel ipsi dederunt, vel nos excogitare possumus, rationem. Quæ incuria, ut jam invaluerat, ita porro obtinuisset hunc locum, nisi nunc ei obviam iviſſemus. In proximis itidem Kuhniana legit, ἢ εἰ τῶν καθ' ἕνα καταφρονητέον, ἄρα ἢ τῶν ἠθροισμένων. Quæ ita distincta quia sensum aliquem præferunt, haud dubie ex hac Optima cæteroquin Ed. deinceps reciperentur in Alias, ut modo factum vidimus, licet certum sit, ex aliis omnibus Scriptis Editisque exemplaribus, etiam hic per ἀλειψίαν prætermissum esse καταφρονεῖς Ne vero quis putet inania hæc esse & inutilia, sciat, Posterius hoc incurrere in Genium Linguæ, quæ particulam ἄρα maxime postponit. Vide 1. 2. 3. 7. 11. 17. 25. 30. &c. Prius vero in Sensum: aliud enim est Populum constare ἐκ τούτων ex *illis* tantum, qui nominati sunt, aliud ἐκ τοιούτων. ex multis *ejus generis hominibus.* Quod si ergo in publicas Auctorum Edd. etiam hoc tempore irrepant certæ adeo mendæ, quis non videt, quanto sæpius & gravius illud evenire debuerit in Scriptis privatim Codicibus, superioribus seculis, barbaris illis & insciti? PERIZ.

6 Καὶ εἰ καθ' ἕνα καταφρονεῖς] Ad hoc dictum Socratis respicit Cicero *lib.* VI. *Tusc. Disput. cap.* 56. *an quicquam stultius quam quos singulos sicut operarios, barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos?* Adde Eundem *lib.* II. *de Finibus cap.* 15. & 25. & Lucian. in *Harmonide pag.* 641. ὁ γάρ τοι πολὺς ὄχλος λεώς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὸ βέλτιον, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν.

τὰ ὁ τοῦ Σωφρονίσκου καὶ τῆς Φαιναρέτης, τὸν τοῦ Κλεινίου 7 καὶ τῆς Δεινομάχης διδάσκων.

lius Sophroniſci & Phænaretæ, ſilium Cliniæ & Dinomaches docebat.

7 Καὶ Δεινομάχης] Crediderim Parentes Alcibiadis non aliter memoraſſe hic Ælianum, quam eodem hoc commate deſignarat Parentes Socratis, quibus, utrique, addidit Articulum, qui hic abeſt à Matre Alcibiadis. Sed exhibent eum MSti & Editi priores, atque idcirco & Ego reſtitui. PERIZ.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ γραφῶν ἐπαινουμένων κακῶς.

1 Μεγαβύζου ποτὲ ἐπαινοῦντος γραφὰς εὐτελεῖς, καὶ ἀτέχνους, ἑτέρας δὲ σπουδαίως ἐκπεπονημένας ἔλεγον-

CAP. II.

De perperam laudatis picturis.

Quum Megabyzus aliquando picturas viles & artis expertes laudaret, alias verò induſtrie

1 Μεγαβύζου] Non proprium ſed dignitatis officiique hoc nomen eſt. Ita enim ſacerdos Dianæ Epheſiæ appellabatur. Sed hoc pridem obſervarunt, Adrianus Turnebus, Caſaubonus *ad Laërtii Xenophontem*, & alii. SCHEFF. *Megabyzus* hic proprium eſt nomen, ut vel ex Plutarcho liquet, qui *de animi Tranquillitate*, Μεγάβυζον, inquit, τὸν Πέρσην, *Megabyzum Perſam* &c. in *excerptis Cteſianis* apud Photium ſæpe hoc nomen obvium eſt. KUHN.

Μεγαβύζου] Quærunt hic Interpretes, utrum Proprium id Hominis alicujus fuerit Nomen, an vero Dignitatis vel Muneris. Affirmat hoc Schefferus, quia ſic communiter appellati fuere Sacerdotes Dianæ Epheſiæ: illud Kuhnius, quia Plutarchus hunc Hominem dicit non Sacerdotem Epheſium, verum *Perſam*, Πέρσην. Sed vel ſic videri poſſet Nomen Dignitatis, ſiquidem Heſychius ait, non tantum *Sacerdotes Dianæ*, ſed & *Duces Regis Perſarum* dici *Megabyzos*: Καὶ οἱ τῆ Ἀρτέμιδος ἱερεῖς, καὶ οἱ σατράπαι τῶν Περσῶν βασιλέως, Μεγάβυζοι. Ego tamen vix dubito, quin apud Perſas Proprium hoc fuerit Nomen, non Commune omnibus *Regis Ducibus*. Liquet id ex Nobiliſſima *Megabyzi* familia, illius, qui fuit unus ex Septem Principibus, contra Magos conſpiratis, præfectus poſtea demum Copiis à Dario. De quo *Megabyzo* ſeu *Megabazo*, velim videas, quæ Herodotus narrat IV. 143. & ex eo Euſtathius *ad Homerum Iliad. B. pag.* 183. ex quibus etiam ſatis liquet, fuiſſe id proprium hujus Hominis Nomen. Ejus enim Filius fuit *Zopyrus*, celebris Expeditione Babylonica: at Nepos iterum *Megabyzus*, ut ſolent Nepotes Propriis Avorum Nominibus ornari; unde & hujus Filius denuo dictus eſt *Zopyrus*. Diſerte Euſtathius *ad Iliad.* E. *pag. m.* 441. *antiquiſſimum morem fuiſſe* ait, τὸς ἐγγόνους καλεῖσθαι τοῖς τῶν πάππων ὀνόμασι, *nepotes appellari nominibus Avorum*. Poſterior autem *Megabyzus* nominatur ita inter Alios Complures, ſed omnes aliorum Nominum, Ductores copiarum ſub Xerxe, ſicuti & Alius ejuſdem Nominis fuit inter Præfectos Navibus. Credibile ergo, quum uſitatum hoc fuerit Perſis Illuſtrium Nomen, atque adeo plures etiam Perſarum σατραπεῖαι eo fuerint ornati, Græcos itaque exiſtimaſſe, commune hoc fuiſſe illorum σατραπῶν Nomen. Cæterum hic loci utrum Perſa quis, an Sacerdos Dianæ Epheſiæ, fuerit *Megabyzus* ille, incertum mihi. Plutarchus quidem *Perſam* dicit, & firmari hoc videtur eo, quod Noſter illi tribuit conſpicuam *Veſtem & Famulos*, Plutarchus *Aurum & Purpuram*. Sed ſi ita, tum ſanè vix dubitem erraſſe eundem Plutarchum in eo, quod hanc Hiſtoriam dicit accidiſſe in officina, non *Zeuxidis*, ut Noſter, ſed *Apellis*, quippe qui floruit demum temporibus Alexandri, & ejus Succeſſorum, Ptolemæi, Antigoni, &c. poſt debellatam jam & exſtinctam pene Perſarum gentem, qua etiamdum rerum potente vixit Zeuxis. Crediderim tamen, deſignari hic potius *Megabyzum*, *ſacerdotem Epheſium*, partim quia Noſter & Plutarch. *de Diſcr. Adul. & Amici* eum ſimpliciter & ſine alia deſcriptione appellat *Megabyzum*; deinde quia & Zeuxis & Apelles artem ſuam maxime exercuerunt *Epheſi*, unde & uterque *Epheſius* dicitur; denique quia Plinius XXXV. 10. Apellen revera *pinxiſſe* ait *Megabyzi*, *Sacerdotis Dianæ Epheſiæ*, *Pompam*. PERIZ. Μεγαβύζου Perſice dicebatur مگبوذ *Præſul*, vel *Præfectus Magorum*, quem reliqui Magi de rebus dubiis conſulebant: quod nomen ad primarios aliarum gentium ſacerdotes quoque tranſlatum fuiſſe docet Ecteri apud Cl. Heidium *cap.* 30. *Hiſtor. Relig. Perſicæ*.

2 Ζεύξιδος] Ab Apelle Megabyzum hoc reſponſum tuliſſe ſcribit Plutarchus *lib. de Adul. & Amic. diſcr.* SCHEFF.

3 Θεραπείαν, *cultum*] Intellige Comitatum ſeu cultum & ſervitium, à clientibus & famulis præſtitum. Sic Epict. *cap.* 32. Ἐπαίνῳ οἱ αὐτὸ πωλεῖ, θεραπείας πωλεῖ, h. e. convivium ſuum *vendit laudibus*, *vendit cultu & obſervantia*. Plut. *Dione pag.* 967. de Dionyſii ſorore, ὥς τε καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆ τυραννίδος ἐκείνη τιμὴν καὶ θεραπείαν βασιλικὴν ὑπάρχειν, *ut etiam poſt ſublatam tyrannidem illi honos & cultus regius fuerit habitus*. Hic tamen intelliguntur maxime ipſi Comites, ſeu clientes, ſeu ſervi, qui Homini præſto erant, & deſerviebant. Sic apud Xenophontem Ἀπομνήμ. III. Καὶ μητέρα παρεῖναι αὐτῇ οὐκ ἐσθ' ὅτι καὶ θεραπεία ἐλλείποι τῆ τυχούσῃ, καὶ θεραπαίνας πολλὰς καὶ εὐειδεῖς, *Et matrem, quæ ipſi aderat, in veſtitu & cultu famularum haud vulgari, ancillaſque multas & formoſas*. Noſter *infra* XIV. 49. τῶν οὐ Μακεδονίᾳ δοκιμωτάτων τὰς υἱεῖς ἐπὶ τὴν ἑαυτῆ θεραπείαν εἶχεν. Vide & *Indicem*. PERIZ.

4 Ὅταν γε μὴν τεχνικόν τι θέλεις] Uterque MS. habet, θέλῃς, quod in hac oppoſitione & ſubjunctione non videtur reſpuendum. IDEM.

5 Εἰς τὰς ἐπαινουμένας] Lego ἐπαίνους. Certe haud memini nunc quidem, quenquam ita loqui. FABER. Nihil mutandum. εἰς τὰς ἐπαινουμένους Atticum eſt, pro ἐν τοῖς ἐπαινουμένοις, *vide, ut inter laudantes conſiſtas*, nec vituperes quicquam artificioſum, quod captum tuum ſuperat. KUHN.

Εἰς τὰς ἐπαινουμένας] Recte tuetur hanc lectionem Cl. Kuhnius. Sed miror eum hæc vertere: *Vide, ut inter* LAUDANTES *conſiſtas, nec vituperes quicquam artificioſum:* quum certiſſime hic ſit ſenſus, *Serva igitur te inter* LAUDATOS, *cohibendo lingnam, & de nulla arte, quæ ſupra Te*, vel *ad Tuam non pertinet notitiam, diſſerendo*. Sic I. 28. Ἀλλὰ τότε γε ὡς ἐλευθέρου ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐπαινεῖ-

ψέγοντος, τὰ παιδάρια τὰ τοῦ 2 Ζεύξιδος τὴν μηλίδα τρίβοντα κατεγέλα. Ὁ τοίνυν Ζεῦξις ἔφατο, ὅταν μὲν σιωπᾷς, ὦ Μεγάβυζε, θαυμάζῃ σε τὰ παιδάρια ταῦτα. Ὁρᾷ γὰρ σοῦ τὴν ἐσθῆτα καὶ 3 τὴν θεραπείαν, τὴν περί σε. 4 Ὅταν γε μὴν τεχνικόν τι θέλεις εἰπεῖν, καταφρονεῖ σου. Φύλαττε τοίνυν σεαυτὸν 5 εἰς τοὺς ἐπαινουμένους, κρατῶν τῆ γλώσσης, καὶ ὑπὲρ μηδενὸς τῶν μηδὲν σοι προσηκόντων φιλοτεχνῶν.

ſtrie elaboratas reprehenderet, pueri Zeuxidis melinam terram terentes, eum deridebant. Zeuxis itaque, Quum taces, inquit, Megabyze, mirantur te iſti pueri. Vident enim veſtem & comitatum tuum. Simul ac verò quid, quod ad artem pertineat, vis dicere, te contemnunt. Serva te igitur inter laudatos, linguam compeſcendo, & de nulla arte, quæ nihil ad te attinet, diſputando.

ΚΕΦ.

CAP.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Αλεξάνδρου οὐκ ἐπαινέσαντος εἰκόνα κατὰ τὴν ἀξίαν.

Ἀλέξανδρος θεασάμενος τὴν ἐν Ἐφέσῳ εἰκόνα ἑαυτοῦ, τὴν ὑπὸ Ἀπελλοῦ γραφεῖσαν, οὐκ ἐπῄνεσε κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ γράμματος. [1] Εἰσαχθέντος δὲ τοῦ ἵππου, καὶ χρεμετίσαντος πρὸς τὸν ἵππον τὸν ἐν τῇ εἰκόνι, ὡς πρὸς ἀληθινὸν καὶ ἐκεῖνον, ὦ βασιλεῦ, (εἶπεν ὁ Ἀπελλῆς) ἀλλ' ὅγε ἵππος ἔοικέ σου [2] γραφικώτερος εἶναι κατὰ πολύ.

ΚΕΦ.

CAP. III.

De Alexandro, quod ſimulacrum quoddam non, ut par erat, laudaverit.

Alexander Epheſi ſuam ipſius imaginem, ab Apelle pictam, contemplatus, non laudavit pro dignitate picturæ. Quum autem introductus equus adhinniret equo iſtius tabulæ, tanquam ſi verus eſſet & ipſe, O rex, (inquit Apelles) hic ſanè equus artis pingendi multo peritior, quam tu, eſſe videtur.

CAP.

νεῖσθαι, *laudari*. Lucian. *adv. Indoctum*, ὑπὸ δὲ τῶν κολάκων ἐπαινούμενος, *laudatus*. Idem *ibid.* plane ut hic, ἀφέμενος τῶν μηδὲν προσηκόντων: h. e. *dimittens* libros, *quos non intelligis*. PERIZ.

1 Εισαχθέντος δὲ τοῦ ἵππου] Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. de Apelle: *Eſt & equus ejus ſive fuit pictus in certamine, quo judicium ad mutas quadrupedes provocavit ab hominibus. Namque ambitu æmulos prævalere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit, Apellis tamen equo adhinnivere.* Ergo hoc dicterio non Alexandrum, ſed æmulos & vulgus imperitum repreſſit. Nam *de Alexandro liberalibus ſtudiis ab extrema ætate imbuto difficile eſt, talem judicandi imperitiam credere*, ait Cl. Johan. Freinshemius in *Supplem. Curt. lib.* II. *cap.* 2. SCHEFF. De Alexandro Macedone & nemine alio hîc ſermo eſt. Verba enim Auctoris omnem ſequioris interpretamenti colorem reſpuunt, *Pliniumque* habent ſuffragatorem, qui non veretur Alexandro imperitiam in æſtimandis picturis impingere, *In officina*, inquit, *imperite multa diſſerenti ſilentium comiter ſuadebat* (Apelles) *rideri eum dicens à pueris, qui colores tererent. Tantum erat autoritati juris in Regem alioquin iracundum! lib.* XXXV. *cap.* 10. KUHN.

2 Γραφικώτερος] *Picturæ peritior*. Quam graviter in interpretando hoc Loco & Vocabulo lapſi ſint Viri Summi Eraſmus Noſter & Cælius Rhodiginus, vertendo *Expreſſior*, vide apud Paul. Leopardum *Emend.* XII. 4. & vel ex hoc exemplo diſce, quam bene conſulant Auctoribus etiam illi, qui præter Criticam Textus caſtigationem Locis quoque non corruptis curam ſuam impertiuntur, quum Viri tam Eruditi ſæpe talia minus recte perceperint. PERIZ.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ ἔρωτος Χαρίτωνος καὶ Μελανίππου, καὶ Τυράννου εἰς αὐτοὺς συμπαθείας.

[1] Φαλάριδος ὑμῖν ἔργον ἐμὲ μάλα ἐκείνῳ σύνηθες εἰπεῖν ἐθέλω. [2] Τὸ δὲ ἔργον φιλανθρωπίαν ἄμαχον ὁμολογεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον ἐκείνου δοκεῖ. [3] Χαρίτων ἦν Ακραγαντῖνος, [4] φιλόκαλος ἄνθρωπος, καὶ περὶ τὴν ὥρᾳν τὴν τῶν νέων ἐσπουδακὼς δαιμονίως. Διαπύρως δὲ ἠράθη μάλιστα Μελανίππου [5] τοῦ Ακραγαντίνου καὶ ἐκείνου, καὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθοῦ, καὶ τὸ κάλλος διαφέροντος. Τοῦτον ἐλύπησέ τι Φάλαρις τὸν Μελάνιππον. Διαζομένῳ γὰρ αὐτῷ πρός τινα τῶν ἑταίρων αὐτοῦ τοῦ Φαλάριδος,

CAP. IV.

De amore Charitonis & Melanippi, & Tyranni erga ipſos affectu.

Phalaridis factum non valde ipſi ſolitum referre vobis volo. Factum autem illud humanitatem præ ſe fert ſingularem, & idcirco ab eo alienum videtur. Chariton erat quidam Agrigentinus, pulchri amator, & nimium quantum flori adoleſcentium deditus. Hic ardenti deſiderio Melanippum maxime amabat, qui etiam ipſe Agrigentinus erat, & indole præclarus, ac pulchritudine excellens. Hunc Melanippum læſerat quadam in re Phalaris. Quum enim judicio cum quodam amicorum Pha-

1 Φαλάριδος] Qua arte is Tyrannidem invaſerit, quum eſſet alienigena, & publicanus Agrigentinorum, Vide apud Polyæn. v. 1. Defenſionem ejus, animi gratia ſuſceptam, laudatamque illius humanitatem, vide apud Lucian. in *Phalaride*, qui & ejus Epiſtolas confinxiſſe creditur humanitatis plenas. Ita tamen Crudelitas illius percrebuit, ut *Phalaridis* Nomen præ cæteris maxime ad deſignandum Tyrannum truculentiſſimum adhiberi ſit ſolitum. PERIZ.

2 Τὸ ἔργον] Tres ultimæ Edd. iterum uno conſenſu vel incuria omiſerant δὲ, quod MSti, priſtinæque Edd. oſtentant, & flagitat ſenſus. IDEM.

3 Χαρίτων ὦν] Idem Athenæus *lib.* XIII. vide Suidam *v.* Αντέρως. SCHEFF.

4 Φιλόκαλος] Vertebatur, *pulchritudinis amator*. Dubitem an ſatis recte. Vocabulum enim hoc, ita ſimpliciter hic poſitum, ſignificationem haud dubie habet laxiorem, *ejus, qui omnia pulchra, decora, honeſta amat*. Sic III. 24. ponitur pro eo, *qui pulchris & egregiis delectatur armis*. Apud Ciceronem vero *Famil.* XV. 19. Caſſius Epicureus, ex intima Græcorum Philoſophia, Epicuri φιληδόνους revera eſſe φιλοκάλους ait, h. e. *decori & honeſti amantes*. Plutarchus *de Aud. Poetis cap.* 42. conjungit ideo, τὸ φιλότιμον καὶ φιλόκαλον, καὶ μὴ παιγνίας, ἀλλὰ παιδείας ἕνεκα ποιημάτων ἁπτόμενον, *honeſti & decori ſtudioſum, quique poemata non ludicri, ſed doctrinæ cauſa attingit*. Sed & mox Adoleſcens ille Melanippus deſcribitur, non à forma tantum, τὸ κάλλος διαφέρων, ſed & ab animo, τὴν ψυχὴν ἀγαθὸς. PERIZ.

5 Τοῦ Ακραγαντίνου καὶ ἐκείνου,] Sluisk. non agnoſcit illud τοῦ, & elegantius abeſt, quia hic non niſi de *Agrigentinis* agitur, & paulo ante Charito quoque ſine hoc articulo *Agrigentinus* fuiſſe dicebatur. Firmant Sluiskianum etiam Uterque Mediceus. Ceterum Plutarchus Ερωτικῷ *pag.* 760. Melanippum ait ipſum fuiſſe amatorem, & Tyranno propter τὸ ἐρώμενον ſtruxiſſe inſidias, ſed haud dubie vitio memoriæ. IDEM.

δος, προσέταξεν ὁ τύραννος τὴν γραφὴν καταθέσθαι. Τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ὅδε ἠπείλησε τὰ ἔγκατα δράσειν αὐτὸν μὴ ὑπακούσαντα. Καὶ ἐκεῖνος μὲν ὧδε τὴν δίκην [6] ἐκράτησε τοῦ ἀνάγκῃ προστάξαντος, [7] τοῦ Φαλάριδος contenderet, tyrannus juſſit, eum accuſationem abjicere. Quum vero non obediret, ille extrema ei minitatus eſt, morem non gerenti. Itaque vi coactus lite abſtinuit. Magiſtratus autem, qui ſub Phalaride, actio-

6 Ἐκράτησε δὲ ἀνάγκῃ προστάξαντος] Hic error ſit neceſſe eſt, ſcribi enim oportuerat, τῇ δὲ προστάξαι ἀνάγκῃ. FABER. Faber ſic emendat τῇ δὲ προστάξαι ἀνάγκῃ· δὲ Φαλάριδος ὄντες οἱ ἄρχοντες Mihi ſimpliciſſima minimeque recedens à ſcriptura veteri videtur emendatio, ſi legamus, καὶ ἐκεῖνος μὲν ὧδε τὴν δίκην ἐκράτησε τῇ ἀνάγκῃ προστάξαι δὲ Φαλάριδος, καὶ οἱ ἄρχοντες &c. SCHEFF. Legerem ἀνάγκῃ δὲ προστάξαντος. δὲ Φαλάριδος ὄντες οἱ ἄρχοντες &c. Juvenis deſiſtere incepto coactus eſt, atque ita reus *quidem præter jus faſque ſuperior extitit, vi à jubente illatâ; magiſtratus autem Phalaridis cauſam obliterarunt, abolleverunt.* ἀνάγκη idem eſt quod τοῦ ἀνάγκην, *ob neceſſitatem mandati à Phalaride profecti*, ejuſque πειθαναγκίαν. Petrus Ærodius *lib.* v. *Rerum judicat. cap.* 1. neſcio quem *graviſſimum atque religioſiſſimum judicem* ex hac hiſtoria ſibi extudit, *qui ſententiam tulit, quâ Menalippus judicio vicit adverſus literas, minas & ſuffragia Phalaridis.* de his & aliis quibuſdam jure merito Ulpianus aliquis dixerit: πῦ κεῖται; KUHN.

Ἐκράτησε τῇ ἀνάγκῃ &c.] Vitii hæc ſunt manifeſta, & idcirco varie tentantur. Proximum mihi videbatur, ἐκράτησε τότε, vel αὐτῇ, ἀνάγκῃ &c. Αὐτῇ ſcil. Μελανίππῳ. Sed quia Codex Lugd. ut & Regius 3064. nec non margo Alterius, 3132. habent τῇ ἀνάγκῃ, legendum videtur, vel, ut cenſet Doctiſſ Boyvinius, ἐκράτησε τῇ ἀνάγκῃ Προστάξαντος δὲ τοῦ Φαλάριδος οἱ Αρχ. vel, ut Ego conjeceram, ἐκρ. τῇ ἀνάγκῃ προσάξ. τοῦ Φαλάριδος. Οἱ δὲ Αρχ. Per me quoque Articulo illi τῇ penitus abeſſe liceret. Græcis autem κρατεῖν abſolute dicuntur Superiores in quocunque certamine. Lucian. *de Calumnia*, ὁ δὲ κολακευτικώτερος εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθάσας κρατεῖ, *ſuperior evadit*, ſcil. præ viro *Bono*, χρηστῷ. Et *adv. Indoctum*, καὶ κιθαρίσας ἐκράτει, καὶ ἀνεκηρύττετο, & *quum Cithara caneret, ſuperior erat*, & *renunciabatur*. Polyæn. I. 35. 2. καὶ περιῆλθε Μυρωνίδης κρατῶν μίσχει Φωκίδος. Oppian. Αλιευτ. III. 197. de Ventre, ἡ κρατίστη μὲν ἐν ἀνθρώποισι, *primas obtinet*. Ανάγκη προστάξαι significat *neceſſitatem ab juſſu & imperio ortam*, à Phalaride profectam. Sic plane *infra* XII. 47. Απελογήσαλο τὴν ἐκ τῆς Διονυσίου ἀνάγκην καταλίξασα. Homerus *Odyſſ.* Δ. 557. ἡ μὲν ἀνάγκη ἴσχει, *quæ* (Calypſo) *eum vi & neceſſitate retinet*. Max. Tyrius *Diſſert.* 10. *init.* comparans Tyrannum Polycraten, & Poëtam Anacreontem, pariter amantes Smerdien hujus amorem ait eſſe Μέσαις καὶ Χάρισιν ἀνακεκραμένον, *Muſis & Gratiis temperatum. at illius* ἀνάγκη vel δίκη, *vi & metu*. Sed & abſolute pro *neceſſario* Homerus *Odyſſ. B.* 216. itidem de Ventre, ἥτ' ἐκέλευσεν ἐὸ μνήσασθαι ἀνάγκῃ. Παρὰ τὴν δίκην, eſt *præter jus & fas*, (ſic Julianus *Orat.* 1. *pag.* 43. ἐν δίκῃ καὶ ὧδε δίκην, *jure & injuria*) vel *in iſtac lite*. Sic ὧδε τὸ δεῖπνον, *in cœna*, apud Lucian. in *Dial. Meretr. Tryphæn.* Verte itaque (nam Interpretes, qui reddiderant, *itaque vi coactus lite abſtinuit. Magiſtratus autem, qui ſub Phalaride, irritam judicii ſententiam fecerunt*, Græca neutiquam intellexerunt.) *Et ille quidem in hac lite*, vel *præter jus, ſuperior diſceſſit. neceſſitate jubentis ita Phalaridis*, vel ſimpliciter, *vi & imperio Phalaridis. Magiſtratus vero ſcripturam dicæ*, ſeu *intentionem litis, ſuſtulerunt*. Necdum enim ſententia erat lata, quæ irrita fieri deberet. PERIZ.

7 Τοῦ Φαλάριδος ὄντες οἱ ἄρχοντες] Quid hoc? ἄρχοντες τοῦ Φαλάριδος? *Magiſtratus Phalaridis*? ridiculum, *ut Magiſtratus Cæſaris, Conſules Auguſti*; nemo unquam ita loquutus eſt. Uno verbo dicam, excidit hinc vocula ὄντες, quæ ſi in ſedem revocabitur, locus integer erit. lego itaque τοῦ Φαλάριδος ὄντες οἱ ἄρχοντες &c. atque ita interpretor, *Magiſtratus autem qui e nutu Phalaridis pendebant* &c. hoc enim ſignificat εἶναι τινός. FABER.

λάριδος ὄντες οἱ ἄρχοντες τὴν γραφὴν τοῦ ἀγῶνος ἠφάνισαν. Βαρέως δ' ἐπὶ τούτοις ὁ νεανίσκος ἤνεγκεν, ὑβρίζεσθαι λέγων, καὶ ὡμολόγει τὴν ὀργὴν τὴν ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἐραστὴν ὁ Μελάνιππος, καὶ ἠξίου κοινωνὸν αὐτὸν γενέσθαι τῆς ἐπιθέσεως τῆς κατ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλους δὲ ἐσπούδαζε προσλαβεῖν τῶν νεανίσκων, οὓς μάλιστα ἤδει περὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν θερμοτάτους. Ὁρῶν δὲ αὐτὸν ὁ Χαρίτων ἐνθυσιῶντα, καὶ ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἀναφλεγόμενον, καὶ γινώσκων, ὅτι τῶν πολιτῶν οὐδεὶς αὐτοῖς συλλήψεται, δέει τῷ ἐκ τοῦ τυράννου, καὶ αὐτὸς ἔφη πάλαι τοῦτο ἐπιθυμεῖν, καὶ σπεύδειν [8] ἐκ παντὸς, τὴν πατρίδα ῥύσασθαι τῆς δουλείας τῆς καταλαβούσης· ἀσφαλὲς δὲ μὴ εἶναι πρὸς πολλοὺς τὰ τοιαῦτα ἐκφέρειν. Ἠξίου δὲ τὸν Μελάνιππον οἱ συγχωρῆσαι ὑπὲρ τούτων ἀκριβέστερον διασκέψασθαι, καὶ ἔασαι φυλάξαι τὸν χρόνον τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὴν πρᾶξιν. Συνεχώρησε τὸ μειλίκιον. Ἐφ' ἑαυτοῦ τοίνυν ὁ Χαρίτων βαλλόμενος τὸ πᾶν τόλμημα, καὶ κοινωνὸν αὐτοῦ μὴ θελήσας παραλαβεῖν τὸν ἐρώμενον, [9] ἵν' εἰ καταφωραθεὶς, αὐτὸς ὑπέχοι τὴν δίκην, ἀλλὰ actionem litis ſuſtulerunt. Quæ adoleſcens ægrè ferens, injuriam ſibi factam dixit, & amatori ſuam iram prodidit Melanippus, rogavitque eum, ut particeps eſſe vellet inſidiarum in tyrannum. Alios etiam adoleſcentes adſciſcere ſtuduit, quos maxime ad ejuſmodi facinus paratiſſimos eſſe ſciret. Chariton autem, quum inſanientem eum cerneret & ira incenſum, atque ſciret neminem civium cum ipſis conſpiraturum eſſe metu tyranni, ſe quoque dudum ajebat hoc deſiderare, & ſtudere omni modo, ut patriam ex ſervitute, quæ eam oppreſſam tenebat, eriperet: ſed tutum non eſſe, talia multis enunciare. Quamobrem orabat Melanippum, ut ſibi de his rebus penitius deliberandi copiam daret, & tempus idoneum ad obeundum facinus obſervare fineret. Conceſſit adoleſcens. Proinde Chariton omnem hujus auſi conatum ſibi ſumebat, & amaſium in ſocietatem ejus facinoris aſſumere nolebat, ut, ſi deprehenderetur, ipſe ſolus pœnas dependeret, non etiam illum in eadem mala præcipitaret. Sumpta

8 Ἐκ παντὸς] h. e. non *ſemper*, ut vertebatur, ſed *omnimodo*. Sic Lucian. *de Calumn.* καὶ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος σκοπεῖ. *Infra cap.* 13. μᾶλλον δ' ἐκ παντὸς συνεφαντήσας τὸν Σωκράτην σπεύδοντων ἐκείνων. Et plenius III. 7. καὶ κακῶς ἀγορεύειν ἐκ παντὸς τρόπου διῶντας. PERIZ.

9 Ἵν' εἰ καταφωραθεὶς αὐτὸς ὑπέχοι &c.] Sluiſk. & Mediceus uterque, καταφωραθῇ, quod probum, ſi non ea lectione, certe eo ſenſu. Nam ſi maxime nihil hic ſit mutandum, diſtinguendum tamen foret poſt Participium illud, inque eo Verbum Subſtantivum εἴη aut ᾖ intelligendum. Emphaticum enim eſt illud Αὐτὸς, & referendum ad ſequentia, ubi opponitur hiſce, καὶ ἐκεῖνον. Atque ideo recte vertitur ab Interprete *ipſe ſolus*. Mox iidem Codices pari conſenſu legunt, Ηνίκα οἱ ἐδόκει. IDEM.

ἀλλὰ μὴ καὶ ἐκεῖνον εἰς τὰ αὐτὰ ἐμβάλοι. Ηνίκα οὖν ἐδόκει [10] καλῶς ἔχειν, ἐγχειρίδιον λαβὼν, ὡρμᾶτο ἐπὶ τὸν τύραννον. Ου μὴν ἔλαθε, κατεφωράθη δ', πάνυ σφόδρα τῶν δορυφόρων ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα φυλαττόντων. Εμβληθεὶς δ' ὑπὸ τοῦ Φαλάριδος εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ τρεβλούμενος, ἵν' εἴπῃ τοὺς συνειδότας, ὁ δ' ἐνεκαρτέρει καὶ ἐνήθλει ταῖς βασάνοις. Επεὶ δ' μακρὸν τοῦτο ἦν, ὁ Μελάνιππος ἦκεν ἐπὶ τὸν Φάλαριν, καὶ ὡμολόγησεν οὐ μόνον κοινωνὸς εἶναι τῷ Χαρίτωνι [11] τῆς βελῆς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἄρξαι τῆς ἐπιβελῆς. Τοῦ δ' πυνθανομένου τὴν αἰτίαν, εἴπερ τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον, καὶ τὴν τῆς γραφῆς ἄρσιν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὡμολόγει περιαλγῆσαι. Θαυμάσας οὖν, ἀμφοτέρους ἀφῆκε τῆς τιμωρίας, προστάξας αὐθημερὸν ἀπελθεῖν, μὴ μόνον τῆς Ακραγαντίνων πόλεως, ἀλλὰ καὶ τῆς Σικελίας. Συνεχώρησε δ' αὐτοῖς [12] τὰ ἴδια δίκαια καρποῦσθαι. Τούτῳ ὕστερον

Sumpta igitur ſica, quum opportunum jam eſſe negotium videbatur, in tyrannum irruebat. Nec verò latere potuit, ſed deprehenſus eſt, ſatellitibus in ejuſmodi res ſummo ſtudio intentis. Conjectus autem à Phalaride in carcerem, & tortus, ut proderet conjuratos, ille vero conſtanter duravit animum & fortiter ſe geſſit in illis cruciatibus. Poſtquam verò longum id fuit, acceſſit Melanippus ad Phalarim, & ſe non tantùm Charitoni ſocium hujus conſilii, ſed etiam ſe ipſum auctorem inſidiarum fuiſſe, confeſſus eſt. Percontante vero eo cauſam, narravit rem omnem à principio, & litis inhibitionem, atque hæc ſibi moleſta valde accidiſſe faſſus eſt. Miratus igitur tyrannus, utrique pœnam remiſit: jubens eos eodem die non ſolùm ex Agrigentinorum urbe, verum etiam e Sicilia excedere. Permiſit tamen eis, ut ſuis rebus

10 Καλῶς ἔχειν] h. e. *res bene ſe habere, oportuna eſſe & matura.* Lucian. *de M. Peregrini*, ὥστε καλῶς ἔχειν, ἔπεσθαι θάνατον, *ut bene ſe res habeat, ſequi tunc mortem.* Thucyd. *lib.* 1. *in Orat. Corinthiorum ad Corcyræos*, ὁ καλῶς ἔχειν, τὲς μὲν πολιορκεῖσθαι, ἑαυτὲς δὲ δικάζεσθαι, *non rectum id eſſe*, &c. PERIZ.

11 Τῆς βελῆς, ἀλλὰ &c.] Frigidiſſima profecto eſt hic loci illa repetitio & diſtinctio βελῆς ac ἐπιβελῆς. Adde MS. Sluisk. ſimpliciter repetere βελῆς. Unde non dubito, alterutrum eſſe ex gloſſa vel margine ortum, atque ita in textum irrepſiſſe, quum ab Auctore per Ellipſin, ut decebat, eſſet prætermiſſum. IDEM.

12 Τὰ ἴδια δίκαια] MSS. B. & C. τὰ οἰκεῖα δίκαια. Probo SCHEFF. Vulgata lectio vel eo nomine probanda venit, quod cum formulâ Græci juris conveniat. In *Veteri Lexico Græco-Latino*, quod Vulcanius cum Gloſſariis edidit, per codicillos quidam apud Hadrianum conqueritur, Patris bonis in fiſcum redactis, αὐτῷ δεκάδα ἀπηνέχθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἰδίων δικαίων, *ſibi decuriam ablatam eſſe, & alia ſui juris.* Apud Theophilum in *Inſtitut. lib.* 1. perſonæ dicuntur eſſe ἀλλοτρίοις ἢ ἰδίοις δικαίοις, *alieni vel ſui juris.* Quod autem in MSStis legitur, id videtur eſſe interpretatio receptæ lectionis, ut apud Heſychium ἴδιον exponitur pe οἰκεῖον, itaque τὰ ἴδια δίκαια καρπώσασθαι, hoc loco eſt, *ſuo jure frui*, & libertatem bonorumque ſuorum uſumfructum indelibatum retinere. Antequam ulterius pergam, fragmentum ex Æliano, quod ad hanc hiſtoriam pertinet ſubjiciam. Λοξίας δ' καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο Φαλάριδι

ὕστερον ἡ Πυθία καὶ τὴν φιλίαν αὐτῶν ὕμνησε [13] διὰ τούτων τῶν ἐπῶν.

Θείας ἡγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος,
Ευδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.
Τοῦ Θεοῦ τὸν ἔρωτα αὐτῶν θείαν ὀνομάσαντος φιλίαν.

bus fruerentur. Hos poſtmodum & eorum amicitiam Pythia celebravit his carminibus:

Humanæ genti auctores cæleſtis amoris,
Et felix Chariton, & Melanippus erat.

Deo horum amorem *divinam* appellante *amicitiam.*

Λοξίαν Πατέρα Φαλάριδι ἔτη δύο, αὐθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ ἐθρονίζοντο. *Apollo cognomine Loxias & Inppiter Pater mortis dilationem Phalaridi per biennium decreverunt, quod humanius Charitonem & Menalippum habuiſſet.* Suidas in Ἀναβολή. vide Athenæum *pag.* 602. KUHN. Ut MS. B. & C. ſic & Lugd. τὰ οἰκεῖα δίκαια. Sed rectior Vulgata lectio, ut docte oſtendit contra Schefferum Cl. Kuhnius. PERIZ.

13 Διὰ τέτων τῶν ἐπῶν] Pentameter Hexametrum antecedere debet. Athenæus *dicto loco*: ἔχρησέ τε κὴ ωξὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Χαρίτωνα, πεντάξας δ' ἐξαμέτρε τὸ πεντάμετρον, καθάπερ ὕστερον καὶ Διονύσιος Αθλωαῖος ἐποίησεν ὁ ἐπικληθεὶς χαλκῆς, ἐν τοῖς ἐλεγείοις. SCHEFF. Athenæum ſequitur Euſebius *lib.* v. *Præpar. Euang. cap.* 35. qui ironice Pythiæ reſponſum refingit hoc modo,

Ευδαίμων Φάλαρις καὶ Μελάνιππος ἔφυ,
Θείας ἀγνῆῆρες ὦ ἀνθρώπις διχοιοίας.

ΚΕΦ έ.

Περὶ χρόνου ταμιεύσεως, καὶ τοῦ μὴ ἐάσαι Λακεδαιμονίους περιπατεῖν.

CAP. V.

De temporis parſimonia, & quòd Lacedæmonii non conceſſerint deambulationem.

Λακεδαιμόνιοι δεινὴν ἐποιοῦντο τὸ χρόνου τὴν φειδὼ, [1] ταμιευόμενοι πανταχόθεν αὐτὸν εἰς τὰ ἐπειγόμενα, καὶ μηδενὶ τ' πολιτῶν ἐπιτρέποντες, [2] μήτε ῥᾳτωνεύειν, μήτε ῥᾳθυμεῖν εἰς αὐτὸν,

Lacedæmonii temporis parſimoniam adhibuerunt maximam, impendentes ipſum undiquaque in res neceſſarias, neque cuiquam civium permittentes, otio vel ſegnitie illud con-

1. Ταμιευόμενοι &c.] Elegantiſſima locutio, cujus ſenſus eſt, *diſpenſantes & adminiſtrantes undiquaque tempus ita, ut niſi in res neceſſarias impendatur.* Sic Lucian. *adv. Indoctum*, ὥσπερ δὲ τοῦτο ταμιεύε τ' ἀργύριον, *in illa impende argentum.* Dio Chryſ. Τρωικῷ de Achille, κάμνοντα ἤδη, ὅτε ὁ ταμιευσάμενον ἐν τῇ ἀγάνι, *fatigatum, ut qui non ita prudenter viribus ſuis in prælio fuerat uſus, ut aliquid in alios caſus aut recentem ſervaret adverſarium:* Die ſijne kracht̃en niet gemenageert en hadde. PERIZ.

2 Μήτε ῥᾳτωνεύειν] Ignavum otium hic intelligit. Nam alias vel maxime indulgebant otio, hoc eſt, artes nullas exercebant manuarias, nullam mercaturam, aut id genus; ſolis

ἀυτὸν, ὡς ἂν μὴ πρὸς τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς ἀναλισκόμενος, εἶτα μάτην διαφθείροιτο. Μαρτύριον τούτου πρὸς τοῖς ἄλλοις ϗ τοῦτο. Ακούσαντες οἱ ἔφοροι Λακεδαιμονίων, [3] τοὺς Δεκέλειαν καταλαβόντας πεζῇ πάτῳ χρῆσθαι δειλινῷ, [4] ἐπέστειλαν ἀυτοῖς. Μὴ περιπατεῖτε· ὡς τρυφώντων ἀυτῶν μᾶλλον, ἢ τὸ σῶμα ἐκπονούντων. Δεῖν γὰρ Λακεδαιμονίους, οὐ διὰ τοῦ περιπάτου, ἀλλὰ [5] διὰ τῶν γυμνασίων τὴν ὑγείαν πορίζεσθαι.

consumere: ut ne rebus extra virtutem positis impensum, frustra perderetur. Hujus rei testimonium præter cetera etiam illud est. Audientes Ephori Lacedæmoniorum eos, qui Deceliam insidebant, deambulatione uti pomeridiana, per literas mandarunt eis: *Ne deambulate:* tanquam si voluptatem sectarentur illi potius, quàm corpus exercerent. Nam oportere Lacedæmonios, non deambulatione, sed exercitiis gymnasiorum valetudinem firmam sibi parare.

ΚΕΦ.

CAP.

solis exercitiis gymasticis terebant tempus. Itaque mirantur, quod apud Athenienses puniantur illi, qui se dedunt otio. vide Plutarchum *Lycurgo pag.* 54. SCHEFF.

3 Τὸς Δεκέλειαν καταλαβόντας] *Decelia* vel *Decalia* oppidum fuit Athenienſium, teſte Strabone *lib.* IX. in quo adverſus Athenienſes ab Agide rege Lacedæmoniorum arx quædam fuit munita, ut eſt apud Pauſaniam in *Laconicis*, ubi Φρούριον τὸ ἐν Δεκελείᾳ vocat. Ergo οἱ καταλαβόντες non alii, quam qui id oppidum ceperant cum rege dicto, arcemque ibi tenebant. IDEM.

Τὸς Δεκέλειαν καταλαβόντας] Vide, quam pervertat phraſeos vim & ipſam Hiſtoriam Hiſtoriarum Inſcitia. Nec enim oppugnata aut *occupata*, ut Interpres, aut *Capta*, ut Schefferus, fuit Decelea, ſed quum antea non eſſet munita, ſubito muris fuit cincta à Lacedæmoniis & eorum Sociis, ut inde tanquam ex Arce infeſtarent Athenienſium agros & Urbem. Verum in eam rem opus erat præſidio, quod Deceleam inſideret. Ergo *perpetuum*, ut ait Corn. Nep. in *Alcib. ibi poſuerunt præſidium.* Vide & omnino Thucyd. *lib.* VII. Vertendum igitur, *qui Deceleam obtinebant*, h. e. qui præſidium ibi agitabant. PERIZ. De hoc loco egit Parens meus in *Notitia Diſſert. de Morte Iudæ pag.* 38.

4 Επέστειλαν ἀυτοῖς] MS. Lugd. ἀπέστειλαν. PERIZ.

5 Διὰ τῶν γυμνασίων] Quantopere Lacedæmonii dediti fuerint Gymnaſiis; ut in iis vires & robur corporis ſibi compararent, vide *infra* XIV. 7. & Ariſtot. *Politic.* VIII. 4. ſed maxime Ill. Sphanhemium *ad Julian. Or.* I. *pag.* 133. 134. Immo & illi ſunt, qui primum gymnaſia obierunt nudi, ut de iis refert Thucyd. *lib.* I. *init.* Nec mirum, quum Reſp. hæc tota eſſet formata ad uſus bellicos. Per Gymnaſia autem Juvenes Bello reddebantur idonei, atque idcirco Ariſtot. *Politic.* IV. 13. eos tantum Cives in Gymnaſiis volebat exerceri, qui bellum pro patria deberent gerere, reliquos neutiquam. IDEM.

ΚΕΦ. ϛ'.

Παράδειγμα, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν.

[1] Ἱππόμαχος, φασὶν, [2] ὁ γυμνασὴς, [3] ἐπεὶ πάλαισμά τι ὁ ἀθλη-

CAP. VI.

Exemplum, quod non oporteat vulgo hominum placere.

Hippomachus, ut fama eſt, gymnaſticæ magiſter, cum athleta qui-

1 Ἱππόμαχος] Moſchionis filius, Eleuſ. Suidas & Pauſanias in *Eliacis. Hoplomachum*, ſed perperam, vocat Biſciola *Tom.* II. *lib.* XIII. *cap.* 5. KUHN.

2 Ο γυμνασὴς] Pugilatus magiſter. Vide *infra lib.* XIV. *cap.* 8. GESNERUS. Quæritur inter Doctos, quis fuerit apud Græcos *Gymnaſtes.* Mercurialis *Gymn.* I. 12. relegat eum pene ad ſolum Medicinæ & Corporis per exercitationes curandi uſum, & diſtinguit ab illo apud Plautum (locus eſt *Bacchid.* III. 3. 23.) *Gymnaſii Præfecto*, cui *pœnas pendebat Adoleſcens, niſi ante exortum Solis in palæſtram veniſſet:* quem ille putat fuiſſe eum, qui Græcis dicebatur Γυμνασιάρχης. Ego vero longe aliter cenſeam, nempe *Gymnaſiarchas* fuiſſe Viros in Rep. præcipuos, qui ſumma cum poteſtate Publici Gymnaſii curam gererent certum in tempus, electi à Rep. Hinc *in Inſcript.* Γυμνασιαρχήσας δὶς, immo τὶ τρίτον, ϗ τέταρτον ϗ πέμπλον. Vide Gruter. *pag.* 327. Mutabantur aliquando etiam per ſingulos Menſes, ut liquet ex Marmore Eximio apud Sponium *Itiner. Tom.* II. *pag.* 376. 377. & 436. 437. Publicum ergo erat Munus, atque hinc ab Ariſtot. *Polit.* VI. 8. Γυμνασιαρχία inter Politicos Magiſtratus memoratur. Immo apud Gruter *pag.* 173. ipſe Imp. Titus Γυμνασιαρχῆσαι dicitur. Longe itaque diverſi *Gymnaſiarchæ* hi ab illo apud Plautum *Gymnaſii Præfecto*; Licet etiam Faber in *Agoniſtico* II. 5. eum pro Gymnaſiarcha habeat, quod miror, quum Plautus utique deſcribat nobis hominem, qui & ipſe ante exorientem *ſolem* adoleſcentibus in palæſtra ſe præbere debebat, ut eos exerceret, ac de tardius venientibus *pœnam* ſumebat. Hoc vero quis credat feciſſe Gymnaſiarcham, qui non honoratum modo munus, ut liquido probavi, & patet etiam ex Plutarcho in *Cimone init.* ſed & ſumptuoſum obtinebat. Unde apud Philonem *in Flaccum pag. m.* 984. *init* Lampo accuſator Flacci dicitur damnum feciſſe bonorum ſuorum ſatis magnum; quia ἠναγκάσθη γυμνασιαρχεῖν, *coactus fuerat Gymnaſiarchæ munus ſuſcipere.* Opulentos igitur & præcipuos civitatis homines fuiſſe oportuit, qui hoc munus obirent. Reperio tamen nonnulla etiam apud Auctores *Gymnaſiarchis* tributa, quæ minus præferunt dignitatis. Tale eſt quod Valerius Max. IX. 12. 7. *in ext. Pindarum* ait *in gymnaſio mortuum, nec prius deceſſiſſe cognitum, quam Gymnaſiarcha clandere jam eum locum volente, nequidquam excitaretur.* Et Diogenes Laert. Cratetem Thebanum ait, ἐν Θήβαις ὑπὸ τῦ Γυμνασιάρχυ μαστιγωθέντα, ϗ ἐλκόμενον τοῦ ποδὸς, *Thebis à Gymnaſiarcha flagellis cæſum, & pede extractum*, ſcilicet ex Gymnaſio. Sed hæc, opinor, ita accipienda ſunt, ut à *Gymnaſiarcha* dicantur facta, quia ejus juſſu & imperio facta ſunt. Vide *Not. ad* II. 28. Niſi quis credere malit, alibi & alio tempore honeſtius fuiſſe hoc munus, alibi vilius: vel Auctores aliquando confudiſſe *Gymnaſiarcham* cum publico *Gymnaſta* & *Pædotriba*, & hos aliquando iſthoc nomine deſignaſſe inprimis ſicubi nullus eſſet *Gymnaſiarcha* proprie dictus. Utcunque id ſit, certe Plautinus ille *Gymnaſii præfectus* convenit magis cum noſtro *Gymnaſta*, quippe cui hic itidem ῥάβδος, *virga*, tribuitur, qua diſcipulum percuſſerit. Utriuſque idem Munus, cum hoc tamen diſcrimine, quod *Gymnaſii præfectus* juvenes in publico exercuerit Gymnaſio, quales à Græcis dicebantur etiam παιδοτρίβαι. Hinc Plutarch. in *Apoph. Lacon. luctantibus*, ait, *in palæſtra non præficiebant* παιδοτρίβας, *ut non Artis, ſed Vir-*

ἀθλητὴς, ὁ ὑπ' αὐτῷ γυμναζόμενος, ἐπάλαισεν, εἶτα ὁ πᾶς ὄχλος ὁ περιεστὼς ἐξεβόησε, καθίκετο αὐτοῦ τῇ ῥάβδῳ ὁ Ἱππόμαχος, καὶ εἶπεν· ἀλλὰ σύγε καιῶς, καὶ οὐχ ὡς ἐχρῆν ἐποίησας, ὅπερ ἐχρῆν ἄμεινον γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἂν ἐπῄνεσαν οὗτοι τεχνικόν σε δράσαντά τι. Αἰνιττόμενος, ὅτι τοὺς εὖ καὶ καλῶς ἕκαστα δρῶντας, οὐ τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἔχουσι νοῦν θεωρητικὸν τῶν δρωμένων, ἀρέσκειν δεῖ. Ἔοικε δὴ καὶ [4] Σωκράτης τὴν τῶν πολλῶν ἐκφαυλίζειν κρίσιν [5] ἐν τῇ συνουσίᾳ τῇ πρὸς Κρίτωνα, ὅτε ἀφίκετο ὁ Κρίτων εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ δὴ ἔπεισεν αὐτὸν ἀποδρᾶναι, καὶ τὴν τῶν Ἀθηναίων τὴν κατ' αὐτὸν κρίσιν [6] διαφθεῖραι.

Virtutis esset illud certamen. Vide & Aristot. *Polit.* III. 4. At γυμνασὴς etiam privatos exercitiorum Magistros, quos sibi quisque vel suis liberis privatim sumebat, notaverit. Hi erant, qui exercebant & puniebant adolescentes suos, si quid deliquerant. Disertus in rem est locus Basilii *M. de Legendis Græcis cap.* 16. ubi ait Athletas multa prius tulisse & fecisse antequam in stadium prodiantur, πολλὰ μὲν γυμνασικοῖς ἐνιδρώσαντες πόνοις, πολλὰς δὲ πληγὰς ὑπὸ παιδοτρίβου λαβόντες, *postquam multum sudaverint gymnasticis exercitiis, multas etiam plagas à Pædotriba acceperint.* Vides *Pædotribam* esse illum, *cui pœnas pendebant* Adolescentes, si quid male fecerant in palæstra. Atque ideo & ille, non item Gymnasiarcha, semper aderat Adolescentibus in Palæstra. Plut. in Ερωτ. Διηγ. refert Aristodemum Laconem voluisse rapere adolescentem Oreiten ex palæstra, sed inhibitum, κωλύοντος τοῦ παιδοτρίβου, καὶ νεανίσκων πολλῶν ἐκβοηθούντων, *Pædotriba prohibente, & multis Adolescentibus ad auxilium accurrentibus.* Effigiem *Pædotribæ Virga instructi*, & luctantibus pueris adstantis ex Leon. Augustini *Tom.* 1. p. 146. hic exhibere fuit visum.

Ceterum addit Basilius *d. l.* διωτὰν δὲ ὁ τὴν ἀθλησιν, ἀλλὰ τὴν ὠφελὴν τῶν γυμνασῶν, αἱρέμενοι, *postquam etiam victus rationem, non illam suavissimam, sed quam præscribunt Gymnastæ, sibi ceperint.* Ex quibus alia etiam *Pædotribæ* & *Gymnastæ* elicitur distinctio. Nempe ut hic victus rationem præscribat, futuris Athletis, ille vero eos exerceat, & artem doceat. Plane uti & Aristoteles *Polit.* VIII. 3. extr. γυμνασικὴν καὶ παιδοτριβικὴν conjungit eodem modo distinguens. Adeo à vero alienum est, quod affirmat Faber *Agonist.* II. 6. solum Galenum, præter *omnium aliorum* opinionem, ita eos distinxisse. Adde, Gymnasten hunc ipsum, ut videtur, certe *Hippomachum*, appellari à Plutarcho in *Dione, init.* ἀλείπτην, & attendere ad cibum eorum, quos exercuerat. Verissimum tamen est, plerumque hæc confundi, & ideo Grammatici, Suidas Hesychius *&c.* unum exponunt per alterum. Sed & iidem Homines utrumque munus sæpissime curabant, ut sine dubio fecit hic Hippomachus. Hi vero γυμνασιὴ seu privati, seu publici, suos deducebant discipulos ad certamina publica veluti Olympia, ubi tunc peculiari loco continebantur. Vide omnino Pausan. in *Eliacis* A. *pag.* 153. Crediderim autem hos *Gymnastas* fuisse plerumque Veteranos Athletas, ut revera fuit hic Hippomachus (vide Pausan. *Eliac.* B. *p.* 189.) plane sicuti *Laniстæ* apud Romanos erant gladiatores rude donati. Cæterum conferas velim hoc Caput cum XIV. 8. ubi nullus dubito, quin Auctor ipse vel erraverit vitio memoriæ, vel corrupta alterius Auctoris, unde id tunc excerpsit hujus Capitis immemor, lectione deceptus scripserit Αὐλητὴς, ἀυλῶν, ἄυλημα, εὔλησας, pro Αθλητὴς, ἀθλῶν &c. Quum certe idem utrobique sit Hominis Nomen, idem Factum, eadem etiam Verba. PERIZ.

3 Επὶ παλαίσμᾳ] Ita habet Editio Romana, quod deinde in aliis editionibus benè mutatum in ἐπεὶ. vellem divisissent etiam malè coalitam vocem παλαίσμᾳ in παλαισμῷ τι. nam ἐπάλαισε παλαισμῷ τι, est *certum luctæ genus populo Athleta ille exhibuit.* Idem vidi postea Fabro quoque notatum. KUHN. Emenda, ἐπὶ παλαισμῷ π ἐπάλαισεν; alioqui error fuerit. Dicendum enim παλαίειν πάλαισμα, ut.ii norunt, qui Attice sciunt. FABER.

4 Σωκράτης] vide Xenophontem in *defens. Socrat.* SCHEFF.

5 Εν τῇ συνουσίᾳ] Quam habes apud Platonem *Dialogo*, cujus titulus est *Crito*, quanquam à Platone fictum dixerit Idomenæus, cum hoc Socrati non ipse suaserit, sed Æschines. vide Laertium. IDEM.

6 Διαφθεῖραι, *corrumperet*] *Corrumpere judicium* aliud quid significat, quam quod hic vult Auctor. Mens ejus est, *eluderet*, & ita *irritum redderet.* Sic *cap.* 22. διαφθείρειν νόμους est *abrogare*, vel *negligentia irritas reddere leges.* X. 2. τὰς ὁμολογίας, *pacta conventa eludere.* XIII. 24. τὸ κεκυρωμένον, *sancitum abolere*, vel *negligere.* PERIZ.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ τοῦ μὴ ἐκθεῖναι βρέφη Θηβαίους.

Νόμος οὗτος Θηβαϊκὸς, ὀρθῶς ἅμα καὶ φιλανθρώπως κείμενος ἐν τοῖς μάλιστα· [1] ὅτι οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ

1 Οτι οὐκ ἔξεστιν] Contra morem legesque reliquorum Græcorum & imprimis Athenien-

CAP. VII.

Quod Thebani non exponant infantes.

Lex hæc Thebanorum recte & humaniter quam maxime composita est. Ne cui Thebano liceat infan-

sium. vide Lipsium *lib.* 1. *ad Belg. ep.* 85. & Petitum *ad Leges Atticas pag.* 144. Arist. *lib.*

ἀνδρὶ Θηβαίῳ [2] ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥῖψαι, θάνατον αὐτοῦ καταψηφίσασθαι. Ἀλλ' ἐὰν ἡ πένης εἰς τὰ ἔσχατα ὁ τοῦ παιδὸς πατὴρ, εἴτε θῆλύ ἐστιν, ἐπὶ τὰς ἀρχὰς κομίζειν ἐξ ὠδίνων τῶν μητρῴων σὺν τοῖς σπαργάνοις αὐτό. Αἱ δὲ πωλαλαβοῦσαι, ἀποδίδοναι τὸ βρέφος τῷ τιμὴν ἐλαχίστην δόντι· ῥήτρα τε πρὸς αὐτὸν, καὶ ὁμολογία γίνεται, [3] ἢ μὴν τρέφειν τὸ βρέφος, καὶ αὐξηθὲν ἔχειν δοῦλον, ἢ δούλην, θρεπτήρια αὐτοῦ τὴν ὑπηρεσίαν λαμβάνοντα.

ΚΕΦ.

fantem exponere, neque in solitudinem abjicere, morte illi decreta. Verum si in extrema sit paupertate pater infantis, sive mas sit, sive femina, *jubet lex*, cum statim à materno partu ad magistratus cum ipsis fasciis adferre: qui acceptum vendunt infantem, minimum pro eo pretium danti, cum quo tunc conditiones & pacta ineuntur, bona fide infantem alat, & adultum servi vel servæ loco habeat, pro alimentorum mercede operas ejus accipiens.

CAP.

VII. *Pol. cap.* 16. ìtaque hîc ut quid singulare observatur. Cæterum cum Thebanis faciunt Romani legumlatores Consule *L.* 4. *D. de Agnosc. L.* 2. & *fin.* C. *de Infant.* Item Germani veteres, de quibus Tacitus *Ger.* XIX. *cap.* 6. adde, quæ notantur ibi Clar. Berneggero in *Quæstionibus ad Tacitum.* SCHEFF.

2 Ἐκθεῖναι] Philo *de Legibus Specialibus p. m.* 543. *Edit. Græc. Parisiens.* eleganter contra ἔκθεσιν βρεφῶν disputat. Ethnicis autem *aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indigere videtur*, ut Plinius de atocio loquens judicat, impie satis. *lib.* XXIX. *cap.* 4. v. Phocylidem *&c.* KUHN.

3 Ἢ μὴν] Lege ἢ μὴν. GESNER.

Ἢ μὴν τρέφειν, *bona fide alat*] h. e. *certe, omnino, alimenta præbeat.* Miror sane, hasce voculas in *Indice* conjungi in Unam, & ab Hebraïco ἀμὴν, אמן, derivari, quùm in MStis & Editis separatim ut duæ exhibeantur, & utraque seorsim Græcis sit notissima, nec tantum peculiarem singulæ habeant significationem, sed & aliis atque aliis jungantur particulis, veluti, ἢ μὴν, ἢ δὴ, ἢ πω. Simplex ἢ est *certe, vere.* Hesych. ἢ, εἶπεν, ἀληθῶς, ὄντως. Etymol. Magnum ἢ μὴν, ὄντως, δὴ· τὸ ἢ, σύνδεσμος βεβαιωτικὸς, τὸ μὴν, σύνδεσμος παραπληρωματικὸς. Sed hæ distinctiones & Accentuum notæ videri possint à Grammaticis ortæ. Nam mihi, ut verum fatear, dubiam rem reddit, quod toties, & potissimum in jurejurando, illud ἢ μὴν reperitur conjunctum. Sic Ant. Lib. *Fab* 1. ὅρκος ἢ μὴν γαμηθήσεσθαι. Dion. Hal. *lib.* IV. ὀμόσαντες τὸ νόμιμον sc. ὅρκον, ἢ μὴν τ' ἀληθῆ τετιμᾶσθαι. Lucian. *de M. Peregrini*, ἐγὼ δὲ διωμοσάμην ἄν, ἢ μὴν μηδένα τῶν θεῶν ἀγανακτήσειν. Sic alibi passim. PERIZ.

ΚΕΦ. ηʹ.

Περὶ Ξενοκλέους καὶ Εὐριπίδου ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνισαμένων.

Κατὰ τὴν [1] πρώτην, καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις [2] Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. Καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅς τίς ποτε οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι [3] Σατυρικῷ.

CAP. VIII.

De Xenocle & Euripide in Olympiis certantibus.

Olympiade prima & nonagesima, qua Exænetus Agrigentinus vicit stadio, contenderunt contra se invicem Xenocles & Euripides. Et superior erat Xenocles, quisquis is tandem est, Oedipode, Lycaone, Bacchis, & Athamante Satyrico. Hocce inferior erat Euripides Alexandro, Pa-

Περὶ Ξενοκλέους καὶ Εὐριπίδου ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνισαμένων] Cl. Kuhnius in *Præfatione* monuit, Virum Doctum pro ἐν Ὀλυμπίᾳ reposuisse ἐν Ὀλυμπίοις: ex sequentibus enim apparet, Xenoclem non Olympiæ, sed Athenis Euripidi antelatum fuisse.

1 Πρώτην καὶ ἐκτὸν] Interpres, *prima & sexta.* Emendatur, *prima supra octogesimam.* Neutrum verum. Scribe, ἐνενηκοστὴν pro ἐκτὸν. Auctor Anonymus *Olympionic.* ΟΛ. ΓΑ. Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος στάδιον. Ἀντηγωνίσατο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς &c. iisdem verbis, quibus noster. Depravavit hunc locum, ut multa, scripturæ compendium. Samuel Petitus *lib.* I. *Miscell. cap.* 13. κῆ τὴν ἑβδομήκοστὴν scribendum contendit. Sed eum redarguit etiam Diodorus, scribit enim *lib.* XIII. *pag.* 204. *proxima ante hunc Olympiade, quæ secunda est post nonagesimam, Exænetum Olympiæ victorem magnifico invectum curru* &c. vicisse igitur eum nonagesima, & prima Olympiade necesse est. Porro Xenoclis poëtæ non alias facile inveneris nomen. Orator enim fuit, cujus meminit Matron apud Athenæum. SCHEFF. Hunc locum emendavit Meursius, in *Archontibus lib.* III. *cap.* 9. legendum autem est πρώτην καὶ ἐννενηκοστὴν id est, *Olympiade* XCI. quod nullo negotio probari potest. FABER. Verissime & optime emendatus jam est ex Historia hicce locus à Meursio, Casaubono, & Scheffero. Accedit his MS. & Regius 2083, & Sluiskianus, qui egregius est in hoc Capite, & Mediceus 1. Differte exhibent illi Græcam numeri XC. notam, *G.* quæ κόππα dicitur ab Hebr. *Koph*, cui etiam figura & ordine Alphabetico respondet, plane sicuti Latinorum Q. Certo indicio, etiam Græcos olim habuisse literam Q. inter P. & R. ut & Alphabeta, Græcum & Latinum, licet alicubi diserepare nunc videantur, pariter tamen ex Hebræo primitus orta. Figuram autem istius notæ, seu ἐπισήμου κόππα, quia Typographi plerique non habent, exprimere solent litera Latina G. ut fit hic in Notis Schefferi. Sed & convenit illa cum ἐπισήμῳ numeri apud Græcos Senarii ϛ. nisi quod hoc sit minoris formæ, illud multo majoris Hæc jam causa, ut censet etiam Cl. Boivinius, corruptæ hic per indoctos librarios lectionis in ἕκτην, sed quam correxi, sicuti & in Versione, quæ olim *sextam*, postea per Tornæsium *octogesimam* habuit, reposui *nonagesimam.* PERIZ.

2 Ξενοκλῆς] *Xenoclis* Tragici meminit Aristoph. in *Ranis.*

Ηε. ὁ δ' ἦ Ξενοκλῆς; Δι. ἐξόλοιτο νὴ Δία.

ubi vero Xenocles? pereat ille, per Iovem!

Ubi Scholiastes: *filius Carcini Xenocles traducitur ὡς ἄξεστος, ut rudis & impolitus in poesi & allegoriis plus justo indulgens.* vide locum. KUHN.

3 Σατυρικῷ] scil. δράματι, quod agebatur

εικῷ. 4 Τούτου δεύτερος Ευριπίδης ἦν, Αλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδῃ, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. Γελοῖον δ', 5 οὐ † γὰρ Ξενοκλέα μὲν ητ-

† τὸν Ξενοκλέα

maximam parte à ridiculis personis, & potissimum Satyris; sed erat argumenti Tragici vel Heroici, atque idcirco jungebatur Tragœdiis oblectandi Spectatoris gratia. Apud Athenienses vero quia Poëtæ certabant potissimum tribus Tragœdiis, addebatur iis ad extremum *Satyrica*, & hinc τετραλογίαι dicebantur hæc quatuor Fabularum certamina. Diomedes *lib.* III. *pag.* 488. *Satyrica est apud Græcos Fabula, in qua item Tragici Poëtæ, non Reges aut Heroas*, (immo vero etiam *Heroas* & *Reges*, ut liquet ex *Athamantis* & *Sisyphi* Nominibus hoc Capite, & quæ supersunt Satyrica Euripidis, ejus *Cyclope*, ubi primas agit partes, Heros utique, Ulysses) *sed Satyros induxerunt ludendi causa jocandique, simul ut spectator inter res Tragicas seriasque, Satyrorum quoque jocis & lusibus delectaretur.* Allegat dein ad hæc confirmanda ex Horatii *Arte Poëtica versus* 220, 221, 222, 223, 224.

Carmine qui Tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam Satyros nudavit &c.

De Τετραλογίᾳ vide *infra cap.* 30. & istic Notas. PERIZ.

Αθάμαντι Σατυρικῷ] In hac loquutione nihil supplementi prorsus requiritur, quum τὸ Σατυρικὸν ejusdem generis sit cum præcedenti Αθάμαντι, ut monuit Parens meus in *Notitia Dissert. de Morte Judæ. cap.* 2.

4 Τούτου δεύτερος] MS. Lugd. τούτων, intelligens δραμάτων. Sed verior est recepta lectio. Male autem vertebatur, *Post hunc secundus erat*, quasi plures certassent, quorum *primus* Xenocles, *Secundus* Euripides esset pronunciatus. Verte potius, *Hoc*, Xenocle, *inferior erat, Huic posthabitus fuit.* Vide & *Indicem.* Xenoclem, quem prætermisit Vossius in *Poëtis Græcis*, memorat etiam, ut tempore æqualem *Euripidi*, & tunc jam mortuum Aristophanes *Ranis p.* 215. ubi vide Scholia. PERIZ.

5 Οὐ γὰρ Ξενοκλέα μὲν] Gesner. ὁ τὸν Ξενοκλέα. Palamede, Trojanis, & Sisypho Satyrico. Ridiculum autem est, non Xenoclem quidem vinci, Euripidem autem vincere, præsertim talibus fabulis.

Nihil opus. vide *Indicem* in γὰρ. SCHEFF. Hunc locum ita restituit Casaubonus *lib.* I. *de Satyr. Poësi pag.* 139. γελοῖον (ὁ γὰρ;) Ευριπίδου μ. ν. Ξ δ. ν. *corrumpendo hunc loco fuit ignoratio elegantissimæ locutionis*, ὁ γὰρ; *quando cum interrogatione in medium orationem inseritur sanè quam venustissime &* ὡς Αττικῶς. *habet ea phrasis affirmandi vim: ut si Latinè dicas, quis neget?* Hæc ille. Suamque sententiam astruit alio loco *libri* VIII. *cap.* 12. quem infra videbimus. Significaret igitur ὁ γὰρ; idem quod πῶς γὰρ ἄν; *quidni? qui poterit aliter esse?* Cæterum *l. c.* Casaubonus etiam emendavit hujus capitis priora verba πρώτῳ καὶ ἕκτῳ & Meursius *lib.* III. *lection. Atticar. cap.* 28. KUHN.

Οὐ γὰρ Ξενοκλέα μὲν ἡττᾶσθαι &c.] MS. A. Ξενοκλέα μὲν νικᾶν, Ευριπίδου δ' ἡττᾶσθαι, quod non displicet, si deleantur ὁ γὰρ voculæ, quæ præcedunt. SCHEFF. Omnia suo loco intacta relinquerem, dummodo major interpunctio post γελοῖον δ' poneretur. ὁ γὰρ Ξενοκλέα μὲν ἡττᾶσθαι &c, cum notâ interrogationis accipienda. Solent enim Græci, cum rei alicujus indignitate commoventur, impedita & elliptica uti oratione, ut lectori primo intuitu aliquid deesse videatur. Exempla pridem congessit Budæus in *Comment. L. G. p. m.* 1185. 86. Itaque locum Auctoris verterim. *nonne enim Xenoclem quidem vinci, Euripidem autem vincere* par erat? KUHN. Locus difficilis, in quo mihi certe non satisfaciunt neque Cl. Schefferus, qui elegantissimum illud, ὁ γὰρ, invitis Codicibus voluit ejicere, neque Doctiss. Kuhnius, qui γελοῖον δὲ separatim vult poni & accipi, deinde vero reliquorum sensum juvare & constituere conatur Ellipsi, sed quæ duriuscula est, nec necessaria. Nodum solvisse & sensum eruisse videtur Summus ille virorum, If. Casaubonus *de Satyr. Poësi* I. 5. legens, γελοῖον δὲ (ὁ γὰρ;) Ευριπίδην μὲν ἡττ. Ξεν. δὲ νικᾶν. Sic Ille, non tamen, ut volunt ex MStis illi, qui Vulgatam mutant. Nam sicuti MS. A. apud Scefferum,

ἡττᾶσθαι, 6 Ευριπίδην δὲ νικᾶν, καὶ ταῦτα τοιούτοις δράμασι. Τῶν δύο τοίνυν τὸ ἕτερον, ἢ 7 ἀνόητοι ἦσαν οἱ τῆς ψήφου κύριοι, καὶ ἀμαθεῖς, καὶ πόρρω κρίσεως ὀρθῆς, ἢ ἐδεκάσθησαν. 8 Ατοπον δὲ ἑκάτερον, καὶ Αθηναίων ἥκιστα ἄξιον.

ΚΕΦ.

lis. Alterum itaque ex his duobus *exstitit*, aut suffragiorum domini stulti fuerunt & imperiti, proculque à sano judicio *remoti*: aut pecuniis corrupti fuerunt. Turpe verò utrumque est, & Athenien sibus minime dignum.

CAP.

rum, sic plane & Sluisk. & ex Regiis unus, nisi ille jam sit Schefferi A. γελ. δὲ, ὁ γὰρ; Ξεν. μὲν νικ. Ευρ. δὲ ἡττ. Alio ordine, sed sensu eodem prorsus, quo voluit Casaubonus, coque verissimo & optimo, modo illud ὁ γὰρ, ut est ab ipso explicitum, h. e. quasi per interrogationem positum, accipiatur. De quo vide & *infra* VIII. 12. & Viger. *de Idiot.* VII. 13. 2. Et sane γὰρ, etiam solum, sæpe in Interrogationibus occurrit, tantum, ut videtur, ad eas intendendas. Sic Lucian. *Dial. Meretr.* I. ἆρα γὰρ τῷ κάλλει ἡμῖν ἁλοὺς τὸν Αχαρνᾶτα; *Putas ergo pulchritudine captum esse Acarnanem illum?* Aristophanes Νεφελ. I. 3. *pag.* 137. τῷ γὰρ ὄμνυτ'; *quomodo igitur juratis?* sæpe etiam abundat, & extra interrogationem. Vide Mollium *ad Longi Pastoralia pag.* 145. Atque ideo relinquere vix ausim Vulgatam, quam tuentur non tantum Edd. sed & MS. Lugd. & reliqui ex Regiis. Sæpissime enim illud ὁ γὰρ extra interrogationem quoque reperitur, ita ut γὰρ inserviat tantum ornandæ vel intendendæ orationi. Sic *infra* IV. 29. ipso initio Capitis, ὁ γὰρ δὴ δύναμαι πείθειν ἐμαυτὸν, μὴ γελᾶν ἐπ' Αλεξάνδρῳ. Lucianus in *Jove Confut.* ὁ γὰρ, ὦ Κυνίσκε. *Non sane, minime*, scil. fas est, *O Cyniscе.* Vide omnino & Viger. *ibid. Reg.* 3. ubi ostendit usitatam esse Græcis hanc locutionem, sequentibus maxime μὲν, & δὲ, plane ut hic. PERIZ.

6 Ευριπίδην] Gellius *lib.* XVII. *cap.* 4. *Euripidem M. Varro ait, cum quinque & septuaginta tragœdias scripserit, in quinque solis vicisse, cum eum vincerent aliquot poetæ ignavissimi.* Aliquanto sæpius vicisse scribit Thomas Magister in *vita ejus*, sed ne sic quidem satis frequenter: ἐγκαψε δράμασι δύο καὶ εἰκοσήκοντα τὰ πάντα, inquit, νενίκηκε δ' οὐ πᾶσι τούτοις τοῖς δράμασι νίκας πεπεκμάδεκα. SCHEFF.

7 Ανόητοι] Bene Anacharsis, θαυμάζειν ἔφη, πῶς ποτὲ τοῖς Ελλησι ἀγωνιζόντων μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δ' οἱ μὴ τεχνῖται, *mirari se*, inquit, *qua ratione apud Græcos artifices quidem certent, sed judicium ferant artis imperiti.* Aristophanes in *Vespis* se victum ait, ὑπὸ τῶν μὴ γνόντων καθῆσθαι, *quod spectatores non satis laborem suum intellexissent.* Lucian. in *Harmonide*, ὁ πολὺς ὄχλος λεώς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὸ βέλτιον &c. *populus iste meliora nescit, cum plurimi eorum sellulariam exerceant artem. quem vero principes viri laudaverint, eum non de nihilo dilaudatum credunt, adeoque laudandum sibi existimant. Quapropter in certaminibus plures quidem sunt, qui spectent, plaudant, explodant.* κρίνουσι δ' ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι δή, *Judicant verò septem aut quinque aut quotcunque tandem.* At Noster hos quinque judices quoque imperitiæ vel sublestæ fidei arguit. Menandrum æque ac Euripidem *justiora posterorum quam suæ ætatis Judicia consecutum esse* testatur Quintil. *lib.* III. *Orat. Instit. Felices, inquit Fabius, essent artes, si de illis soli artifices judicarent. Poëtam non potest nosse, nisi qui scit dogmatum varietates. Manufacta & oculis patentia magis probant artifices. Nostra quam dura sit necessitas, hinc potes animadvertere, quod vulgi standum est judicio, & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias*, inquit Hieronymus *epist. ad Pammachium.* v. Nazian. *carmen in Maximum.* KUHN.

8 Ατοπον, *Ignominiosum*] Immo vero *Indecorum, Turpe, Malum Actor.* XXV. 5. Εἴ τί ἐστιν ἄτοπον ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ. Vide & hic *Indicem.* PERIZ.

ΚΕΦ. Θ'.

Περί τινων ἀποστατῶν, Αθηναίων ψηφίσματα.

CAP. IX.

De quibusdam defectoribus, Athenienſium decreta.

[1] Οια ἐψηφίσαντο Αθηναῖοι, καὶ ταῦτα ἐν δημοκρατίᾳ; [2] Αἰγινητῶν μὲν ἑκάστου τὸν [3] μέγαν ἀποκόψαι

Qualia decreverunt Athenienſes, idque in Democratia? Æginetarum unicuique pollicem ma-

1 Οια ἐψηφίσαντο] Vide Xenophontem *lib.* II. *Hiſtor. Græc.* ubi quantam hæc ipſis crudelitas invidiam attulerit, declarat. Simile exemplum de Perſis in Rhinocoluros Senecæ memoratum *lib.* III. *de Ira cap.* 20. SCHEFF.

2 Αιγινητῶν] Sic utilitatis ſpecie peccabant. Cicero *de Offic.* III. Adde Valer. Maximum *lib.* IX. *cap.* 2. IDEM. Cauſa erat iſtius in Æginenſes acerbitatis, quod eos ſibi vicinos & rei navalis peritiſſimos timerent. Vicerunt autem illos tempore Artaxerxis Longimani, 18. annis ante Bellum Peloponneſiacum, quum Archon eſſet Philocles, quo auctore Plutarchus in *Lyſandro* ſignificat, factum eſſe hoc ipſum, non aliud alterius temporis, ut putat Schefferus, decretum. Vide Diod. Sic. *lib.* XI. An. M. 3513. Adde & Thucyd. I. 14. & me *infrà ad* XII. 10. PERIZ.

3 Μέγαν ἀποκόψαι δ.] Degeneres animæ, ut militiæ vacationem haberent, magnum ſibi digitum ſeu pollicem in Italia præcidere ſolebant. Marcellinus de Gallis: *nec eorum aliquando quiſquam, ut in Italia, munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi præcidit, quos jocaliter Murcos appellant, lib.* XV. Iſidori *Gloſſæ. Murcianus, mutilus.* Savaronem vide ſis in *Sidon. lib.* I. *Epiſt.* II. Cæterùm, quod de Æginetis Athenienſes decreverant, id ipſum bello Peloponeſio, Philocle autore in captivos pararunt. Plut. in *Lyſand.* ἐτροπώσαντο δ' αὐτὸν Αθηναίων ἄλλοτε πολλοὺς καὶ Φιλοκλῆς ὁ πείσας ποτὲ ψηφίσασθαι τὴν δεξιὰν ἀποκόψασι καὶ τὸν ἀντίχειρα τῆς ἀριστερᾶς τοὺς ἁλισκομένους ἐν πολέμῳ, ὅπως δόρυ μὲν φέρειν μὴ δύνωνται, κώπην δ' ἐλαύνωσι. *Dux Athenienſibus una cum aliis præerat Philocles, qui populo aliquando ſuaſerat decretum, de pollice iis amputando, quos bello cepiſſent, ut haſtam quidem non ferre, remos vero agere poſſent.* Xenoph. *lib.* II. *Hiſt. decretum* tradit, *ut captivis omnibus dextra manus amputaretur.* Cæſarem vide *de Bell. Gall. lib.* VIII. *cap.* 44. Nec alibi in Romana Hiſtoria inſolens eſt, rebelles amputatione pollicis punitos, ne arma amplius tractare poſſent. Nam, ut Ariſtot. *lib.* IV. *de Part. Animal. cap.* 10. notat, ᾗ οἱ κάμπται τῶν δακτύλων ηκλῶς ἔχειν ὠθοῦσι τὰς λήψεις καὶ ἀκριβείας· καὶ ὁ ὢν παλαιὸς εἰς καὶ ὕστερον βραχὺς καὶ παχὺς, ἀλλ' ὁ μακρός. ὥσπερ γὰρ ἐὰν μὴ ᾖ χεὶρ ὅλως, οὐκ ἂν εἴη λῆψις· ὅτως καὶ, εἰ μὴ ὁ παλαιὸς ἦτος ἦν. ἦτος γὰρ κάτωθεν ἄνω πίπτει, ὥσπερ οἱ ἕτεροι ἄνωθεν κάτω. δεῖ δὲ τοῦτο συμβαίνειν, εἰ μέλλει ἕξειν, ὥσπερ σύναμμα, ἰσχυρῶς συνδεῖν, ἵνα ἰσάζῃ εἰς ὢν πολλοῖς. καὶ βραχὺς, ἀλλὰ πλὴν ἰσχύν, καὶ διὰ τοῦτο ἄφελος, εἰ μακρὸς &c. καὶ διὰ τοῦτο καλεῖται μέγας, μικρὸς ὤν, ὅτι ἄχρηστος (ὡς εἰπεῖν) ἄνευ τούτου. *tam flexus digitorum ad capiendam comprimendumque aliquid faciunt, quam ille è latere unicus* (digitus), *isque brevis & craſſus, non vero longus. Ut enim, ſi manus omnino non eſſet, nihil accipi poſſet, ita, niſi ille ex transverſo ſtaret,* idem contingeret. *hic enim ab inferiore parte ſurſum premit, ut cæteri à ſuperiore deorſum, id quod fieri debet, ſi* (pollex) *inſtar nodi conſtringere velit, ut cum unus ſit, cum multis paria faciat. brevis autem eſt, tum propter vires, tum quia, ſi longior eſſet, nihil efficeret* &c. *Dicitur itaque magnus, quam tumvis parvus exiſtat, quia, reliqui, ut paucis dicam; ſine eo nihil poſſunt.* KUHN.

4 Μιτυληναίους] Habet hoc Thucydides *lib.* III. SCHEFF.

5. Ηβηδὸν] h. e. Verbis Thucydidis lib. III. ἀποκτεῖναι ἅπαντας Μιτυληναίους, ὅσοι ἡβῶσι, παῖδάς

χόψαι τῆς χειρὸς δάκτυλον τῆς δεξιᾶς, ἵνα δόρυ μὲν βαστάζειν μὴ δύνωνται, κώπην δ' ἐλαύνειν δύνωνται. [4] Μιτυληναίους δὲ [5] ἡβηδὸν [6] ἀποσφάξαι. Καὶ τοῦτο ἐψηφίσαντο, εἰσηγησαμένου [7] Κλέωνος τοῦ Κλεαινέτου. Τούς γε μὴν ἁλισκομένους [8] αἰχμαλώτους Σαμίων στίζειν κατὰ τοῦ προσώπου, καὶ εἶναι τὸ στίγμα γλαῦκα, καὶ τοῦτο Αττικὸν ψήφισμα. Οὐκ ἐβουλόμην δὲ αὐτὰ, ὅτε Αθηναίοις κεκυρῶσθαι, [9] οὔτε ὑπὲρ Αθηναίων λέγεσθαι, [10] ὦ Πολιὰς Αθηνᾶ, καὶ Ελευθέριε Ζεῦ, καὶ οἱ Ελλήνων θεοὶ πάντες.

ΚΕΦ.

manus dextræ amputari, ut haſtam quidem ferre non poſſent, remos tamen agitare poſſent. Mitylenenſium verò omnem juventutem occidi. Et hoc decreverunt, latore Cleone, filio Cleæneti. Captivos verò Samiorum notis in facie inuri, notaſque illas eſſe Noctuam, etiam hoc Atticum fuit decretum. Hæc vero, ô Urbana Minerva, & Jupiter Eleutherie, & omnes Græcorum Dii, nollem neque Athenis ſtatuta, neque de Athenienſibus dici.

CAP.

παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι. Ergo decrerant occidere omnes puberes. Sed tamen mox pœnitentia ducti, huic tam triſti & crudeli ſententiæ, jam Mitylenas miſſæ, ſubmiſſe contrarium decretum, fruſtra diſſuadente id acerbo illo Cleone, cujus etiam diritatem ac ferociam ſæpius exagitat Ariſtophanes. Vide ejus Ιππεῖς, ſed & Noſtrum *cap.* 13. Res autem illa accidit tempore Belli Peloponneſii, quum Mitylenæi ab Athenienſibus ad Lacedæmonios defeciſſent, & ad deditionem redacti eſſent. De Cleone vide etiam *infra ad* X. 17. PERIZ.

6 Αποσφάξαι] Pœnituit tamen poſtea Athenienſes decreti hujus, antequam perlatum eſſet Mitylenas, extemploque contrarium eo ferri curarunt, teſte Diodoro Siculo *lib.* XII. SCHEFF.

7 Κλέωνος] Δημαγωγὸς ὢν τὸν τρόπον καὶ βιαίος. Diodorus. IDEM.

8 Αιχμαλώτους Σαμίων] Habet Plutarchus in *Pericle.* Niſi quod non noctuæ, ſed ſamænæ, id eſt navis alicujus effigiem, Samios contra Atticis noctuæ inuſſiſſe ſcribat, ſicut jam notavit Brodæus in *Miſc. lib.* IV. *cap.* 24. IDEM. Cum Ælian o facit Suidas in Σαμίων δῆμος. Οἱ δὲ οἱ Αθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζαν γλαυκὶ, Σάμιοι δὲ Αθηναίους σαμαίνῃ. Idem verò in Τὰ Σαμίων Plutarchum ſequitur.

9 Ουτε ὑπὲρ Αθηναίων] Valerius Maximus *dicto loco: Non agnoſco Athenas, timori remedium à crudelitate mutuantes.* SCHEFF.

10 Ω Πολιὰς Αθηνᾶ] Mirum ſane, Vultejum & Geſnerum exiſtimaviſſe, Πολιάδα eſſe idem quod Πάλλαδα; atque ideo vertiſſe, *O Pallas, Minerva, & Jupiter.* At diverſa hæc erant, & proprie ab Athenienſibus Minerva dicebatur πολιὰς, quia arci & Urbi ſuæ præerat, quaſi Dea Tutelaris. Sic Ariſtophanes Ορνισι: Τί σ' ἐκ Αθηναίων ἐᾶμεν πολιάδα. Plutarch. περὶ δυσωπίας, λυσιμάχη Αθήνησιν ἡ τῆς πολιάδος ἱέρεια. Lucianus *Dial. Meretric. p.* 721. ὤμοσε γὰρ, ὦ Μῆτερ, τὴν ταῖν Θεαῖν τὴν Πολιάδος, *juravit enim Mater per Deas Eleuſinias & Minervam.* Similiter Trojæ quia item propria erat Dea, idcirco & ibi πολιὰς dicebatur. Dionyſ. Halic. *lib.* VI. inter Comites Æneæ refert quendam *Nautium*, ὃς ἦν Αθηνᾶς ἱερεὺς πολιάδος At Dio Chryſ. Τρωικῷ vocat eam Ιλιάδα Inſcriptum enim ait Equo, Ιλασήριον Αχαιοὶ τῇ Αθηνᾷ τῇ Ιλιάδι. De *Jove Eleutherio* Vide Suidam & Etymol. in V. Ελευθέριος, ut & Euſtath. *ad Iliad. β. p. m.* 203. Colebatur etiam πολιὰς nomine ab Agrigentinis. Vide Polyæn. V. 1. De *Eleutherio* hoc *Jove* & ejus Feſto *Eleutheria* dicto, vide etiam Illuſtriſſimum Spanhemium *ad Juliani Orat.* I. *p.* 242. Noſter *infra* XII. 1. Θεὸς Ελληνικὸς καὶ Ελευθερίας τῆς αὐτῆς dicit, *Deos Græciæ & Græcæ Libertatis præſides ac vindices.* PERIZ

ΚΕΦ. Ι.

Τιμόθεος Πλάτωνος διαλεγομένου ἀκούσας, ἧττον εὐδαίμονα ἑαυτὸν ἔκρινεν.

Τιμόθεον ἀκούω τὸν Κόνωνος, τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν, ὅτε ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας ἦν, καὶ ἥρμοστο τὰς πόλεις ῥᾷστα, καὶ οὐκ εἶχον Ἀθηναῖοι, 1 ὅποι ποτὲ αὐτὸν κατάθωνται ὑπὸ θαύματος τοῦ περὶ τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ τοῦτόν γε Πλάτωνι τῷ Ἀρίστωνος φιλυχόντα, βαδίζοντι ἔξω τοῦ τείχους μετά τινων γνωρίμων, καὶ ἰδόντα 2 σεμνὸν μὲν ἰδεῖν τὸ πλάτος, ἵλεων δὲ τῷ προσώπῳ, διαλεγόμενον δὲ οὐχὶ 3 περὶ εἰσφορᾶς χρημάτων, οὐδὲ ὑπὲρ τριήρων, οὐδὲ ὑπὲρ ναυτικῶν χρειῶν, οὐδὲ ὑπὲρ 4 πληρωμάτων,

CAP. X.

Timotheus, postquam Platonem differentem audivisset, minus se beatum putavit.

Timotheum audio filium Cononis, Ducem Athenienſium, quum in ſummo proſperitatis faſtigio verſaretur, & facillimè urbes caperet neque ſatis ſcirent Athenienſes, quo eum honore potiſſimum dignarentur, ob ſummam viri admirationem: illum, inquam, incidiſſe in Platonem Ariſtonis Filium, qui extra mœnia cum quibuſdam diſcipulis ambulabat: quumque videret eum venerabilem aſpectu ob illam *formæ* amplitudinem, at vultu benignum: diſſerentem verò non de pecuniarum collatione,

1 Ὅποι ποτὲ αὐτὸν καταθῶνται] Plane ut Belgæ, ſij wiſten niet / waer ſij hem ſetten ſouden / h. e. quo honore eum proſequerentur. PERIZ.

2 Σεμνὸν μὲν ἰδεῖν] Abeſt hoc ἰδεῖν à Lugd. Codice. Et forſan rectè alicui abeſſe videatur, quia præceſſit ἰδόντα. Sed tamen nihil hic mūtandum. Nam ſic plane XII. 22. Θεασάμενος μέγαν τὸν Τίτορμον τὸ σῶμα ἰδεῖν. Porrò ex Verſione *Humeros* eliminat etiam Barthius, & τὸ πλάτος referri jubet ad totius Corporis *Amplitudinem*. Vide Eum *Adverſ.* VII. 1. PERIZ. Apulejus *de Dogmate Platonis: Platoni habitudo corporis cognomentum dedit; namque Ariſtocles prius cognominatus eſt.*

3 Περὶ εἰσφορᾶς χρημάτων] Sequitur mox, ὑπὲρ φόρου, quæ videri poſſent idem ſignificare, & neſcio an idcirco poſterius hoc in ultimis Edd. ex Verſione ſit omiſſum. Sed tamen diverſa prorſus ſunt. Nam εἰσφορὰ τῶν χρημάτων dicitur de Civibus pecuniam in ærarium & ad publicos uſus conferentibus. At φόρος de Tributo, quod Populi in Provinciæ formam redacti ferunt illis, quibus parent, unde hic dicitur τῶν Συμμάχων, h. e. Provincialium, Sociorum. Ita ergo εἰσφορὰ apud Dionyſ. Hal. *lib.* IV. in Orat. Scr. Tullii ad Cives Romanos, τὰς εἰς τὸ δημόσιον γινομένας εἰσφοράς: Et dein, ἐπότε χρεία γίνοιτο χρημάτων εἰσφορὰς καθ' ἄνδρα ἐκλέγειν. At φόρος de Aliis, Intra VIII. 18. φόρος πραττόμενος ὑφ' ἡμῶν τῶν ἀποίκων. Et Polyæn. I. 3. 4. ἀποτάξας καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναφέρειν τὸν βασίλειον φόρον. Hinc εἰσφορὰς καὶ φόρους, tanquam res ejuſdem quidem generis, ſed tamen Diverſas, jungit Julianus *Orat.* I. *circa finem.* PERIZ.

4 Πληρωμάτων, *Supplementis*] Rectè notavit jam Geſnerus in margine, *Remigibus & Militibus Navalibus.* Repoſui ergo *Claſſiariis.* Nam hoc proprie denotatur in his rebus voce πληρωμάτων. Sic V. 10 Athenienſes

των, οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ δεῖν βοηθεῖν, οὐδὲ 5 ὑπὲρ φόρου τοῦ τῶν συμμάχων, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν νησιωτῶν, ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τοιούτου φληνάφου· ὑπὲρ ἐκείνων δὲ, ὧν ἔλεγε Πλάτων, καὶ ὑπὲρ ὧν εἰώθει σπουδάζειν· ἐπιστάντα τὸν Τιμόθεον τὸν τοῦ Κόνωνος, εἰπεῖν· Ὦ τοῦ βίου, καὶ τῆς ὄντως εὐδαιμονίας. Ἐκ τούτων οὖν δῆλον, ὡς ἑαυτὸν οὐ πάνυ τι εὐδαίμονα 6 ἀπέφαινεν ὁ Τιμόθεος, ὅτι μὴ ἐν τούτοις, ἀλλ' ἐν τῇ 7 παρ' Ἀθηναίων δόξῃ καὶ τιμῇ ἦν.

latione, neque de triremibus, neque de nauticis uſibus, neque de claſſiariis, neque de auxilio ferendo, neque de tributo ſociorum, neque de inſulanis, aut aliis quibuſdam ejus generis ineptiis; ſed de illis, quæ loquebatur Plato, & de quibus ſerio agere ſolebat: adſtantem ergo illum Timotheum Cononis filium dixiſſe, O vitam, & veram felicitatem! Ex his igitur manifeſtum, quòd ſe ipſum non omnino beatum judicarit Timotheus, quoniam non in iſtis, ſed in gloria & honore Athenienſium verſaretur.

ΚΕΦ.

CAP.

ſes dicuntur amiſiſſe naves ducentas σὺν τοῖς πληρώμασι. Dion. Hal. *lib.* I. *Arcades inſederunt & condiderunt κώμην βραχεῖαν, δυσὶ ναυπηγοῖς πληρώμασιν, οἷς ἐπαυίσησαν τὴν Ἑλλάδα, ἀποχρῶσαν, vicum exiguum, Claſſiariis duarum Navium, quibuſcum devecti erant ex Græcia, ſufficientem.* Vide & Suidam. PERIZ.

5 Ὑπὲρ φόρου τοῦ τῶν συμμάχων] Hæc plane erant in Verſione omnium Ultimarum Edd. Schefferi, Fabri, Kuhnii, omiſſa. Revocavi ergo ex Prioribus. Cæterum per Συμμάχους, *Socios*, hic neutiquam intelligendi ſunt Homines liberi & ſui juris, ſed in Servitutem & Provinciam redacti, atque ideo Tributarii. Quos Athenienſes tamen humaniore vocabulo maluerunt vocare Συμμάχους, ſicuti Romani ſuos Provinciales *Socios*. Hinc jam Bellum, quod Athenienſes geſſere contra Byzantios, Chios, Coos, &c. qui poſt Bellum Peloponneſium, quo fractæ illorum vires, ab iis defecerant, appellatur à Græcis, Plutarcho, Diodoro &c. Πόλεμος Συμμαχικὸς, à Corn Nepote *Sociale Bellum.* Erant autem hi *Socii* maximam partem *Inſulani* in Mari Ægeo, quibus ſubactis invaluerat potiſſimum potentia Athenienſium ante Pelop. Bellum, atque idcirco ſequitur hic confeſtim poſt Συμμάχους mentio τῶν Νησιωτῶν *Inſulanorum*, quippe cum quibus multum ſemper negotii fuit Athenienſibus. PERIZ.

6 Ἀπέφαινεν] MS. Mediceus ὑπέφαινεν: *Infra lib.* VIII. *cap.* 12. ὅτι πρᾴως καὶ ἡδέως ἤκουσεν αὐτοῦ (Αἰσχίνου) ὁ Φίλιππος μειλιχίοις τοῖς βλέμμασι χρησάμενος καὶ ὑπεφαίνων ἐξ αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν

7 Παρ' Ἀθηναίοις] Sluisk. παρ' Ἀθηναίοις. Sed nihil mutandum. Nam utrumque rectè dicitur. Recepta lectione ſignificatur, *verſatum eum in exiſtimatione & honore ab Athenienſibus habito:* Alterâ, *in honore apud Athenienſes.* PERIZ.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ τῶν ῥηθέντων ὑπὸ Σωκράτους περὶ τῶν ὑπὸ τῶν τριάκοντα σφαττομένων.

CAP. XI.

Quæ Socrates dixerit de iis, qui à triginta tyrannis fuerant trucidati.

1 † Σωκράτης ἰδὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν Τριάκοντα 2 τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους, καὶ βαρύτατα τοὺς πλουσίους τοὺς ὑπὸ τῶν Τυράννων ἐπιβουλευομένους, 3 Αντισθένῃ φασὶ θαρρύνοντα εἰπεῖν· μή τί σοι μεταμέλῃ, 4 ὅτι μέγα καὶ σεμνὸν οὐδὲν ἐγενόμεθα ἐν τῷ βίῳ, καὶ τοιοῦτοι, οἵους ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τοὺς μονάρχας ὁρῶμεν, Ατρέας τε ἐκείνους, καὶ Θυέστας, καὶ Αγαμέμνονας, καὶ Αιγίσθους. Οὗτοι μὲν γὰρ ἀποσφαττόμενοι, καὶ ἐκτραγῳδούμενοι, καὶ 5 πονηρὰ δεῖπνα δειπνοῦντες, καὶ ἐδίοντες ἑκάστοτε 6 ἐκκαλύπτονται. Οὐδεὶς ὢν οὕτως ἐγενέτο τολμηρὸς, οὐδὲ ἀναίσχυντος, τραγῳδίας ποιητὴς, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον 7 χοῖρον.

† Σωκράτην ἰδόντα.

1 Σωκράτης ἰδὼν &c. Αντισθένει φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν] Gesnerus corrigit Σωκράτην ἰδόντα. Mallem prius retinere, & mox scribere περιτυχόντι, ut referatur ad Αἰσθάνει, aut ἐντυχὼν τούτῳ. SCHEFF. Nihil mutandum. Ita enim loqui solens est Ælianus, ubi longior est periodus, & implexa & inversa. Quod virorum clarissimorum diligentiam effugit. FABER. Benè Faber. Est enim hic Attica ἀνθυποπλοκὴ pro Σωκράτης ἰδόντα, *cum Socrates videret.* Hanc casuum mutationem orationi τὸ μεγαλοπρεπὲς, *grande decus* conciliare Demetr. Phaleræus tradit in *de Hermeneia* Exempla hujus locutionis *Index* dabit in *Nominativus*. KUHN.

Σωκράτης ἰδὼν, &c.] Male hæc tentavit Gesnerus. Nominativus enim hic est absolutus, seu malis Anacoluthon dicere, & Syntaxeos Confusionem vel Oblivionem, Græcis non infrequentem, quando ὡς ἐς τὸ ὀρθὸν κάνονα τοῦ συγγραφεῖ ἐκ ἀπηκριβώτω, ut ait Lucianus Exempla ejus collegit in *Indice*, *v. Nominativus*, Cl. Kuhnius. Quibus adde VII. I. Αφικομένη δὲ ὡς ἐς τὸ Ασσυρίων βασιλέα, κλητὴ κατὰ κλίσιν, οὐδὲ οὕτυχῶν τῇ ἀνθρώπῳ ἠφάνθη αὐτῆς. h. e. *quum veniſſet.* Sic *Hiſt. Anim.* VII. 26. αἱ δὲ αἶγες, ἐκ αὐτὰς λάθοι τὸ ἥδη ὡραιωμένον. h. e. *quod ad capras.* Eurip. *Phœniſſ.* 290. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπε κλεινὸς γόνος, Εἰ τῷ σ' ἐπισκήπτουσιν Αργεῖοι πόλιν. Ubi Scholiastes, Σαλοικοφανὲς τοῦτό ἐστιν. Εδει γὰρ εἰπεῖν, Μέλλοντος &c. h. e. *quum vellet me mittere.* Polyæn. I. 18. Οἱ πολέμιοι τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν ὄφθαλμα ἐν ταῖς μάχαις, ἀπέχεσθαι Κόδρου. Ubi vide Casaubonum plura ejus generis ex Polyæno notantem. Sic & in S. Scriptura, *Actor.* VII. 40. ὁ γὰρ Μωσῆς ἕτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐκ οἴδαμεν, τί γέγονεν αὐτῷ. *Apocal.* VI. 8. Καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος. Talia sunt, quæ ex Græcismo secutus, vel ex Græcis simpliciter, ut solet, vertisse videtur Hyginus, quæque Solœcismi arguit in eo Doctiss. Munkerus. Vide ejus *Dissertationem* Hygino præmissam *pag.* 5. Sed tamen & apud Latinos reperiri ejusmodi Anacolutha, vel Casus Absolutos, ostendi *ad Sanctii Minervam pag.* 545. Accusativi similiter Absoluti usum multis demonstratum vide *infra Cap.* 13. PERIZ.

2 Τὸς ἐνδόξες] Mille trecentos ita interfectos scribit Seneca *de Tranquillitate cap.* 3. SCHEFF.

3 Αντισθένει] Est hic celebris ille Auctor Sectæ Cynicæ, præceptor Diogenis. PERIZ.

4 Οτι μέγα ἢ σεμνὸν ἐδὲν ἐγενόμεθα] Minus recte hæc vertebantur, *nihil magnum neque ſpectabile conſecuti ſumus.* Locutio similis *infra Cap.* 13. τὸς σοφιςὰς, ἐδὲν ὑγιὲς ὄντας. *Cap.* 22. Σεμνὸν γάρ τι χρῆμα ἢ τὸ Σόλωνος ἐγένετο. Lucian. *de Morte Peregr.* ἕτος δὲ τί μέγα ſcil. ἐγένετο, vel ἔστι. *Adv. Indoctum*, πάνυ σοφὸν π χρῆμα γεγένησαι. IDEM.

5 Πο-

exſtitimus, neque tales, quales videmus in Tragœdia Monarchas, & Atreas illos, & Thyeſtas, & Agamemnones, & Ægiſthos? Nam illi obtruncati & in Tragœdiis decantati, mala fercula cœnaſſe atque comediſſe ubique produntur. Nemo verò poëtarum Tragicorum eò progreſſus eſt audaciæ & impudentiæ, ut porcum mactatum in drama inducat.

CAP.

5 Πονηρὰ δεῖπνα] Dicitur hoc in reſpectu ad Thyeſtem, cui Atreus filium epulandum apposuit. Fabula nota est, & vide Serv. *ad Æn.* I. SCH.

Πονηρὰ δεῖπνα] Intelligit non modo Cœnam Thyeſtis, ſed & Agamemnonis, qui in adventitia ipſi ab Uxore præbita, ab Ea & Ægiſtho interfectus eſt. Vide Homer. *Odyſſ.* Δ. Senecam *Agamem. Act.* 5. & Meurſium *ad Lycophr. Caſſandram p. m.* 293. PERIZ. Hinc & Romanos Scriptores *epulas* & *prandia* pro tragœdiis uſurpaſſe docet Bourdelotius *ad Petronii Satyr. pag.* 127. *Ed. Paris.*

6 Εκκαλύπτονται] Casaubonus *in Athenæum*: ἐγκυκλεῖν *pro* ἐκκυκλεῖν *etiam apud ſuaviſſimum ſcriptorem Aelianum legi, ſed olim: nam hodie gloſſema occupat locum genuinæ vocis.* Ποικ. *lib.* II. *cap.* II. *Docet Socrates non eſſe cauſam, cur tenuis conditionis homo principibus viris invideat, ſi attendamus, quales exitus faciant apud tragicos Atrei, Thyeſtæ, Agamemnones & Ægyſthi. lege igitur* ἐκκυκλέονται. SCHEFF. Princeps Editio etiam habet ἐκκαλύπτονται, quod eandem ſignificationem obtinet cum Casauboni τῷ ἐκκυκλεῖν. Utrumque enim ſignificat, *in medium proferre*, & *publice traduci*, & *oſtendi*. unde Pollux τὸ ἐκκαλύψαι, pro Synonymo habet verborum θρυλλῆσαι, ἐκκηρῦξαι, ἐλέγξαι, quæ omnia θεατρικὸν δήλωσιν, *theatrale indicium* deſignant *lib.* VI. *cap.* 53. KUHN.

Εκκαλύπτονται] Sic omnes Editi & Scripti. Neque indigent hæc emendatione, quam molitur Casaubonus, cui jure ſuo ſe opponit Cl. Kuhnius, aſſerens huic verbo ſignificationem *publice traducendi*. Addo proprium eſſe rei, quæ remoto velo oſtenditur, ut fit in ſcena, quando aliquid, veluti cædes, cœna, &c. ſpectandum populo exhibetur: ſic de Pictura velo remoto oculis hominum permiſſa *infra cap.* 44. Ου πρότερόν γε μὴν ὁ πηνίτης ἐξεκάλυψε τὴν γραφὴν, ἐδὲ ἔδειξε τοῖς ἐπὶ θέαν συνειλεγμένοις. PERIZ.

7 Χοῖρον] Quid audio? regibus & principibus viris ex adverſo ponuntur porci? poſthac igitur corrigamus cenſeo vetus dictum, aut rex aut fatuus, & dicamus aut rex aut porcus. Sed miſſo joco, corruptum affirmamus hunc eſſe locum ab iis, qui antiqui libri compendium non aſſequebantur Scribendum, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χειρώνακτα. Regibus opponit τὸς χειρώνακτας, eos qui manuum opera aut labore victum quæritant. Sæpe inculcant nobis Seneca & Sapientes alii, non fieri tragœdiam, niſi de rege aut magnate, de paupere quidem nunquam. Hoc ipſum & Socrates voluit. Hæc Casaubonus *in Athen.* Aliter Petitus in *LL. Art. pag.* 66. *Reſcribo*, ait, ἀποσφαττόμενα χείρονα. *Nam Tragœdia imitatur* τὸς βελτίες, *non autem* τὸς χείρες, *non tantum eo ſenſu, quo diximus, ſed etiam ea ſignificatione, qua* βέλτιον *omne id eſt, quod* ἔξω τοῦ πολλοῦ, *ſplendidum*, & *regale*: χεῖρον *vero eſt vulgus*, & *exponunt apud Homerum Interpretes*, λεπτὸν & λαῶν. Probo magis hanc Petiti emendationem. Adhuc magis placet, quod *ad Phædrum* cenſet Tanaq. Faber, ſcribendum eſſe τὸ ἧττον, ut *Agamemnoni* aliiſque opponatur *Irus*. Quanquam ſi rem rectè reputes, quis tandem locus eſſe poſſit *Iro* in

Tragœdia? de qua hic sermo. Quare optimum, ut cum Cl. Holstenio legamus χοροῦ i. e. *chorum*. Nempe choro locus in Tragœdiis sæpissime; constat autem semper ex plebejis. Holstenium sic emendasse docuit me Nobil. Bigotius, cui proinde gratia pro correctione hac debetur. Idem, probasse hoc Holstenium ex Simplicio *in Epictetum*, indicavit, cujus tamen locum necdum reperire potui. Arrianus vero clare *dissert.* 24. ὦ τοῖς πλουσίοις καὶ βασιλεῦσι, καὶ τυράννοις οἱ τραγῳδίας τύπον ἔχουσι· ἀδὲς ἦ πάντ᾽ τραγῳδίαν συμπληροῖ, εἰ μὴ ὡς χορευτής. SCHEFF. Locus corruptus, & qui a doctis frustra ante me tentatus est: si longior paulo fuero, ignosces, lector. De illo igitur sic scribit Casaubonus. (Quid audio? Regibus & Principibus ..... de paupere quidem nunquam. Hoc ipsum & Socrates voluit.) Aliter Samuel Petitus in *legibus Atticis*, ex cujus libro, hæc quæ sequuntur, protulit Schefferus; Ipse enim nec legi, neque adeo otium est, ut legam, (*Rescribo*, ait, ἀποφαλόμυα χέζοντα. ..... χοῖρον *vero est vulgus, & exponunt apud Homerum Interpretes* λεπτὸν τὸ λαὸ) Hæc Petitus, cujus se emendationem magis probare ait Schefferus, sed in *Addendis*, cum jam sententiam meam comperisset, Doctissimus Senex, eam se cunctis aliorum sententiis anteferre testatus est. Quænam autem illa sit, ex his, opinor, non invitus audies. Sic igitur in hunc locum olim scripseram: (Quod sæpe ostendisse Socratem constat, idque cum alibi feciſſe, tum vero in illo colloquio maxime, quod aliquando cum Antisthene habuit, uti apud Ælianum legere est *lib.* II. ποικίλης ἱστορίας *cap.* II. sed quia locus ille gravissimo errore infestus est, præter morem nostrum longiusculam ἐξήγησιν huc transferemus, ut vitium, quo laborat, πιθανώτερον tollamus; idque certe præstare debemus, si minus Ælianı causa, qui scriptor lepidissimus est, & Græcarum Venerum delicium, at certe Socratis; cujus memoria nemini non, qui virtutis aliquem sensum habeat, summo honore colenda est. Verum, antequam verba Græci scriptoris afferam, totam rem in pauca contraham. Socrates igitur cum sævientem indies magis magisque triginta tyrannorum dominationem videret, & forte in Antisthenem, qui uti Socrates, paupertatem sectabatur, incidisset, Hoc, inquit, o Antisthenes, mihi dicas velim; ecquid nos nostri debeat pœnitere, quod tenues, quod paupercŭli sumus, neque splendorem illum sumus consecuti, quo in tragœdiis claros illos veteris memoriæ Principes, Atreum, Thyestem, Agamemnona, Ægisthumque circumfulgere videmus? Minime sane: nam si diligenter attendas, semper iis maximum periculum fuit, queis maximæ opes fuere. Itaque adeo, tragici, qui talia nobis Fortunæ in præceps ruentis exempla prodiderunt, principes illos viros, quos & suæ dignitatis fastigium, & divitiarum nimia vis spectabiles faciebant, vel veneno, vel alio insidiarum genere sublatos ostendunt. Sed nullus, Antisthenes, quod ô tute ipse vides, nullus unquam Poëta extitit tantæ vel audaciæ, vel imperitiæ, ut *porcum obtruncatum* in scenam introducere ausus sit. Hæc, o Lector, summa Socratici colloquii, nisi quod postrema pars plane ἀλόγιστον & risu digna est. Et tamen hæc ipsa sunt quæ jam jam Græce leges; sed ea ita a nobis emaculabuntur, ut præfiscini dicam, a nemine melius possint. Σωκράτην ἰδόντα ἤδη τὴν ἀρχὴν τῆς τελάκοντος τοὺς ἐνδόξους ἀνασειομένης, καὶ βαρυπαθοῦντας τοὺς πλουτοῦντας ὑπὸ τῆς τυράννων ἐπιβουλευομένης, Ἀποπυθέσθαι φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν, Μὴ σοι μεταμέλει, ὅτι μέγα καὶ σεμνὸν ἤδειν ἐγενόμεθα οὐ τῷ βίῳ, καὶ τοιοῦτοι, οἵους οὐ τῇ τραγῳδίᾳ τοὺς μοναρχας ὁρῶμεν, Ἀτρέας τε ἐκείνους, καὶ Θυέστας, Ἀγαμέμνονας, Αἰγίσθους; ἔτοι μὲν γὰρ ἀποφαλόμυοι, καὶ ἐκτραγῳδέμυοι, καὶ πονηρὰ δεῖπνα δειπνοῦντες καὶ ἐσθίοντες, ἑκάστοτε ἐκκυκλοῦνται (ἐκκυκλοῦνται ex Casaub. Vid. ἐκκύκλημα ap. Poll.) ἀδὲς ἦ ὅτως ἐγίνετο τολμηρὸς, ὥδε αὐαίσχυντος τραγῳδίας ποιητὴς, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποφαλόμυον χοῖρον. Vitium uti dixi, in postremis suavissimi scriptoris verbis est, quod jam tribus verbis eluam. Quid enim hic agitur? nonne Principatus & divitiarum incommoda exponuntur? nonne paupertatis & infimæ fortunæ commoda astruuntur? quid igitur facilius? quid rotundius? quam Atreo, quam Agamemnoni, & aliis id genus tyrannis, quos Deus iratus immittit, opponere, non χοῖρον *porcum* (apage, nil ridiculum magis) non χοῖρον, inquam, sed τὸν Ἰρον, nobilem illum & decantatum mendicabulorum principem. Nempe eductæ sunt hæ omnes personæ ex scena Homeri, qui olim & vere & ingeniose a Platone duobus tribusve locis *lib.* X. *de Rep. p.* 511. *Edit. Læmar. & p.* 513. & 515.) τραγῳδῶν ἡμῶν καὶ διδασκάλων dictus est. FABER. Verum enim vero, cum Socraticos sermones plerumque αἰνιγματώδεις καὶ πλαγίους, *ænigmatum & obscuritatis plenissimos*, ad animum revoco, non possum à vulgata lectione discedere. Nam ὀνος καυδηλίας λέγει (Σωκράτης) καὶ χαλκέας πυας, καὶ σκυτοδέμας, καὶ βυρσοδέψας, inquit Plato in *Symposio*. i. e. *asinos clitellarios, & fabros ferrarios & sutores, & coriarios crepat Socrates, ut hosno ejus sermonum rudis suaviter rideat ita differentem: at sensus latet intus non vulgaris.* Non igitur est, quod χοῖρον in textu nostro quenquam offendat. Innuit enim Philosophus, nihil periculi fuisse civibus infimæ sortis à Triginta Tyrannis. Ut enim Tragicus, non vilem porcellum introducit jugulum cultro præbentem, sed Agamemnones, Ægisthos, aliosque id genus proceres, quorum dignitas & opes magnæ jacturæ & calamitati tragicæ locum faciunt: ita sub Triginta tyrannis, cum Tragicarum cædium plena erant omnia, lautioris fortunæ cives, Atrei divites, magnique Agamemnones vita & opibus exuebantur; tenuiores autem defendebat abjecta & sine nomine conditio. In ista Tragœdia Attica melius erat porcum, id est nullo in numero esse, quam Agamemnonem. hic enim occidebatur, ὡς βῦς ἐπὶ φάτνῃ, *ut bos ad præsepe*, Tragico testante; ille vero à Tragœdia longè remotus vitæque securus erat. Comica enim res est τὸ κοὶ κοὶ, Aristoph. in *Acharn.* μιμοῦνται οἱ κωμῳδοποιοὶ τοὺς βατράχους ἀφ᾽ τὸ βρεκεκεξ, κοὰξ, κοὰξ, καὶ τοὺς χοίρους ἀφ᾽ τὸ κοῖ, κοῖ. *Comici imitantur ranas per brekekerèx coax, coax & porcos per coi, cui*, inquit Ammonius *Commentario in Aristot.* ὦδε ἑρμηνέας. Nec insolens Socrati à porcis similitudines mutuari. apud Xenoph. *lib.* I. *Mem.* ait Critiam

ὑικὸν γὰ πάσχειν, ἐπιθυμοῦντα Εὐθυδήμου τοσοῦτον δεῖσθαι, ὅσπερ τὸ ὑὶ ἀφ᾽ τοῖς λίθοις. apud Platonem in *Lachete*, ἐκ ἂν πᾶσι ὖς γοῖν inquit, i. e. *non est cujusvis nosse*, proverbialiter. apud Porphyrium *lib.* III. ὦδε ἀποχ. ἀψυχ. Σωκράτης ἔφης τοὺς ἡδονῇ ἀμφισβητοῦντας εἶναι τὸ τέλος, ὃ᾽ ἂν πάντες, ἔφη, σὺς καὶ τράγοι τοῦτο συναινοῖεν, πειθόμενοι ἂν σὺ τῷ ἥδεσθαι τὸ εὐδαίμονα ἡμῶν κεῖσθαι. *Socrates iis, qui voluptatem esse finem contendunt, respondit, etiamsi omnes sues & hirci hoc dogma approbassent, se tamen non adduci, ut credat, nostram beatitudinem in delectando positam esse.* Pyrrhus etiam à tempestate deprehensus in navi, cum vidisset porcellum avide offuso hordeo se implentem demonstrat eum reliquis vectoribus, similemque ἀπάθειαν à ratione & philosophia sumendam illis dixit, qui fortuitis turbari nollent. Plutarchus in πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτὸν προκόπτοντος ἐπ᾽ ἀρετῆ. Nihil igitur attinet ἀποφαλόμυον χοῖρον jugulare hoc quidem loco, aut risu dignam ἀλογιστίαν comminisci. KUHN.

Χοῖρον] Varias Eruditorum conjecturas in hunc locum sedulo exponit Cl. Schefferus. Sed tuetur vulgatam Doctiss. Kuhnius, cui suffragantur etiam MSti, & Mei, & Regii. Non possum tamen, omnibus rite expensis, aliter existimare, quam censuit Schefferus, veriſſimam scilicet esse Holsteinii crisin, legentis χορὸν, qui constabat in Tragœdiis ex Famulis, vel Militibus, vel certe Urbana & infima Plebe; atque adeo optime inservit Comparationi perficiendæ, quam ex personis Tragœdiarum, partim Regiis, partim Plebejis in *Choro*, transtulit Socrates ad se Plebejum, & Illos Ἐνδόξους καὶ πλουτοῦντας. PERIZ.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ Θεμιστοκλέους παυσαμένου τῆς ἀσωτίας.

Θεμιστοκλέους τοῦ Νεοκλέους, οὐκ οἶδα, εἰ ἐπαινεῖν χρὴ τοῦτο. Ἐπεὶ γὰρ τῆς ἀσωτίας ἐπαύσατο Θεμιστοκλῆς, [1] ἀποκηρυχθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ [2] ὑπήρχετό πως τοῦ σωφρονεῖν, καὶ τῶν μὲν ἑταιρῶν ἀπέστη, ἦρα δὲ ἕρωτα ἕτερον, τὸν τῆς πολιτείας τῶν Αθηναίων, καὶ θερμότατα ἐπεχείρει ταῖς ἀρχαῖς, καὶ ἑαυτὸν ἐσπευδεν εἶναι πρῶτον, Ελεγε (φασὶ) πρὸς τοὺς γνωρίμους· [3] Τί δ' ἂν ἐμοὶ δοίητε,

CAP. XII.

De Themistocle, quum renunciasset prodigalitati.

Themistoclis, filii Neoclis, illud an laudare oporteat, nescio. Postquam enim abdicatus à patre, ab intemperantia desisteret, & inciperet quodammodo frugaliter agere, atque abstineret à scortis, alio autem captus esset amore, nimirum reipubl. Athenienſium, jamque ad magistratus gerendos obnixè contenderet, & ipse primus esse studeret, dicebat tum, ut ajunt, ad familiares. Quid verò mihi

1 Αποκηρυχθεὶς] Cornelius Nepos in *Themistocle cap.* 1. *Cum minus esset probatus parentibus, quod & liberius vivebat & rem familiarem negligebat, à patre exheredatus est, quæ contumelia non fregit eum, sed erexit.* Idem affirmat Maximus Valerius *lib.* VI. *cap.* 9. Plutarcho figmentum est. Ipsum vide in *Themistocle*. Sed cum cæteris facit Junius *apud Stobæum serm.* CXVI & Libanius *decl.* XX. SCHEFF.

2 Υπήρχετό πως τοῦ σωφρονεῖν] Vertebatur, & *in viam rediret.* Proprius est, *inciperet aliquo modo sapienter*, vel *fru aliter, vivere.* Υπήρχετο, sic X. 10. ὅτε ἠπήρχετο ἡ γραφικὴ τέχνη, *quando incepit, orta est.* Πως est *circiter, aliquo modo.* Lucian. *de Morte. Peregr.* ἔπειτα ἤρξατο ὧδέ πως: *deinde cœpit tali circiter modo.* Et *adv. Indoctum, init*, ᾗ ἔλεγχος γίγνεται τῆς ἀπαιδευσίας πως τότε. *& hoc ipsum evadit quodammodo documentum tuæ insciitiæ.* Sic passim εἴ πως, μή πως. PERIZ.

3 Τί δ' ἂν ἐμοὶ δοίητε] Nimirum ex republica. Nam qui ad magnas dignitates in ea petendas veniebant, merita sua, resque pace belloque præclare gestas solebant recensere, quo facilius admitterentur. Talia autem se memorare non posse Themistocles querebatur. Rogat igitur, quam sibi ignobili adhuc, reipublicæ partem committerent Plutarchus *lib. de Invid. & odio.* Θεμιστοκλῆς ἔτι μειράκιον ὢν, οὐδὲν ἔφη πράττειν λαμπρὸν, ἕπως δὲ φθονεῖσθαι. *Casaubonus* tamen in *notis ad Theocritum cap.* 1. mallet legere, τί δ' ἂν ἐμοὶ δοίητε; per interrogationem. SCHEFF. Unice amplector Illustriss. Casauboni emendationem τί ἂν ἐμοῦ δοίητε. *Que donneriez vous d'un homme fait comme moy?* sic loquebantur Attici: Explicatio Viri Docti, quem nolim appellare, ea stare non potest. FABER. Hæc locutio τί δ' ἂν &c. significare videtur, *quantum mihi tribuere poteritis?* ut sermo sit de æstimio. Ita accipitur τὸ δέον in illo Philostrati apud Suidam de Tarsensibus. δεδώκασι τῇ ὀθόνῃ μᾶλλον, ἢ σοφίᾳ Αθηναῖοι. *plus tribuunt* vel *incumbunt telæ, quam Athenienses sapientiæ*, & alibi passim in *Vitâ Apollonii.* KUHN.

Τί δ' ἐμοὶ δοίητε] Legerim cum Casaubono, ἐμοῦ. Sensus enim est, *quo dignus videor, quid valeo?* Vide Mirum Maximum *cap.* 1. *Lect. Theocrit.* locutionem hanc pluribus firmantem exemplis. Vulgata nimis friget, meâ quidem sententia: *quid dabitis mihi, qui nondum Invidiam sentio.* Atqui si *desiderabat Invidiam*, ut fecisse dicitur, tum vel maxime aliquid illi erat expetendum & dandum ex Rep. Nam ex eo oritur *Invidia.* PERIZ

δοίητε, ὃς οὔπω φθονοῦμαι, ὅστις δὲ ἐρᾷ φθονεῖσθαι, [4] τοῦτο δήπου τὸ τοῦ [5] Ευριπίδου, [6] Περιβλέπεσθαι σπεύδει, ὃς ἐμοὶ μὲν οὐκ ἐπαινεῖται, ἐκείνῳ δὲ ἁρμόττει. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀνεκτὸν, εἰ μὴ φθονοῖτο· ἐκείνῳ δὲ, εἰ μὴ περιβλέποιτο. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀνεκτὸν, εἰ μὴ φθονοῖτο· ἐκείνῳ δὲ, εἰ μὴ περιβλέποιτο. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀνεκτὸν, εἰ μὴ φθονοῖτο· ἐκείνῳ δὲ, εἰ μὴ περιβλέποιτο.

hi dederitis, cui nondum invidetur. At qui delectatur invidia, illud ipsum Euripidis, τὸ περιβλέπεσθαι, hoc est, suspitendum & dandum ex Rep. Nam ex eo oritur *Invidia.* PERIZ

4 Τοῦτο δήπου τὸ τοῦ Ευριπίδου] Hic vero minime assentior Casaubono, d. l. legenti etiam ἑτῷ pro τοῦτο. Etenim usitatum est illud τοῦτο in hujusmodi citationibus. *Supra.* 1. 30. Διόσκουροι τοῖς δειλαίοις γειώμεθα σωτῆρες, καὶ ἀγαθοὶ παραστάται, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν θεῶν τούτων. Vide etiam *infra cap.* 41. Τοῦτο δήπου τὸ Σκυθικὸν κακὸν. Et adde, quæ notavi *ad cap.* 29. Vide & *infra* XIII. 2. *extr.* & *Hist. Anim.* VII. 48. *init.* ac XI. 19. IDEM.

5 Ευριπίδου] Vir summus *in notis ad Athenæum* existimavit Ælianum alludere ad illa Euripidis *Iphig.* 529.

Οἱ δὲ εὐδαίμονες
Εν πᾶσι κλεινοὶ κ' περίβλεπτοι βροτοῖς.

Verum potius videtur Auctor respexisse ad versum Euripidis, qui extat in Grotii *Excerptis ex Com. & Trag. pag.* 185.

Περιβλέπεσθαι τίμιον· κενὸν μὲν ὄν.

6 Περιβλάπτεσθαι] Περιβλέπεσθαι legendum est. Ita enim habet ipse Euripides. Casaubonus in *prædictis notis, Non est*, inquit, *quod longa oratione eruditis saltem viris persuadere coner, legendum esse* περιβλέπεσθαι. *Nam ex vulgatâ lectione sensum nullum elicias, nisi ineptissimum.* Faber tamen locum putat esse mutilum, atque ita explendum. ὅστις δ' ἐρᾷ φθονεῖσθαι, ταυτὸ δήπου τῷ Ευριπίδῃ περιβλέπεσθαι, ἕτῳ περιβλάπτεσθαι σπεύδει. Posses legere minore mutatione lectionis veteris. ὅστις δ' ἐρᾷ φθονεῖσθαι ἢ ζωυτὸ δήπου τὸ Ευριπίδῃ περιβλέπεσθαι, περιβλάπτεσθαι σπεύδει. Verbum περιβλέπεσθαι pro περιβλάπτεσθαι agnoscit etiam MS. A. in aliis videtur omissum esse tanquam supervacuum. SCHEFF.. Alii ante Schefferum viderunt legi oportere περιβλέπεσθαι; sed ego jurare paratus sum locum esse mutilum, sicque suppleri debere, & aliter emendari, ὅστις δ' ἐρᾷ φθονεῖσθαι, ΤΑΥΤΟ δήπου ΤΩι τοῦ Ευριπίδου περιβλέπεσθαι, ΟΥΤΟΣ περιβλάπτεσθαι σπεύδει. Sed digna res est quam tribus verbis explicem; neque enim omnes isthæc vident. Sic igitur interpretandus est hic locus ad verbum. (*Quicunque enim amat* φθονεῖσθαι) *idem enim est* τὸ φθονεῖσθαι, *ac illud quod* περιβλέπεσθαι *dicit Euripides*) *is haud dubie festinat* περιβλάπτεσθαι (*id est ad damnum ultro & curriculo currit*) nil addam amplius; *qui habent aures ad audiendum* &c. Hujus vel emendationis, vel conjecturæ me sane haud pœnitet; nam doctis, qui docti erunt, placebit, scio; & si quid a me incogitanter dictum fuerit, hinc facile redimetur. FABER. Recepta lectio hunc parit sensum, *qui vero invidiam amat, secundum Euripidem* περιβλάπτεσθαι σ. i. e. *damnum anhelat suum, quod ipsum stultitiæ est, ut iterum Euripides ait.* quid huic sensui ineptum insit, doceri velim. Cæterum ex hoc Themistoclis dicto facile colligas, eum in illa fuisse hæresi, quæ hominem invidiæ exsortem nullo in numero habet. ita apud Epicharmum nescio quis,

Τίς ἂν ἐλοίη, inquit, γενέσθαι μὴ φθονεμένοις φίλος;
Δῆλον ὡς ἀνὴρ ὃς εἶδείς ἐσθ' ὁ μὴ φθονούμενος.
Quis ei velit amicus esse, cui nemo invidet?
Namque constat esse nihil virum sine invidis.

Stobæus *Serm.* 139. ubi in vulgatis edit. legitur τίς ἐγκαλοίη, manifesto vitio. Gesnerus itaque malit, ἂν βιαλοίη. Lucas Holstenius, τίς ἢ βιαλοίη. mihi placuit ductum literarum proprius sequi & legere τίς ἂν ἐλοίη cætera *Holstenium*, secutus sum, *Observ. ad Porphyr. vitam Pythagoræ.* KUHN.

Περιβλάπτεσθαι] Ego vero non dubitavi hic recipere in Textum verissimam Casauboni conjecturam, quam probat Euripides, postulat sensus, firmant MSti. Nam præter eum, quem memorat Schefferus, seu Cod.

σπεύδ. Ὅτι ἢ τοῦτό ἐστι κενὸν, αὐτὸς Εὐριπίδης φησί.

2083. quem Boivinius, etiam Sluisk. (& ex Regiis Cod. 3132. in margine) differte præfert, ut & Mediceus uterque & Mediolanensis Codex, περιβλέπεσθαι. Deinde si non plane ineptus in altero insit sensus, inest certe minus commodus, quam est in hocce. Nec enim sequitur continuo, *qui cupit sibi invidiam, damnum sibi dari desiderat.* Foret etiam illud magis Stultum, quam *Vanum*, quod utique notatur voce κενὸν, qua Sensum Controversi Verbi describit ipse Auctor. At contra verissimum est, *qui cupit sibi invideri, cupit suspici, & observari*, h. e. περιβλέπεσθαι. Hoc autem desiderium esse, certe habitum à

suspici & observari desiderat, id vero vanum esse, ipse ait Euripides.

Sapientibus, *Vanissimum*, prorsus κενὸν, nemo ignorat. Verbo hoc utitur etiam, Noster *Hist. Anim.* VI. 1. ᾧ ζῶντα μὲν περιβλέπεσθαι, καὶ ἀποθανόντα δὲ εὐφημεῖσθαι, *& vivum quidem coli, mortuum vero laudari.* Ab hoc verbo jam est περιβλεπτος, quod explicat Suidas ἔξοχος, μέγιστος. Hinc Ælianus *Hist. Anim.* VI. 15. περίβλεπτος ἦν. Athenæus Lib. XI. *cap. ult.* Περίβλεπτον ἀξίωμα Et, ἀφ' ὑπερτείαν νῦν εἰσι περίβλεπτοι. Hinc Ant. Lib. *Fab.* 23. περίβλεπτος τὴν ὄψιν, h. e. *qui in admiratione est*, seu *cujus ob os alii ora obvertunt sua, propter faciei pulchritudinem.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ Σωκράτους κωμῳδουμένου ὑπὸ Ἀριστοφάνους.

Ἐπετίθεντο τῷ Σωκράτει, ᾗ ἐπεβούλευον οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄνυτον, ὧν χάριν, καὶ [1] δι' ἃς αἰτίας, πάλαι ποτὲ ὑφορώμενοι ἦ τοὺς Ἀθηναίους, καὶ δεδιότες, ὅπως ποτὲ ἔξουσι πρὸς τὴν κατηγορίαν τοῦ ἀνδρός. Πολὺ γὰρ ἦν τὸ τοῦ Σωκράτους ὄνομα, διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι [2] τοὺς Σοφιστὰς ἤλεγχεν, [3] οὐδὲν ὑγιὲς ὄντας, οὐδέ

CAP. XIII.

De Socrate in Comœdia taxato ab Aristophane.

Socratem petebant, eique insidias struebant Anytus cum sociis, quarum rerum gratia, & quas ob causas, dictum est jam olim: quum vero suspectos haberent Athenienses, timerentque, *dubitantes* ecquo animo Viri accusationem essent laturi. (Nam magnum erat Socratis nomen; cùm propter alia, tum propterea, quod

1 Δι' ἃς αἰτίας] Invidiam puta propter oraculi responsum, quo omnium hominum sapientissimus judicatus est Socrates, & odium, quod ab eo spernerentur. Publice tamen crimini dabant, quod nova introduceret dæmonia, juventutemque corrumperet. Vide Laërtium in *Socrate*, Xenophontem in *Apologia*. SCHEFF. Et Schol. *Aristoph.* προθεωρίᾳ *in Nubes*. KUHN.

2 Τοὺς Σοφιστὰς] De his vide *supra Æliani Vitam*. PERIZ.

3 Οὐδὲν ὑγιὲς ὄντας] Laxe nimis hæc erant versa solo *vanitatis* vocabulo, quod ortum abs Tornæsio. Nam Vultejus & Gesnerus ita hæc reddiderant, *quod in Sophistas inveheretur, in quibus nihil sanum inerat, & qui nec sciebant, neque docebant quidquam operæ pretium.* Reposui Ego, quod vis phraseos postulabat. *Veram* enim *Sapientiam* notat hic τὸ ὑγιὲς. Sic bis iterum in *hoc Capite*, & VII. 20. Τί δ' ἂν ἔτος ὑγιὲς εἶπε, ὃς ἐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ

οὐδέ τι σπουδαῖον, ἢ εἰδότας, ἢ λέγοντας. Ἐκ τούτων οὖν ἐβουλήθησαν [4] πεῖραν καταδεῖναι ὑπὲρ τῆς κατ' αὐτοῦ διαβολῆς. Τὸ μὲν γὰρ ἄντικρυς ἀπενέγκασθαι γραφὴν κατ' αὐτοῦ παράκρημα, οὐκ ἐδοκίμαζον, δι' ἃ πρόσθεν, καὶ δι' ἐκεῖνα ἦ, μή ποτε ἄρα ἀγριάναντες οἱ φίλοι οἱ τοῦ Σωκράτους [5] ἐξάψωσι κατ' αὐτῶν τοὺς δικαστὰς, εἶτά τι πάθωσι κακὸν ἀνήκεστον, ἅτε συκοφαντοῦντες ἄνδρα, οὐ μόνον οὐδενὸς αἴτιον κακοῦ τῇ πόλει, ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων καὶ κόσμον ταῖς Ἀθήναις ὄντα. Τί οὖν ἐπινοοῦσιν; Ἀριστο-

quod Sophistas arguebat, ut qui nulla præditi sapientia, neque boni quicquam aut scirent aut dicerent.) Propter hæc igitur voluerunt periculum facere suæ in illum calumniæ. Nam aperte contra eum deferre statim accusationem, non arbitrabantur esse consultum, partim ob ea, quæ exposui, partim propter hæc, ne Socratis amici exasperatos contra se judicum animos incenderent, & sic ipsi aliquod insanabile malum paterentur, ut calumniati hominem, non solùm nullius mali reipublicæ auctorem, verùm ex

ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ ᾗ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ σφίφέρει. Similiter ἡ σπουδαῖον, quod sequitur, non tam designat aliquid *honesti*, sed *rei egregiæ & seriæ, quæ nostram curam & studium requirit.* Sic VII. 2. Ἦν δὲ ἡ ἄμιλλα ὑπὲρ ἡδονῆς σπουδῆς. Mox πεῖραν καταδεῖναι possit videri dictum, ut χάσμ' καταδεῖναι apud Lucianum in *Charidemo* (si ejus est ille Dialogus) *pag.* 1015. & 1016. pro *præstare alicui rem gratam*, Et καταδεῖσθαι χάσματος τοῖς Ἰσθμίοις, *Actor. Apost.* XXIV. 27. Sed tamen vix dubito, quin recte Kuhnius conjecerit καθεῖναι. Propria enim hæc est locutio, καθίενες & καθεῖναι πεῖραν, pro *explorare*, quia Nautæ mare explorant demittendo plumbum & funiculum. Vide Kuhnium in *Notis*, & in *Indice*, v. καθίημι. Firmat autem hanc illius conjecturam Sluisk. Codex, cum quo quin Unus minimum ex Regiis, & Mediceus uterque congruant, ut solent, vix dubito. PERIZ.

4 Πεῖραν καταδεῖναι] Locus mihi valde suspectus de mendo: quis enim ĉ meliori Græcia unquam dixit, πεῖραν καταδεῖναι, *periculum deponere*? si Græcæ linguæ credimus, legendum erit καθεῖναι π. Illa enim semper usurpat καθεῖσι πεῖραν & καθιεὶς πεῖραν à καθίημι, *submitto.* videatur Suidas in καθεῖσι & καθιεὶς. Non aliter olim scripserat Noster κατεῖναι πεῖραν, *periculum facere* vel *subornare*, *submittere aliquem*, *qui exploret*, *tentet.* Sic dicimus κατεῖκαν λόγους, *sparserunt in vulgus rumores.* At καταπεῖναι vel καταδεῖναι πεῖραν sine exemplo, ni fallor, est, erit. vid. *Indicem* in Καθίημι. KUHN.

5 Ἐξάψωσι κατ' αὐτῶν τοὺς δικαστὰς] Gravissime hic errant Interpretes, qui hæc vertentes, *judicum animos in suas partes abstraherent*, ita accipiunt τὸ ἐξάπτειν, ac si significaret hic *alligare*, *suspendere*, quod sæpe quidem alias (vide Caput proximum) notat. At vero hic loci & in hac constructione ἐξάπτειν κατ' αὐτῶν est *inflammare*, *incendere contra ipsos.* Sic XII. 64. Ὅσον τὸ σφᾶς λεχθέντα ἀνέφλεγεν αὐτὸν, ᾗ ἐξῆπτεν. Dionys. Halic. *lib.* V. Ὑπ' ὀργῆς ᾗ φιλονεικίας ἐξαφθέντες, *ira & furgio incensi.* Noster *Hist. Anim.* VI. 1. Εἰς τ' ἀγῶνα ἐξάπτοντες ἑαυτὸς, *in certamen accendentes se ipsos.* Ceterum in *Indice* v. Ἀγελαίνω, miror, sive à Scheffero sive à Kuhnio, notari Interpretem, ut qui eam vocem hic *male retulerit ad judices*, quum ille verterit, quod retinui, *ne Socratis amici exasperatos contra se Judicum animos* &c. Voluit ita vim Præteriti seu Aoristi breviter exprimere. Nempe Amici Socratis erant illi ἀγελάσαντες, sed quos? nisi judices, qui ita per eos fuerunt *exasperati.* At illi videntur hoc verbum sensu neutrali accepisse, dum vertunt, *flagrantes ira subitanea.* Male illud, ut opinor, hic loci, licet non negem, etiam sensu neutrali aliquando id verbum occurrere. PERIZ.

Ἀριστοφάνην τὸν τῆς κωμῳδίας ποιητὴν, 6 βωμολόχον ἄνδρα καὶ γελοῖον ὄντα, καὶ εἶναι σπεύδοντα, ἀναπείθουσι κωμῳδῆσαι τὸν Σωκράτη, ταῦτα δήπου τὰ περιφερόμενα· ὡς ἦν 7 ἀδολέσχης, 8 λέγων τε αὖ, καὶ τὸν ἥττω λόγον ἀπέφαινε κρείττονα, καὶ ἐσῆγε 9 ξένους δαίμονας, 10 καὶ οὐχ ἥδει θεοὺς, οὐδ' ἐτίμα· τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα, καὶ τοὺς προσιόντας αὐτῷ ἐδίδασκέ τε, καὶ ἐδέναι ἀνέπειθεν. Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης λαβόμενος 11 ὑποθέσεως εὖ μάλα † ἀνδρικῆς, ὑποσπεί-

ex diverso etiam Athenarum ornamentum. Quid ergo excogitant? Aristophanem poëtam comicum, impium hominem, qui & ridiculus erat, & esse studebat, incitant & persuadent, ut in comœdia Socratem iis, quæ vulgo ferebantur de eo, incesseret: Esse loquacem, & dicendo efficere,

6 Βωμολόχον ἄνδρα] Vide omnino Suidam, qui docet sic proprie dictos, qui altaribus adsidentes per assentationem aliquid ex victimis obtinere studebant, deinde etiam omnes scurras, & facetos & impios homines. Adde Hesychium. PERIZ.

7 Ἀδολέσχης] Maximum Tyrium vide *Dissert.* IIX. SCHEFF.

8 Λέγων τε αὖ, καὶ τὸν ἥττω &c.] Malit quis forsan λέγων τε εὖ. Nam ita Aristoph. Νεφελ. IV. 1. Strepsiades id quærit, an Filius, ad Socratem deductus, jam didicerit εὖ λέγειν. Sed tamen recte se habet Vulgata, nec quicquam hic mutant MSti, nec Mei, nec Regii. Sensus autem forsan fuerit, *& contraria dicens*, vel, *respondens adversario, ita sententiam deteriorem facit videri veriorem:* quasi orta sit hæc accusatio ex more Philosophorum, qui olim maxime per Dialogos & contrarias de eadem re Dissertationes ex diversa persona factas, philosophiam docebant, ut vel ex Platone & Cicerone, ne alios memorem, notum est. Istic enim inducitur primum, qui aliquid affirmat & multis rationibus adstruit, sed mox item alius, qui eadem explodat, & contraria probet. Illud ergo videri queat esse λέγειν αὖ, & τὸν ἥττω λόγον ποιεῖν κρείττονα, h. e. sententiam, quæ modo refutata erat, ut falsa, mox firmare & præferre alteri, ut veriorem. Cæterum, quia Dialogi isti magna plerumque in utramque partem scribebantur eloquentia, hinc factum est, ut Philosophi, & maxime illi, qui *Sophistæ* tunc dicebantur, artem dicendi quoque profiterentur, & ita in contrarium disputando promitterent, *se id docere*, (ut ait Gellius v. 3. de Protagora) *quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior: quam rem* (addit Gellius) *Græce ita dicebat* (Protagoras) τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Sed & Aristoph. Νεφελ. Socratem exagitans ait, eum habere duas Orationes, τὸν Κρείττονα, καὶ τὸν Ἥττονα λόγον, quos ille per calumniam vertit in Δίκαιον καὶ Ἄδικον λόγον, *Justum & Injustum*, eosque in Comœdia inducit secum invicem litigantes: ut & Debitorem, ære alieno obrutum, idque agentem, ut à Socrate discat τὸν Ἄδικον λόγον, quo Creditores suos & τὸν Δίκαιον λόγον possit eludere. Malim autem, ut apud Gellium legitur, ita & hic legi, non κρείττονα sed κρείττω, eadem utique forma, qua ἥττω, Atque ita etiam Max. Tyr. *Diss.* VIII. Ὅτι τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖ. Cæterum τὸ αὖ, pro *contra*, vel *vicissim*, habes etiam apud Hesiod. Ασπ. 51.

Τὸν μὲν χειρότερον, τὸν δ' αὖ μέγ' ἀμείνονα φῶτα.

illum quidem deteriorem, hunc contra multo præstantiorem Virum. Sic in Εργ. 701. ait *Bona uxore nihil melius,* τ' δ' ἄντε κακῆς ὑ μῆγιον ἄλλο, *sed contra nihil acerbius Mala.* Immo & cum verbo *Loquendi* ad vices *Respondendi* denotandas in Ασπ. v. 102.

Τὸν δ' ἄντε προσέειπεν ἀμώμητος Ἰλιάδης

h. e. *Hunc vicissim allocutus est*, &c. Sed, ut semper amo molliores, nec longe petitas interpretationes, sic & hic eâ, quæ videtur etiam mihi quæsita nimis, uti nolim, præsertim quum Græcismi ratio simplicissimum hic & haud dubie genuinum nobis ingerat sensum. Etenim τε ἄν apud Græcos frequenter adhibetur ad faciendam variarum rerum connexionem. Sic Plato in *Phædro p.* 262.

σπείσασθαι τοῖς βουλομένοις, καὶ ἐπιμνησθῆναι τῶν ἀρχαίων, καὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐν τῷ μέλλοντι ἐλπίδων, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπιτελέσαι τῷ Διονύσῳ, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν τραγῳδῶν, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν κωμῳδῶν, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν γυναικῶν, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν παίδων, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν ἀνδρῶν καὶ παίδων, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων.

cere, ut etiam mala causa videatur bona, introducere etiam novos Dæmonas, at neque nosse, neque reverenter habere Deos: atque hæc ipsa quoque eos, qui eum adirent, docere, & ut scire velint, persuadere. Aristophanes autem

† ἀνδρικῶς.

262. Οἱ περὶ τ' ἄλλ' ὧν τὰ εἰκότα δόξει, ὡς τιμητέα μᾶλλον, τάτε σμικρὰ μεγάλα, καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιῆσαι δι' ἡμῶν λόγῳ, h. e. *qui præ veris spectant verisimilia, tanquam magis probanda, aut æstimanda, & porro vi sermonis, parva magna, magna faciunt parva.* Julian. *Or.* I. *p.* 4. Καὶ γὰρ παραινέσαι ἀγαθὴν, scil. δίδωσι, καὶ λόγων προτρεπτικῶν χρῆσιν, καὶ τὸ μεῖζ' εὐνοίας ἐπιπλήξαι τοῖς ἁμαρτήμασιν, ἐπαινεῖν τε αὖ τὰ καλῶς πραχθέντα, καὶ ψέγειν τὰ μὴ τοιαῦτα. Sed & sic δὲ αὖ Plato iterum in *Phædro p.* 261. Τῇ πόλει δοκεῖν τὰ αὐτὰ, ποτὲ μὲν ἀγαθὰ, ποτὲ δ' αὖ τἀναντία. PERIZ.

9 Ξένους δαίμονας] Consule, quos supra dixi. *Plutarchum* præterea *lib. de Deo Socratis.* Philostratum *in vita Apol. lib.* VII. *cap.* 5. Apulejum in *ejusdem argumenti Libro*, Senecam *non uno loco* & alios. Maximus Tyrius addit accusativum, ὅτι ὁμοίως τῷ πλάτανον καὶ τὸν κύνα. SCHEFF. v. Xenophont. *lib.* I. *Memor.* Servium *ad l.* VIII. *Æneid.* Lucam. *Actor.* 17. 18. KONIGIUS.

10 Καὶ οὐκ ἥδει θεοὺς,] Atqui Max Tyr. *Diss.* 26. Socratem ait fuisse εἰς τὸ θεῖον εὐσεβῆ, *Pium in Numen Divinum.* Et Xenophon *lib.* I. ἀπομνημ. *Sæpe eum sacra palam fecisse* (θύειν) *cum domi, tum in publicis altaribus & vaticinatione usum* tradit. Nempe hic Locus, ut recte intelligatur, explicari debet ex doctrina Platonica de *Dæmonibus*, qui à *Deo* distinguebantur. Illam autem accepit Plato ab Socrate, qui, ut ex hac accusatione liquet, *doctrinam Dæmonum plebi ignotam & novam in publicum protulit*, & simul *ignoravit*, h. e. non habuit pro Diis, neque *coluit* tanquam Deos, quos Populus. Differte ita formula ipsa Accusationis concepta fuit, quæ exhibetur à Laërtio in *Socrate*, ἀδικεῖ ὁ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος. Existimabat ergo & ille & Platonici deinceps, Jovem, Apollinem, cæterosque, qui oracula dare consulentibus, vel Hominibus apparere, dicebantur, quique memorabantur passim ab Homero, & colebantur à Græcis, non esse *Deos*, sed tantum *Dæmonas*, seu Ministros Deorum, medios inter Deum & Homines. Vide Max. Tyr. *Diss.* 26. & 27. ubi agit de *Dæmone Socratico*, & *Deum* quidem, ait, *in eodem Loco manere, dum cœlum regit, omniaque in eo ordinat ac disponit, sed Eum Immortales quasdam habere Substantias, quæ vocentur Secundi Immortales, & in medio Cœli ac Terræ agant, minus Potentes quam Dii, magis quam Homines, Deorum Ministri, Hominum Præsides, Diis proximi, Hominum Curatores diligentissimi.* Plutarch. *de Iside & Osir. Dæmonas magnos Plato, Pythagoras, Xenocrates, Chrysippus, secuti veteres Theologos, validiores hominibus esse ajunt, multaque potentia superare nostram naturam,* τὸ δ' θεῖον, ἀκαμεῖς, ἀδὲ ἄκρατον, ἔχοντας, *aliquid vero divinitatis habere, sed non integram*, &c. Comparat eos deinde fabulis Apollinis, Cereris, &c. Bonosque ac Malos ait esse. Vide Locum. Immo nonnulli etiam, inter *Deum & Dæmonas*, Medios insuper constituebant *Angelos.* Vide Procli Lycii *Expositionem Homericam.* Sic ergo Socrates dicebatur *Deos nescire*, & *novos inducere Dæmonas.* At Aristophanes, ut majorem illi invidiam faceret apud Populum, jactat cum plane negare ullum esse Jovem, aut similes Deos, & *jurare* potius *per Chaos, Nebulas, Aëra, Linguam*, &c. quasi Natura ipsa fuisset illi Deus, haud dubie, quia plerarumque rerum, quas illi proxime à Diis suis fieri credebant, naturales exponebat causas, & Deum in hoc Universo, ejusque partibus singulis movendis regendisque, quasi conspici & cognosci docebat. PERIZ.

11 Ὑποθέσεως οὐ μάλα ἀνδρικῆς] Gesner. ἀνδρικῶς. vulgatum tamen retinent MSS. omnes. SCHEFF. Ut MSti, quorum quædam Ex-

σπείρας γέλωτα, καὶ τὸ ἐκ τῶν μέτρων αἰμύλον, καὶ τὸν ἄριστον τῶν Ἑλλήνων λαβὼν ὑπόθεσιν· [12] οὐ γὰρ οἱ κατὰ Κλέωνα ἦν τὸ δρᾶμα, οὐδὲ ἐκωμῴδει Λακεδαιμονίους, ἢ Θηβαίους, ἢ Περικλέα αὐτόν· ἀλλ' ἄνδρα τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς φίλον, καὶ δὴ καὶ μάλιστα τῷ Ἀπόλλωνι. Ατε οὖν ἀηθὲς πρᾶγμα καὶ ὅραμα παράδοξον [13] ἐν σκηνῇ καὶ κωμῳδίᾳ Σωκράτης, πρῶτον

autem nactus argumentum admodum virile, risu interpositio, & metrorum festivitate, ejus materiam fecit optimum Græcorum. Non enim *scribenda* illi erat Comœdia contra Cleonem, neque fugillabat Lacedæmonios, aut Thebanos, aut ipsum Periclem: sed Virum diis omnibus, & vel maxime Apollini charum. Proinde tanquam res insolita, & inusitatum in scena & Comœdia spectaculum quum esset Socrates, primum omnes Athenienses

cerpta habuit Schefferus, nihil hic mutant, sic nec Mei. Neque dubium est, quin recte se habeat Codicum lectio, & perperam maluerit Gesnerus ἀνδρικῶς: atque adeo & ipse, & reliqui omnes perperam item verterint ac retinuerint, *arrepto argumento admodum strenue*. Sensus & mens Auctoris est, *nactus argumentum admodum virile*, quippe in quo inducuntur etiam *Viri* tantum, nullæ omnino Feminæ, præter ipsas *Nubes:* dein exagitatur Philosophia & Eruditio Viris maxime congrua. Sic apud Lucian. *Dial. Meretr. Clonarii*, γυνὴ ἀνδρικὴ, *quæ facit ea, quæ Viri solent*. Notandum etiam, quod hic eadem Periodo, deque eadem penè re, dicat, λαβὼν μὲν ὑποθέσεως ἀνδρικῆς, & λαβὼν τὴν ἄριστον τῶν Ἑλλήνων ὑπόθεσιν. Differunt tamen hæ phrases, & priori significatur generatim & quasi neutraliter, *occupatus argumento virili*, vel *nactus tale arg.* At posteriori speciatim & magis active, *fumens sibi optimum Græcorum, materiem* suæ exagitationis atque risus. Porro MS. Lugd. ante ὑποσπείρας interponit ἐπωδῆς. Voluit forsan ἐπ' ᾠδῆς ὑποσπ. γέλ. h. e. *Comœdiæ*, quæ ab ᾠδὴ nomen habet, & in qua etiam ᾠδαὶ & ἀντῳδαὶ olim occurrebant, *aspergens risum*. PERIZ.

12 Οὐ γὰρ οἱ κ. Κλέωνα] Socios ejus intelligit, homines flagitiosissimos, de quibus Plutarchus in *Pericle*, *Nicia*. vide *Ind.* in οἱ. Porro quod hos sequentesque speciatim memorat, fit, quia passim eos ante traduxerat Aristophanes in *fabulis*. Consule Plutarchum

prædictis locis. SCHEFF. Non est syntaxis verborum ita instituenda. οἱ κ. Κλέωνα, *socii Cleonis*, sed hunc potius in modum: ἐ γὰρ οἱ ἦν τὸ δρᾶμα κ. Κλέωνα vel, quod malim, Κλέωνος, *non illi erat in Cleonem scribenda Comœdia*. Respicit Noster, *Equites* Aristophanis, in quibus Cleo defricatur Comico sale. Lacedæmonios idem perstringit ut αἰσχροκερδεῖς κ. διεφθορότας, *turpi-lucri-cupidos ac peregrinorum deceptores, irrisores*, in *Pace:* Periclem in *Acharnensibus* traducit vocatque *Olympium*; in *Pace* vero, cum, inquit, ex scintillâ decreti Megarici tantum conflasse belli incendium, ut fumus lachrymas omnibus Græcis expresserit. KUHN. Assentior Scheffero, ita tamen, ut οἱ κ. Κλέωνα sit ipse *Cleo*, (v. *infra ad Cap.* 42.) Fabulæ sc. Argumentum. Si hanc Syntaxin rejicias, & malis Kuhnianam, lege tunc Κλέωνος, quod ferme malim & Ego, si faverent MSti. De *Cleone* vide quæ *supra* notavi *ad Cap.* 9. PERIZ. Conjecturam Cl. Kuhnii, qui κ. Κλέωνος reponendum censebat, firmat MS. Mediceus, cujus scripturam idcirco in contextum admisi.

13 Καὶ κωμῳδίᾳ Σωκράτη. πρῶτον ρβ'] Emendat Gesnerus, Σωκράτης. SCHEFF. Non opus. v. notam sequentem. KUHN.

Ἐν σκηνῇ κ. κωμῳδίᾳ Σωκράτης] Ita emendavit Gesnerus, quum legeretur Σωκράτη. Non opus esse ait Kuhnius. At in ipsius Kuhnii textu reperio tamen Σωκράτης, quum reliqui omnes, secuti Romanam Ed. habeant Σωκράτη.

πρῶτον μὲν ἐξέπληξεν ἡ κωμῳδία τῷ ἀδοκήτῳ τοὺς Αθηναίους. Εἶτα ᾗ καὶ φύσει [14] † φθονεροὺς ὄντας, [15] καὶ τοῖς ἀείποτε βασκαίνειν * προαιρουμένους, οὐ μόνον τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' ἔτι καὶ πλέον τοῖς εὐδοκιμοῦσιν, ἢ ἐν λόγοις ἀγαθοῖς, ἢ ἐν βίου σεμνότητι, [16] ὡς ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον αἰδῆ [17] αἱ Νεφέλαι,

† φθονεροῖς ἔσι. * προαιρεμένοις.

bem. Similiter XII. 39. Φασὶ γὰρ κ. Σεμίραμιν τὴν Ασσυρίων, ἅτε, ἔτι τότε ἔτι λέοντα, &c. μέγα ἐφρόνει. XIII. 38. ἔυηθες τὸν ἔχοντα δίκην, ζητεῖν μὴ ἀποφυγεῖν, οἷον φυγεῖν. pro οἷόντε, *quum licitum illi sit fugere*. Sic *Actor*. XXVI. 3. μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων &c. Vide ibi Doctiss. de Dieu, & adde, quæ supra notavi *ad Cap.* XI. PERIZ.

15 Καὶ τοῖς ἀρ. βασκαίνειν προαιρημένους] Sluisk. προηρημένους, quod verum esse putem. Nam eadem plerumque forma utitur alias Auctor eo in sensu & constructione. III. 10. ἃ δ' ἐν προήρημαι, νῦν ἐρῶ ταῦτα, *quæ constitui, quæ volui dicere, ea nunc dicam*. XIV. 14. ἄκλειστον αὐτὸ τὴν οἰκίαν πᾶσι τοῖς καλοῦσιν προηρημένοις, *apertam esse ejus domum omnibus, qui istuc devertendi consilium ceperant*. Sic & Herodian. III. 6. 11. ἐχθρὸς ἀντὶ φίλου γενέσθαι προήρητο, *maluit inimicus esse*. IDEM. MS. Sluiskiano accedit quoque Mediceus.

16 Ως ἄκουσμα ἔδοξεν ἥδιστον] Neuter MStorum agnoscit illud ὡς. Et sane, si absit, neutiquam desideres: immo rectius hinc aberit. PER. Particulam ὡς ignorat quoque Editio Romana.

17 Νεφέλαι] In hac comœdia Socratem ab Aristophane exagitatum fuisse testaturetiam Plutarchus περὶ παιδῶν ἀγωγ. ἧς *pag.* 12. *Ed. Franc.* Ἀριστοφάνης ᾗ, ὅτε τὰς Νεφέλας ἐξέφερε, παντοίως πᾶσαν ὕβριν αὐτοῦ κατασκεδαννύντος, καὶ λωποδύτου τὸ παρόντων τὸ τοιαῦτα ἀνακωμῳδοῦντος. Ουκ ἀγαιακτεῖς, εἰ πάντος, ὦ Σώκρατες; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, ἔφησεν· ὡς ἡδὺ οὖ συμποσίῳ μεγάλῳ τῷ θεάτρῳ σκώπτομαι. & Eunapius in *Ædesio*. πρῶτος Ἀριστοφάνης ἐπὶ διεφθαρμένοις ψυχαῖς τὸν γέλωτα ἐπεισαγαγὼν, κ. ὃ ὑπὸ τῆς σκηνῆς κινήσας ὑποχρήματα, τό τε θέατρον ἀνέπεισεν, ἐπὶ τοσαύτῃ σοφιᾷ ψυχῶν πηδήματα καταμωμένους καὶ Νεφελῶν ἀλαζονείαν εἶδη κ. σχήματα.

φέλαι, καὶ ἐκρότουν τὸν Ποιητὴν, ὡς οὔποτε ἄλλοτε, καὶ [18] ἐδίων νικᾶν, καὶ προσέταττον τοῖς κριταῖς ἄνωθεν Ἀριστοφάνην, ἀλλὰ μὴ ἄλλον, γράφειν. Καὶ τὰ μὲν τοῦ δράματος τοιαῦτα. Ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις, εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἠγωνίζετο καινοῖς τραγῳδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο. Καὶ [19] Πειραιοῖ δὲ

rant; hæ itaque *Nebulæ* visæ illis acroama suavissimum, & Poëtam plausu tanto prosequebantur, quanto nunquam antea, victoremque clamabant, mandabantque Judicibus, ut Aristophanis nomen, non alterius, supremum scriberent. Atque ejusmodi fuere, quæ ad ipsum drama pertinent. Socrates vero raro veniebat in theatra, sed, si quando Euripides Tra-

τὰ ἄλλα, ὅσα κωμῳδία λαρεῖν εἴωθεν εἰς γέλωτος κίνησιν.

18 Καὶ ἐδίων νικᾶν] Falsum hoc esse, victumque Aristophanem à Cratino & Amipsa ex Anonymo Olympionicarum scriptore, & veterum Scholiis notat Petitus *lib.* 1. *Attic. cap.* 6. Sed forte non repugnat Noster, ut qui tantum studia exponat vulgi, de sententia judicum nil prodat. Nam & quando idem Petitus in *Leg. Atticis pag.* 82. observat, jussos aliquando judices à populo victorem illum renunciare, cui favebat, observationis ejus suæ non aliud habet testimonium, quam hunc dubiæ interpretationis locum. SCHEFF. Alcibiadis factio obstitit, quo minus vinceret Aristophanes. Scholia in προθεωρία *Nubium*. KUHN.

19 Πειραιοῖ] Suspicor περαιεῖ esse legendum. SCHEFF. Existimat vir Doctus in *Addendis* legendum Περαιεῖ: fallitur; nunquam enim aliter dicere solent Attici, quam Πειραιοῖ. In eam rem auctoritate opus non est. FABER. Sam. Petit. *lib.* 1. *Misc. cap.* 1. corrigit legitque καὶ πρὸ ἀεὶ. *Non enim*, inquit, *in Pyræo docebantur Tragicorum fabulæ*. Non possum Viro docto assentiri. Quî enim Tragœdiæ exulamus à Pyræo? qui, ut Nepos in *Themistocle* ait, *ipsam urbem dignitate æquiparabat*, & Theatrum habuit amplissimum Xenoph. *lib.* II. *Hist. Gr.* Plato ibidem publicè docuit cum ingenti auditorum confluxu, Themist. *Oxat.* 1. Quod vero ad περαιοῖ attinet, nec illud male se habet, etenim adverbialiter idem est, quod οὐ περαιεῖ. Sic Attici dicunt οὐταυθοῖ, *ibi*. ἰσθμοῖ, *in Isthmo*. apud Xenoph. *lib.* II. *Hist. Gr.* extat. τὸ οὖ-

περαιεῖ. ubi lectio marginalis est, περαιοῖ. ut φρεατ-τοῖ i. e. οὐ φρεάτῃ, πυθοῖ, οὐ πυθῶνι. &c. KUHN.

Πειραιοῖ] Male hoc sollicitatur. Forma enim isthæc notat aliquid *IN* eo Loco fieri. Sic Lucian. *adv. Indoctum*, θέλω δέ σε διηγήσασθαί τι πυθοῖ γεγόμενον. Scholiastes *Aristoph. in* προθεωρ. Νεφελῶν. Πολλὰς ἀνηρημένην νίκας τὰς μὲν Ὀλυμπιάσι, τὰς δὲ πυθοῖ, οὐκέτι δὲ Ἰσθμοῖ, καὶ Νεμέᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις ἀγῶσι. Plut. in *Theseo*. εἰσαμένης Θησέως Φαληροῖ. Paulo ante, quod dicitur de Euripide, ἠγωνίζετο καινοῖς τραγῳδοῖς, vertitur ab Interprete, *cum novis Tragœdis certaret*. Et ita ferme *cap.* 8. ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. Sed tamen simplex illud ἀγωνίζεσθαι plerumque absolute ponitur, & certe hic loci aliud vult Auctor. Kuhnius in *Indice v.* Καιρὸς, interpretatus est simpliciter de *tempore*, *quo novæ Tragœdiæ in festo Dionysi pro more fuerint datæ*, vertitque, *Novis Tragœdis certantibus*, atque ita Dativos istic positos pro Genitivis absolutis censuit. Non multum contradicam, sed tamen putem, hosce Dativos, si tempus designant, ortos ex appositione, quâ *Dionysiis*, quibus Comœdiæ & Tragœdiæ edebantur, adscribebatur eodem casu, Τραγῳδοί, vel καινοὶ Τραγῳδοί. Sic apud Demosthenem *in Midiam pag.* 386. exhibetur psephisma, quod ita incipit: Ὅταν ἡ πομπὴ ἡ τοῦ Διονύσου ἐν Πειραιεῖ, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ ἐπὶ ληναίῳ πομπὴ, καὶ οἱ Τραγῳδοὶ καὶ οἱ Κωμῳδοὶ, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες, καὶ ὁ Κῶμος, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ καὶ οἱ Τραγῳδοί. Omnes hi Nominativi eâdem constructionis ratione juncti referuntur pariter ad verbum ἦ. Hinc jam ortum, ut quando aliquid factum vel faciendum dicitur

δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐκεῖ κατῆν. Ἐχαιρε γὰρ τῷ ἀνδρὶ, δηλονότι διά τε τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐν τοῖς μέτροις ἀρετήν. Ἤδη δέ ποτε αὐτὸν ἐρεσχελῶν Ἀλκιβιάδης ὁ [20] Κλεινίου, ἢ Κριτίας ὁ Καλλαίσχρου, καὶ κωμῳδῶν ἀκοῦσαι παρελθόντα εἰς τὸ θέατρον ἐξεβιάσαντο. Ὁ δὲ αὐτοῖς οὐκ ἠρέσκετο, ἀλλὰ δεινῶς κατεφρόνει (ἄτε ἀνὴρ σώφρων, καὶ δίκαιος, καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐπὶ τούτοις σοφὸς) ἀνδρῶν κερτόμων, καὶ ὑβριστῶν, καὶ ὑγιὲς λεγόντων οὐδέν· ἅπερ ἐλύπει δεινῶς αὐτούς. [21] Καὶ ταῦτα οὖν τῆς κωμῳδίας

Tragicus poëta cum novis tragœdis certaret, tum sane accedere solebat. Sed & in Pyræeo quum Euripides certaret, & eò descendebat. Nam delectabatur viro, scilicet, tum propter sapientiam ejus, tum carminum virtutem. Aliquando tamen ipsum cavillis urgens Alcibiades filius Cliniæ, & Critias filius Callæschri, ut Comœdos etiam in theatrum progrediens audiret, adegerunt. Verum ille non probabat eos, sed vehementer comtemnebat (utpote vir frugi, justus, probus, & præter hæc sapiens) homines mordaces, contumeliosos, & sani nihil dicentes: quod ipsos prorsus

tur *Dionysiis* illis, quibus *Novæ Tragœdiæ* in Theatro exhibebantur, dicatur plenius Διονυσίοις μεγάλοις, καινοῖς τραγῳδοῖς Ita Demosthenes *de Corona* in psephismate *pag.* 326. & 324. quem locum potuit jam Kuhnius. Neque aliter Lucianus in *Timone pag.* 91. καὶ ἀνακηρυχθῆναι τὰς στεφάνους σήμερον Διονυσίοις, Τραγῳδοῖς καινοῖς· ἀχθῆναι γὰρ δὴ αὐτὸν δεῖ σήμερον τὰ Διονύσια, & *pronunciari hasce coronas hodie Dionysiis, quibus Tragœdi novi exhibentur: nam propter illum hodie Dionysia agi par est*. Possent vero in istis locis accipi etiam hi Dativi, quasi à præpositione ἐν regantur, ita ut *coram, apud, inter*, notet. Sic *infra* VI. 1. ᾠδὴ ἐν βαρβάροις καλὰ. XIV. 26. ἵνα ὁ λοιδορῶν ἐν πλείοσιν ἀχημονῇ, h. e. *coram pluribus*. Libanius in *Argum. Orat. de Corona*, στεφανῶσαι τὸν Δημοσθένην, ἐν μὲν καιρῷ, τοῖς Διονυσίοις, ΕΝ δὲ θεαταῖς, πᾶσι τοῖς Ἕλλησι, &c. *Coronare Demosthenem, tempore quidem Dionysiorum, coram spectatoribus vero omnibus Græcis*. Sed tamen hæc ipsa præpositio aliquando tempus quoque notat, idque magis convenit huic Appositioni, post Διονυσίοις, quod ipsum dicitur pro ἐν Διον. *tempore Dionysiorum*. Sic IX. 6. Pericles amittit filios ἐν τῷ λοιμῷ, *quum pestilentia grassaretur*. *Actor. Ap.* VII. 29. ἔφυγεν ὁ Μωσῆς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, *quum hoc ei objiceretur*. Et ideo illis quoque in locis

hosce Dativos, καινοῖς Τραγῳδοῖς, ita acciperem, ut sensus sit, *in tempore*, vel *die novorum Tragœdorum*. Atque ita ipse Æschines in libello contra Ctesiphontem dato, apud Demosth. *de Corona pag.* 320. eos Dativos interpretatur. Nam quum in eodem libello prius dixisset Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς, mox hæc ita explicat, ἐν τῷ θεάτρῳ, Διονυσίοις, τραγῳδῶν τῇ καινῇ, h. e. *in theatro, in festo Dionysi, die qua primum novi Tragœdi prodeunt*. *Novi* autem dicuntur *Tragœdi*, & *Nova Eorum* Dies, quum novas agunt Tragœdias; quia tunc novo prodibant ornatu, ut plane Alii viderentur, ac fuerant in superioribus, & sæpius jam repetitis Tragœdiis, visi & cogniti. PERIZ.

20 Κλινίς] Quod malebat Gesnerus, Κλεινίᾳ, verum est, & firmatur à MStis, ideoque in Textum recepi. IDEM.

21 Καὶ ταῦτα οὖν τὰ κωμῳδίας ἦν αὐτῷ τὰ σπέρματα] Nihil hic vidit Interpres, qui verterat, *Atque etiam hæc erant Ejus* Comœdiæ *seminaria, non solum ea, quæ Anytus & Melitus suggesserant*. Sequuntur tamen eum Reliqui omnes, nisi quod pro *Ejus* exhibent *Aristophanis*. ut scilicet certum ita fit, quem Auctor designaverit per illud αὐτῷ. Sensus itaque foret, Hæc, (in proximis superioribus memo-

μωδίας ἦν αὐτῷ τὰ σπέρματα, [22] ἀλλ' οὐ μόνον, ἃ ᾠδῇ τοῦ Ανύτου καὶ Μελίτου ὡμολόγηται. Εἰκὸς δὲ καὶ χρηματίσασθαι ὑπὲρ τούτων Ἀριστοφάνην· Καὶ γὰρ βουλομένων, μᾶλλον δὲ ἐκ παντὸς συκοφαντῆσαι τὸν Σωκράτην σπουδόντων ἐκείνων, καὶ αὐτὸν ὃ πένητα ἅμα καὶ κατάρατον ὄντα· τί παράδοξον ἦν, ἀργύριον λαβεῖν ἐπ' οὐδενὶ ὑγιεῖ;

memorata, *quod Socrates raro ingrederetur theatrum, nec nisi Euripide certante, quodque Comicos non probaverit, sed contempserit plane, ut Homines nihil boni dicentes.*) Hæc ergo fuisse Aristophanis Comœdiæ materiam, neque tantum illa, quæ Anytus & Melitus suggesserunt Aristophani crimina in Socratem. At vero nusquam ista in hac τοῦ Νεφελῶν Comœdia, quæ utique supereſt, reperiuntur, neque verisimile est ulla ex parte, Poëtam voluisse talia, quod scil. raro suas audiret Comœdias, &c. Socrati exprobrare aut exagitare apud Populum. Quapropter si quis recte attendat ad Græca & Auctoris mentem, videbit facile longe alium esse Verborum sensum. Nempe, illum quoque Comicorum contemptum *fuisse causam Socrati, ut ita per Comœdiam exagitaretur ab Aristophane, non illa tantum, quæ ab Anyto & Melito constat esse profecta ad incitandum Aristophanem.* Κωμῳδία enim hic notat, non simpliciter hanc aut illam *Comœdiam*, sed *exagitationem Comicam*. Sic plane in *extremo Capitis*, ubi itidem id non perspexerunt Interpretes: Et passim κωμῳδεῖν ἵνα, & κωμῳδεῖσθαι. Paulo ante ὑφ' ἑκατέρων Λακεδαιμονίοις. III. 15. Καὶ Αργεῖοι δὲ κεκωμῳδήκασι τὸ ἔτος, ἀκρατέστερον τῷ οἴνῳ χρησάμενοι. X. 6. ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα, *irrisi sunt in scena, ut nimis exiles.* Immo & extra theatrum simpliciter pro *irridere, illudere.* XIII. 23. οἱ ζωγράφοι καθεύδοντα ἐποίουν αὐτὸν κωμῳδοῦντες ἐπὶ τῆς σκηνῆς, *pictores eum ludentes pingebant dormientem in tabernaculo.* Hinc Suidas κωμῳδεῖν cum Accusativo exponit σκώπτειν, & κωμῳδίαν ipsi sunt ὕβρεις, διασυρμοί, ἐκπαίγματα. Porro jam illud αὐτῷ referri omnino hic debet ad Hominem, de quo solo actum in superioribus, qui est *Socrates*, non *Aristophanes*. Τὰ σπέρματα vero sunt ipsa rerum principia & causæ, unde illæ res oriuntur. Sic IV. 9. ᾗ γὰρ ἐκεῖνος τὰ μίγιστα εἰς φιλοσοφίαν ᾠδῇ Πλάτωνος λαβὼν σπέρματα. Denique ᾠδῇ notat hic eum, à quo quid proficiscitur. Sic IV. 20. Τὴν ᾠδῇ τὸ πατρὸς ἐσίαν ἀδελφοῖς ἔιασε, h. e. *bona à Patre* profecta, relicta. Ὡμολόγηται autem hic est, *constat, communi consensu traditum est*, Sic II. 31. ἐξ ὧν, ὅτι τὸς θεὸς ἰσχυρῶς σέβεσθαι, ὡμολόγηται. Causæ ergo Socrati istam exagitationem passo oriebantur partim à Comicis & ipso Aristophane, quos contemnebat, partim ab Anyto & Melito, qui itidem infensi erant Socrati propter *causas*, ἀιτίας, ut ait *initio Capitis*, dudum memoratas. IDEM.

22 Ἀλλ' οὐ μόνον ἃ ᾠδῇ Ανύτε &c.] MS. Mediceus, ἀλλ' ἃ μὲν ἃ ᾠδῇ Ανύτε. verum scriptura vulgata mihi potior videtur, quam Auctor in sequentibus etiam tuetur. Aristophanem enim ab Anyto & Melito pecunia corruptum fuisse, ut Socratem comœdia exagitaret, indicat Thomas Magister in *Argum.* Νεφελῶν: qui illam opinionem hausisse videtur ex Ælian, qui tamen istam conjecturæ instar hoc loco proponit, eamque longe a vero abesse inde apparet, quod Νεφέλαι ab Aristophane actæ fuerint viginti quatuor annos ante accusationem Socratis, neque suasu Anyti & Meliti, sed propter rixas & odia, quæ inter Philosophos & Poëtas Comicos eo tempore Athenis vigebant: Vide Eruditissimi Palmerii *Exercitat. in Auct. Gr. pag.* 729.

23.

ἦ; [23] καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων αὐτὸς οἶδεν. Εὐδοκίμει δ' οὖν αὐτῷ τὸ δρᾶμα. Καὶ γάρ τοι καὶ τὸ τοῦ Κρατίνου τοῦτο συνέβη, εἴποτε ἄλλοτε, καὶ τότε, [24] τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας. Καὶ [25] ἅτε ὄντων Διονυσίων, πάμπολύ τι χρῆμα τῶν Ελλήνων σπουδῇ τῆς θέας ἀφίκετο. Περιφερομένου τοίνυν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Σωκράτους, καὶ ὀνομαζομένου πολλάκις, οὐκ ἂν δὲ θαυμάσαιμι, εἰ καὶ βλεπομένου ἐν τοῖς ὑποκριταῖς, (δῆλα γὰρ δή, ὅτι καὶ [26] οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν,

sus male habebat. Atque hæ erant igitur Socrati causæ istius, quam passus est, exagitationis Comicæ, neque enim illæ tantum, quas ab Anyto & Melito profectas constat. Haud etiam vero dissimile est, Aristophanem pecuniam propter ea ipsa accepisse. Nam quum illi vellent, imo vero omni modo studerent Socratem calumniis proscindere, ipse verò pauper & scelerosus esset, quid absurdi in eo, argentum ob rem inhonestam ipsum cepisse? Sed de his, ipse scit Aristophanes. Consecutus est igitur ex hac fabula magnam gloriam. Etenim illud Cratini tum, si unquam alias, evenit, Theatrum malè sanam mentem habere. Et, quippe quum essent Dionysia, magna multitudo Græcorum spectandi cupiditate confluxerat. Quum ergo jactaretur in scena Socrates, & crebrò nominaretur: neque vero mirer, si etiam visus sit in histrionum personis: (nam artifices larvarum etiam ef-

23 Καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων αὐτὸς οἶδεν] Nam res in incerto est, vide *Argumentum* Scholiastis *in dictam Aristophanis comœdiam.* SCHEFF.

24 Τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας] Hic locus facit ad eum Longini locum, quem si quid memini, ex Herodoto protulit. FABER.

25 Ἅτε ὄντων Διονυσίων] *Quippe quum essent Dionysia*, quo Festo maxime certabant Poëtæ. Hinc *infra cap.* 30. dicitur Plato *animum adjecisse Tragœdiæ componendæ, & voluisse jam certare* cum aliis, sed tamen πρὸ τῶν Διονυσίων, *ante Dionysia*, solitum scil. Poëtis certandi tempus, *audivisse Socratem*, & *captum ab eo, abjecisse studium certandi & Tragœdiæ.* Vide quæ Schefferus, & quæ Nos, istic notavimus. Sed difertissime Libanius in *arg. Or. Demosthenis contra Midiam*, ἑορτὴν ἦγον οἱ Αθηναῖοι Διονύσῳ, ἣ ἐκάλουν ἀπὸ τῆς θεᾶς Διονύσια. Ἐν δὲ πομπῇ τραγικοὶ καὶ κωμικοὶ καὶ αὐλητῶν χοροὶ διηγωνίζοντο. Donatus *de Tragœdia & Com. Qui Ludi quum per Artifices in Liberi Patris honorem agerentur, etiam ipsi Comœdiarum Tragœdiarumque Scriptores hujus Dei, velut Patris, numen colere venerarique cœperunt.* Vide & Casaub. *de Satyr. Poesi, cap.* 1. & 5. Theatrum quoque ipsum ideo exstructum est ad templum Bacchi. Hinc Plutarchus in X. *Rhet.* Lycurgum Rhetorem ait absolvisse τὸ ἐν Διονύσου θέατρον. Immo vero hinc etiam Comici Poëtæ dicuntur οἱ ἐν Διονύσῳ. Sic Aristophanem, ex ejus *Ranis* verba quædam adferens, describit & designat Maximus Tyr. *Dissert.* XV. ubi Vide etiam Heinsium. PERIZ.

26 Οἱ σκευοποιοὶ] Ii erant *scenicarum personarum structores* quos, ait, Socratem ad vivum expressisse, ut ejus personam statim agnoverit, quisquis eum ante de facie noverat. Secus se res habuit in *Equit.* Aristoph. Cum enim Cleo plurimum auctoritate & gratia apud populum valeret, nemo τῶν σκευοποιῶν, *ex artificibus scenicis*, personam ejus ad vivum fingere aut inducere sustinuit, unde Comicus:

> καὶ μὴ δέδιθ'· ὁ γάρ ἐστιν ἐξεικαστρίδης.
> ἐπὸ δ' δέος γὰρ αὐτὸν εἶδεί ἡδέλε
> τῶν σκυδοποιῶν εἰκάσαι &c.
> *Ne quid timeas: non enim est factus affabrè.*
> *namque præ metu eum nemo est ausus fingere*
> *ex artificibus: nihilominus tamen*
> *non erit ignotus Theatro sat Attico.*

vide Scholiastem *in hunc locum Equitum*; ubi notatur, προσωπεῖα ὅμοια τοῖς κωμῳδουμένοις, *personas iis, qui in Comœdia traducebantur, fuisse similes.* eadem exscripsit *Suidas* in Ἐξεικασμένος. KUHN.

τὰν, 27 ὡς ὅτι μάλιστα ἐξεικάσαντες) ἀλλ' οἵγε ξένοι· τὸν γὰρ κωμῳδούμενον ἠγνόουν, θροῦς παρ' αὐτῶν 28 ἐπανίσταντο, καὶ ἐζήτουν, ὅς τίς ποτε οὗτος ὁ Σωκράτης ἐστίν. Ὁπεροῦν ἐκεῖνος αἰδόμενος (καὶ γάρ τοι καὶ παρῆν, 29 οὐκ ἄλλως, οὐδὲ ἐκ τύχης, εἰδὼς δὲ, ὅτι κωμῳδοῦσιν αὐτόν· καὶ δὴ καὶ ἐν καλῷ τοῦ θεάτρου ἐκάθητο.) ἵνα οὖν λύσῃ τὴν τῶν ξένων ἀπορίαν,

effinxiſſe eum quam maxime aſſimulantes, conſtat) peregrini ergo illum, qui in comœdia traducebatur, ignorantes, murmur excitabant, atque, quiſnam eſſet iſte Socrates, ſciſcitabantur. Quod quum animadverſiſſet ille (etenim non temere, nec forte fortuna aderat, ſed ſciens ſe in comœdia jactatum iri, ſedebatque inſuper in conſpicuo loco theatri) ad tollendam itaque dubitationem peregri-

27 Ὡς ὅτι κάλλιστα] MS. uterque, & duo ex Regiis, *μάλιστα*, quod cur alteri locum cedere debuerit, non video, niſi ſi & illud in MStis ſuos habuerit Auctores, ut ſane videtur ex Regiis tribus habere Unum. *Infra* IX. 32. ἐικασμένην ὅτι *μάλιστα* ταῖς Κίμωνος ἰδέαις. & XII. 1. Δυζήκιπλον ὥπερ *μάλιστα* τὸ φίλτρον ἐνήργασε αὐτῇ. PERIZ. Pro *κάλλιστα* repoſui *μάλιστα* juſſu MSS. & Auctoris noſtri conſuetudine: *lib.* III. *de Nat. Anim. cap.* 27. ᾗ ἔχειν ὄνυχας καρτερὰς ὡς ὅτι *μάλιστα*. & *lib.* XI. *cap.* 32 ᾗ ἕκφυον γενόμενον, εἴς τε ὀρθὴν *μανίαν*, ᾗ ὡς ὅτι *μάλιστα* ἰσχυρὰν ἐκφοιτᾶ. *lib.* XII. *cap.* 46. ἔσηκε ὁ ἀνὴρ αὐλῶν τεχνίτης, ᾗ ὡς ὅτι *μάλιστα* πειρᾶται τῶν μέλους ὑποκλᾶν.

28 Ἐπανίσταντο] MS. Mediceus ἐπανίστατο. quod præſtat.

29 Οὐκ ἄλλως] Interpretes plane hoc prætermiſerunt, poſtquam Vultejus perverſiſſima verſione declaraſſet, nihil ſe hic videre aut intelligere. Ἄλλως proprie notat, *alia de cauſa* vel *ratione*. At quia, qui veram dare alicujus rei rationem nolebant, & tamen eam, quæ memorata erat, negabant, reſpondebant plerumque generatim & tantummodo ἄλλως, hinc factum eſt, ut hoc vocabulum dein notaverit etiam id, quod *temere* & *ſine certa ratione* fieri dicitur, vel cujus certam rationem neſcimus, aut diſſimulamus. Sic Apollod. *lib.* I. de Jaſone, ἔιτε ἐπῆλθεν ἄλλως, ἔιτε διὰ μῆνιν Ἥρας. Appian *B. Civ.* I. *n.* 365. ἔιτε ᾗ πυθόμενον, ἢ ὑποπτεύων, ἢ ἄλλως εἰς τὸ λόγον ὑπαχθεὶς, ἠξίου φείσασθαι τὸ πλεῖστον. Plutarch. *Catone extr.* ᾗ μικρὸν διαλιπὼν, ὥσπερ ἐ σπεύδων, ἐδὲ ἐπειγόμενος, ἄλλως ᾗ τὸ ξίφος ἐπιζητῶν. Et in *Gracchis*, ᾗ πλανώμενον ἄλλως, & *temere*, ſeu *incertus conſilii*, *errans*. *In Apophth.* de Pompejo, τὰς μὲν ἄλλως πλανωμένας ᾗ ᾗδει ἑστὰς ἐκάλει. Dio Caſſius XLV. *pag.* 270. ᾗ ἐκεῖ τὸν Ὀκλάδιον εὐρὼν, ἄλλως ἀναβεβηκότα, h. e. *forte*, *incerta de cauſa*. Hinc jam explicandus Idem XLVI. *pag.* 304. in Oratione Caleni contra Ciceronem, τὰ μὲν ἐν Ἀντωνίῳ σοι παῦτά ἐστιν, ἃ σκέλος ἄλλως καταξαν, verte, *non crus incerto caſu frangentis*. Perperam iſtic Leunclavius reponit ἄκρα, & exponit, *qui neque crus alteri fregit*. Reſpicit enim in his Dio manifeſte verba illa, quæ Ciceroni ipſi, cui hic reſpondet Calenus, tribuerat *lib.* XLV. *pag.* 286. Οὐ μὰ τὸ σκέλος τῦ Ὀρατίου, ᾗ τὴν χεῖρα τῦ Μουκίου, quibus deſignatur Horatius Cocles, qui poſt pugnam cum Etruſcis & Porſena claudus evaſit. Sic *lib.* LXXVI. *pag.* 860. Ἔλεγεν ὅ τε, ἐπρὸς ἐκεῖνον δῆθεν, ἀλλ' ἄλλως, quæ verba neque à Xylandro, neque à Leunclavio ſatis intellecta. Ille enim vertit, *id ei ſcilicet non dicebatur, ſed alteri*. Hic vero, *Id autem non ad illum ſcilicet, ſed alioqui dicebant*, in quo vix ſenſus eſt commodus. Vertamus igitur, *dicebant autem illud, non ſane ad ipſum, ſed quaſi temere*, vel *generatim*, *ad nullum certum hominem*. *lib.* LXXVIII. *pag.* 883. extr. ἀλλ' ἀφεθὲν μὲν ἦν ἄλλως ἀπολελειμμένον τῦτο τὸ ἔπος ἔδοξεν; ubi itidem alter omittit, alter reddit, *alio quodam modo delirans*, quum ſenſus ſit, *temere*, *ſine certa ratione*, *effutiens illud*. PERIZ.

αν, 30 ἐξανεστὰς, παρ' ὅλον τὸ δρᾶμα, ἀγωνιζομένων τῶν ὑποκριτῶν, ἐτῶς ἐβλέπετο. Τοσοῦτον ἄρα πεῖν τῷ Σωκράτει 31 τῆς κωμῳδίας, καὶ Ἀθηναίων καταφρονεῖν.

grinorum ſurrexit, & per totum drama, certantibus hiſtrionibus, ſtans cernebatur. Tantum in Socrate erat *conſtantiæ* ad contemnendam & Comicam exagitationem, & Athenienſes ipſos.

30 Ἐξαναστὰς] Seneca *de Conſtantia Sapientis cap.* 10. *Socrates comœdiarum publicatos in ſe & ſpectatos ſales in bonam partem accepit, riſitque non minus, quam cum ab uxore Xanthippe immunda aqua perfunderetur.* Adde Stobæum *ſermone* XVII. SCHEFF. Plutarch. *de pueror. Inſtitut.* Noſtrum *infra lib.* V. *cap.* 8. KUHN.

31 Τῆς κωμῳδίας &c.] Lugd. τῦ κωμ. quod minime reſiculum. Voluit enim revera Auctor dicere, *Tantum Socrati ſuperfuiſſe facultatis ad contemnendam*, non *Comœdiam illam*, ut verium erat, ſed *Comicam exagitationem & ipſos Athenienſes*. Sic ſæpius *hoc Capite*, de Socrate, τὸν κωμῳδούμενον ἠγνόει, & εἰδὼς ὅτι κωμῳδεῖσιν αὐτόν. Vide quæ paulo ante notavi *pag.* 104. PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ πλατάνου ὑπὸ τοῦ Ξέρξου ἐρωμένης.

Γελοῖος ἐκεῖνος ὁ Ξέρξης ἦν, εἴγε 1 θαλάσσης μὲν καὶ γῆς κατεφρόνει 2 τῆς Διὸς τέχνης, ἑαυτῷ ὄν

CAP. XIV.

De Platano à Xerxe amata.

Ridiculus profecto Xerxes ille erat, quod quum mari terraque, Jovis operibus, ſpretis, nova itinera &

1 Θαλάσσης μὲν καὶ γῆς &c.] Reſpicit in his Auctor, tum ridiculum illud Xerxis edictum, jubentis (vide Herodot. VII. 35.) *Helleſponto* 300. *Verbera infligi*, & *in pelagus par compedum immitti*, immo *ſtigmata inuri*, & *colaphos infligi*; tum maxime quod pedibus exerci um ex Aſia in Europam per mare facto ponte traduxit, & contra per montem Atho, effoſſo canali, navigare claſſem juſſit. Sic enim *mare* & *terram* quaſi *contemnens*, præter naturam ſibi fecit καινὰς ὁδὸς, & πλεῖν ἀήθη. Eleganter Valer. Max. III. 2. *Gravem illum & Mari & Terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, ſed Neptuno quoque Compedes, & Cœlo tenebras minitantem.* Et Iulianus *Orat.* I. *pag.* 28. ὁ μὲν ἐπειρᾶτο πλεῖν ᾗ πεζεύειν ἀπεναντίας τῇ φύσει, ᾗ ὥσπερ ἓν ᾤετο, (Sic enim ea ordinaverim & diſtinxerim) κρατῶν ἠπείρου φύσεως ᾗ θαλάττης, ἀνδρὸς Ἕλλην ἡττᾶτο σοφίας, *Ille quidem tentabat navigare & pedibus iter facere contra naturam locorum, & ita ſuperans, ut arbitrabatur naturam continentis & maris, vincebatur tamen ſapientia Græci hominis.* PERIZ.

2 Τῆς Διὸς τέχνης] Pulchre ita Cœlum & Terra *Dei Opus* vocatur. Hoc enim vult vocabulum Τέχνη Sic XII. 77. Araneæ Tela ipſa dicitur etiam ejus Τέχνη: ᾗ τῷ ᾠῤῥάπτει τῦ ἀγαλματίου ἐξύφηνε τὴν ἑαυτῆς τέχνην. Lucian. in *Epigr.*

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικὸν; ἴσχεο τέχνης.
Quid fruſtra lavas corpus Indicum? abſtine ab hoc opere.
IDEM.

ἢ εἰργάζετο. 3 καινὰς ὁδοὺς καὶ 4 πλοῦν ἀνῆκε, 5 δεδούλωτο δὲ πλατάνῳ, καὶ ἐθαύμαζε τὸ δένδρον. Ἐν Λυδίᾳ γοῦν, φασίν, ἰδὼν Φυτὸν διαμέγεθες 6 πλατάνου, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην κατέμεινεν, οὐδέν τι δεόμενος, καὶ ἐχρήσατο σταθμῷ τῇ ἐρημίᾳ, 7 τῇ σκιᾷ τὴν πλάτανον· ἀλλὰ καὶ ἐξήψεν αὐτῆς κόσμον πολυτελῆ, στρεπτοῖς καὶ ψελλίοις τιμῶν τοὺς κλάδους, καὶ μελεδωνὸν αὐτῇ κατέλιπεν, ὥσπερ ἐρωμένῃ φύλακα, καὶ φρουρόν· Ἐκ δὲ τούτων τί τῷ δένδρῳ καλὸν ἀπήντησεν; Ὁ μὲν γὰρ κόσμος ὁ ἐπίκτητος, καὶ μηδὲν αὐτῷ προσήκων, ἄλλως ἐκρέματο,

& insolitam navigationem sibi parasset, servivit platano, & arborem coluit. In Lydia igitur, ut rumor fert, quum vidisset proceram platanum, & integrum diem ibi commoratus est, nulla postulante necessitate, & castra posuit in solitudine circa platanum: sed & precioſum ex eâ ornatum suspendit, torquibus armillisque ramos honorans, & curatorem ei reliquit, quasi custodem & satellitem amasiæ. Sed quid tandem ex his ad arborem ornamenti rediit? Nam ornatus ille adscitus, & nihil ad ipsam pertinens, frustra pependit, neque ullum momentum ad ejus pulchritudinem attulit:

3 Καινὰς ὁδούς] Deductis in planum montibus, & contabulato mari. vide Justinum *lib.* III. *cap.* 10. Curtium. SCHEFF.

4 πλοῦν ἀνῆκε] Perfosso monte Atho & immisso mari, ductoque ad navigationis commodum per compendium. Supra dictos auctores consule. IDEM.

5 Δεδούλωτο] Eleganter Græci eum, qui affectibus vel rei cuicunque obnoxius est, δεδουλωμένον vocant, quia ipse servi, affectus autem Domini officium implent. Arrian. *lib.* III. Darius Macedonibus visus est γνώμῃ δεδουλωμένος. i. e. *animo territus & servi instar trepidus*, quod cum instructo ad pugnam exercitu in eodem vestigio hæreret. Secutus est Arrianus suum magistrum Thucydidem qui *lib.* IV. *Histor.* ait: γνώμῃ δεδουλωμένοι, ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίους, *animis terrore dejectis, ut qui cum Lacedæmoniis pugnaturi essent.* Ad rem facit, quod Thomas in *Eclog. Atticis* notat, δοῦλος scilicet non tantum dici eum, qui Regi suo servit, verum etiam τὸν ταῖς ἡδοναῖς κάτοχον, *qui voluptatibus est obnoxius & quasi addictus.* Hinc in *Sacris* δοῦλος ἐπὶ μαμωνᾶ, *mancipium Mammonis seu pecuniæ*, dicitur, quem *Libanius* δοῦλον βαλανείου nuncupat. apud Athenæum Athletæ sunt δοῦλοι γνάθου vel, ut Eustathius inquit, σιτοδοῦλοι, *manducones.* Eleganter Origenes *pag.* 41. *Dialog. contra Marcionit.* observat profanam literaturam in hac locutione cum Sacra conspirare. πίσει δέ σε καὶ ὁ ἔξωθεν λόγος, ὅν ἕκαστος, ᾧ ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται, *tibi vero vel profana eruditio* vel *Philosophia fidem fecerit, quod quilibet ejus rei servus fiat, cui succubuit.* II. Petr. 2. Id quod inprimis Stoïca Philosophia abunde docet in utrâque pagina. An hæc Origenis menti conveniant, dispiciant doctiores. KUHN.

6 Πλατάνου] Meminit Eustath. *Iliad.* B. Ἀκαρπον μὲν λέγουσιν εἶναι τὸν πλάτωνα, καλὸν δὲ τοῖς σκιαγραφοῦσιν. διὸ καὶ τὸν Ξέρξου πλάτωνος ἴσχυε ἐρᾶσθαι, ὃν καὶ κοσμήσας νυμφικῶς, σὺν γλαύξιν, ὑπὸ παύτῃ σκιαγραφούμενος, ὅτε ἦλθε σκεψόμενον. SCHEFF. Herodotus *lib.* VII. *cap.* 31. πάντων δὲ τῶν ὑπ' ἑωυτὸν ἐόντων ὁδὸν ἐζεύξε πλατανίστου τοῦ κάλλεος εἵνεκα δωρησάμενος. Ἵδρυσε κόσμῳ χρυσείῳ καὶ μελεδωνὸν ἀθανάτων ἀνδρὶ ἐπιτρέψας, ἐξεύτεζε ἡμέρῃ ἀφίκετο ἐς τὰς Λυδῶν τὸ ἄστυ. *Hanc viam tenens Xerxes, reperit platanum, quam ob pulchritudinem mundo aureo donavit, & uni ex iis, quos immortales vocant, tuendam tradens, altero die Sardes venit.* confer Zezem *in Lycoph.* 177. Nostrum *lib.* IX. *cap.* 39. KUHN.

7 Τῇ σκιᾷ τοῦ πλατάνου] Lugd. σκιᾷ. Sed retineo Vulgatum. PERIZ.

8 Ἀμ-

τος, καὶ συνεμάχετο εἰς ὥραν οὐδέν, ἐπεὶ τοῦ Φυτοῦ κάλλος ἐκεῖνό ἐστιν, εὐγενεῖς οἱ κλάδοι, καὶ ἡ κόμη πολλὴ, καὶ σκιερὸν τὸ πρέμνον, καὶ αἱ ῥίζαι ἐν βάθει, καὶ ἀφανεῖς οἱ ἄνεμοι, καὶ 8 ἀμφιλαφὴς ἡ ἐξ αὐτοῦ σκιὰ, καὶ ἀναστρέφουσαι αἱ ὧραι, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν 9 ἀφ' ὑψηλοῦ ἐκτρέφον, τὸ δὲ ἐξ ὑραιοῦ ἐπαρδόν. Χλαμύδες ἢ αἱ Ξέρξου, καὶ χρυσὸς ὁ τῶν βαρβάρων, καὶ τὰ ἄλλα δῶρα, ὅτε πρὸς τὴν πλάτανον, ὅτε πρὸς ἄλλο δένδρον διαμένες ἦν.

tulit: siquidem arbori hæc demum est pulchritudo, generosi rami, coma densa, stirps firma, radices in profundum actæ, perflantes venti, umbræ ex ea amplitudo, redeuntes justo tempore anni partes, aqua partim per canales enutriens, partim de cœlo irrigans. At chlamydes Xerxis, & aurum Barbari, reliquaque munera, neque platani, neque ullius alterius arboris ad præstantiam quicquam faciunt.

8 Ἀμφιλαφὴς ἡ ἐξ αὐτῆς σκιὰ] Reposui ἐξ αὐτῆ Nam ita volebant MSti, & postulabat Syntaxis, siquidem præcessit τῇ φυτῇ, quo hoc pronomen referri debet. Sic paulo ante μηδὲν αὐτῷ προσήκων, quia præcesserat item δένδρῳ. Ἀμφιλαφὴς autem notat *amplum*, & *ab omni parte opacum*, & maxime de Arboribus dicitur. Suidas, Ἀμφιλαφὴς, μεγάλη, οἷον ἀμφιλαβὴς, ὅτι ἀμφοτέραις χερσὶ λαμβάνεσθαι αὐτῆς ἐστιν. Οὐ ἡμάρτανε ἢ ὁδὲ ἀμφιλαφὴς προσιούσης. Ἐν Ἐπιγράμματι, ἰτέαι, ἠθ' ἱερὸς, κἀμφιλαφὴς πλάτανος h. e. Ἀμφιλαφὴς *est Magna, quasi* ἀμφιλαβὴς, *quia utraque manu eam apprehendere datur.* Sic dicitur, *Non excidit Magna abundantia.* Et *in Epigrammate, Salices, & sacra atque ampla platanus.* Similiter Eustath. *ad Il.* P. ἀμφίκομος, ἡ δασεῖα, ὡς πάντοθεν κομῶσα· τὴν δὲ τοιαύτην οἱ Ῥήτορες καὶ ἀμφιλαφῆ λέγουσιν Dionys. Halic. *lib.* II. χωρίον ὕλαις ἀμφιλαφέσι ἐπίσκιον, de Asylo Romuli. Vide & Callimachum *Hymno in Apoll. v.* 42. & *in Cererem v.* 27. ac utrobique Illustr. Spanhemium. PERIZ.

9 Διὰ τοῦ ὀχετοῦ] Lugd. διὰ τὸν ὀχετὸν. Sed melior videtur recepta lectio. Intelliguntur enim Naturales sub terra quasi canales seu ductus aquarum, radicem alentium, qui complures sunt. Sic *infra* XIII. 1. Mater lac infanti ex uberibus præbens dicitur ἐπιχορεύουσα. Notat tamen hæc ipsa vox etiam Arte factos Canales. Hinc Anton. Lib. *Fab.* 24. de Stellione, καὶ ἐστιν αὐτῷ διαυτὰ παρ' ὀχετόν. IDEM.

ΚΕΦ. ιέ.

Περὶ τῶν τοὺς τῶν Ἐφόρων θρόνους ἀτιμόλῳ χρισαμένων.

CAP. XV.

De iis, qui Ephororum subsellia fuligine infecerunt.

1 Κλαζομενίων τινὲς εἰς τὴν Σπάρτην ἀφικόμενοι, καὶ ὕβρει καὶ 2 ἀλα-

Clazomenii quidam Spartam venientes, & petulantia ac insolen-

1 Κλαζομενίων] Chios fuisse refert Plutarchus in *Apophtheg. Lacon.* nec fuligine, sed vomitu ventrisque sordibus dicta loca fœdasse. SCHEFF. vide P. Ærod. *lib.* 4. *Decret. cap.* 15. Gattakeri *notas ad M. Antonin. pag.* 409. KUHN. Plutarch. in *Apophth. Laconicis*

ἀλαζονείᾳ χρώμενοι, τοὺς τῶν Ἐφόρων θρόνους, ἔνθα εἰώθασι καθήμενοι χρηματίζειν, καὶ τῶν πολιτικῶν ἕκαστα [3] διατάττειν, ἀλλὰ τούτους γε τοὺς θρόνους ἀσβόλῳ κατέχρισαν. Μαθόντες ὂ οἱ Ἔφοροι, οὐκ ἠγανάκτησαν, ἀλλὰ τὸν δημόσιον κήρυκα καλέσαντες, προσέταξαν αὐτὸν δημοσίᾳ κηρύξαι τοῦτο δὴ τὸ θαυμαζόμενον· Ἐξέστω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν.

licis tribuit hoc *Chiis*, nec adeo multum discriminis in eo, siquidem utrique fuerunt *Jones*. Vide *infra* VIII. 5. PERIZ.

2 Ἀλαζονείᾳ] *Fastum* reddiderant Interpretes: sed malim *Insolentiam*. Significat enim hic non tam animi fastum, quam petulantiam inhumanam cum aliorum insolenti contemptu conjunctam. IDEM.

3 Διατάττειν] MS. A. Δι᾽ ἀφαίτειν. SCHEFF. Ut MS. A. Parisiensis, sic Sluisk. legit διαπράττειν. Sed rectius puto Vulgatum, quip-

lentia usi, thronos Ephororum, in quibus sedentes jus dicere, &, quæ ad Rempubl. pertinerent, constituere consueverant, hos, inquam, thronos fuligine inunxerunt. Ephori re cognita, non molestè tulerunt, sed vocato præcone publico, mandarunt, ut publicè proclamaret hoc mirandum sane: Liceat Clazomeniis indecore se gerere!

pe quod proprium est Magistratuum, & notat *edicere*. Hesiod. Θεογ. 74. de Jove

- - - - - - - - εὖ δ᾽ ἕκαστα,
Ἀθανάτοις διέταξε ἰμῶς, καὶ ἐπέφραδε τιμάς.

bene autem singula edixit Diis simul, & honores promisit. Actor. XVIII. 2. Διὰ τὸ διατεθεχέναι Κλαύδιον, χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ Ῥώμης. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Φωκίωνος.

Φωκίωνος δὲ τοῦ Φώκου καὶ τοῦτο ἔγωγε ἔγνων καλόν· παρελθὼν γὰρ εἰς τοὺς Ἀθηναίους, ἐκκλησίας οὔσης, ἐπεί τι αὐτοὺς ἐμέμφετο [1] ἀγνωμονοῦσι, πάνυ

CAP. XVI.

De Phocione.

Phocionis, filii Phoci, etiam hoc Ego pulchrum duco; quum enim ad Athenienses prodiisset, pro concione, reprehendens quadam in re

1 Ἀγνωμονοῦσι] De ea loquitur ingratitudine, quam Nicanori retulerunt, qui ludos tamen & spectacula populo exhibuerat. Consule Plutarchum, qui hæc omnia accuratius, in *vita Phocionis*. SCHEFF. Noster ait, *Phocionem* maluisse injuriam ab *Atheniensibus*, Plutarchus à *Nicanore* accipere, quam facere. conciliatio hujus ἐναντιοφανοῦς facilis est KUHN. Perperam sane hanc Æliani narrationem ex Historia Nicanoris apud Plutarch. in *Phocione* explicare voluerunt Schefferus & Kuhnius. Diversa enim prorsus est Historia, licet dictum Phocionis utrobique ejusdem pene sit sententiæ. Hic animi Ingrati erga ipsum Phocionem accusatur Populus. At apud Plut. quum Phocion Nicanorem, Macedonum nomine præfectum Athenis, dimisisset, atque idcirco ipse accusaretur à populo, defendit se dicendo, μᾶλλον ἠδίκει ἀδικούμενος, ἢ ἀδικῶν, φανερὸς γενέσθαι, *malle se injuriam accipendo*, scil. à Nicanore, *quam faciendo*, *cognosci*. Ex quibus liquet ergo, quam

πάνυ σφόδρα πεπαιδευμένος, καὶ πληκτικῶς εἶπε· βούλομαι μᾶλλόν τι ὑφ᾽ ὑμῶν [2] παθεῖν κακὸν αὐτὸς, ἢ αὐτός τι ὑμᾶς κακῶς δεξῆσαι.

quam non accusaverit Phocion Populum *ingrati* in Nicanorem, quod vult Schefferus, & quam aliena sint illa Plutarchi ab hisce Æ-

re ipsos ut ingratos, sapientissimè simul & gravissimè dixit, Malo à vobis accipere malum, quam ipse vobis malum dare.

liani. PERIZ.

2 Παθεῖν κακὸν] Τὸ κακὸν abest a MS. Mediceo, & Sluiskiano.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ Μάγων τῶν ἐν Πέρσαις σοφίας, καὶ Ὤχου.

[1] Ἡ τῶν ἐν Πέρσαις Μάγων σοφία, [2] τότε ἄλλα οἶδεν, ὁπόσα αὐτοῖς εἰδέναι

CAP. XVII.

De sapientia Magorum Persicorum & Ochi.

Persicorum Magorum sapientia, tum alia novit, quæ ipsis scire con-

1 Ἡ τῶν ἐν Πέρσαις &c.] Insignis hic est Locus de *Magorum sapientia*, sed ex quo simul liquet, quam futilibus illa argumentis sit subnixa, quæ Actor ἀποῤῥήτα σύμβολα vocat, *Arcana Signa*. Scilicet quia *cultrum* arripuit Ochus, eoque *carnes* dissecuit, mensæ adsidens ut vescerentur, ex eo collegerunt Crudelitatem ejus, cujus tamen haud dubie in pueritia & adolescentia multo certiora dederat documenta; quale illud, quod vivo etiamdum Patre, Fratrem Arsamen, quia Patri dilectissimus erat, immisso percussore occidit, & ita Patrem ex mœrore ad mortem adegit, ut refert Plut. in *Artaxerxe*. Dein, quia altera manu panem sumsit, quo abstinere in carne edenda vix potuit, inde scilicet intellexerunt Fertilitatem sub Regno ejus futuram. Fuerunt autem *Magi* antiquissimis temporibus apud Persas Philosophi, & simul Sacerdotes ac Theologi, quæ primitus apud omnes pene gentes fuere conjuncta. Attendebant vero maxime ad motus syderum, & ex iis prædixerunt primum tempestates futuras, deinde vero res etiam alias, & maxime Fata hominum. Ex his principiis repetendus est etiam *Magorum ex Oriente* adventus, qui ex syderibus cognoverant, Regem Judæis, Dominum Orbi Terrarum esse natum, diri-

gente tunc hanc eorum artem, cæteroquin haud dubie vanam, sapientissima Dei providentia. Cæterum ut erant etiam Sacerdotes hi Magi, ita cœperunt tandem, blandiente inprimis rerum successu in illa conjectandi audacia, vel certe vulgi applausu, jactare scientiam quoque & facultatem per certos sacrorum ritus eliciendi ex inferis Manes, & adigendi eos ad res reconditas sibi enunciandas. Hinc jam *Magica Sacra*, immo hinc tandem apud plerasque gentes infamis evasit *Magorum* appellatio, ut qui soli & secreti ab aliis hominibus, noctu Diis, Inferis maxime, sacra facerent, & sicuti suis carminibus ac ritibus non tantum Manes, sed & Deos ipsos cogere posse, sic eorum etiam carminum vim contra alios plerumque homines exercere crederentur. Vide de iis præter Brissonium *de Regno Persarum*, Marshami *Chronicum Canonem ad Sec.* IX. & III Huetii *Demonstrat. Evang. Propos.* IV. *cap.* 5. Ad illos audiendos profecti ex Græcia antiquissimi quique Philosophi, Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, Plin. XXX. 1. Maxime vero Pythagoras & Democritus *eos consectati* dicuntur ab Eodem XXIV. 17. Sed & XXV 2. de iisdem, *Ambo peragratis Persidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis*. Sed quid est

per-

ᾠδέναι θέμις, ᾗ ὧν ᾗ μανίευεσθαι. Οἱ δὲ προῦν καὶ προεῖπον τὴν τοῦ Ὤχου περὶ τοὺς ὑπηκόους ἀγριότητα, 3 καὶ τὸ φονικὸν αὐτοῦ, ἀλλά τινων ἀπορρήτων συμβόλων καταγνόντες τοῦτο. 4 Ὅτε γὰρ Ἀρταξέρξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτήσαντος, εἰς τὴν βασιλείαν τῶν Περσῶν ὁ 5 Ὤχος παρῆλθεν, οἱ Μάγοι προσέταξαν τῶν εὐνούχων τινὶ, 6 τῶν πλησίον παρεστώτων, φυλάξαι τὴν Ὤχου, τῆς τραπέζης ὠθουμένης, τίνι πρῶτον τῶν ὠθουμένων ἐπιχειρεῖ; Καὶ ὁ μὲν εἱστήκει τηρῶν τοῦτο, ὁ δὲ Ὤχος

peragrare *Magos*, eosque tam variarum regionum? Sine dubio legendum illic *plagis*. Livius XLV. 30. de parte Macedoniæ, *Frigida hæc omnis, duraque cultu & aspera pla a est.* PERIZ

2 Τάτε ἄλλα] Cultum Deorum, dissertationes de natura ipsorum, item quibus quodque numen sacrificiis colendum esset. vide Diog. Laert. *Proœmio.* Xenophontem παιδείᾳ *lib.* VII. & alios. SCHEFF.

3 Καὶ τὸ φονικὸν] De quo consulendus Valer. Maximus IX. *cap.* 2. & Plutarchus *vita Artaxerx.* IDEM.

4 Ὅτε γὰρ Ἀρταξέρξῃ] Ælianus *infra l.* VI. *c.* 8. eundem facit Artaxerxem & Ochum. Sed uterque & Pater & Filius sunt Artaxerxes. At Darius nomine Ochus dicebatur, de quorum crudelitate lege Valer. Max. *lib.* IX. *cap.* 2. Hæc Bigotianus codex. IDEM. Unde nomen Artaxerxes Græci deflexerint, Schickardus docebit in *Tarich Regum Persarum. pag.* 22. De Magis, eorumque divinationibus vide Brisson. *lib.* II. *de Regno Persar. pag.* 178. KUHN.

Ἀρταξέρξης] Fuit hic *Artaxerxes Mnemon*, cujus nomen Ochus recepit, tum quia id erat jam Regium nomen, quum illud *Ochi* nulli adhuc Regi fuisset usitatum, immo jam antea etiam ab Dario, quum ad Regnum pervenisset. abjectum: tum ut paterno hoc *Artaxerxis* nomine populis suis se commendaret, de

concessum est, tum etiam vaticinari. Hi ergo prædixerunt etiam Ochi sævitiam adversus subditos, & ejus ingenium cædis avidum, ex arcanis quibusdam signis id cognoscentes. Nam quum, Artaxerxe patre ejus vita defuncto, regnum Persarum Ochus adiret, Magi cuidam ex Eunuchis circum adstantibus præceperunt, ut posita mensa Ochum observaret, cui rei ex appositis primum, manum injiceret. Et hic quidem id observans stabat, Ochus autem utraque manu protensa, dextra

quorum erga se voluntate dubitabat, atque idcirco Patris mortem aliquandiu celavit, ut tradit Polyæn. *lib.* VII. At Diodorus Sic. insuper refert. *lib.* XV. *ext.* mutationem nominis voluntate Persarum factam, quia Artaxerxes feliciter & benigne regnaverat. Ochi vero Crudelitas graphice describitur à Justino X. 3. *Regiam Cognatorum cædc & strage Principum replet, nulla non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia permotus.* PERIZ.

5 Ὤχος] *Ochus, Artaxerxis Memorioſi* filius fuit, patrique in imperio Persarum successit Olymp. 104. de morte ejus *infra* Noster *l.* VI. *c.* 8. KONIGIUS.

6 Τῶν πλησίον παρεστώτων] Mirum vero, hæc ita in Versione ab omnibus prætermissa, usque ad Cl. Kuhnium, qui tamen, nescio, quare in singulari ea reddiderit *prope astanti.* Παρεστῶτα autem notat proprie *adstare*, maxime auxilii, vel ministerii gratia, quod Latini dicebant *præsto alicui esse.* Sic *supra.* I. 30. Dioscuri dicuntur Hominibus esse ἀγαθοὶ ὑπηρέται, *auxiliatores boni.* Et eleganter Plut. Συμπορ. IV *in præfat.* Corpus non oneratum crapula aut somno ait παρεσκευάσθαι πρὸς πάντας ἐπὶ πᾶσαν ὑπόθεσιν, *paratum sine hæsitatione ad omnia præstanda.* Sed & *stare* proprium est Famulis, qui idcirco à Latinis etiam *statores* appellabantur. Petron. *pag.* 70. *Statores altius cincti.* Ubi vide Gonsal. & Wower. PERIZ.

7 Τῇ

χεῖρα τὰς χεῖρας ἐκτείνας, 7 τῇ μὲν δεξιᾷ τῶν μαχαιρίων τῶν ὠθουμένων ἓν ἔλαβε, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸν μέγιστον τῶν ἄρτων προσειλκύσατο, καὶ ἐπιθεὶς 8 ἐπ' αὐτὸν τῶν κρεῶν, εἶτα τέμνων, ἤσθιεν ἀφειδῶς. Ἅπερ ἀκούσαντες οἱ Μάγοι, δύο ταῦτα ἐμαντεύσαντο, 9 εὐετηρίαν τὴν ἐξ ὡρῶν, καὶ εὐφορίαν τὴν 10 ὠθουμένην ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνου, καὶ πολλὰς φόνους. Καὶ δὴ διεψεύσαντο.

dextra unum ex adjacentibus cultris arripuit, altera maximum panem attraxit, in quem carnes quum imposuisset, & ita eas discidisset, alacriter comedit. Quibus auditis, Magi hæc duo vaticinati sunt, copiosum ex anni partibus proventum, & fertilitatem per imperii illius tempus, atque cædes simul multas. Neque falsi fuerunt.

ΚΕΦ.

CAP.

7 Τῇ μὲν δεξιᾷ] Adeo etiam in minimis ingenia hominum se produnt. Adde Sullæ judicium de Julio ex fluxiore cinctura apud Sueton. *cap.* 39. vulgi de Caligula, ex eo, quod pœnis ad supplicium datorum libentissime interesset. Apud eundem *cap.* II. vide & *cap.* 25. *ejusdem libri.* SCHEFF.

8 Ἐπ' αὐτῶν τῶν κρεῶν] Cuperus *lib.* III. *Observ.* emendat ἐπ' αὐτό, quia de uno tantum pane fermo, & vertit, *carnes illi imponens.* SCHEFF. Malim ἐπ' αὐτῷ. error natus inde est, quod jota subscribendum in MSS. codicibus fere à latere voci apponatur, & deinde à descriptoribus sæpe in ν deformetur. KUHNIUS.

Ἐπ' αὐτῶν τῶν κρεῶν] Locus corruptus Ampliss. Cuperus *Observ.* III. II. emendari voluit ἐπ' αὐτῷ scil. ἄρτῳ: Cl. Kuhnius, ἐπ' αὐτῷ. Uterumvis recte, quod ad sensum & Græcismum: sed verius est illud Cuperi, quippe quod uterque codex MS. & ex Regiis duo probant. Genitivus autem τῶν κρεῶν notat *aliquid ex carnibus.* Sic enim solent Græci. Supra I. 7. ὑσσυάμῳ φάγωσι, & τῶν καρκίνων ἀναλέγεσθαι καὶ ἐσθίειν. Lucian. in *Dial. Meretr. Melissæ*, πτίσασα τῶν ἀλῶν ἐπὶ τὸ ὄψος, *spargens aliquid ex sale in ignem.* PERIZ. Amplissimi Cuperi emendationem firmat MS. Mediceus.

9 Εὐετηρίαν τὴν ἐξ ὡρῶν] Hoc est, Annonam per singulas anni tempestates oportunam & prolixam, seu fertilitatem anni per præcipua ejus tempora. Hinc Ναὸς εὐετηρίας Corinthi in Inscript. apud Sponium, *Itiner. Tom.* II. *pag.* 487. Noster Italiæ adscribit IX. 16. Τὴν τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν, ubi itidem intelliguntur majores Anni Partes, *Ver*, *Æstas*, &c. Sic & Julianus *ad Constantium Or.* I. *p.* 13. eum ait facilius tulisse migrationem e Gallia ad Parthos, quam Divites faciant, οἱ παῖς ὥραις τὴν οἰκησιν μεταβάλλουσιν, ἐν ὠθουμένῳ τὸν καιρὸν βιαθῆναι, *qui per varias illas & majores anni partes sedem mutant, si ad id præter commodum & solitum sibi tempus cogantur.* Ita enim postrema hæc sunt intelligenda. Minus accurate vertit ea Petavius, *si qua forte tempestatum injuria cogantur.* PERIZ.

10 Παρὰ τὸν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνον] MS. Mediceus περὶ τὸν τ. ἀ. αὐτοῦ χρόνον. Ut *lib.* V. *cap.* 13. τελευταῖον δὲ ἐγένετο ἀναρχία περὶ τὸν τῶν τελούντων καπάσασιν.

ΚΕΦ. ιή'.

Περὶ δείπνων πολυτελῶν.

1 Τιμόθεος ὁ Κόνωνος, στρατηγὸς τ Αθηναίων, 2 ἀπό τινος τ δείπνων τῶν πολυτελῶν, καὶ τῶν ἑστιάσεων τ στρατηγικῶν ἐκείνων, ὑπὸ Πλάτωνος εἰς 3 τὸ ἐν Ακαδημίᾳ 4 συμπόσιον, καὶ ἑστιαθεὶς ἀφελῶς ἅμα, καὶ μουσικῶς, ἔφη πρὸς τοὺς οἰκείους ἐπανελθών· ὅτι ἄρα οἱ ὑπὸ Πλάτωνι δειπνοῦντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς διάγουσιν. 5 Εκ δὴ τούτου διέβαλε Τιμόθεος τὰ πολυτελῆ

CAP. XVIII.

De opiparis cœnis.

Timotheus Cononis filius, dux Athenienſium, relictis quondam opiparis cœnis, & epulationibus illis imperatoriis, aſſumptus à Platone ad convivium in Academia, & frugaliter ſimul eruditeque exceptus, reverſus ad ſuos dixit: Qui cum Platone cœnant, etiam poſtero die bene habent. Hoc ipſo ſane vituperavit Timotheus cœnas ſplendidas & graves, ut quæ ſequenti die nullam omnino vo-

1 Τιμόθεος] Ex Athenæi *lib.* x. prope ad verbum. Adde Plutarchum in *Præceptis de tuenda ſanitate*, & *lib.* VI. *Sympoſ. proëm.* ubi Jonem auctorem hujus rei tradit. SCHEFF.

2 Απὸ τινος τῶν δείπνων] Caput hoc, & utrumque ejus exemplum ex Athenæi *lib.* x. *pag.* 419 deſcriptum eſt, paucis immutatis: ſicuti hæc ipſa declarant, quæ Athen. ſimpliciter ita exhibuit, ἐκ τῶν πολυτελῶν καὶ στρατηγικῶν δείπνων ὑπὸ Πλάτωνος ἐκληθεὶς ἐστιᾶτο &c. Liquet autem ex iis, τ Απὸ τινὸς hîc non ita interpretandum, ac ſi in perpetuum aut longum adeo tempus quaſi deſciverit Timotheus ab opiparis cœnis, ſed quod uno die, iis relictis, uſus aliquando fuerit cœna Platonis. PERIZ.

3 Τὸ ἐν Ακαδημίᾳ συμπόσιον] Solebant Philoſophi ſtato tempore frugalia inire convivia Athenis. πολλῶν εἰσι φιλοσόφων ἐν ἄστει σύνοδοι, τ μὲν Διογενιστῶν, τῶν δ Αντιπατριστῶν λεγομένων, τῶν δ Πανταίνιστῶν· καταλιπὼν δ καὶ ὁ Θεόφραστος εἰς ταὐτὸν σύνοδον χρήματα, μὰ Δί' οὐχ ἵνα ἀκολασταίνωσι συνιόντες, ἀλλ' ἵνα τὰ κ τ συμποσίοις λόγῳ σωφρόνως καὶ πεπαιδευμένως διεξάγωσι &c. καὶ τοῖς φιλοσόφοις δ ἐπιμελὲς ἦν &c. *Multi ſunt conventus Philoſophorum Athenis, quorum alii Diogeniſtæ, quidam Antipatriſtæ, ſunt & qui Panætiaſtæ dicuntur. Legavit in hunc uſum Theophraſtus pecuniam non ſane, ut convenientes laſcivius ſe gererent, ſed ut convivia ſermone ſobrio & erudito tranſigerent. Erat etiam Philoſophis curæ, collectâ juventute ſuâ, ad præſcriptas leges convivari.* Itaque in Academia erant convivales leges à Xenocrate & rurſus ab Ariſtotele latæ. Athenæus *lib.* v. *ab initio.* confer etiam *lib.* XII. *pag.* 584. Hujuſmodi Philoſophico convivio adhibitus Timotheus, etſi non epulis, doctis tamen ſermonibus, in craſtinum quoque exhilaraturis animum prolixe acceptus eſt. de re ipſa vide Petrum Victorium *lib.* XVIII. *Var. Lect. cap.* 3. ubi plura ex Cicerone, Plutarcho, Athenæo, & aliis adducit. KUHN.

4 Συμπόσιον] Ita & Athenæus, ſed uterque id per τὸ δεῖπνον exponit, ne quis hic proprie dictam cogitet *compotationem.* Sed & apud Plutarch. Υγ παραγγ. Timotheus dicitur δεδειπνηκὼς ἐν Ακαδημίᾳ παρὰ Πλάτωνι μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον. Atque hoc ſenſu accipiendi etiam Illius Συμποσιακῶν Libri. Diſerte Cic. *Fam.* IX. 24. *Græci συμπόσια aut σύνδειπνα, id eſt*, Compotationes *aut* Concœnationes, *nos* Convivia, *quod tum maxime ſimul vivitur.* PERIZ.

5 Εκ δὴ τούτου διέβαλε] MSti δὲ. Sic & *cap.* 24. ἐκ δὲ τούτου ποιοῦνται, & alibi paſſim. IDEM.

6 Δὸ-

λῆ δεῖπνα, καὶ φορτικὰ, ὡς πάντως εἰς τὴν ὑστεραίαν οὐκ εὐφραίνοντα. 6 Λόγος δὲ καὶ ἐκεῖνος ἀδελφὸς τῷ προειρημένῳ, καὶ ταυτὸν νοῶν, οὐ μὴν τὰ αὐτὰ λέγων, περίεισιν, ὅτι ἄρα τῇ ὑστεραίᾳ ὁ Τιμόθεος περιτυχὼν τῷ Πλάτωνι εἶπεν. ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν, ἢ εἰς τὴν παροῦσαν.

voluptatem afferant. Etiam ille ſermo, prædicto affinis, & idem ſentiens, neque tamen eadem plane dicens, circumfertur, Timotheum poſtridie quum incidiſſet in Platonem, dixiſſe ei: Vos, ô Plato, melius cœnatis ſequentem in diem, quam præſentem.

6 Λόγος δ καὶ ἐκεῖνος] Hegeſandri ἐν ὑπομνήμασιν. Athenæus *libro ante dicto*; cum quo conſentit Cicero *lib.* v. *Quæſt. Tuſc.* ubi vim & uſum hujus exempli diſcas. SCHEFF.

Λόγος δ καὶ ἐκεῖνος ὁ ἀδελφὸς] Abeſt Artic. ὁ à MS. Sluisk. Et recte abeſt hic loci. Sic XII. 64. ὑπὲρ δ νεκρὸ μάχη καρτερὰ πίνυ σφόδρα ἐγένετο, ἀδελφὴ τρόπου τινὰ τ ὑπὲρ δ οὐ Τροΐᾳ. Dionyſ. Hal. *lib.* IX. ἀδελφὰ δ τούτοις ἔπαρχον. Baſil. Magn. *Homilia, de Utilitate ex Græcis* &c. καὶ μὰν καὶ ὁ Χίος ἦν σοφιστὴς ἀδελφὰ τοῦτοις εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐφιλοσόφησεν. Et deinceps δ Σωκράτης, ἀδελφὸν ἐκείνῳ τῷ προαγγέλμα-

ti. Hiſtoriæ autem hujus auctor eſt Hegeſander, ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, ut eum citat Athen. *d. l.* PERIZ. Induxi articulum ὁ, quem neque agnoſcit Mediceus, nec Sluisk. Lucianus in *Bis accuſ.* καὶ ἦν γε οἱ πρὸ ἡμῶν δίκην ἐδίκασαν τῇ ἀκαδημίᾳ, ἐ τῇ μέσῃ, ἀδελφὴ τ παρούσης δίκης ἐστίν. Sophocles *Antig.* 198.

Καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω
Ασοῖσι, παισὶν τ ἀπ' Οιδίπου πέρι.

Theophylactus Simoc. *lib.* II. *Hiſt. Maur. cap.* 18. ὁ δ ἀντίπαλος Πέρσης ἀδελφῷ τ ἑτέρας ἐπιβουλῆς ἐξεργάσατο.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ Αλεξάνδρου θεὸν ἑαυτὸν καλεῖσθαι βουλομένου.

Αλέξανδρος 1 ὅτε ἐνίκησε Δαρεῖον, καὶ τὴν Περσῶν ἀρχὴν κατεκτήσατο, μέγα ἐφ' ἑαυτῷ φρονῶν, καὶ ὑπὸ τῆς εὐτυχίας, τῆς περιλαβούσης αὐτὸν τότε, ἐνθουμένος

CAP. XIX.

De Alexandro, qui ſe Deum appellari volebat.

Alexander ſuperato Dario, & occupato Perſarum regno, magna apud ſe ſentiens, & ob proſperam fortunam, qua tum utebatur, divinitatem ſibi arrogans, Græcis ſcripſit,

1 Οτε ἐνίκησε] Curtius *lib.* VI. *cap.* 2. *Ut primum inſtantibus curis laxatus eſt animus, militarium rerum, quam quietis otiique patientior, excepere eum voluptates, & quem arma Perſarum non fregerant, vitia vicerunt.* Ad- de *ejuſdem libri cap.* 6. Juſtin. *lib.* XII. *cap.* 7. Sic de Antigono prædictus auctor *lib.* XV. *cap.* 2. *Hac victoria elatus Antigonus, regem ſe cum Demetrio filio appellari à populo jubet.* SCHEFF.

χ῾ν, ἐπέστειλε τοῖς Ελλησι, [2] Θεὸν αὐτὸν ψηφίσασθαι. [3] Γελοίως γε· οὐ γὰρ ἀπερρῦν ἐκ τῆς φύσεως οὐκ εἶχε, ταῦτα ἐκ τ῀ ἀνθρώπων αἰτῶν ἐκεῖνο῀ ἐκέρδαινεν. Αλλοι μὲν οὖν ἄλλα ἐψηφίσαντο, [4] Λακεδαιμόνιοι δ᾽ ἐκεῖνα· Επειδὴ Αλέξανδρο῀ βούλεται Θεὸς εἶναι, ἔστω Θεός. Λακωνικῶς τε ἅμα καὶ κατὰ τὸν ἐπιχώριον σφίσι τρόπον, ἐλέγξαντες τὴν ἔμπληξιν οἱ Λακεδαιμόνιοι τ῀ Αλεξάνδρ῀.

2 Θεὸν ψηφίσασθαι] Nimirum τεισκαιδέκατον, *decimum tertium*, ut Noſter *infrà l.* v. *c.* XII. ut adeo inter Duodecim Deos *Majorum gentium* eſſet, quos Ethnici τελείους, *perfectos* vocant, Chryſoſt. *in* II. *Corinth. cap.* 12. Romæ, inquit, Senatus divinos honores Alexandro decrevit, τρισκαιδέκατον ἐνόμισαν εἶναι Θεὸν ἡ σύγκλη῀ Ρωμαίων. ἔνιοι (Ελλήνων) καὶ τοῖς δώδεκα Θεοῖς προσιθέντες καὶ νεὼς οἰκοδομήσαντες, καὶ θύοντες ὡς δράκοντος ὑφ᾽, *quidam Græcorum aſcripſerunt eum duodecim Diis, & templa exſtruxerunt, ſacrificaruntque, ut Draconis filio*, ait Lucian. in *Dial. Mort.* Nolu itigitur Alexander referri inter *de Plebe Deos*, ut Ovidius cecinit. KUHN. vid. Rhodigin. *l.* XXI. *c.* 25. Dempſterum *p.* 477. Voſſium *Th. Gent. p.* 803. Freinshemium *in Curtium p.* 77. Hæc Codex KONIG. v. *ſupra* v. 12. KUHN.

3. Γελοίως γε] Lugd. præfert γελοῖος γε, quaſi cohærens cum ἐπέστειλε. Non male. Sed tamen nihil ideo mutari velim. Mox itidem ἔκπληξις, verum hic longè rectius vulgata lectio ſe habet. Εκπληξις enim eſt *conſternatio*, *terror*; at ἔμπληξις ſignificat *ſtuporem*, *vecordiam*. Sic Lucian. *de Morte Peregrini*, ἐμπλήκτως βιῶναι, *qui ſtolide vixit*. Julian. *Or.* I. de Sapore Perſarum Rege, ἔμπληκτος ὢν μᾶλλον, καὶ τῇ μανίᾳ τὰς Αλωάδας ὑπερβαλλόμενος. PERIZ.

4 Λακεδαιμόνιοι] Damis. vide Plutarch. *Apoph. Lacon.* SCHEFF.

ΚΕΦ. κ᾽.

Περὶ Αντιγόνου βασιλέως πραότητο῀.

[1] Αντίγονόν φασι τ῀ βασιλέα δημοτικὸν καὶ πρᾶον γενέσθαι. Καὶ ὅτῳ

CAP. XX.

De Antigoni regis manſuetudine.

Antigonum Regem ajunt popularem & manſuetum fuiſſe. Et cui

1 Αντίγονον] Quis ille fuerit *Antigonus*, (nam tres eo nomine exſtiterunt Reges) incertum eſt. Schefferus nos ablegat ad Juſtin. XXVIII. 3. unde reliqua ſcilicet *Antigoni* hujus cognoſcere poſſimus. Atque ita *Antigonum* Tertium, Vitricum & Tutorem Philippi, deſignat, quum de Eo iſtic aperte agatur. Sed hoc alienum prorſus, quippe quum ille Antigonus Regnum, titulo quidem Regis, ſed revera tanquam Tutor Philippi, adminiſtraverit, eumque etiam, ut oportebat, ſucceſſorem ideo habuerit. Cl. Kuhnius ex Konigianis

ὅτῳ μὲν οὖν σχολὴ τὰ κατ᾽ αὐτὸν εἰδέναι, [2] καὶ αὐτὰ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τ῀ Ανδρὸς, εἴσεται [3] ἑτέρωθεν. [4] Εἰρήσεται δ᾽ οὖν αὐτοῦ καὶ πάνυ πρᾶον, καὶ ἄτυφον, ὃ μέλλω λέγειν. Ο Αντίγονο῀ οὗτο῀ ὁρῶν τὸν [5] υἱὸν τοῖς

cui quidem vacat pernoſcere res ejus, & ſibi ſingula Viri exquirere, ſciet aliunde. Dicetur igitur hocce ejus, quod jam dicam, etiam plane manſuetum, & ab omni faſtu alienam. Hic Antigonus, quum cerneret Filium ſuum

gianis *Antigonum* Primum intelligit, Patrem Demetrii Poliorcetæ, Comitem Alexandri. Sed & hîc aliter Ego cenſeam. Nam & Ille non tam Rex legitimus, quam Regni & Diadematis inter bellorum Civilium tumultus, & extremo demum Vitæ tempore, Uſurpator fuit. Dein indulgentiſſimus fuit Ille in Filium (vide Plut. in *Demetrio*) ſecus quam hicce ab Ælian *Antigonus* deſcribitur. Denique ſuperbiæ & ambitionis maximæ accuſatus eſt ab aliis; (vide Diod. Sic. *lib.* XX. *pag.* 830.) immo demum γέρων γενόμεν῀ ἠπίως καὶ πράως ἐχρῆτο τοῖς πράγμασι, ut ait Plutarch. in *Apophth.* Quid ergo? Exiſtimem omnino hic intelligi *Antigonum Gonatam*, prioris Nepotem, manſuetudinis atque humanitatis certiſſimæ, & qui, ſimili plane modo ac ſenſu, Filii inhumanitatem atque inſolentiam non verbis tantum, ſed & verberibus, increpuiſſe legitur apud Plut. in *Pyrrho*, *extr.* Vide omnino Locum. Nec obſtat, quod hic ſimpliciter *Antigonus* vocetur, qui Αντιγονος ὁ δευτέρ῀ dicitur III. 5. Nam & ita ſolo *Antigoni* nomine Gonatas ille deſignatur etiam III. 17. IX. 26. XII. 25. & à Plut. *Conſol. ad Apoll.* PERIZ.

2 Καὶ αὐτῷ] Turpe Mendum; Lege καὶ αὖ τὰ ἕκαστα FABER. Optime. SCHEFF. Legerem minori mutatione, καὶ αὐτῶν ἕκαστα, & *ſingula eorum* vel *ea ſingulatim excutere*, ſin malueris, αὐτὰ ἕκαστα, habebis ſuffragantem Noſtrum *infra* XIII. 1. ubi extat, αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρυμώνων. KUHN.

Καὶ αὐτῷ ἕκαστα &c.] Tentantur hæc varie ab Eruditis. Faber probante Scheffero legit αὖ τὰ ἕκαστα. Doctiſſ. Kuhnius αὐτῶν vel αὐτὰ ἕκαστα. Recte forſan hoc poſterius, quippe quod firmatur ex *lib.* XIII. *cap.* 1. ubi ſimiliter, ait, καὶ αὐτὰ ἕκαστα τῶν δρυμώνων καθισκεψάμενοι. Sed tamen, quum MSti tueantur vulgatum, nihil putem mutandum, niſi ſpiritum, legendumque αὑτῷ, ut ſenſus ſit, *ſibi*, *ſuum in uſum*. frequentiſſima enim eſt apud Græcos, immo & Latinos, illa Dativi conſtructio, qua ſignificatur is, in cujus uſum vel commodum, gratiam aut honorem, aliquid fit, idque ſine ulla ſæpe emphaſi. Sic *ſupra* I. 25. Phocion rogat Alexandrum, *vinctos in arce Sardium* ἀφέσεως ἐλευθέρως αὐτῷ, *dimittere ſuam in gratiam liberos*. Et VII. 8. ubi *Hephæſtione mortuo*, *Alexander* ὅπλα αὐτῷ εἰς τὴν πυρὰν ἐνέβαλε, *arma*, *in Ejus honorem*, *in rogum injecit*. XII. 25. ἵνα δέ μοι, καὶ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων μεμνήσομαι, *ut Mihi*, *etiam eorum*, *qui ad me pertinent*, *mentionem faciam*. XIV. 8. ἐπὶ αὐτῷ μαθητὴς αὐλῶν &c. Sæpe etiam in hoc Dativi uſu ludit Plautus. Veluti *Aulul.* IV. 4. 8. *Nihil equidem tibi abſtuli*, Reſp. *At illud*, *quod TIBI abſtuliſti*, *cedo*. *Capt.* IV. 2. 6. HE. *Eſurire mihi videre*. ER. *Mihi quidem eſurio*, *non Tibi*. Εξετάζειν ὑπὲρ τ῀ ἀνδρὸς, ut Matth. II. 8. πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τ῀ παιδίου. PERIZ. Conjecturæ Cl. Kuhnii reponentis αὐτὰ ἕκαστα ſuffragatur Mediceus, cujus ſcripturam & Parens meus amplexus fuit *ad Minuc. Fel. Octav. cap.* 7. & ego in contextum admiſi. *Infra lib.* XII. *cap.* 1. αὐτὰ ἅ ἕκαστα καὶ τῶν προσχθέντων καὶ τῶν λεχθέντων εἰς ἐπιστολὴν ἐγγράψας & *lib.* XI. *de Nat. Anim. cap.* 10. παῖδες ἐπίπνοοι γενόμενοι σὺν τῷ ῥυθμῷ αὐτὰ ἕκαστα προλέγουσιν.

3 Ετέρωθεν] Juſtino *lib.* XXIIX. *cap.* 3. SCHEFF. Gruter. *diſcurſ. in Tac. pag.* 60. Magir. *pag.* 1923. KONIGIUS.

4 Ειρήσεται δ᾽ οὖν αὐτῷ] An potius οὖν? Sic ſane III. 10. Sed nihil muto. Nam reſpicit Auctor hiſce verbis initium Capitis, & ſenſus eſt, *appellabitur igitur Hoc illius dictum*, *quod commemoraturus ſum*, *vel maxime Manſuetum*, & *à Superbia Alienum*: qualem ipſum fuiſſe, initio Capitis dixerat. PERIZ.

5 Υἱὸν] Demetrium Poliorcetem intelligit, hunc enim & Philippum Antigonus filios

τοῖς ὑπηκόοις χρώμενον βαιότερόν τε, καὶ θρασύτερον, οὐκ οἶδα, εἶπεν ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν 6 ἔνδοξον εἶναι 7 δουλείας; καὶ τὰ μὲν τοῦ Αντιγόνου 8 πρὸς τὸν παῖδα πάνυ ἡμέρως ἔχει καὶ φιλανθρώπως. Ὅτῳ δὲ οὐ δοκεῖ ταῦτα, ἀλλ' ἐκεῖνός γε οὐ δοκεῖ μοι 9 Βασιλικὸν ἄνδρα τε εἰδέναι, οὐδὲ Πολιτικὸν, Τυραννικῷ δ' συμβιῶσαι μᾶλλον.

suum violentius se & insolentius gerere erga subditos: An non, inquit, novisti, Fili, nostrum Regnum nobilem esse Servitutem? Atque hæc Antigoni *verba* ad Filium, maximæ sunt mansuetudinis & humanitatis. Cui ita non videtur, is vero mihi videtur neque Regium, neque Civilem nosse virum, sed cum Tyrannico potius convixisse.

habuit, ex quibus Philippus adhuc juvenis mortuus est, teste Plutarcho. KONIG.

6 Ἔνδοξον] Propter speciem externam, omniumque rerum copiam & affluentiam, ex qua vulgo, quia sola in oculos incurrit, felices beatique judicantur. vide judicium Damoclis de Dionysio, apud Ciceronem *lib.* v. *Quæst. Tusc.* Simonidis de regno in genere, apud Xenophontem in *Hierone*. SCHEFF. v. Frontinum *pag.* 77. Eustath. *Odyss. pag.* 138. Rhodigin. *lib.* XXI. *cap.* 35. Grotium *in Matth.* 20. KONIG. adde Gattaker. *in M. Antonin. pag.* 295. KUHN.

7 Δουλείαν] Recte. Nec enim suo Principes, sed reipublicæ & civitatis bono nascuntur, cui propterea noctes atque dies inservire debent. Modo in tribunali esse, modo in senatu, nunc cum civibus, nunc cum exteris & peregrinis agere, confirmare pacem, paulo post deliberare de bello, ne somnum quidem sua voluntate capere, sed omnia tempora inter curam salutis singulorum privatæ, publicæque omnium consumere. Pulchre, & in hanc sententiam Tiberius, quanquam alio proposito. *Dixi & nunc & sæpè alias, bonum & salutarem principem senatui servire debere & universis civibus sæpe, & plerumque etiam singulis.* Suet. *cap.* 29. Adde Senecam in *Consol. ad Polyb. cap.* 26. Et quia tot tantique summo imperio labores, sicut Cotta Consul inquit, apud Sallust. in *fragmentis*, insunt, eidem Tiberio *misera & onerosa servitus* vocatur *cap.* 24. Cui convenit, quod de hoc ipso Antigono memorat Stobæus *serm.* 47. dixisse πρός τινα μακαρίζοντα αὐτὸν γεγονῶν· εἰ ἤδεις, ὦ μῆτερ, ὅσων κακῶν μεστόν ἐστι τυραννὶς τὸ βάθος, ἀνείλες τὸ ἀβίδημα, εἰ καὶ ἀπὸ κορυφῆς κείμενον αὐτὸ ἐθεάσατο. Similis sententia Regis nescio cujus apud Valer. Maxim. *lib.* VII. *cap.* 2. SCHEFF.

8 Πρὸς τὸν παῖδα] Similis fere admonitio Augusti ad Tiberium, apud Sueton. in *Aug. cap.* 51. 6. SCHEFF.

9 Βασιλικὸν, Πολιτικὸν, Τυραννικὸν] Operæ pretium est, ut recte hæc ab se invicem distinguantur, quæ vulgo minus intellecta confunduntur perperam. Etenim Πολιτικὸς in hisce non simpliciter *Civilem*, ut vulgo accipitur & vertitur, sed eum notat, qui vivit, & aliquod gerit munus in Libera prorsus & Democratica Civitate: Βασιλικὸς vero & Βασιλεὺς Legitimum significat Regem Liberæ Civitatis, seu qui secundum Leges Patriæ à volentibus Civibus Rex constitutus, secundum Leges etiam, ut sane debebat, imperat: At Τύραννος & Τυραννικὸς Dominum oppressæ Civitatis, qui imperium habet à vi ortum, idque exercet præter & supra Patrias Populi Leges. Probata hæc dabimus potissimum ex ipso Veteris Politices Auctore, Aristotele, qui in *Polit.* 1. 8. Πολιτικῶς & βασιλικῶς ἄρχειν ita distinguit, ut de Patrefamilias dicat, ᾧ δὲ Γυναικὸς ἄρχει, ᾧ Τέκνων, ὡς Ἐλευθέρων μὲν ἀμφοῖν, οὐ τὸν αὐτὸν δ' τρόπον τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ Γυναικὸς μὲν Πολιτικῶς, Τέκνων δ' Βασιλικῶς, h. e. *Uxorem quidem regit, ut Cives reguntur à Magistratibus Annuis, at Filios, ut Cives à Regibus.* Sed & Tertium ibidem genus Imperii, æque ac hîc Ælianus, duobus illis addit, nempe Δεσποτικὸν ἐπὶ Δούλους, quod convenit natura sua cum Nostri Τυραννικῷ. Priora illa sunt pariter in *Liberos Homines*, Ἐλευθέρους, & Πολιτικὸν quidem in Statu Democratico, qui proprie Πολιτεία dicebatur. Vide Eum ibidem & hoc docentem, sed maxime III. 5. ubi ait, ὅταν τὸ πλῆθος ἀφῇς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον, καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, Πολιτεία: *quando multitudo ita gubernatur, ut commune quæratur bonum, tunc communi Nomine omnium Civitatum appellatur* καθ' ἑαυτὴν Πολιτεία, *Civitas.* Differunt tamen, ut patet ex priore loco, Βασιλικὸν, & Πολιτικὸν, licet utrumque sit æque in Liberos plane Homines, quod illud majore cum Majestate, & discrimine eorum, qui Regunt, & Reguntur, sit conjunctum, quippe quod est Perpetuum, Summum ordine & jure administrationis, denique Unius plerumque sine Collega, atque ideo paulo Severius etiam & majoris Auctoritatis; at Πολιτικὸν ut minori est dignitate, & discrimine, inter τὸ Ἄρχοντα & τὸ Ἀρχόμενον, præditum, quippe quod obtinet is, qui paulo ante fuit, & mox iterum erit, privatus & εἰς τὸ Ἀρχομένων, ita popularius est, & minoris quoque Auctoritatis. Differt porro Βασιλικὸν à Τυραννικῷ apud Græcos Politices Scriptores, non, ut vulgo creditur, in Modo regnandi, sed in Natura simul & Origine ipsius Potestatis, quum illud sit revera Legitimum, seu Legibus & Populo subjectum, à Populo volente ortum, & Populi totius bonum spectans: at Τυραννικὸν supra Leges & Populum, à Vi ortum, Populo invito, nec Populi, sed Suum ipsius bonum palam quærens. Hinc idem Aristot. *Pol.* III. 5. Τῶν Μοναρχιῶν τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον appellat Βασιλείαν, sed πρὸς τὸ συμφέρον τῷ Μοναρχοῦντι, Τυραννίδα. Eandem porro Τυραννίδα alibi, IV. 10. ita opponit τῇ Βασιλείᾳ ἀντίστροφον, ut dicat esse Μοναρχίαν, ἧπις ἀνυπεύθυνος ἄρχει πάντων πρὸς τὸ σφέτερον αὐτῆς συμφέρον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ Ἀρχομένων, διόπερ ἀκέσιος, *quæ rationibus reddendis non obnoxia, regit omnes, ad suum solius commodum, non vero Eorum, qui reguntur, atque idcirco non à voluntate Populi orta.* Contra veræ Βασιλείας exemplum adfert. III. 10. ex Rep. Laconum, quippe quam ait esse Βασιλείαν perfectissimam, seu μάλιστα τὴ κατὰ νόμον, καὶ μὴ κυρίαν πάντων. *Contrarium* ergo in eo situm est, quod *Tyrannis nullas Populo rationes reddat*, at *Regnum, neutiquam omnia habeat in sua Potestate, sed secundum Leges regere debeat.* Vide & Laërt. in *Platone n.* 82. 83. Distinctio hæc clarius etiam liquet ex interitu βασιλειῶν, & transitu ad Τυραννίδας. Nam Βασιλεῖς ait V. 10. fieri Τυράννους, ὅταν εἶναι κύριοι πλείονων ἀξιῶσι, καὶ πρὸς τὸν νόμον. Minime ergo absolutam habebant potestatem tunc *Reges*; sed Legibus circumscriptam, immo evadebant *Tyranni*, si majorem vel *plurium rerum potestatem sibi sumerent, quam Leges illis dederant.* Potuit tamen accidere, ut *Reges* essent & dicerentur, licet potestatem haberent ἀνυπεύθυνον seu Tyrannicam, quando scilicet Legibus Populi firmata erat talis potestas, & Populus volens admittebat tale Imperium, ut faciebant Asiatici, & nunc Europæorum plerique. Et tunc illorum *Regna* dicit Arist. III. 10. habere δύναμιν πρόσφατον τῇ Τυραννικῇ, vel simpliciter Δεσποτικῶ; Posse itaque hoc nomine dici *Tyrannides*, at simul *Regna*, Βασιλείας, quia sint istic πάτριαι, καὶ κατὰ νόμους: vel, ut ait IV. 10. Βασιλείας, ἀφ' ὧν κατὰ νόμον, καὶ ἀφ' ὧν μοναρχεῖν ἐκόντων. Τυραννίδας vero, ἀφ' ὧν Δεσποτικῶς ἄρχειν, καὶ κατ' αὐτῶν γνώμην, *quia summa & absoluta cum potestate, & suo ex arbitrio regnant.* Idem, sed brevius, nec minus tamen diserte, dicit Scholiastes *Thucydidis ad Lib.* I. ubi quum Auctor tradidisset, olim, *ante Tyrannides in quibusdam Græcorum Urbibus exortas*, fuisse Βασιλείας ἐπὶ ἡητοῖς γέρασι, *Regna certis legibus honorum*, subdit hoc dici πρὸς ἀπαλλαγὴν τῶν Τυραννίδων. Ὁ γὰρ Τύραννος νόμῳ κρείττων ἔχει τὴν βούλησιν, h. e. *Libido Tyranni supra Legem est*, atque adeo ejus Potestas absoluta. Idem voluit Corn. Nepos in *Miltiade cap.* 8. *Omnes & habentur & dicuntur Tyranni, qui Potestate sunt perpetua in ea civitate, quæ Libertate usa est*, h. e. quorum *Potestas perpetua* supra Leges & *Libertatem* invaluit. Aliena sunt, quæ istic vocabuli illius exempla adferunt Interpretes, ex quibus id tantum liquet, veros Reges à Poëtis aliquando, non observantibus Politicæ disciplinæ rationem, appellatos *Tyrannos*, quum Emphasis apud Nep. in eo sit, quod Tyrannis tribuatur Civitati, quæ antea *Libertate FUIT usa*, atque ideo *Libertati*

ΚΕΦ.

CAP.

zati sit contraria, cui *Regnum* non est contrarium, Legibus quippe & Populo subjectum. Aliter hæc vulgo accipiunt etiam Nostrorum temporum Politici, sed quorum πρῶτον ψεῦδος est, quod non observent, aut observare nolint, apud Veteres Βασιλείαν, Ἀριστοκρατίαν, & Δημοκρατίαν notare diversos *administrandæ* tantum Reip. modos, nullum summum aut *absolutum jus* in Remp. quod in hisce Legitimis Reip. formis erat penes Populum, nisi ubi tales erant Populi, quales Barbaros quosdam fuisse dicit Aristoteles, qui θηλικότεροι τῶν Ἑλλήνων, ὑπομένουσι τὴ Δεσποτικὴν Ἀρχὴν, οὐδὲν δυσχεραίνοντες. Cæterum hunc Æliani locum pulchre illustrat, quod idem Aristot. ait v. 10. Ἐστι γὰρ σκοπὸς, Τυραννικὸς μὲν, τὸ ἡδὺ, Βασιλικὸς δὲ, τὸ καλόν. *Tyranni spectant, quod sibi jucundum est, at Reges, quod honestum.* PERIZ.

ΚΕΦ. κά.

Περὶ Παυσανίου, Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐρωμένου.

1 Ἀγάθωνος ἦρα τοῦ ποιητοῦ 2 Παυσανίας ὁ ἐκ Κεραμείων. Καὶ τοῦτο

CAP. XXI.

De Pausania, Agathonem poëtam amante.

Agathonem poëtam amabat Pausanias in Ceramico *habitans.* Et

1 Ἀγάθωνος] Meminit horum Maxim. Tyrius *disser.* X. SCHEFF. *Agathonis* honesta mentio fit apud Aristoph. in *Ranis.*

Ηρ. Ἀγάθων δὲ πῦ 'στιν Δι. ἀπαλλαγὼν μ' ἀπέχετω,
ἀγαθὸς ποιητὴς, τοῖς φίλοις ἡδεινὸς τοῖς φίλοις.
Her. *Agathon vero ubi est?* Bac. *hinc abiit me deserens,*
bonus Poëta, desiderandus & suis.

ubi *Scholiastes:* Ἦτος ὁ Ἀγάθων κωμῳδοποιὸς ἦν Σωκράτους διδασκάλου, ἀγαθὸς τὸν τρόπον καὶ τῶν τραπέζων λαμπρὸς. καί φασιν, ὅτι Πλάτωνος Συμποσίου ἐν ἐστιάσει αὐτοῦ γέγραπται, πολλῶν ἅμα φιλοσόφων σὺν αὐτῷ κατακλιθέντων &c. καὶ Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ μέχρι τελευτῆς μετ' ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ, *Hic Agathon Comicus Socrate docente, moribus comis, & mensâ lautus. ajunt etiam Platonis Symposium in ejus convivio scriptum esse, multis cum illo philosophis cœnantibus. Fuit autem apud Archelaum Macedoniæ Regem una cum aliis multis ad mortem usque.* Plato in *Symposio* ait Agathonem πρώτῃ τραγῳδίᾳ, *primâ Tragœdia* vicisse, ut etiam Tragicus fuerit *Agatho.* Nam & αὐτὸς ἀνδρὸς ἐστι κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι ποιεῖν, ut Socrates fortè in gratiam *Agathonis* disputat in *fine Sympos.* de stylo Agathonis infrà quædam. Lucian. in *Rhetor. præceptore.* Sardanapalo & Cinyræ adjungit Ἀγάθωνα, τὸν τὰ τραγῳδίας ἐπιτήδειον ποιητὴν, *amabilem illum Tragicum.* Philostratus *lib.* I. *de Vit. Sophist.* καὶ Ἀγάθων δὲ ὁ τὰ τραγῳδίας ποιητὴς, ὃν ἡ κωμῳδία σοφὸν καὶ καλλιεπῆ οἶδε, πολλαχοῦ τῶν ἰαμβείων γοργιάζει. *Enim verò etiam Agatho, Tragicus, quem Comœdia ut sapientem laudat & elegantem, in Iambis suis sæpe Gorgiæ stylum imitatur.* Interpres *Philostrati* reddidit, *Iambicis* (puto legendum *Iambis*) *plerumque Gorgiacis utitur.* Verum enim vero *Gorgiam* Jambos scripsisse affirmet alius, non ego. Γοργιάζειν potius est, *Gorgiæ* dictionem poëticam, tumentem, & antithetis plenam exprimere, vel studio, vel ad deridendum *Gorgiam*, id quod Plato egregiè præstitit in suo *Gorgia*, adeo, ut Philostrati judicio τῷ Γοργιάζειν ipsum pæne superarit *Gorgiam.* Petavius equidem *notis in Synesium pag.* 81. Γοργιάζειν idem esse Philostrato existimat quod ἑρμηνεύειν, *ornatè & Rhetorice dicere.* Sed alio, quo id probet, exemplo opus est. Hæc obiter. jam ad *Agathonem* redeo: ad eum pertinere Epitaphium Bononiense Gevartius judicat *lib.* III. *Elect. cap.* I. quod ita se habet:

τὸ μὲν ἀμφιτεθρύλληται. Ὃ δὴ μὴ εἰς πάντας πεφοίτηκεν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ. Εἰς 3 Ἀρχελάου ποτὲ ἀφίκοντο, ὅ τε ἐρασὴς καὶ ὁ ἐρώμενος ἅμα. Ἦν δὲ ἄρα ὁ Ἀρχέλαος ἐρωτικὸς, οὐχ ἧττον

Et hoc quidem pervulgatum est. Quod vero non pervenit ad omnes, id Ego exponam. Aliquando venerunt ad Archelaum ambo, cum amator, tum amatus. Archelaus vero amori non minus quam

D. M.
ÆL. LÆLIA CRISPIS, NEC VIR, NEC MVLIER, NEC ANDROGYNA;
NEC PVELLA, NEC IVVENIS, NEC ANVS;
NEC CASTA, NEC MERETRIX, NEC PVDICA, SED OMNIA;
SVBLATA NEQVE FAME, NEQVE FERRO, NEQVE VENENO,
SED OMNIBVS:
NEC COELO, NEC AQVIS, NEC TERRIS,
SED VBIQVE IACET.
LVC. AGATHO PRISCIVS, NEC MARITVS, NEC AMATOR, NEC NECESSARIVS;
NEQVE MOERENS, NEQVE GAVDENS, NEQVE FLENS,
HANC NEC MOLEM, NEC PYRAMIDEN, NEC SEPVLCHRVM,
SED OMNIA,
SCIT ET NESCIT CVI POSVERIT.

hoc inquam Epitaphium laudatus Criticus de Agathone Athenienſi & AMORE explicat, quam bene, judicent alii. KUHN. Epitaphium hoc eruditissimâ dissertatione illustravit Cl. Malvasia, qui clare ostendit, Agathonem decantatæ illius inscriptionis Auctorem, non fuisse Athenienſem, de quo hic agit Ælianus, sed oriundum ex gente, quæ olim circa Bononiam in agro Felsineo floruit.

Ἀγάθωνος] *Agatho* hic Comicus fuit & Tragicus simul Poëta; nam perperam ex Uno Duos fecit diversos Vossius in *Poëtis Græcis.* Florere autem cœpit tempore Euripidis & Sophoclis. Ætatem ejus accuratius per Archontes explicitam vide apud Athenæum *lib.* V. *pag.* 217. & istic Casaubonum. Meminit & Noster ejus *infra* XIII. 4. (ubi vide & Notas) & XIV. 13. cum quo confer Plut. *Sympos.* III. 1. Plura ad hunc locum contulit Doctiss. Kuhnius. PERIZ.

2 Ὁ ἐκ Κεραμείων] Corrige Κεραμέων, auctore Meursio in *de Ceramico cap.* 2. ubi ostendit ita nominatos, qui in Ceramico habitabant. SCHEFF. Imo auctore potius Platone, qui in *Protagora:* παρεκάθηντο αὐτῷ ἐπὶ τοῖς πλησίον κλίναις Παυσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων, καὶ μετὰ Παυσανίου νέος ἔτι μειρακίσκος, ὡς ἐμοὶ ἠγέσθαι, καλόντε κἀγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ' ἐν ἰδέᾳ πάνυ καλός. ἔδοξε ἀκοῦσαι ὄνομα αὐτῷ εἶναι Ἀγάθωνα· καὶ σὸς ἂν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὤν. *assidebant ei in proximis lectis & Pausanias Ceramensis ille, & juxta adolescentulus admodum juvenis, ingenioque, ut ego existimo, probo & eleganti facie certè pulcherrimus. visus sum mihi audire, Agathonem vocari. nec mirarer in deliciis eum Pausaniæ esse.* vid. Hesych. & Suidam in Κεραμεῖς. KUHN. Rectè Meursius, Κεραμέων. Vide Eum in *Ceramico Gem. cap.* 3. Interpretes ad *Natales* perperam retulerunt, vertendo *Cerameis natus*, quod ad *Habitationem* erat referendum. *Pausanias* autem iste fuit ætate æqualis Socrati, & idcirco à Platone inter alias personas cum Socrate inducitur in *Convivium* Agathonis, sicuti apud Xenophontem in *Convivio* Calliæ Socrates Illius sententiam de vi obscœni amoris refutans inducitur. At à Plutarcho *Sympos.* I. *quæst.* I. memoratur inter Eruditos φιλολόγως cum Socrate, Phœdro, Eryximacho, qui & participes *convivii* Agathonici apud Platonem. Nihil tamen scripsisse eum, certe se nulla ejus scripta novisse testatur Athen. *lib.* V. *pag.* 216. PERIZ.

3 Ἀρχελάου] Rex fuit Macedoniæ, Perdiccæ Filius, ex Ancilla Patrui sui Alcetæ natus, quem tamen Alcetam cum Filio, sibi æmulum metuens, occidit. Vide Platonem *Gorgia.* Regnavit VII. annos, extremo tempore Darii Nothi, & primo Artaxerxis Mnemonis, XL. annis ante Regnum Philippi, qui pater Alexandri M. φιλόμουσον ait Noster, quia coluit Poëtas, veluti hunc *Agathonem* & Euripidem. Vide ejus Apophthegmata apud Plutarch. in *Apophth.* & Gellium XV. 20. Sed & confer Senecam *de Benefic.* V. 6. & Notas *infra ad* VIII. 9. XIII. 4. XIV. 17. IDEM.

ἄτλον, ἢ ᾗ Φιλόμουσος. Ἐπεὶ τοίνυν ἐώρα διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους τόν τε Παυσανίαν ᾗ τὸν Ἀγάθωνα πολλάκις, οἰόμενος τὴν ἐραστὴν ὑπὸ τῶν παιδικῶν παροξύνθαι, ἤρετο ἄρα τὸν Ἀγάθωνα ὁ Ἀρχέλαος, τί βουλόμενος οὕτω πυκνὰ ἀπεχθάνεται τῷ πάντων μάλιστα φιλοῦντι αὐτόν; ὁ δὲ, ἐγώ σοι, ἔφη, φράσω, βασιλεῦ. Οὔτε γὰρ εἰμὶ πρὸς αὐτὸν δύσκολος, οὔτε ἀγροικίᾳ πράττω τοῦτο. Εἰ δέ τι ᾗ ἐγὼ ἠθῶν ἐπαΐω τῇ τε ἄλλῃ, ᾗ ἐκ ποιητικῆς, [4] ἥδιστον θύσκω εἶναι τοῖς ἐρῶσι πρὸς τὰ παιδικὰ ἐκ διαφορᾶς καταλλάττεσθαι. Καὶ πεπίστευκα, οὐδὲν αὐτοῖς οὕτως ἀπαντᾷν τερπνόν. Τούτου γοῦν ᾗ ἥδεται πολλάκις αὐτῷ μεταδίδωμι, ἐρίζων πρὸς αὐτὸν πλεονάκις. Εὐφραίνεται γὰρ καταλυομένου μου τὴν πρὸς αὐτὸν ἔριν συνεχῶς. Ὁμαλῶς δὲ ᾗ συνήθως [5] προσιόντος, οὐκ εἴσεται τὴν [6] διαφορότητα. Ἐπήνεσε ταῦτα ὁ Ἀρχέλαος, ὡς λόγος. Ἦρα δέ, φασι, ᾗ αὐτοῦ Ἀγάθωνος τούτου ᾗ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς, ᾗ τὸν [7] Χρύσιππον τὸ δρᾶμα αὐτῷ χαριζόμενος λέγεται διαφροντίσαι. Καὶ εἰ μὲν σαφὲς τοῦτο, ἀποφήνασθαι οὐκ οἶδα, λεγόμενον δ' οὖν αὐτὸ οἶδα ἐν τοῖς μάλιστα.

quam literis erat deditus. Quum igitur videret crebro altercantes inter se Pausaniam & Agathonem, arbitratus amatorem ab amasio sperni, interrogavit Agathonem Archelaus. Quid sibi vellet, quod ita frequenter jurgaretur cum eo, à quo omnium maxime amaretur? At ille: Ego Tibi, inquit ô rex. id exponam. Neque enim sum morosior adversus ipsum, neque rusticitate quadam id facio. Sed si quid & ego de moribus intelligo, tum aliunde, tum ex arte poëtica, jucundissimum amantibus esse reperio, si ex jurgio cum amasiis in gratiam redeant. Et ita mihi persuasi, nihil illis adeo delectabile accidere. Hujus ergo voluptatis persæpe eum participem facio, frequenter cum eo contendens. Gaudium enim capit continuo, quoties contentionem cum eo dimitto. Si vero æqualiter & consueto more cum eo semper agerem, nesciret diversitatem. Laudavit hæc Archelaus, ut ferunt. Amavit eundem hunc Agathonem etiam Euripides poëta, & drama Chrysippum in ejus gratiam elaborasse dicitur. Id vero an certum sit, non possum affirmare, hoc autem scio, frequentissime dici.

4 Ἥδιστον θύσκω] Terent. *Andr. Amantium iræ amoris redintegratio est.* Publ. Syrus: *Discordia fit carior concordia.* lege Plauti *Amphitr. Sc.* 2. *Act.* III. & quod de *Mecænate* tradit Seneca *de Prov.* illum *quotidiana repudia deflevisse*, & alibi, *millies unam uxorem duxisse*, quod pertinet ad *L.* 64. *D. de Donat. inter Vir. & Ux.* vide Fab. *decl.* 321. Erasm. *Chil. Amantium iræ.* & Symm. *lib.* I. *Ep.* 31. Ovid. I. *Amor. Eleg.* 6. Rationem vide apud Nic. Leonis Thomæum in *quæst. amatoriis cap.* 13. Hæc Codex Bigotianus. SCHEFF. Hujusmodi fribusculum amoris eleganter Heliodorus vocat διάκρουσμα ἐρωτικὸν, ᾗ ἀκμαῖον. Terent. in *Eunuch. in amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ, suspiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum.* Sunt etiam, qui διαπαλάσεις appellant. Symmachus *lib.* I. *epist.* 73. *expostulationem* vocat *sine labe concordiæ.* ubi vide notata Iureto, & adde Petrum Victorium *lib.* IV. *Var. Lect. cap.* 14. Stobæus *Serm.* 184. ex Democrito ait; ἡδίκλω μέμφιν ἡ ἀγαπωμένη λύει, *amatorium jurgium ipsa, quæ amatur, diluit.* Plutarch. in *Amatorio: ut sol post nubila dulcior emicat: ita amor ex ira & zelotypia in gratiam redeunte adamato, jucundior & acrior efflorescit.* Apulejus hoc amoris ingenium in animo habuit, cum *biles Venereas lib.* V. *Metam.* i. e. levis & facile exarmandas dixit, & Matthæus Vindocinensis, in *Thobia* canens, non adeo malè pro suo tempore:

Consonat antithesis in amore, scientia nescit,
Ira jocatur, honor sordet, abundat egens.
Probra probant, reprobat laus, desperatio sperat,
Spes metuit, prosunt noxia, lucra nocent.
Anxietas in Amore sapit, dulcescit amarum,
Vernat hyems, sudant frigora, morbus alit.

vid. & Aristænetum *ep.* 4. & 15. *lib.* I. Euripidem ipsum *Troadibus v.* 660. & Propert. *lib.* III. *Eleg.* 7. quibus Codex Konigianus addit *Loensem pag.* 271. Magirum *pag.* 126. & 164. Weitzium *in Terent. pag.* 77. Germani dicunt: Der Buhler Zorn / der Bulschafft Sporn. itidem ex notis Konigianis *in h. l.* KUHN.

7 Χρύ-

ΚΕΦ.

5 Προσιόντος] Notat *accedere ad aliquem*, idque sæpius facere, & sic *familiariter cum aliquo vivere.* Sic *supra cap.* 13. de Discipulis, τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα, ᾗ τὰς προσιούσας αὐτῷ ἐδίδασκε. Hes. Ἔργ. 353.

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, ᾗ τ' προσιόντα προσεῖναι,

h. e. *Amantem te amare, & familiariter cum eo vivere, qui ita tecum vivit.* Diod. Sic. *lib.* III. *pag.* 186. de Mulieribus, quæ dicuntur post militiam προσιέναι τοῖς ἀνδράσι παιδοποιΐας ἕνεκα, *jungere se viris, ut generent liberos.* PERIZ.

6 Διαφορότητα] Suidas, Διαφορότης, ἡ διαφορὰ παρ' Αἰλιανῷ. Eadem vox occurrit *lib.* I. *de Nat. Anim. cap.* 12. ᾗ τῆς μὲν κατ' αὐτὰς (κεφάλας) ἀλώσεως διαφορότης ἐστίν. & *lib.* VII. *cap.* 9. διαφορότης τῆς τροφῆς.

7 Χρύσιππον] Ex hoc dramate Cl. Alexandr. *lib.* 6. *Stromat.* & Stobæus *Serm.* 64. & 93. quædam adducunt. argumentum hujus dramatis amatorium fuisse ex *lib.* XIII. *cap.* 5. colligere licet. KONIGIUS. vid. *supra lib.* XIII. *cap.* 5. KUHN.

Χρύσιππον] Pelopis hic fuit Filius, quem amans rapuit Lajus Thebarum Regulus, sed tunc Exul, & Hospes apud Pelopem. Vide Apollodorum, & Nostrum *infra* XIII. 5. De Euripide Agathonem amante *ibid cap.* 4. Ad hoc autem *Drama Euripidis* respexit Noster *Hist. Animal.* VI. 15. Λέγεται δ' ἐπὶ Χρυσίππῳ, ὦ καλὲ Εὐριπίδη, τότε ἐκ ἔδρασε, καὶ τοι τὰ τῶ ἀρρένων ἔρωτος, ὡς λέγεις αὐτὸς, ᾗ ἡ φήμη διδάσκει, Ἑλλήνων πρώτης ἄρξας. PERIZ.

ΚΕΦ. κβ'.

Οτι ἐυνομώτατοι Μαντινεῖς.

Ἐυνομωτάτους γενέσθαι καὶ Μαντινέας ἀκούω, οὐδὲν ἧττον [2] Λοκρῶν, οὐδὲ Κρητῶν, οὐδὲ Λακεδαιμονίων αὐτῶν, οὐδ' Ἀθηναίων. Σεμνὸν γάρ τι χρῆμα ἡ τὸ Σόλωνος ἐγένετο, εἰ μὴ ταῦτα Ἀθηναῖοι [3] κατὰ μικρὸν [4] τὰ

1 Ἐυνομωτάτους] Mallem εὐνομωλάτους, videturque sic in suo reperisse Vultejus, quia vertit *justissimis legibus*. aliud enim significat lectio vulgata. SCHEFF. vid. Eustath *in Odyss. pag.* 689. Barth. *Adversar. pag.* 1524. KONIGIUS.

Ἐυνομωτάτους] Sic MSti. Quæ lectio si proba, tum sensus erit, *legibus multis fuisse instructos*, vel *secundum leges maxime vixisse, etiam Mantinenses*. Sed minime repugnem hic Scheffero, legenti Ἐυνομωτάτους, maxime, quia memorat Auctor potissimum populos hoc ipso celebres, quod *pulchras & egregias leges haberent*, immo ea unice de causa Solonem, dicit σεμνὸν fuisse χρῆμα. Quin ita prorsus & Plato *lib.* I. *de Leg. pag.* 638. Λοκρὲς, οἱ δὴ δοκοῦσιν ἐυνομώτατοι τῶν ἐκεῖ ἐκείνου τὸν τόπον γενέσθαι. Sed & ἐυνομεῖσθαι dicuntur Civitates, quæ *egregiis legibus reguntur*. Dionys. Halic. *lib.* IV. Καὶ διὰ τοῦτο τὸ χρῆμα τῆ πολιτεύματι Λακεδαιμονίοις ἁπάντων μάλιστα τῶν Ἑλλήνων ἐυνομεῖσθαί τε καὶ ἐυδαιμονεῖν. Strabo *lib.* VI. ἐυνομεῖσθαι δὲ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἀπλῶς κειμένοις. Sed diserte prorsus Laërtius in *Platone n.* 103. Ἐυνομία διαιρεῖται εἰς τρία, ἓν μὲν, ἐὰν ὦσιν οἱ νόμοι σπουδαῖοι, Ἐυνομίαν φαμὲν εἶναι· ἕτερον δὲ, ἐὰν τοῖς κειμένοις νόμοις ἐμμένωσιν οἱ πολῖται, καὶ τοῦτο φαμὲν Ἐυνομίαν εἶναι· Τρίτον δὲ, ἐὰν μὴ ὄντων τῶν νόμων, κατὰ ἔθη καὶ ἐπιτηδεύματα χρηστῶς πολιτεύωνται, καὶ τοῦτο Ἐυνομίαν προσαγορεύομεν. Liquet sic satis proprius & usitatus hujus vocabuli istoc sensu usus. *Mantinensium* vero illorum Democratiam laudat etiam Aristot. *Polit.* VI. 4. PERIZ.

CAP. XXII.

Quod justissimi Mantinenses.

Justissimis legibus usos etiam Mantinenses audio, non minus quam Locros, & Cretenses, & Lacedæmonios ipsos atque Athenienses. Nam venerabile quid fuit etiam ille Solon, quanquam postea Athenienses sensim

2 Λοκρῶν] Qui *Epizephyrii* dicuntur, coloni Locrorum, qui in sinu Crissæo habitant, & *Ozolæ* vocantur. πρῶτοι δὲ νόμοις ἐγγράπτοις χρήσασθαι πεπιστεύμενοι εἰσὶ, *primos autem legibus scriptis usos esse, creditum est*, quas ex Cretarum, Laconum, & Areopagitarum legibus Zaleucus compilavit, ut Strabo *lib.* VI. *Geograph.* tradit ex Ephoro Historico *pag.* 179. KUHN.

Λοκρῶν] Intelligit *Locros Epizephyrios* in Italia è regione Siciliæ sitos, quorum legislator fuit Zaleucus. Confer *cap.* 37. *infra*, & adde Pausan. in *Eliacis B. pag.* 183. ubi ait, ὁκ ἔστι δὲ ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν, οἱ χώραν τὴν ἐπὶς τῷ ζεφυρίῳ, τῇ ἄκρᾳ, νέμονται, *ex Locris Italiæ, qui regionem ad Zephyrium promontorium incolunt.* De Legibus eorum vide Strabon. *lib.* VI. *pag.* 259. 260. & quæ modo ex Platone attuli. PERIZ.

3 Κατὰ μικρὸν] MSS. B. & C. κατὰ μικρὸ. SCHEFF.

Κατὰ μικρὸν] Sic & Sluisk. Codex. At Lugd. conspirat cum duobus Regiis, qui referente Scheffero & Boivinio habent κατὰ μικρὸ. Sed minus recte. Simili forma Noster *Hist. Anim.* VI. 15. ὁ μὴ μακρὸν. Neque tamen rejiculum, aut inusitatum est illud alterum. Nam ita ipse Auctor *infra* XI. 4. Κατὰ μικρὸ ὑποῤῥεύσῶν αὐτῷ τῶν τειχῶν. Hic tamen quia vulgatum tuetur Sluisk. cum quo conspirare solent, unus minimum ex Regiis, & uterque Mediceus, nihil est mutandum. PERIZ.

3 τῶν

ἀ τῶ νόμων † τινὰς τῶ ἐξ αὐτοῦ γραφέντων αὐτοῖς, [5] διέφθαρν.

† τινὰς τῶν ὑπ' αὐτῦ γεγραφένων.

4 Τῶν νόμων τινὰ] MS. A. τῶν νόμων τινὰς, quod voluit Gesnerus, qui & in sequentibus scribit, τῶν ὑπ' αὐτῦ γεγραφέντων, quale quid in suo codice reperisse etiam Vultejus videtur. SCHEFF. Simplicius legeris. τινὰς τῶν αὐτῦ γεγραφένων, *quasdam ab eo scriptas.* KUHN.

Τῶν νόμων τινὰ τῶν ἐξ αὐτῶν γεγραφέντων] Ferri hæc nequeunt, & idcirco jam olim à Gesnero tentata in hunc modum, τινὰς τῶν ὑπ' αὐτῦ γεγραφέντων. Recte omnino: nisi quod nullo prorsus jure mutavit & sustulit illud ἐξ, quod proinde etiam Doctiss. Kuhnius retinendum censuit. Et ita habuimus jam I. 22. Δῶρα τὰ ὐκ βασιλέως διδόμενα. Sed & passim ita. Cætera vero ne dubites recte à Gesnero emendata, diserte ea totidem literis exhibent Codex Sluisk. Et Regius 2083. & 3132. nisi quod in hocce ex τινὰς sublato sigma, factum

ΚΕΦ. κγ'.

Οτι Νικόδωρος πύκτης ὢν, καὶ νομοθέτης ἐγένετο.

[1] Νικόδωρος δὴ ὁ πύκτης ἐν τοῖς εὐδοκιμωτάτοις Μαντινέων γενόμενος, ἀλλὰ ὀψὲ τῆ ἡλικίας, καὶ μὴ τὴν ἄθλησιν, [2] καὶ νομοθέτης αὐτοῖς ἐγένετο, [3] μακρῷ τοῦτο ἄμεινον πολι-

1 Νικόδωρος] Non dubito conjuncta primo hæc fuisse antecedentibus, divisa postea ab eo, qui argumenta capitibus præposuit. Eadem deinde Fabri sententia fuit. SCHEFF. Caput hoc à superiori perperam divulsum, vere monuit Tanaq. Faber. Quæ enim istic dicta sunt, præfationi cujusdam instar nos ducunt ad hanc narrationem de *Nicodoro*, qui *Mantinensibus* leges circa tempus Artaxerxis Mnemonis condidit. PERIZ. Hoc caput cum præcedenti olim conjunctum fuisse, apparet ex Eustathio *ad Homerum* Υ. *Odyss.* 173. ubi,

sensim legum, quæ ab illo sibi scriptæ fuerant, quasdam sustulerunt.

dein sit τινὰ. Γεγραφέντων etiam Lugd. & Regius 3064. præferunt, qui in reliquis Vulgatæ favent. Sluiskiano Codici & Gesnero adsentiuntur Mediol. & Medicei, nisi quod hi καὶ interponunt post τινὰς. Male. PERIZ.

5 Διέφθειραν] Hoc imprimis factum per quendam Nicomachum, ut Meursius *Tract. de Solone cap.* 24 ex Lysiæ *oratione* ostendit. KONIGIUS. Scilicet Athenienssium civitas ἐψηφίσατο μὲν ἅπασιν τοῖς δέουσι, καὶ νόμους εἶχε σπουδαίους, ἐχρῆτο δὲ οὐδενὶ, ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν. ἡ πόλις ἐβούλετ', ἢ νόμων οὐδὲν μέλει. quæ verba Aristot. *lib.* VII. *de Mor.* aut Athenienses perstringunt, aut in eos bene quadrant. Cæterum, an leges sæpius abrogandæ sint, disputat idem Philosophus *lib.* II. *cap.* 8. *Polit.* KUHN.

CAP. XXIII.

Quod Nicodorus pugil factus est legislator.

Nicodorus autem pugil inter laudatissimos Mantinensium existens, extremo ætatis suæ tempore, & exacta pugilatione, etiam legislator eis extitit, longe utiliorem se patriæ

postquam pleraque capitis præc. descripsisset, addit. ὡς ὃ καὶ δίκης φύλακες οἱ Κρῆτες, δηλοῖ ὁ γράψας, ὅτι εὐνομώτατοι οἱ Μαντινῆς ἐδέν ἧττον Λοκρῶν, οὐδὲ Κρητῶν, οὐδὲ Λακεδαιμονίων ἐδ' Ἀθηναίων, ὧν Σόλων νομοθέτης, ὡς Νικόδωρος Μαντινέων.

2 Καὶ νομοθέτης] Particula καὶ abest a MS. Mediceo, & Sluiskiano.

3 Μακρῷ τοῦτο ἄμεινον πολιτευσάμενος] Lege τοῦτο. Hoc caput cum superiori idem est. FABER.

Μακρῷ τοῦτο ἄμ.] Etiam hic recte vidit

λιτευτάμενος τῇ πατρίδι 4 τ κηρυγμάτων τ ἐν τοις ἀγῶσι. Φασὶ γ αὐτῷ 5 Διαγόραν τ Μήλιον συνθεῖναι τοὺς νόμους ἐραστὴν γενόμενον. Εἰχόν τι ἂν περαιτέρω ὑπὲρ Νικοδώρου εἰπεῖν· ὡς δ' ἂν μὴ δοκοίην γ τ ἔπαινον τ τ Διαγόρου προσπαραλαμβάνειν, 6 εἰς τοσοῦτον διηνύσθω τὰ τοῦ λόγου. 7 Θεοῖς γὰρ ἐχθρὸς Διαγόρας, γ οὔ μοι ἥδιον, ἐπὶ πλεῖστον μεμνῆσθαι αὐτοῦ.

triæ, hac in re præstans, quam eo, quod publice victor in stadiis *antea* renunciabatur. Ajunt tamen Diagoram Melium, à quo amabatur, ei composuisse leges. Haberem aliquid amplius de Nicodoro dicere: sed ne videar simul laudare Diagoram, hucusque rem reddidisse. Cæteroqui notandum, Athletas olim post certamina & palmas, ætate in senium devexâ, ad capessendam rempublicam sæpe accessisse. de Gorgo Messenio Suidas tradit, eum ab athletico pulvere se traduxisse ad bonum publicum patriæ, πραγματικώτατον καὶ πολιτικώτατον εἶναι νομιζόμενον περὶ τὰ πολιτεύματα. vide eum in Γοργός, ex Polybio in *excerpt. de Virtut. & Vit.* vid. *Indic.* in Κηνσόρτα. KUHN.

Faber legendum τοῦτο. Nam id postulat sensus, & palam probant Sluisk. Codex, & Regius 2083. Syntaxis etiam est usitata. *Infra* VII. 14. Πολλὰ γ καὶ Ζήνων ὑπὲρ Ἀθηναίων ἐπολιτεύσατο πρὸς Ἀντίγονον. Lugd. & Reg. 3064. legunt τούτῳ πολιτευσαμένῳ: ex quo liquet, ut error errorem parere alium soleat. PERIZ.

4 Κηρυγμάτων] Pugilum robur, palmæ, præconia Sapientioribus videntur parum bono publico prodesse. Isocr. in *Panegyr.* τ ἀθλητ δὶς τοσαύτῳ ῥώμῳ λαβόντων, ἐδὲν ἂν πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις, *athletis duplo majus robur nactis nullus inde ad alios fructus recidit.* Euripides in *Autolyco.*

Τί γὰρ παλαίσας δῦ, ἢ σὺ ἀκύπους ἀνὴρ,
Ἢ δίσκον ἄρας, ἢ γνάθον πέσας κακῶς,
Πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσε λαβών;
Quid bene luctatus, quid pedibus valens,
Aut jaciens discum, aut os qui obtudit bene,
Coronam nactus urbi contulit patriæ?

Xenophanes apud Athenæum *lib.* X. ἐ πιώσειν, inquit, ταῦτα μυχοὺς πόλεως, *non inde urbis interiora pingueſcunt.* Laertius in *Solone.* ἀθλητὰ καὶ ἀσκέμενοι πολυδάπανοι, γ νικῶντες ἐπιζήμιοι, γ σφανῦνται κ τ πατρίδ μᾶλλον, ἢ κ τ ἀντιγωνιστῶν &c. *Athletæ &, dum exercentur, sumtus faciunt ingentes, & dum vincunt, nocent, magisque in fraudem patriæ, quam adversariorum coronantur.* vide quoque in Galeni operibus *Protrepticon ad artes.* Eodem modo Auctor fatetur, Nicodorum suis præconiis patriam nec meliorem nec amplio-

Τῶν κηρυγμάτων] Nescio, qui factum, ut tam perverse hæc acceperit Schefferus, qui in Indice suo verti ea voluit, *quam si in stadiis aliqua præcepisset.* Sed castigavit jam hunc illius errorem Doctiss. Kuhnius. Κηρύγμασι illa, erant *renunciationes* victoriæ, quæ glorioſissimæ fuerunt apud Græcos, non tantum ipsius Victoribus, sed & Patriæ eorum, quæ ideo reduces illos magna cum festivitate excipiebat. Corn. Nepos in *præfat. Magnis in laudibus tota fuit Græcia victorem Olympiæ citari.* Hinc Plutarch. in *Solone* κήρυγμα hujusmodi jungit cum στέφανῳ. PERIZ.

5 Διαγόραν τ Μήλιον] Cognominatus ita est *Diagoras* hic ab Insula *Melo*, unâ ex Cycladibus maris Ægæi; qua captâ venit Athenas, sed inde accusatus ἀθεότητι fugit, talento ab Athenienſibus proposito, si quis eum occideret, duobus vero, si quis vivum Athenas retraheret. Vide Suidam. & Ciceronem *de Nat. Deor.* III. 38. Adde, quæ Doctiss. Kuhnius de eo collegit *infra ad cap.* 31. Occurrit etiam in Edd. Valerii Maximi I. I. *ext.* 7. sed certissimo errore. Nam locutus est istic Valerius de *Protagora*, ut ostendemus aliquando ad illum Auctorem. PERIZ.

6 Εἰς τοσοῦτον διηνύσθω τὰ τ λόγου] h. e. *hucusque enarrata sit hæc Historia* scil. Nicodori, Διανύειν & Διανύτειν notat *perficere*, *absolvere* *solvere aliquid.* *Actor.* XXI. 7. ἡμεῖς γ τ πλοῦν διανύσαντες. IDEM.

7 Θεοῖς γὰρ ἐχθρὸς] Vide *infr. cap.* 31. *hujus libri.* SCHEFF.

ΚΕΦ. κδ'.

Ὅτι ὁ Μίλων τὸ σῶμα ἰσχυρὸς ἦν, τὴν γ ψυχὴν οὐκ ἀνδρεῖος.

CAP. XXIV.

Quod Milo corpore quidem erat robustus, animo vero non fortis.

Ἤδη τινὲς τὴν 1 Μίλωνος τοῦ Κροτωνιάτου περιφερομένην ῥώμην 2 ἐξέβαλον, τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντες. Μίλωνος τούτου τὴν 3 ῥοιὰν, ἣν ἐν τῇ χειρὶ κατεῖχεν, οὐδεὶς τ ἀντιπάλων ἐλεῖν ἐδύνατο· ἡ γ 4 ἐρωμένη αὐτοῦ, ῥᾳστα αὐτὴν ἐξῆρεν, φιλονεικοῦσα πρὸς αὐτὸν πολλάκις. Ἐκ δὴ τούτου νοεῖν ἔστι, ὅτι ὁ Μίλων ἰσχυρὸς τὸ σῶμα ἦν, τὴν γ ψυχὴν οὐκ ἀνδρεῖος.

Aliqui robur Milonis Crotoniatæ, multorum sermonibus celebratum, exploserunt, talia de eo prædicantes. Miloni nemo adversariorum malum Punicum, quod manu tenebat, eripere potuit. At Amica ejus nullo negotio eximebat, sæpe cum eo contendens. Ex quo sane intelligere licet, Milonem corpore quidem robu-

1 Μίλωνος τ Κροτ.] Nobilissimus hic Athleta fuit, qui sæpius Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicit. Sicuti autem hic nullus adversariorum potuisse dicitur ejus Manibus extorquere Malum, sic Basilius Mag. *Homil. de utilitate ex Græcis*, ait, neque depelli cum ex scuto, probe licet uncto, potuisse. Vixit tempore Darii Hystaspidæ: Discipulus fuit Pythagoræ, & Dux Crotoniatarum contra Sybaritas, quo bello Sybaris deleta est. Vide Diod. Sic. *lib.* XII. *pag.* 77. Mortem illius habes apud Gellium XV. 16. & Alios. Ceterum pro Ἤδη τινὲς malim ἢ δή τινες, h. e. *sane vero.* Nam ἤδη plane in *initio Capitis*, ita ex abrupto, vix locum habet, nisi tanquam ex ἢ δὴ compositum consideretur, & rem ideo significet. Certe Noster etiam in *Hist. Anim.* X. 28. ait, sed in medio Capitis & alio sensu, quam hic: Ἤδη γ αὐτῶν τινες, h. e. *Jam vero quidam illorum, vel insuper vero.* PERIZ.

2 Ἐξέβαλον] h. e. *exploserunt*, *rejecerunt.* Ratio locutionis inde orta, quod quæ inutilia judicantur, ejiciuntur foras. Hinc passim in S. Script. ἐκβάλλειν ἔξω: sed & de infante expositio & abjecto, Anton. Lib. *Fab.* 30. Τοῦτον ἐξέβαλλεν εἰς τὸ ὄλλο Denique de Histrionibus in theatro, qui non placent, & ideo exploduntur, *infra* XIII. 17. ὑποκεκριμένῳ Φρυνίχῳ & Τραγικῷ τὸ Μιλήτῳ ἄλωσιν, οἱ Ἀθηναῖοι ἐξέβαλον. ubi vide Cl. Kuhnium. PERIZ.

3 Ῥοιὰν] Adde Nostrum *lib.* VI. *Histor. Anim. cap.* 55. Plinium *lib.* VII. *cap.* 20. Pau-

ἰσχυρὸς μὲν τὸ σῶμα ἦν, ἀνδρεῖος δὲ τὴν ψυχὴν οὐκ ἦν.

Pausan. *Eliacis poster.* SCHEFF. Philostr. *lib.* IV. *c.* 9. *V. A.* quibus adde ex codice Konigiano Ammianum *lib.* XXX. *cap.* 14. Ælian.

bustum, animo tamen effeminatum extitisse.

H. A. pag. 383. Pausan. *p.* 163. KUHN.

4 Ἐφωδρὴν αὐτῇ] Simile exemplum *infra lib.* XII. *cap.* 58. SCHEFF.

ΚΕΦ. κέ.

Ὅτι ἡ ἕκτη τοῦ Θαργηλιῶνος δεξιὰ τοῖς Ἕλλησιν.

CAP. XXV.

Quod sexta Thargelionis Græcis fuerit auspicata.

Τὴν ἕκτην τοῦ μηνὸς [1] τοῦ Θαργηλιῶνος πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἰτίαν γενέσθαι λέγουσιν, οὐ μόνον τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις πολλοῖς· αὐτίκα γοῦν [2] Σωκράτης ἐν ταύτῃ ἐγένετο· καὶ [3] Πέρσαι δὲ ἡττήθησαν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ· καὶ Ἀθηναῖοι ὑπὲρ τῇ [4] Ἀγροτέρᾳ ἀποθύουσι τὰς χιμαίρας τὰς

Sextam diem mensis Thargelionis multa & bona, non solum Athenienſibus, verum etiam multis aliis attuliſſe ferunt. Ne longe abeam, ea die Socrates in lucem prodiit: & Perſæ hoc die victi ſunt: & Athenienſes Agroteræ trecentas illas capellas immolant, facientes id ex voto Miltiadis.

1 Τῆ Θαργηλιῶνος] *Thargelionis*, quem alii Februarium interpretantur, alii Majum. Cælius IX. 55. Ego cum Gyraldo ſenſerim convenire eum plerumque Aprili noſtro. GESNER. Idem Plutarchus in *Camillo* non tantum de unica die, verum menſe integro affirmat, exempliſque probare conatur. Porro rationes, quare hoc vel illud tempus rebus gerendis ſit accommodatius, Mathematici citius quam ego dixerim, quibus omnia ad ortus ſyderum & occaſus referre mos eſt. Ovidius *Faſt.* I. ſolum eventum tradit.

Nonarum (inquit) *tutela deo caret, omnibus iſtis*
(Ne fallare cave) proximus ater erit.
Omen ab eventu eſt: illis nam Roma diebus
Marte ſub adverſo triſtia damna tulit.

Adde Gelllium *lib.* V. *cap.* 16. SCHEFF. Et Ed. Nihuſ. *lib.* II. *Fatidic. cap.* 32. KONIGIUS.

Τῇ Θαργηλιῶνος] Male prorſus vertebatur per *Februarium*: Cui quidem reſpondet Θαργηλιὼν in Tabula, Menſes variorum Populorum exhibente, quam in MSto quodam Ptolemæi invenit Seldenus. Sed, præterquam quod à *Februario* alienum fuit apud Veteres Tempus pugnarum Navalium, quæ tamen duæ hic *Thargelioni* adſcribuntur, illæ *ad Artemiſium* & *Mycalen*; jamdudum eſt ſatis ſuperque declaratum à Viris Doctiſſimis Scaligero, Stephano, Petavio, Marshamo, Θαργηλιῶνα Atticorum convenire cum *Majo* potiſſimum. Res clara eſt ex Plinio *Nat. Hiſt.* IX. 51. ubi ait, *plurimi piſcium tribus menſibus Aprili, Majo & Junio* ſc. pariunt. Ea autem, ut pleraque iſtius Capitis, ex Ariſtotelis *libro* V. *Hiſt. An.* hauſit. Ille vero *cap.* II. ſeu §. 79. ita hos menſes nominarat, ut Θαργηλιὼν *Majo* reſpondeat Plinii. Τίκτουσι δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων ἐν τρισὶ μησὶ, Μυνυχιῶνι, Θαργηλιῶνι, Σκιροφοριῶνι. Et Dionyſ. Hal. *lib.* I. ubi is *Trojæ captæ diem* affirmat fuiſſe ὀγδόην φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, h. e. *diem iſtius menſis* XXIII. & porro ἑπταικαίδεκα ὕστερον ἡμέρας τῆς θερινῆς τροπῆς, *ſeptendecim diebus ante ſolſtitium æſtivum*, poſt quod XX. ergo dies ſupererant tunc Anno, & ultimo ejus Menſi. Ita vero Menſis Θαργηλιὼν iſto certe anno infra Aprilem ab ipſo initio dejectus fuiſſe debuit. Nam quia Anni ratio per Intercalationes paululum identidem variabat, hinc factum, ut non eodem modo,

do, omnibus Annis, Græci vel Attici menſes reſponderent Romanis, neque vero longum nimis aberrarent, ſed ita tamen, ut hac de cauſa unus Menſis Atticorum diverſis, ſed ſibi invicem proximis, Romanorum comparetur à Scriptoribus, veluti *Poſideon* à Suida *Decembri*, at *Januario* à Plutarcho in *Cæſare*. PERIZ.

2 Σωκράτης ἐν ταύτῃ ἐγένετο] Rectè. Ita enim etiam Diogenes Laërt. *lib.* II. Naſcitur, (inquit) Socrates, ut Apollodorus ait in *Chronicis*, ſub Apſephione (leg. *Aphepſione*) 77. Olympiad. anno quarto, Thargelionis menſis ſexto, quo die luſtrant Athenienſes civitatem, Dianamque natam Delii dicunt. Plutarchus quoque *lib.* VIII. *Sympoſ.* ſexta die menſis Thargelionis Socratis natalem à ſe celebratum eſſe, memorat. Hæc σύμμικτα *Konigiana*. Cæterum videtur hoc loco Apollodori vacillaſſe memoria, dum *Aphepſionem* Archonta facit Olympiad. 77. anno quarto, cum tamen ille intervallo duodecim annorum ab illo anno abſit. *Aphepſion* enim, ſub quo nonnulli natum volunt Socratem, Archon fuit Olymp. ſeptuageſimæ quartæ anno ultimo. Unde apparet, Apollodorum duas opiniones de Socratis nativitate, quarum altera ſub *Aphepſione*, altera vero ſub *Phædone*, qui ſummum Athenis magiſtratum geſſit Olymp. 77. anno quarto, natum perhibet philoſophum, in unum confudiſſe κυκεῶνα. Meurſius quidem mutilum vult eſſe hunc Laertii locum, cum Auctor utriuſque de Socratis nativitate opinionis mentionem vellet facere. Ea propter ita reſtaurat deperdita: ἐπὶ Ἀφεψίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆ ἑβδομηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος. ἢ, ὡ. ἄλλοι ἐπὶ Φαίδωνος ἐν τῷ τ. ε. τ. ε. ι. ο. hæc ille in *Archontibus*. Verum enim verò, ne nimis ſtrenuum hoc ſit remedium, quo Meurſius utitur, valde vereor. Ego malim hunc Laërtii locum ad χρονικὰ ἀγωνίσματα *Caſtoris* pertinere, quam tot verbis ſine ullo fundamento textum ruentem fulcire. KUHN.

3 Πέρσαι] Pugna navali ad Artemiſium Eubœæ promontorium commiſſa, ubi Eurybiades, conſilio Themiſtoclis, cum diperſa adhuc & incompoſita Perſarum claſſe conflixit, plurimasque ipſorum naves demerſit. Ita patet ex ſequentibus cum ait: τῷ αὐτέραν ἥβαν αὐτῶν, ἧς ἐμνήσθην, τῷ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ γεγενέναι. Cæterum de pugna ipſa vide Diodor. Sicul. *lib.* XI. SCHEFF.

4 Ἀγροτέρᾳ] Hoc eſt Dianæ. Vocabatur hoc cognomento propter ἄγραν regionem, in qua primum venationes inſtituiſſe dicitur: Pauſanias. Heſychius: Ἀγροτέραν, ὀρείαν τὴν Ἀρτεμιν. IDEM.

Ἀγροτέρᾳ] *Dianæ*, quam ita ἀπὸ τῆς ἄγρας, *à Venatione*, dictam putant, atque in ea etiam ſententia Pauſanias in *Atticis pag.* 17. fuiſſe videtur, commemorans iſtic locum, dictum Ἄγρα, ubi Diana primum *Venationi* operam dederit, & qui ideo Sacellum habuerit Ἀγροτέρας Ἀρτέμιδος. Sed verum eſt, eâ voce deſignari tantum *Ruſticam*, *in Agris agentem*. Etymol. M. Ἀγροτέρα, οὐκ ἀπὸ τῆς Ἄγρας, ἀλλὰ ὅτι τὸν Ἀγρὸν Ἀγρότερον πεποίηται. Sic de Cerva, Heſiod. Ασπ. 407.

Αἰγὲς ὀρεστινόμαι, ἢ ἀγροτέρας ἐλάφοιο,

Capræ in Montibus paſcentis, aut Agreſtis Cervæ. Et ita Homerus paſſim de *Sylveſtribus* Cervis, Mulis, Apris, & Capris illud adhibet. Proprie autem ab Athenienſibus Diana hoc Epitheto colebatur. Euſtath. *ad Hom. Iliad.* Φ. *v.* 471. Οἱ δὲ καὶ Ἀγροτέρα λέγεται Ἀρτεμις ἐπιθετικῶς παρ' Ἀττικοῖς, δηλοῦσι δέ τινες, καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν οἷς λέγει, κατὰ χιλίων τῇ Ἀγροτέρᾳ ὑποσχέσθαι. Intelligit *Comicum* Ariſtophanem, & reſpicit locum ejus in *Equitibus*, *Actu* II. *Sc.* I. τῇ θ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παιήνεσα ἐυχὴν ποιήσασθαι χιμαίρων ἑκατόμβην. Ubi Schol. ἰδίως οἱ Ἀθηναῖοι σέβονται καὶ τιμῶσι τὴν Ἀγροτέραν Ἄρτεμιν. Sed & ex Comici illius ſententia dictam ita ab *Agreſti* vita, liquet ex ejus Θεσμοφορ. *pag.* 772. Τὸν θ' ἐν ὄρεσι θρυεγόνοισι κήρεσιν ἀέσσαν Ἄρτεμι,

ᾗς τελαιοσίας, καὶ 5 τὴν εὐχὴν τοῦ Μιλτιάδου ῥηθεῖσαν τοῦτο. Τῇ δ' αὐτῇ μηνὸς 6 ἕκτῃ ἱσταμένου, καὶ τὴν 7 ἐν Πλαταιαῖς μάχην 8 φασὶ γενέσθαι, καὶ

dis. Et ſexta die ineuntis ejuſdem menſis ajunt etiam illud ad Platæas prælium commiſſum eſſe, Græcosque viciſſe. Nam priorem ab hiſce (*Græcis*)

ημιν Αγροτέραν. Vide ibi Scholiaſten. Sed & hinc Αγρωλῶ quoque dicitur *ibid. pag.* 794. ὃ, μὰ τὴν Αγραυλον, ἣν φρενῶπι, h. e. ut expl. Schol. οὐ τοῖς ἀγροῖς ἐναυλόσαν. Eadem ratione dicebatur & à *Montibus* Ορειὰ apud Heſych. in *v.* Αγροτέρα & Suidam, immo & Ορειλόχη, unde Iphigenia apud Ant. Lib. *fab.* 27. appellata eſt Ορειλόχια q. d. *Dianea*. Cæterum votum illud paulo ante pugnam Marathoniam hoc die à Miltiade factum, & ſacrificium tot Caprarum ad Dianam pertinuit, quia Illa hoc die nata credebatur. PERIZ.

5 Τὴν εὐχὴν] Ante pugnam Marathoniam. Scholiaſtes *Ariſtophanis* in ἱππεῖς. Ἐξ ἰσοελίας Καλλίμαχῶ ὁ πολέμαρχῶ λέγεται εὐξασθαι τῇ Αρτέμιδι πεντάκις βᾶς θῦσαι, ὅσους ἂν φονεύσῃ βαρβάρους ἐν Μαραθῶνι. ἐπειδὴ δ' πολλοὶ ἐφονεύθησαν, μὴ δυνάμῳ τετρακοσίας βᾶς θῦσαι, ἔθυσε χιμαίρας. SCHEFF. Vide, ſi tanti eſt, quæ olim notata in *Specimine Pollucis pag.* 8. de voto *Agroteræ* l. *Venatrici* Dianæ facto, quibus addatur hic inſignis locus è Xenoph. *lib.* III. *de Cyr. Exped.* εὐξάμενοι τῇ Αρτέμιδι, ὁπόσους ἂν καταπτάκοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καθιᾶσιν τῇ Θεῷ· ἐπεὶ δὲν εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς καθ' ἑνιαυτὸν πεντηκοσίας θύειν, καὶ ἔτι καὶ νῦν διαθύουσι, *votum facientes Athenienſes Dianæ, quot hoſtes interfeciſſent, totidem capras ſe immolaturos eſſe: cum autem totidem invenire non poſſent capellas, viſum eſt, quotannis quingentas cædere, quod etiamnum obſervatur.* adde Euſtath. *in Odyſſ. pag.* 108. & *Iliad.* 1338. Ex cod. Konigiano. Meurſ. in *Athen. Atticis pag.* 93. KUHN.

6 Εκτῃ ἱσταμένου] Græci dividunt Menſem in Tres dierum Decurias, primam ἱσταμένου μηνὸς, ſecundam μεσοῦντος vel ἐπὶ δέκα, tertiam φθίνοντος. Sed Vetuſtiores diviſere Menſem in duas tantummodo partes, ἱσταμένου & φθίνοντος. Certe Hom. *Odyſſ.* ξ. 162. has duas tantum memorat, Ulyſſem iſtoc anno rediturum affirmans,

τῷ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τῷ δ' ἱσταμένοιο,

quod exp. Schol. ἢ τελαιάδα καὶ νουμηνίαν, h. e. *cujuſcunque menſis vel exitu vel initio.* Sed & hinc Heſiod. ἔργ. 778. pluſquam decimam diem, ſeu τελευταιοδεκάτην μηνὸς ἱσταμένοιο dicit. Significat autem ea phraſis, *menſem exiſtentem, adoleſcentem, ſe erigentem.* Nam ita ἵστημι paſſim notat *facere, ut aliquid exiſtat*, ἱσταμένου *exiſtere.* Heſiod. ἔργ. 114.

— λιλαιόμενοι πολέμοιο φιλότητα γῆσιν,

aventes belli certamen excitare inter ſe. Sic ἔαρος νέον ἱσταμένοιο apud Homerum & Heſiodum eſt *vere recens exorto, exiſtente.* Et de Heſpero Hom. *Il.* X. 318.

Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ
Εσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

ubi manifeſte ἵσταται ponitur pro *oritur, exiſtit*, & *Il.* Φ. 366.

— ὑπὸ δ' στέρνοισι κονίη
Ἴσατ' ἀειρομένη ——

ubi Euſtath. ἴσατο exponit ἀνίστατο, *ſurgebat, excitabatur, pulvis ſub pectoribus equorum.* PERIZ.

7 Εν Πλαταιαῖς] De hac prolixe Diodorus *lib.* XI. SCHEFF. Diſſentit plane Plut. in *Ariſtide*, ταύτην τὴν μάχην (ait) ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τὰ βοηδρομιῶνος ἱσταμένου Αθηναῖοι, καὶ τῇ δ Βοιωτὰς τετράδι τὰ Πανέμου φθίνοντος, addens, *eo die*, ſuo adhuc tempore, Græcos Platæis conventum agere, & Platænſes Jovi Eleutherio ſacra facere propter hanc victoriam. Sunt autem tres menſes interjecti inter Θαργηλιῶνα & βοηδρομιῶνα, qui reſpondet noſtro *Septembri*, & Macedonum *Loo*, apud Bœotos vero & Corinthios *Panemo*, ut ex illo Plutarchi loco, & Demoſth. *Or. pro Corona* conſtat. PERIZ

8 Φασὶ] Hoc verbum deeſt in MS. Medlceo, & Sluiskiano.

9 Τὴν

καὶ νικῆσαι τοὺς Ελληνας. 9 Τὴν γὰρ πρό-

(*Græcis*) victorum cladem, cujus me-

9 Τὴν γὰρ πρότερον &c.] *Vitio non carere hunc locum putat* Schefferus, quia nuſquam Auctor iſtius cladis fecerit mentionem; legendumque igitur, ἧς ἐμνήσθη, ſenſu paſſivo, *cujus mentio facta eſt*, ſcil. ab Aliis. Doctiſſ. Kuhnius non admittit paſſivam hanc interpretationem & *reſpici* ab Auctore credit *cladem ad Platæas, cujus paulo ante meminerit, & quæ utique prior ſit illâ ad Artemiſium.* Ego vero Schefferi conjecturam & interpretationem prorſus itidem rejicio. Sed neque intelligo, quid Cl. Kuhnius ſibi velit. Certe enim pugna ad Platæas contra Mardonium, reverſo jam in Aſiam Xerxe, non *prior*, ſed integro anno poſterior fuit navali illâ ad Artemiſium Eubœæ. Præterea vel ſic per iſtam Viri Clariſſimi expoſitionem non eſſent omnia *in vado*, ſed legendum foret omnino τῆς ἐπ' Αρτ. Sed quid plura? Totius Loci hæc eſt ſententia & conſtructio: *Priorem enim* pugnam, *ex qua illis* (Græcis) *diſceſſerunt* Perſæ *inferiores, cujus memini, fuiſſe illam, quæ ad Artemiſium* accidit. Meminerat autem iſtius cladis paulo ante, ᾗ Πέρσαι δὲ ἡττήθησαν &c. Sed ibi non explicuerat, quæ illa eſſet, neque deſignaverat à Loco, unde cæteroqui Nomen trahere ſolent Pugnæ, ut modo, ἡ ἐν Πλαταιαῖς. Id ergo hic facit. Forſan tamen abeſſe debeat poſterius τὴν, tanquam ex repetitione poſtremæ ſyllabæ, vocabuli ἐμνήσθη, quod proxime præcedit, ortum, quod & Jenſio noſtro, ad præclara quæque ſe comparanti, in mentem venerat. Certe ita multo clariora forent omnia, quippe quibus tunc ſimpliciter diceretur, *priorem illam cladem, cujus modo meminerat, accidiſſe ad Artemiſium.* Porro hic dicitur ἡττῶν αὐτῶν, ſcil. Ελλήνων, cujus tamen Genitivi nullam habent rationem Interpretes. Vis ejus & ſenſus eſt, *clades, qua Perſæ à Græcis ſunt victi*, ſeu *Græcis fuere inferiores.* Sic Xenophon δι' ἧττας ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, h. e. quod ſæpius *vinci ſe* patitur *à voluptatibus & cupiditatibus.* Atque ita paſſim etiam ἥττων & ἧττον in eadem Syntaxi. Julian. *Or.* I. *pag.* 25. *Ed. Noviſſ.* μηδέποτε τῷ πολεμίων ἥττονι ἔχοντα ἀπλῶς. Neque aliter ἐλάττωμα. Atque ita in utraque Lingua Genitivus promiſcue, modo Active ſumitur modo paſſive, ſeu ut modo notet eum, vel id, cujus res eſt, & à quo proficiſcitur, vel ad quem tendit. Exemplis id probavi jam *ad Sanctii Minervam pag.* 121. In eandem ſententiam Gellius IX. 12. *Metus & injuria, atque alia quædam id genus utroque verſum dici poſſunt. Nam Metus Hoſtium recte dicitur, & quum timent hoſtes, & quum timentur. Injuries itidem dicimus tam illorum, qui patiuntur, quam qui faciunt. Illud etiam dictum à Virgilio eandem habet formam communicatæ ultro & citro ſignificationis.* Et vulnere tardus Ulyxi, *quam diceret valnus, non quod accepiſſet Ulyxes, ſed quod dediſſet.* Sed & ita accipiendum eſt, quod apud Tacitum *Hiſt* I. 46. legimus, *Ne vulgi largitione centurionum animos accenderet.* h. e. largitione in vulgus facta; Et quod apud Gellium VII. 3. Cato ait, *Ne in ſervitute noſtra eſſent*, qua ſcil. nobis ſervirent. Quin apud Pomp. Melam II. 7. reperimus locutionem huic Græcæ prorſus ſimilem. Nam *Ægates* ait *Romana clade nobiles*, h. e. clade, quam Pœnis intulerunt. Minus certe durum eo eſt illud Æliani ἥττα ἐκείνων. Sed tamen quia phraſis illa Melæ ſuſpecta eſt Interpretibus, & quæ ad tuendam eam ex Livio protulit Voſſius, vere aliena ſunt, ut oſtendit iſtic Clariſſ. & Honoratiſſ. Collega, Jac. Gronovius, & clarius etiam liquebit, ſi cum Livio & Polybio conferatur Strabo *lib.* XII. *pag.* 545. & 546. idcirco non valde repugnaverim Ego quidem illis, qui Melam iſtic vitio memoriæ lapſum putant. Sed & quia iſthæc Æliani vox ἧττα cum Genitivo notare ſolet & Græcis *cladem illorum*, qui eam ſunt paſſi, atque ita Plutarchus *Apoph. Reg. & Ducum* de Fabricio, πυθόμενος τὴν ὑπὸ Πύρρῳ ἧτταν Ρωμαίων, *quum cognoviſſet cladem Romanorum, quam à Pyrrho acceperunt.* Et in *Amat. Narr.* juxta ſepulchrum Filiarum Scedaſi *accidiſſe integram*, παντελῆ γενέσθαι ἧτταν Λακεδαιμονίων, qui ibi à Thebanis ſunt cæſi: ideo ſane neque ei refragabor multum, qui malit abeſſe hic illud αὐτῶν, ut ita legantur omnia. Τὴν δ' πρότερον ἧτταν, ἧς ἐμνήσθην, ἐπ' Αρτ. γεγ. explicentur autem, ſicut à Me factum, de clade Perſarum, *initio Capitis* memorata. PERIZ.

πρoτέραν ἥτ[ι]αν αὐτῶν, [10] ἧς ἐμνήσθην, τὴν [11] ἐπ' Αρτεμισίῳ γεγονέναι· καὶ τὴν [12] ἐν Μυκάλῃ ἢ τῶν Ελλήνων νίκην οὐκ ἄλλης ὁμολογηταὶ δῶρον ἡμέρας γενέσθαι, ἢ ταύτης, εἴγε καὶ τὴν αὐτὴν ἐνίκων καὶ ἐν Πλαταιαῖς καὶ ἐν Μυκάλῃ. [13] Καὶ Αλέξανδρον ὃν ἔτεκε Μακεδόνα, τὸν Φιλίππου παῖδα, τὰς πολλὰς μυριάδας τὰς τῶν βαρβάρων φθεῖραι καὶ αὐτὸν λέγουσιν ἐκεῖνα ἐγαμένης, [14] ὅτε

memini, fuisse illam ad Artemisium: neque vero *partam* ad Mycalen Græcis victoriam alterius, quam hujus, diei munus fuisse constat, siquidem eodem die vicerunt & ad Platæas, & ad Mycalen. Item Alexandrum Macedonem, Philippi filium, etiam Hunc complures illas Barbarorum myriadas fudisse dicunt sextâ ineuntis *mensis*, quando etiam Darium

10 Ης ἐμνήσθην] Non puto vitio carere hunc locum. Quomodo enim sic loquatur, qui cladis hujus mentionem fecit nullam? Puto igitur legendum, ἧς ἐμνήσθη, & reddendum, *cujus facta mentio*, videlicet ab aliis. SCHEFF. In vado est lectio vulgata. Nam τὸ ἧς ἐμνήσθην respicit cladem Persarum ad Platæas, cujus paulo ante mentio injecta erat, & quæ utique prior illâ ad Artemisium. Neque facilè concesserim τὸ ἐμνήσθην *passive* apud Græcos ἀτλικωτέρως accipi. KUHN.

11 Επ' Αρτεμισίῳ] Macedones *Majum* mensem *Artemisium* vocant. Est & mons Arcadiæ hoc nomine, & *Artemisium* promontorium Euboeæ. GESNER.

12 Εν Μυκάλῃ] Monte Joniæ. Vide prædictum *loco antea laudato*. Item Justinum *lib.* II. *cap.* 14. SCHEFF. Cæterum Herodotus quoque in *Calliope* asserit, eodem die Platæense & Mycalense prælium commissum, τὸ μὲν ἐν Πλαταιῆσι πρωῒ ἔλυ τ' ἡμέρας ἰόντος, τὸ δ' ἐν Μυκάλῃ ἀμφὶ δείλῃ, *pugnatum ad Platæas est summo mane, in Mycale vero vesperi*. Et in *Vrania:* ad Thermopylas & Artemisium eodem die σύμπαξις Martia fuit. KUHN.

Εν Μυκάλῃ.] Prælium hoc fuit Navale ad promontorium *Mycalen* in Jonia, non longe ab Epheso, & insula Samo. Observanda autem locutio ἐν Μυκάλῃ, & ἐν Πλαταιαῖς, h. e. *prope Mycalen, juxta Platæas* Sæpe enim Nomina Locorum etiam τὴν παρίχωρον denotant, vel propinqua istorum locorum. Noster *infra* XII. 57. Λίμνη ἐν Ογχηστῷ. *Lacus apud Oncheștum*. Vide ibi & Notas. Et XIII. 16. Απολωνιάται πόλει οἰκοῦσι γείτονα Επιδάμνῳ ἐν τῷ Ιωνίῳ κόλπῳ. h. e. *ad sinum Jonium*, vel in littore ejus, plane ut passim *Pontus* etiam pro regionibus Ponto Euxino vicinis ponitur. Polyæn. I. 30. 3. Οἱ Ελληνες νικήσαντες ἐν Σαλαμῖνι, de Græcis pugna navali victoribus, non in ipsa vere insula, sed *ad* insulam *Salamina*. Similiter Latini, Suet. *Cæs.* 25. *IN Britannia classe vi tempestatis prope absumpta. Cap.* 36. *P. Dolabella classem IN Illyrico amisit.* Obsequens *cap.* 85. *IN Numantia res male gestæ, exercitus Rom. oppressus.* Ubi Schefferus, *se id non intelligere* ait, quia qui male rem gerit *IN Numantia*, eum IN ipsa quoque Urbe constitutum fuisse oporteat, Romani autem extra eam fuerint. Corrigit ergo *Numantiam*, vel *in Numantiam*. Perperam prorsus. Nam & ita Obseq. *cap.* 51. *IN Sicilia insulam natam* memorat, quod Livius XXXIX. 56. *haud procul Sicilia.* Idem Obseq. *cap.* 96. *Priverni terra septem jugerum spatio in cavernam desedit*, h. e. non in oppido ipso, sed ejus suburbano agro Sall. *Jug.* 15. *Ne se alium putarent, ac Numantiæ cognitus esset*. h. e. ad Numantiam. PERIZ.

13 Καὶ Αλέξανδρον] MS. B. hic novum facit caput cum inscriptione tali, περὶ Αλεξάνδρου βασιλέως. SCHEFF. Plut. vide in *vit. Alexandri*, & Nihus. *Fatid. cap.* 32. *codex* KONIGIAN.

14 Οτε καὶ Δαρεῖον καθεῖλεν] Pessime versum erat, *quum Darium caperet*, qui fugâ utique etiam ex ultimo prælio evasit, & in fugâ à suis, Besso & Nabarzane, vinctus vulneratusque periit. Καθεῖλε ergo notat hic, Vel, *de Regno* seu *Imperio dejecit:* quomodo Dionys. Halic. *lib.* IX. Τὴν Ρωμαίων καθελόντες ἀρχήν: Et Julianus *Orat.* I. *pag.* 45. *extr.* ἐπειδὴ

14 ὅτε καὶ Δαρεῖον [15] καθεῖλεν Αλέξανδρος. [16] Καὶ ὁμολογοῦσι [17] αὐτῷ πάντα. [18] Καὶ αὐτὸν ὃν ἔτεκε [19] Αλέξανδρον, ἐν γενέσθαι, ἐν ἀπελθεῖν ἐκ βίου, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, πεπίστευται.

rium debellavit Alexander. Et tradunt pariter, omnia hæc hujus esse mensis. Ipsum etiam Alexandrum eodem die & genitum, & è vita exiisse, receptum est.

ΚΕΦ. CAP.

δὴ τὴν Περσῶν καθεῖλε δύναμιν, *postquam Persarum Potentiam sustulit.* sed distertissime Lucas *Euang.* I. 52. Καθεῖλε Δυνάστας ἀπὸ θρόνων. Vel certe, *fecit* suis victoriis, *ut tolleretur tandem è medio.* Sæpe enim *Facere* Res vel Homo dicitur, qui non ipse Facit, sed Facti causam dedit. Sic Hyperides apud Longin. περὶ ὕψους *cap.* 15. τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐχ' ὁ ῥήτωρ ἤνεγκεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Valer. Max. I. I. 4. *Apex è capite prolapsus Sulpicio sacerdotium abstulit.* Cæterum Victoriam hanc Alexandri in alios menses conjiciunt Plutarchus, Arrianus, Aliique. De sensu vocis καθεῖλεν in hoc loco, vide etiam Freinsh. *ad Curt.* III. 8 23. & Illustriss. Spanhemium *ad Julianum pag.* 212. Vide & *infra ad* III. 23. PERIZ.

15 Καθεῖλεν] Videtur de pugna ad Arbelam loqui. Atqui ex ea Darius salvum se eripuit? teste Curtio *lib.* IV. *cap.* 14. Puto eos sequi, qui scribunt statim altera post prælium die Alexandrum Dario superveniisse, multis quidem vulneribus confossо, adhuc tamen spiranti. Quos inter est Justinus *lib.* XI. *cap.* 15. Diodorus Siculus *lib.* XVII. Arrianus I. *cap.* 5. SCHEFF. Auctor *lib.* VI. *cap.* 25. *de Hist. An.* suam sententiam hunc in modum prodidit. Δαρείῳ τῷ πλουτοῦντι Περσῶν βασιλεῖ ἐν τῇ πρὸς Αλέξανδρον μάχῃ βληθέντι ὑπὸ Βήσσου καὶ κειμένῳ, πάντων τῶν νεκρῶν ἀπολιπόντων ὁ κύων ὑπ' αὐτοῦ τραφεὶς παρέμεινε μόνῳ πιστὸς &c. *Dario, ultimo Persarum regi, in prælio cum Alexandro à Besso vulnerato jacentique, canis ab eo enutritus solus aderat fidus custos, reliquis omnibus mortuum deserentibus.* KUHN.

16 Καὶ ὁμολογοῦσι &c.] Miror profecto sollicitari hæc à Viris Eruditis, Fabro & Scheffero. Ellipsis enim in his usitata est vel Infiniti εἶναι, vel Participii ὄντα. Sic *supra* II. 13. Α πρὸς τοῦ Ανύτου ὁμολογήσαι, h. e. *quæ ab Anyto* esse profecta *constat.* Plenius *infra cap.* 44. Θέωνος τοῦ ζωγράφου πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὁμολογεῖται χειρουργίαι ἀγαθὴν ἕξιν. PERIZ.

17 Αυτῷ μόνος πάντα] Lege παῦται. ridiculum enim sit credere sic scriptum ab Æliano. FABER. Videtur tamen scripsisse utrumque, ἅ αὐτῷ μόνος πάντα παῦται καὶ αὐτόν, alterumque ob similitudinem literarum esse omissum tanquam superfluum. SCHEFF. Vulgata lectio ἅπαντα. KUHN.

18 Καὶ αὐτὸν ὃν ἔτεκε Αλέξανδρον] De tempore Mortis Alexandri vide Freinshem. *ad Curtium* X. 5. 6. PERIZ.

19 Αλέξανδρον] Vide Plutarchum *Symp. lib.* VIII. *prob.* I. Anon. *desc. Olymp.* CXIV. Anno I. Diog. Laertium *lib.* VI. SCHEFF.

Κ. Ε. Φ. κϛ'.

Περὶ Ὑπερβορέου Ἀπόλλωνος, καὶ περί τινων αὐτοῦ Πυθαγόρου θαυμασίων.

Ἀριστοτέλης λέγει [2] ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν [3] τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα

CAP. XXVI.

De Hyperboreo Apolline, & quibusdam Pythagoræ mirabilibus.

Aristoteles dicit, à Crotoniatis Pythagoram Apollinem Hyperboreum cognominari. Sed & hæc addit ille Nicomachides: Quod aliquando eodem die & eadem hora visus sit à multis & Metaponti, & Crotone, ludis surgens: ubi etiam alterum

1 Ἀριστοτέλης] Ubi? Non enim reperitur, quantum scio, in iis operibus, quæ hodie extant. Forte legendum est Ἀριστόξενος. Is enim libros scripsit de vita Pythagoræ, multum laudatos à Laërtio, Porphyrio, Gellio, & aliis. Nisi forte fuit in libris Aristotelis *de Philosophia Pythagorica*, quos Iamblichus laudat *cap.* 6. Sed apud Laërtium in *Catalogo librorum Aristotelis* non videas τὰς Πυθαγορείκης φιλοσοφίας, verum περὶ τοῦ Πυθαγορείων, ut prope dubitem, num & in Jamblicho sese recte habeat scriptura. Sed de hac re rectius videbo in *libris de vita & Philosophia Pythagorica*, si vitam vireſque Deus dederit. SCHEFF. Lectio vulgata extra aleam est. Multa enim scripsit Philosophus Laertio non memorata. v. Meurs. *in Apollon. Hist. Commentit. pag.* 129. KUHN. Maximopere fallitur Cl. Schefferus, qui Ἀριστόξενος pro Ἀριστοτέλης hoc loco reponit; in sequentibus enim ab Æliano vocatur ὁ τοῦ Νικομάχου: Aristoxenum vero Spinthari filium fuisse constat cum ex Diogene Laertio *lib.* 11. *Segm.* 20. tum ex aliis Scriptoribus, quos *ad Laertium* recenset Doctissimus Menagius.

2 Ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν] Τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ait Laertius in *ejus vita*. Nempe & Crotoniatæ erant, apud quos vivebat, cum ei primum nomen hoc imponeretur, & discipuli ejus id faciebant. Autor autem eis fuit Abaris Hyperboreus, dum similem Pythagoram Apollini suo dixit. vide Jamblich. *vita Pyth. cap.* 19. SCHEFF. Et Porphyrium in *vita ejusdem.* ubi ait Pythagoram aureo ostenso femore Abaridi fidem fecisse, se esse illum ipsum Apollinem Hyperboreum, cujus erat sacerdos Abaris. Ita mutuum muli! KUHN.

3. Τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα &c.] Etiam hic Locus indicio est, quam non semper credendum sit MStis, sed sæpe contra eos, ex ipsâ Historia, priscis Auctoribus sua sit restituenda Lectio. Etenim Codices mei pariter hic non legunt τὸν Πυθαγόραν, sed πύθιον: atque ita etiam Romana Ed. exhibet, haud dubie, quia in suis quoque Codd. ita invenit Editor. Neque aliter Vultejus vertit. Gesnerus omnium primus ex Laërtio Πυθαγόραν in Marginem, & Versionem suam intulit. Quæ emendatio æque certa est, ac si è MStis esset hausta, tantoque pulchrior, quod à varia eruditione & lectione est profecta. Secuti ergo eam Tornæsius & Reliqui in Textum quoque τὸν Πυθαγόραν admiserunt. Neque vero solus id Laërtius postulabat, sed & Alii, qui Vitam Pythagoræ scripserunt, Jamblichus, Porphyrius seu Malchus, Apollonius Dyscolus, & hic quidem itidem, ut Noster, ex Aristotele Historiam hanc narrans. Nempe Abaris Sacerdos Apollinis Hyperborei veniens in Italiam dicitur Pythagoram assimulasse suo Apollini, immo affirmasse, esse ipsum illum Apollinem, & vicissim Pythagoras fecisse ei rei fidem, ostendendo femur aureum &c. Vide Jamblichum in *Vita Pythag. cap.* 19. & 28. Apollo autem iste, licet idem, qui Græcus, alia illic ratione colebatur, quam in Græcia, immo Asinorum sacrificiis, quæ Græci rejiciebant, Anton. Lib. *Fab.* 20. & Pindarus *Od.* 10. Sed & ab Hyperboreis Græcus Apollo, primitiis missis Delum, colebatur, Pausan. *Atticis p.* 30. & Herodot. IV. 33. Vide & *infrà ad* III. 1. *extr.* Immo ipsum etiam Templum & Oraculum Delphicum ab iis ex nonnullorum sententia exstructum fuit, Paus. in *Phocicis pag.* 120. 121. Credebantur autem Hyperborei

χωνα Ὑπερβόρειον προσαγορεύεσθαι. Καινὰ δὲ [4] προσεπιλέγει ὁ δὲ Νικομάχου, ὅτι δὲ αὐτῆς ἡμέρας ποτὲ, καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν, καὶ ἐν Μεταποντίῳ ὤφθη ὑπὸ πολλῶν, [5] καὶ ἐν Κρότωνι τῷ ἀγῶνι

rei habitare longe supra Scythas, immo supra ipsum Boream. Liquet id ex itinere sacrorum, quæ deportabantur, quæque Scythæ deferenda ulterius accipiebant ab Issedonibus, hi ab Arimaspis, isti vero demum ab Hyperboreis, supra illos ergo omnes sitis. Vide Pausan. in *Atticis*. Sed & Idem in *Eliacis A. pag.* 154. Hyperboreos ait εἶναι ἀνθρώπους, οἱ ὑπὲρ τὸν ἄνεμον οἰκοῦσι, τὸν Βορέαν. Adde Suidam, Pomp. Melam. III. 5. Plin. *Nat. Hist.* IV 12. Sed recte ea explodit Herodot. IV. 32. & 36. Ego vero putem, *Hyperboreos* antiquissimis temporibus, quibus maxime adscribuntur, appellatos potissimum eos, qui ex Asia per Septrentionem promotis sedibus & erroribus suis tandem penetrarunt in Græciam, & Sacra istic instituerunt: Deinde vero omnes eos, qui ultra Septentrionales in Europa populos, Græciæ vicinos & cognitos, habitabant, id quod corfirmat Strabo *lib.* I. *pag.* 62. & XI. *pag.* 507. Rudbekius in *Atlantica cap.* 9. ad suam unice refert Sueoniam, & ipsum Hyperboreorum nomen non ex Græca, sed ex Sueonica Lingua derivat, quasi *Ufwerborne*, seu *Uferborne*, h. e. illustres & celso loco natos. Verum illud quidem pro lusu ingenii, suæ gentis antiquitati studentis, habendum est sine dubio. Certum mihi ex iis, quæ dixi, & vel maxime ex diversissimo situ per Asiam atque Europam, qui *Hyperboreis* assignatur à diversis Scriptoribus Græcis, fuisse illud, non Unius Gentis Proprium, sed Commune omnium Gentium Græcis ignotarum, & in Septentrionem remotissimarum, Nomen. Vere Strabo I. *pag.* 62. *Hyperboreos* ait quosvis βορειοτάτους fuisse. Et *lib.* XI. *pag.* 507. antiquissimos Græcos vocasse *Hyperboreos*, *Sauromatas & Arimaspos*, τοὺς μὲν ὑπὲρ τὸν Εὔξεινον, καὶ Ἴσσηδας καὶ Ἀβελὸν κατοικοῦντας, *illos qui supra Pontum Euxinum*, *Istrum*, & *Adriam ipsam habitant*. Etenim Ὑπερβόρειοι, notat proprie *plane Boreales*, ut ὑπερνότιοι *Australes*. Hinc Dionysius Periegetes Ponto Euxino tribuit

perboreum cognominari. Sed & hæc addit ille Nicomachides: Quod aliquando eodem die & eadem hora visus sit à multis & Metaponti, & Crotone, ludis surgens: ubi etiam alterum Py-

v. 151. duo promontoria, quorum

Ἡ μὲν ὑπερνοτίη, τὴν τε κλείουσι Κάραμβιν,
Ἡ δὲ βορειοτέρη.

alterum est prorsus ad Austrum maris Euxini, quod vocant Carambin, alterum Septentrionalius. Herodotus tales negat *Hyperboreos*, quales memorant Poetæ, & Mythologi, h. e. *ultra ventum Boream sitos*. Et in eo assentientem habet Strabonem ipsum *lib.* VII. *pag.* 295. ubi illos Scriptores appellat μυθοποιοῦντας τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς Ὑπερβορείους, *fabulosos, qui montes Riphæos & Hyperboreos commenti sunt*. Nam supra *Ripheos* montes collocarunt Mythologi suos *Hyperboreos*. Velle bona fide, ut Japheti Familia, postquam ex Asia transiit in Europam, continuo cursu contenderet semper in Septentrionis frigora, relictis melioribus identidem & mollioribus Locis, usque dum venerit in Sueoniam, ac inde postea demum colonias miserit versus Meridiem, ac pleraſque tunc Græciæ, immo totius Europæ, etiam quasdam Asiæ, gentes condiderit, & Reges genuerit, id vero quid aliud est, quam suaviter delirare? Etyma porro ejusmodi in qua tandem lingua reperiri non possint & majorem quidem habentia speciem, quam *Hyperborei* habent ab *Ufwerborne* deducti? PERIZ.

4 Προστιλέγει] Sic & Lugd. Codex. Sed quid sibi velit Sluisk. ostentans πρόσωπος λέγει, nescio: nisi forte πρὸς τύπος λέγει, quod pene putem. Voluit haud dubie πρόσηνῶς, *suaviter*. Plutarchus *de Adul. & Amico Disting. in extr.* de Medicis, *Neque enim illi secantes quid, relinquunt affectam partem in dolore,* ἀλλ' ἐνέβρεξαν πρόσηνῶς, *sed leviter, molliter, aliquid instillant.* Diodorus Sicul. *lib.* V. *p. m.* 312. Προσηνῶς ἐνδιατρίβειν τόπῳ, *lubenter commorari in loco quodam.* Et *lib.* I. *p.* 8. τὴν βοτάνης τὴν πρόσηνεστάτην, *suavissimam ex herbis.* IDEM.

5 Καὶ ἐν Κρότωνι] Jamblichus habet, ἐν Ταυρομενίῳ τῆς Σικελίας. SCHEFF. Lucian. in *Dial. Mort.*

ἀγῶνι ἐξανιστάμενον, ἔνθα καὶ [6] τὸ μηρῶν ὁ Πυθαγόρας παρέφηνε τὸ ἕτερον [7] χρυσοῦν. Λέγεται καὶ ὁ αὐτὸς, ὅτι [8] ὑπὸ τὸν Κῶ-

Pythagoras femur oſtendit aureum. Dicit idem ille, quod Coſam fluvium tranſiens appellatus ſit. Et multos ait hanc

Mort. ad Pythagoram, χαῖρε, inquit, ὦ Εὔφορβε, ἢ Ἀπόλλον, ἢ ὅλως ἂν ἐθέλῃς, *ſalve o Euphorbe, vel Apollo, aut quicunque tandem eſſe velis.* Romana editio legit πύθιον Ἀπόλλωνα pro Πυθαγόραν. A. male. Dictus autem Apollo eſt, quod illum Apolline ſatum crediderint, ut etiam Noſter innuit *lib.* IV. *cap.* 17. Hoc nomine & Auguſtus in *Inſcriptionibus lapidum* ſalutatur APOLLO DIVUS. v. Sueton. in *vita ejus cap.* 91. Cæterum Pythagoras etiam hominibus, malè credulis perſuaſerat, ſibi *Apollinem apparere, ſeque ipſum confiteri*, ἐωυτὸν τὸν Ἀπόλλωνα ἥκειν, ὁμολογοῦντα, ὅλως αὐτὸς εἶη. Philoſtratus *lib.* I. *de Vit. Apollon. cap.* I. KUHN.

Καὶ ἐν Κρότωνι, τῷ ἀγῶνι ἐξανιστάμενον] Cenſeam excidiſſe hic καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ, idque ex IV. 17. ubi Auctor eadem & iiſdem pene verbis ait, τὸ γὰρ αὐτῆς ἡμέρας ὤφθη, καὶ κῆ τὴν αὐτὴν ἄρραν, ἐν Μεταποντίῳ, καὶ ἐν Κρότωνι, καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ ᾗ παρέφηνε χρυσοῦν τὸ ἕτερον τῶν μηρῶν. Atque ita & Plutarch in *Numa*, à Scheffero jam citatus, & Amm. Marcell. XXI. 16. *femur ſuum aureum apud Olympiam ſæpe monſtrabat.* Adde, quod dicatur *femur oſtendiſſe* τῷ ἀγῶνι ἐξανιστάμενον, quod videtur certe in *Olympiam* quam maxime convenire. Nolim tamen, quod de *Olympia* dixi, pertinacius affirmare, quia Apollon. Dyſcolus *cap.* 6. itidem Ariſtotelem ſecutus, tradit Pythagoram, eadem die & hora, Crotone ſimul ac Metaponti viſum, ac dein ſubdit, non addens, Ubi, *ex Theatro ſurgentem, oſtendiſſe femur.* Cæterum poterat ita variis in locis Pythagoras eadem hora eſſe, & conſpici, quia accepiſſe dicebatur ab Abari Hyperboreo jaculum Apollinis, cui Abaris ille inequitans per aërem ſupra montes & maria volitabat celerrimo motu, unde & ἀϊρηδάτης cognominabatur. Vide Jamblich. *de Vita Pyth. cap.* 19. & 28. De jaculo illo Abaridis μυθολογημένῳ etiam Herodot. *lib.* IV. & Suidas in *v.* Ἀβ. μι. Inde vero ad Palmerinos, & ejus notæ Heroas, Ineptuli Romanenſium fabularum Auctores ſequiori tempore, ſimilia tranſtuliſſe videntur. PERIZ.

6 Τῶν μηρῶν] Plutarchus in *Numa.* Καὶ Πυθαγόρας δοκεῖ τὸ μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν ὀλυμπιάσι, Ἀβαρεῖ δωρούμενος τὴν πτέρυγα. Adde Lucian. in *Somnio* ſive *Gallo*, & Iamblich. in *vita ejus.* SCHEFF. Nec res ipſa ſani aliquid habet. Abaris enim Olympiad. 3. in Græciam venit è Scythia: Pythagoras autem natus anno 2. Olympiad. 53. qui igitur potuit femur oſtendere Abaridi nondum natus Pythagoras? KUHN.

7 Χρυσοῦν] Origenes conſentiens in cæteris *femur* ait fuiſſe *eburneum* vide *l.* VI. *contra Celſum.* SCHEFF. Scilicet in diverſa eunt ſæpe Auctores, in hiſtoria de Pythagorâ, ſuos quisque ſecuti duces. Ita Noſter à Coſa fluvio, alii à Neſſo compellatum Pythagoram ajunt. Porphyrius in *vita Pythagoræ* inquit, Καύκασον πόλεμον hoc feciſſe. Ubi forte ex noſtro legendum Κῶσαν. Valde igitur lubricum eſt, certi aliquid in tanto opinionum divortio definire, aut criticam manum textui injicere. KUHN.

8 Ὑπὸ τὸν Κῶσαν] Apollonius de Pythagora. κῆ ὑπὸ τῷ κῇ Σάμον ποταμὸν διαβαίνων σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνῆς μεγάλην ὑπὲρ ἀνθρώπων, Πυθαγόρα χαῖρε. *Et hoc narrat Apollonius authorem laudans Ariſtotelem. Itaque emenda ex hoc loco Ælianum, & lege:* ὑπὸ τῷ κῇ Σάμον πόλεμον διαβαίνων. Hæc Caſaubonus *ad Laërtii Pythag.* Retinerem ego tamen, quod Interpres habet & Laërtius: τὸν Νέστον. Ita enim & Iamblichus *Vita Pyth.* Μετὰ τοῦτο τοίνυν ἐκεῖνος Νέστον ποτὲ τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνων ἀκούεται τῇ φωνῇ &c. Adde quæ notavit Blancardus *ad Arrian. lib.* I. *pag.* 3. 4. Eruditiſſ. Menagio *in Laert. pag.* 209. placebat ὑπὸ τῷ Κόσα πόλεμον qui & poſt ἀκόουσι τούτου, addit, χαῖρε Πυθαγόρα. ex Porphyrio, Iamblicho & aliis. SCHEFF. Non puto hac mantiſſa opus eſſe. τούτου enim refertur ad præcedentia, illam ſcilicet compellationem, de qua dictum. Cæterum verba, ὑπὸ τὸν corrigi malim ex Noſtri *cap.* 17. *lib.* IV. legique ὑπὸ τῷ Κόσα ποταμῷ &c. *à fluvio Coſa tranſ-*

Κῶσαν ποταμὸν διαβαίνων προσερρήθη. Καὶ πολλοὺς φησιν ἀκηκοέναι τὴν προσρησιν ταύτην.

hanc appellationem audiviſſe.

tranſiens compellatus eſt. KUHN.

Ὑπὸ τὸν Κῶσαν ποταμὸν] Caſaubonus ad Laertium legit, ὑπὸ τῷ κῇ Σάμον ποταμῷ, alii ὑπὸ Νέστον: idque ex Jamblicho. Quid ſi idem fluvius binominis fuerit? Ceterum error hic eſt; nam iſtud (ὑπὸ) poſitum fuit pro ποτὲ, nil verius, emenda igitur, & pro ſapiente feceris. FABER.

Ὑπὸ τὸν Κῶσαν ποταμὸν] Aſſentior, quod ad Syntaxin, vel Menagio, Scheffero, Kuhnio, reſtituentibus ex IV. 17. Ὑπὸ τῷ κώσᾳ ποταμῷ: Vel Fabro legenti, ſenſu ſane optimo, ὅλως περὶ τὸν Κ. Sed quis fuerit ille Fluvius in hacce Hiſtoria, quum tam diverſis appelletur modis, (Vide Menag. *ad Laërtium*) incertiſſimus ſum. Laërtius & Jambl. *Neſſum* nominant, idque Nomen ex iis receptum erat in Verſionem Æliani. At quis ille *Neſſus*? Nempe remotus vel in Thraciam, vel in Illyricum, procul à Vita & Amicis Pythagoræ, qui magno numero audiviſſe dicuntur hanc Fluvii illius ſalutationem, & tamen ne iſtic quidem *Neſſus* dictus, ſed *Neſtus*. Porro Porphyrii Codices Fluvium hunc vocant *Caucaſum*, Καύκασον, corrupto haud dubie Nomine, ſed cujus tamen veſtigia apparent etiam in Codd. Apollonii Dyſcoli, ubi legitur, ὑπὸ τῷ κῇ Σάμον ποταμῷ διαβαίνων. Nihili autem & hoc eſt. Ælianus tandem nominat Κῶσαν vel Κόσαν, quali nomine Fluvium ignorari ab Aldobrando *ad Laërtium* miror, quum in ipſa fuerit Italia, in Lirim illabens in finibus Campaniæ verſus Latium. Sed & ille nimis remotus à Metaponto aut Crotone. Quid ergo? Vix dubito in tot diverſis & pariter corruptis appellationibus latere Nomen obſcuri Fluminis juxta dictas Urbes, ubi Pythagoras habuit ſuos Amicos & Comites, & forſan vel Κασέντα, juxta Metapontum, vel potius Κεμίσα inter Crotona & Sybarin, vel denique Καμίτα, juxta Locros Italiæ, de quo vide *infra* VIII. 13. & Thucyd. *lib.* III. *cap.* 103. PERIZ. Parens meus pro ὑπὸ malebat ὑφ' ἑω.

ΚΕΦ. κζ'.

Ὅτι Ἀννίκερις ἱππεὺς δεξιός· καὶ ὅτι ὑπὲρ μικρῶν λίαν σπουδάζων, τὰ μεγάλα ὀλιγωρεῖ.

CAP. XXVII.

Quod Anniceris eques bonus: & quod qui parvis rebus nimiam operam tribuit, negligit majora.

[1] Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος [2] ἐπὶ τῇ ἱππείᾳ μέγα ἐφρόνει, καὶ ἁρμά-

Anniceris Cyrenæus ob artem equitandi & curruum regendorum

1 Ἀννίκερις] Eadem Lucianus in *Encomio Demoſth.* meminit hujus *Anniceridis* Ariſtid. quoque *Orat.* II. *Platon.* SCHEFF. Merito iſte Anniceris a Platone arguitur μαλακοτεχνίας. ἀκούσεις γὰρ τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἐξω τὸ τέλος βιωφελὲς, πλὴν σὺ εἰσὶ τέχναι. εἶεν τότε πεπλάσθωσαν, καὶ βαδίζειν ἐπὶ σχοινίων λεπτῶν, ἢ κύκλῳ περιδινεῖσθαι μὴ σκληρὸν ᾖ, οἷα τὰ Μυρμηκιδέως τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου, *cujuſcunque enim ſtudii finis non facit ad vitam bene agendam, illud non venit in artium cenſu, ut ſunt, teſſeras bene jacere, per funes tenues ambulare, in circulum verti ſine vertigine capitis.* (adde currum ita in gyrum circumagere, ut eadem maneat orbita) *huc pertinent opera Myrmeciadis Athenienſis & Callicratis Lace-*

μάτων ἐλάσῃ. Καὶ ἤν ποτε καὶ ἐβουλήθη Πλάτωνι ἐπιδείξασθαι τὴν τέχνην. Ζεύ-

rum peritiam magnifice de se sentiebat. Voluit igitur quodam tempore speci-

dæmonii. Hæc Auctor *protrept. ad artes.* Eruditiss. Reinesius *ep.* 43. *ad Daumium* arguit erroris Marsil. Cognatum, quod συνέμπτωσιν Anniceridum non animadvertit. *Vixere enim*, inquit, *duo, quos erui, uno seculo, sed alter post alterum annis ferè octoginta* & in *Appendice* addit; *Anniceris Philosophus Paræbatæ discipulus, à quo* Ἀννικέρειοι, *alius fuit, & junior, quam Anniceris Cyrenæus ὁ λυτρωσάμενος τὸν Πλάτωνα, hunc in Platone memorat Laërtius, illum in Aristippo. Ambos confundit lib.* III. *cap.* 17. *Observ. Cognatus.* Hæc ille *l. c.* Verum, si Laërtium sequimur, unus tantum fuit Anniceris, qui & Platonem redemit & Paræbatæ discipulus fuit. Nam in *vitâ Aristippi*, Ἀννικέρεις, à quo Ἀννικέρειοι, *Diogeni* est ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος æque ut in *Platone.* quæ nota, duobus locis repetita unum eundemque *Annicerin* designat. Fuit scilicet equis & aurigationibus more patrio deditus *Anniceris* adhuc junior, sed postea, fortè Platonis admonitione melior redditus, missis phaleris, ad philosophandum appulit animum. Ita in *Vit. Philosophor.* ex pugile, sculptore, mercatore aliisque legimus philosophos natos esse. *Plato*, inquit Servius *in* VI. *Æneid. ab humerorum dictus est latitudine, quam Græci* Πλάτων *vocant* (v. Nostrum *lib.* II. *cap.* 10.) *Athleta enim fuit, qui post omnium victoriam se Philosophiæ dedit.* Hujusmodi mutationem vitæ in *Anniceride* crediderim accidisse, nec opus esse duos ex uno procudere Annicerides KUHN.

Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος] Celebris hic fuit ex eo, quod Platonem, jussu Dionysii Majoris Siciliæ Tyranni abductum, & venumdatum, redemerit; Vide Diog. Laërt. in *Platone.* Quæritur autem inter Eruditos, an idem sit, Hic, & Ille, qui inter Cyrenaicos peculiari sectæ nomen dedit *Annicereorum.* Et habent, qui id affirmant, faventem sibi Laërtium in *Aristippo*; Nisi tamen is hac parte corruptus sit, ut sane censet Menagius. Contra enim Olympiodorus in *Platonis Vita.* Annicerin hunc, qui Platonem redemit, dicit navigasse tunc in Elidem, ut in Olympiis certaret quadrigis, & addit *Aristidem* dicere solitum,

Nemo Annicerin novisset, nisi is Platonem redemisset. Verba Aristidis occurrunt apud Photium *Bibl. p.* 1297. ubi ita Aristides alloquitur Platonem. *Vendente te Pollide nemo Græcorum emit,* Λιβυς ἤ ἄνθρωπος, Ἀννίκερις ὄνομα, ὃν ἐδὲ ἐπρίατο ἀνθρώπων ἐδεὶς, εἰ μὴ ταῖς αὐταῖς συμφοραῖς ἀπεχρήσατο. Νῦν ἤ ὁ Πλάτωνα ἐρρύσατο, ἀλλὰ δόξαν ἑαυτῷ, καὶ τὸ γιγνώσκεσθαι. *Sed Libys quispiam te emit, nomine Anniceris, quem neque hominum quisquam nosset, nisi tuis calamitatibus fuisset usus. Nunc vero non Platonem emit, sed gloriam sibi & nomen.* Manifesto hæc sunt, ut putem, argumento, non fuisse ergo hunc aliis rebus, & quidem Philosophicis disciplinis, adeo Celebrem, ut etiam sectam ab se nominatam relinqueret. Quin & Ratio temporis vix videtur illud concedere; siquidem iste Annicereorum progenitor vixit demum tempore Alexandri. Diserte Suidas, ἦν ἤ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου. Plato autem floruit tempore Artaxerxis Mnemonis, & venditus ac redemptus est minimum L. annis ante mortem Philippi, vel initia Alexandri. Confirmatur hæc Ratio etiam ex successione Cyrenaicæ disciplinæ. Socrates enim discipulum habuit Aristippum, Platonis æqualem, ille vero Antipatrum, hic Epitimeden, qui Paræbaten, & is denique *Annicerin*, quartum itaque à Platonis ætate vel æqualibus, uti id ipse Laërtius in *Aristippo* nos docet. Sed &, qui una cum Anniceri dicitur Paræbatis fuisse auditor, Hegesias vixit sub Ptolemæo Rege, ut liquet ex Cicer. *Tusc. quæst. lib.* I. ut adeo etiam hunc Vossius, *de Hist. Græcis* I. *p.* 81. male dicat Platonis fuisse æqualem, quia Anniceridis esset. Nihil tamen in his prorsus affirmem, utpote rebus non plane certis. Et Laërtium vel sic putem, potius memoriâ lapsum, quam corruptum, quia & Suidas in *v.* Ἀρισίππος eandem, quam Laërtius, *Anniceri* addit descriptionem, & ita, ut videatur plane eam ex Illo hausisse. PERIZ.

2 Ἐπὶ τῇ ἱππείᾳ] Gesnerus legit *ἱππέᾳ*, & facile fuit; non enim aliter loquimur. FABER. Gesneri lectionem etiam probant MSS. omnes. SCHEFF. Benè, & secundum ana-

ξας δὴ τὸ ἅρμα, ἐθαύμασεν ἐν Ἀκαδημίᾳ δρόμους παμπόλλους, ὅτως ἀκριβῶς φυλάττων ἕ δρόμου τὸ τοῖχον, ὡς μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρματοτροχίας, 3 ἀλλ' ἀεὶ κατ' αὐτῶν ἰέναι. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι πάντες, ὥσπερ εἰκὸς, ἐξεπλάγησαν. Ὁ δὲ Πλάτων, τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῷ σπουδὴν διέβαλεν, εἰπών· ἀδύνατόν ἐστι, τὸ εἰς μικρὰ ὅτω, καὶ εὐδενὸς ἄξια, τοσαύτην φροντίδα κατατιθέμενον, ὑπὲρ μεγάλων τινῶν σπουδάσαι. Πᾶσαν γὰρ αὐτῷ τὴν διάνοιαν εἰς ἐκεῖνα 4 ἀποτεθεῖσαν ἀνάγκη ὀλιγωρεῖν 5 τῶν ὄντως θαυμάζεσθαι δικαίων.

ΚΕΦ.

specimen artis Platoni exhibere. Junctо itaque curru in Academia multos cursus circumegit, adeò exactè cursus meatum servans, ut non transiret orbitas, sed semper in iisdem incederet. Ceteri igitur omnes, ut verisimile est, obstupuerunt. At Plato nimiam ejus industriam reprehendit, dicens; fieri non posse, ut, qui rebus tam exilibus, & nullius pretii, operam impenderet adeò diligentem, possit præclaris negotiis ullis attendere. Quum enim omnis cogitatio in ista conferatur, necessum esse, ut ea negligat, quæ revera sunt admiratione digna.

CAP.

analogiam Grammaticam. Moschopulus ἀεὶ γράδω. τὸ δὲ ἀφ' ἕ εἶα παροξύτονα θηλυκὰ ἔχοντα ἀπαραγκείμενα δὲ ἕ εὖω δὲ τὸ εἶ διφθόγγε γράφοντα, οἷον ἵππος ἱππώνιππεία pag. 40. 41. KUHN.

Ἐπὶ τῇ ἱππείᾳ.] Recepi *ἱππείᾳ*, quod & Græcissimus postulabat, & MSti, tum quorum Excerpta habuit Schefferus, tum quos Ego vidi, præferunt: rejecta lectione, quæ ex Vitio Typographi in prima Editione videtur orta. Solebant autem Veteres istam currus agitandi artem majoris, quam par erat, facere, ut vel ex certaminibus quadrigarum in Olympiis apud Græcos, & ludis Circensibus apud Romanos constat. Sed maxime propria erat hæc ars Cyrenensibus. Unde Maximus Tyr. *Diss.* 7. proprias variorum populorum artes commemorans, *Cyrenaicam disciplinam* esse ait *agitationes curruum:* ἡ μὲν τὰς λόγος σπεδὴ, τέχνη Ἀττικὴ, παιδεύματα Κρητικὰ, Σπάρτη, &c. τὰ Θετταλὰ ἱππικὴ, τὰ Κυρηναϊκὰ διφεῖαι, τὰ Αἰτωλικὰ ληστεία. Adde omnino Doctissimum vere Bochartum *Phalegi* IV. 33. Nihil itaque mirum voluisse & hunc Annicerin Platoni ἐπιδείξασθαι τὴν τέχνην. Conferri debet cum hoc loco & Phrasi comparatio à Gubernatore Navis & Aurigæ ad Reip. domi bellique Rectorem translata à Juliano *Orat.* I. *pag.* 25. Τίς ἤ ἡνίοχος ἅρματος δεξιὸς, οὐ ὁμαλῶ καὶ λείᾳ χωρεῖν, εὐπειθεῖς καὶ πρᾴους καὶ ταχεῖς ἵππους ζευξάμενος, εἶτα οὐ τέτοις ἐπιδεικνύμενος τὴν τέχνην. PERIZ.

3 Ἀλλ' ἀεὶ καθ' αὐτῶν ἰέναι] Uterque MS. habent καθ' αὐτόν. Et ita omnes etiam antiquæ Edd. Romana, Basileensis, tum illa Gesneri, & Primæ Tornæsii. In Hujus Posterioribus demum, & dein iis, quos Schefferus, & qui eum secuti, dederunt, reperio, quod nunc vulgatur, nescio utrum de industria, an vero fortuito casu aut errore, quem posteriores sint secuti. Sed non magni res est momenti. Recte enim dicitur utrumque, & Prisca lectio τοῖχον, Recentior speciosius, certe propius, τὰς ἁρματοτροχίας respicit. IDEM.

4 Ἀποτεθεῖσαν] Malim ἀποτεθέσθαι. GESNERUS.

5 Τῶν ὄντων θαυμάζεσθαι δικαίων] Hoc vero haud dubie ex errore & ἀβλεψίᾳ est ortum. MSti & omnes ante Schefferum Editi legunt ὄντως. Emendavi ergo, quod in postremis Edd. male jam quasi receptum vulgabatur. Paulo ante à Tornæsio in margine ad vocem ἀποτεθεῖσαν annotatam reperio conjecturam ἀποτεθέσθαι, sed qua minimè est opus. PERIZ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ΚΕΦ. κή'.

Αλεκτρυόνων ἀγὼν πόθεν ἀρχὴν ἔλαβεν.

CAP. XXVIII.

Unde certamen gallorum gallinaceorum initium traxerit.

1 Μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην, Ἀθηναῖοι νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρυόνας 2 ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θέατρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. Πόθεν ὖν τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὅδε ὁ νόμος, ἐρῶ. Ὅτε Θεμιστοκλῆς ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους ἐξῆγε τὴν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλεκτρυόνας ἐθεάσατο μαχομένους· καὶ ἀρχῶς αὐτοὺς εἶδεν· 3 ἐπέστησε ὖν τὴν στρατιὰν, καὶ ἔφη πρὸς αὐτούς· ἀλλ' οὗτοι μὲν, ὅτε ὑπὲρ πατρίδος, ὅτε 4 ὑπὲρ

Post devictos Persas, Athenienses legem posuerunt, ut galli gallinacei quotannis uno die publice in theatro certarent. Unde vero traxerit originem hæc lex, planum faciam. Quum Themistocles civicum exercitum adversus Barbaros educeret, gallos gallinaceos conspexit pugnantes: neque ille oscitanter eos vidit: sed totum exercitum adstare jussit, & dixit ad ipsos: At hi neque pro patria,

1 Μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην] Intelligenon unius prælii *Victoriam*, sed totius belli, quod Xerxes Græcis intulit. De ipso autem illo Gallorum certamine videsis, quæ hic notarunt Viri Eruditissimi, Schefferus & Kuhnius. PERIZ.

2 Ἀγωνίζεσθαι] Idem Pergami institutum, teste Plinio *lib.* X. *cap.* 21. At de Athenienſium consuetudine testatur Lucianus *libro de Gymnasiis.* ubi Gilb. Cognatus notat, pari fere modo, quo hic Themistocles, etiam Socratem Iphicratis animum accendisse. Chrysippum quoque *libro de Justitia* agnoscere, quod gallorum æmulatione nobis stimulus ad fortitudinem injiciatur. Quæ Gilbertus ex Laertio *vita Socr.* habere videtur, De lege Athenienſium videndus omnino Petitus in *Leg. Att. pag.* 84. & quæ notat Dempsterus *ad Rosini lib.* III. *cap.* 10. item Thomas Bartolinus, vir solide doctus, vetusque amicus meus *lib.* II. *de Luce Animalium cap.* 14. SCHEFF. Hujus moris Attici, & gallorum commissionis anniversariæ meminit Eustathius *in Iliad. pag.* 740. his verbis: Ἀθηναῖοι Πέρσας νικήσαντες, ὕστερον ὑπενόησαν θεῖόν τι καὶ ἀκίνδυνον γυμνάσιον, ἀλεκτρύονας νομοθετήσαντες ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους· ἐπεὶ καὶ Θεμιστοκλῆς ὅτε τοῦ Περσῶν ἐξῆγε στρατὸν, ἀλεκτρύονας ἰδὼν μαχομένους ὑπὲρ μὴ τοῦ ἠττηθῆναι, ἐκεῖνός φασι τοὺς Ἀθηναίους ἐπέρρωσεν εἰς μάχην. Ὁμοίως ὃ καὶ Ῥωμαῖοι ἐποίουν δι' ὀρτύγων μονομαχίας κήρυκος προφωνοῦντος τὸ ΠΟΥΛΛΟΙ ΠΟΥΓΝΑΝΤ ἢ παῖδια μάχοιτο καὶ ὅτω τοὺς θεατὰς ἀθροίζοντος. *Athenienſes Persis devictis lepidum quoddam & innoxium excogitarunt exercitamentum, dum gallos quotannis solenni quodam die publice committendos sanxerunt, cum Themistocles quoque exercitum in Persas educens, gallosque videns pugnantes pro victoria, hoc exemplo suorum animos ad pugnam accendisset. Simile & Romanis factitatum per coturnicum* (adde gallorum) *commissiones, præcone indicente certamen his verbis,* PVLLI PVGNANT *& ita spectatores evocante.* adde Musonium apud Stobæum *pag.* 367. ὄρτυγες καὶ ἀλεκτρυόνες &c. KUHN.

3 Ἐπέστησε] Legendum ἐπέστησε. SCHEFF. Dudum ita legit Romana editio. KUHN.

Ἐπέστησε] Ita non Romana solum Editio, sed & omnes Aliæ, æque ac MSti. Vitium Stœrianæ imprudenter secutus videtur Schefferus in Prima sua, ad quam ideo nihil hic notavit, sed in Posterioribus corruptum illud & Stœrianum ἐπίστησε, quasi vulgatam Lectionem, corrigit, *legendumque* ait ἐπέστησε. Mox insuper Postrema Kuhnii Editio, latissima profecto Typographi culpa, omiserat, cum illud, ὅτε ὑπὲρ πατρίδος, tum hoc, ὅτε ὑπὲρ δόξης, quæ suis Ego locis reddidi. PERIZ.

4 ὑπὲρ πατρῴων θεῶν, οὐδὲ μὴν ὑπὲρ 5 γονικῶν ἡρώων κακοπαθοῦσιν, οὐδὲ ὑπὲρ δόξης, οὐδὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας, οὐδὲ ὑπὲρ παίδων, ἀλλ' ὁ ὑπὲρ οὗ μὴ ἠτηθῆναι ἑκάστους

neque pro diis patriis, neque vero pro avitis monumentis mala subeunt, neque pro gloria, neque pro libertate, neque pro liberis: sed ea gra-

4 Ὑπὲρ πατρῴων θεῶν.] Mediceus & Sluisk. ὑπὲρ πατρῴων ἐθῶν.

5 Γονικῶν ἡρώων] Legendum ἀρχηγικῶν. Jussi autem scribi ἡρώων non ἡρώων, Attica forma scilicet, ut ἡρᾶναι apud Aristophanem in *Nebulis*, puto. ἡρῶα autem sunt sepulcra Heroum. res vulgata est & trita, pro ἡρώεια FABER. Non satis intelligo, quid hic faciant Heroës, & quomodo Heroës patrum aut majorum dicantur. Puto plane ἡρωείων scribendum, exponendumque de sepulchris: Hesych. ἡρώειον, μνημεῖον. Sane tali occasione mentionem sepulchrorum facere, frequens priscis autoribus. Nisi forte mavis ἠελίων. Nam & Noster ipse in *Epist. Rust.* 3. τοῦ ἀρχηγικῶν ἠελία tali sensu usurpat. Faber legit ἀρχηγικῶν ἡρῴων, ut ἡρῴων Atticum sit pro ἡρωείων, habens faventem sibi lectionem vulgatam. Cuperus *lib.* III. *Observ. cap.* 16. putabat τοπικῶν ἡρώων, & exponebat de *præsidibus locorum*, quod videtur longius recedere à recepta scriptura. SCHEFF. Tot correctionibus carere possumus, si accipiamus τὸ, ὑπὲρ ἀρχηγικῶν ἡρώων, de *heroibus*, quos *Athenienses jactitant majores suos*, quorum numerus non est exiguus. pro illis certarunt Athenienses, dum à delubris & templis ipsorum hostium vim depulerunt, & relictam ab ipsis gloriam illibatam conservare conati sunt. τῶν δὲ ἀρχηγῶν τάξιν μὴ λιπεῖν quoties in Atticis, scriptoribus obvium est? imo, ut Hegesias ait, ἡ Ἀττικὴ Θεῶν ἐστι κτίσμα καὶ ἀρχηγῶν ἡρώων. *Regio Athenienſium est Deorum opus & Heroum priscorum.* Malim *Majorum* per appositionem. Strabo *lib.* IX. *pag.* 273. KUHN

Γονικῶν ἡρώων] Si genuina est hæc Lectio, tum sane optime eam explicuit Eruditus ille Kuhnius. Sed vix occurrunt γονικοὶ ἥρωες; deinde vix conveniens aut usitatum in tali negotio nominatim *Heroum* fieri mentionem post Deos, quorum appellatione etiam illi, tanquam Dii quidam minorum gentium, vel Semidei, comprehenduntur. Utut sit, variis ea conjecturis tentarunt Critici. Tan. Faber maluit ἀρχηγικῶν ἡρώων, ut intelligantur *Monumenta Heroum*, qui fuere inter *Progenitores* populi. Cuperus τοπικῶν Ἡρώων, intelligens *Heroas* vel Deos, *Loci Præsides.* Schefferus denique *putat plane scribendum* ἡρωείων, sed addit dein, *nisi forte mavis* ἠελίων. Hoc qui malint, eos inter Ego certe nomen meum profiteor, præsertim quum ita disertissime legant MS. Sluisk & duo Codices Regii. Sed & utitur hoc vocabulo Noster, non tantum in *Epist. Rust.* quam allegavit jam Doctiss. Schefferus, sed & in hisce *Variis* XII. 21. λάθρᾳ εἰς τὰ οἰκεῖα ἠελία ἐκόμιζον αὐτὸς. Ex quo insuper loco constat, ἠελία fuisse τάφους, *sepulchra.* Vide omnino & Suidam, Etymol. M. Jam autem nihil in Historiis frequentius, quam pro *sepulchris Parentum*, τοῦ Γονέων pugnare liberos vel posteros, aut de iis ab alio dirutis maxime queri, eaque utroque in casu *Templis* Deorum jungi & æquiparari. Vide Liv. XXXI. 30. & Appian. *B. Civ.* I. *pag.* 355. Adde etiam de Scythis & eorum Rege, Herodot. IV. 127. Nemo igitur, ut opinor vitio mihi vertet, quod hanc speciosam adeo & liquidam MSti lectionem in Textum receperim. PERIZ. Pro γονικῶν ἠελίων Parenti meo videbatur legendum ἀρχηγικῶν ἠελίων. quomodo apud Lucianum in *Eunucho*: ἐπεὶ τὰ ὑπὲρ πατρίδος κινδυνεύσης, καὶ ἱερῶν πατρῴων, καὶ πάντων ἀρχηγικῶν ἐφίζεσθαι: & *alibi*, ἐπὶ τὰ σφέτερα ἠελία καὶ δήκας ἀρχηγόνων.

6 Ὑπὲρ τοῦ μὴ ἠτηθῆναι ἑκάτερος] Sic MSti & Editi. Et recte. Refertur enim τὸ ἑκάτερος ad ὅτοι καὶ παῖδας. Sic. VII. 2. Εἶτα ἀντιφιλοτιμοῦντο ἑκάτερος ὑπερβαλέσθαι τὸ ἕτερον. PERIZ.

ἑκάτερ@, μηδὲ εἶξαι θατέρῳ τ' ἕτερον. Ἀπερῶν εἰπὼν ἐπέρρωσε τοὺς Ἀθηναίους. Τὸ τοίνυν γενόμενον αὐτοῖς σύνθημα τότε εἰς ἀρετὴν, 7 ἐβουλήθη διαφυλάττειν καὶ εἰς τὰ ὅμοια ἔργα ὑπόμνησιν.

gratia uterque, ne superetur, neve alter alteri cedat. Quibus dictis Athenienſium animos confirmavit. Quod ergo tunc eis incitamentum ad virtutem extitit, voluit ad edenda ſimilia monumentum ſervare.

7 Ἐβουλήθη διαφυλάττειν] An ἐβουλεύθη, *decretum eſt*, ſcil. ab Athenienſibus, ſeu, initum eſt ab iis conſilium faciendi illud? Nam etiam Paſſivo ſenſu τὸ βουλεύεσθαι adhibetur. Herod. I. 9. 21. Ὃ δὴ μήτε τῶν ἀλλοσκευῆς, μήτε τῶν βεβουλευμένων ἐκ ἰδὼς, *neque ejus, quod parabatur, neque eorum, quæ decreta erant, quicquam ſciens.* Plutarchus *Apophth. Regum* &c. de Phocione, contra cujus ſententiam res feliciter ceſſerat: ἐρωτηθεὶς, εἰ ταῦτα ἤθελεν ὕστερον πεπρᾶχθαι, πεπράχθαι μὲν ἂν ἔφη ταῦτα, βεβουλεῦσθαι δ' ἑκεῖνα, *rogatus, an jam vellet illa ita eveniſſe, eveniſſe quidem illa reſpondit, ſed iſta decreta.* Sæpius tamen Activo occurrit apud Veteres. Polyæn. I. 17. Βεβουλευμένοι νικᾶν, ἢ ἀποθανεῖν, *conſtitutum habentes, vel vincere, vel mori.* Jul. *Or.* I. *pag.* 4. *Ed. Noviſſ.* ὥδην ὁρμώμενος τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων ἔθασας καὶ ἐβουλεύσω. h. e. *decreviſti.* Vulgata autem unice refert ad Themiſtoclem, quod omnium videtur fuiſſe Athenienſium. Vel ſic tamen nihil nunc mutandum cenſeo. Recte enim Themiſtocli tribuitur, quod ab eo ad populum ferente & ſuadente eſt profectum. Plane ut apud Romanos ſæpe Magiſtratus quiſpiam dicitur feciſſe, quod lege ad populum lata perfecit, ut decerneretur. Sic apud Suetonium *Ner.* 2. *Cn. Domitius in Tribunatu Pontificibus offenſior, quod alium, quam ſe, in Patris ſui locum cooptaſſent, jus Sacerdotum ſubrogandorum à Collegiis ad Populum Tranſtulit.* Sed & hunc ipſum Themiſtoclem νομοθετῆσαι τὰς ἀλειφομένων ἀγῶνας, *legem tuliſſe de hiſce Gallorum certaminibus*, diſerte ait Julius Africanus Κεστοῖς *cap.* 5. prout eum locum veriſſime emendavit, & de Themiſtocle interpretatus eſt, Doctiſſ. Boivinius, cujus indicio etiam locum hunc debeo, tanto magis notabilem, quia alia iſtic ſanciendi iſtius certaminis Gallorum refertur cauſa, quod ſcil. Themiſtocles in Bello contra Perſas muniverit ſe lapide, qui in ventriculo fortis galli gallinacei erat repertus, talemque gallum victorem comederit, quod utrumque victoriam pugnaturis præſtare valeat. Cæterum iſtius ὑπομνήσεως ergo debebant *omnes puberes*, πάντες οἱ ὡς ἡλικίᾳ, *intereſſe* huic certamini, ut nos docet Lucian. *de Gymnaſiis.* IDEM.

ΚΕΦ. κθ'.

Τὴν τύχην πῶς ἐσήμανεν ὁ Πιττακός.

1 Πιττακὸς ἐν Μιτυλήνῃ κατεσκεύασε τοῖς ἱεροῖς κλίμακα, εἰς

Τὴν τυχὴν πῶς ἐσήμανεν ὁ Πιττακός] In MSS. & C. titulus hujus capitis eſt: ἀγχιστῖνος κλῖμαξ@. SCHEFF. Hoc caput ferè integrum exſcripſit Euſtathius in *Odyſſ.* ὁ σοφὸς Πιττακὸς ἐν Μιτυλήνῃ ἀνέθηκεν ἐν τοῖς ἱεροῖς κλίμαξι.

CAP. XXIX.

Quemadmodum fortunam ſignificarit Pittacus.

Pittacus Mitylenis in templis ſcalas fecit, ad nullum quidem uſum ido-

ἀνιττόμενον φασι τὴν ἐκ τύχης ἄνω καὶ κάτω μετάπτωσιν, τὸ μὲν εὐτυχούντων ἀνιόντων, καταβαινόντων δὲ ἄλλως πως ἐχόντων. KUHN Jac. Capellus in *hiſtoria ſacra & exoticâ* ſuſpicatur Pittacum aliquid de Jacobi ſcala inaudiviſſe, adeoque ſca-

εἰς ἀδημίαν μὲν χρῆσιν ἐπιτήδειον, 2 αὐτὸ ὃ τοῦτο, ἀνάθημα εἶναι· αἰνιττόμενον τὴν ἐκ τύχης ἄνω καὶ κάτω 3 μετάπτωσιν τρόπον τινὰ, τὸ μὲν εὐτυχούντων ἀνιόντων, καταιόντων δὲ τὸ δυστυχούντων.

idoneas, ſed ad hoc ſolum, (*eas fecit*) ut eſſet dicatum Sacris donum; adumbrans quodammodo fortunæ mutationem ſurſum deorſum *fieri ſolitam*, aſcendentibus his, quibus fortuna aſpirat, deſcendentibus vero, qui miſeriis premuntur.

ΚΕΦ.

CAP.

ſcalam templis, non ad uſum, ſed quaſi ad myſticum documentum anathematis inſtar donaſſe, teſte Ælíano, qui ſcalâ hac vult fortunæ volubilitatem & rerum humanarum viciſſitudinem à Pittaco adumbratam eſſe. Philo quoque *libr. de ſomn. pag.* 456. in ſcala Jacobeâ fortunæ agnoſcit volubilitatem. v. Boët. Sizman. *pag.* 167. KONIG. Hoc Philonis interpretamentum olet Rabbinorum *medraſchim*, quos videſis. KUHN.

1 Πιττακὸς] *Vir dives, ſapiens ac Juſtus*, inquit Plutarch. *lib. de Tranquill. Animi.* Rem ipſam vide apud Euſtat. *Odyſſ.* K. SCHEFF.

Πιττακὸς] Unus ex VII. Græciæ Sapientibus fuit, creatus in civilibus diſcordiis Patriæ *Æſymneta*, h. e. Magiſtratus extraordinarius tyrannicæ poteſtatis ultro à populo datæ ad certum tempus vel negotium; quæ cauſa eſt, ut ſæpe etiam *Mitylenæorum Tyrannus* vocetur. Condidit quoque Leges Mitylenæis: Vide Ariſtot. *Polit.* II. 10. Vixit & floruit tempore Nabuchodonoſori Babylonii. PERIZ.

2 Αὐτὸ ὃ τοῦτο, ἀνάθημα εἶναι] Interpretes vim hujus locutionis nimis implicuerunt, certe non expreſſerunt ſatis liquido, quod jam à Nobis factum putamus. Solet autem illud αὐτὸ τοῦτο ita per Ellipſin & Appoſitionem adhiberi, & tum ſæpe inſuper Αὐτὸ notat *ſolum, Unum.* Sic *infra* IV 9. de Platone, qui Olympiæ vixit cum hoſpitibus, nullam mentionem faciens Academiæ, aut Præceptoris ſui, Socratis, αὐτό γε μὴν τοῦτο ἐπεφάνησεν αὐτοῖς, ὅτι καλεῖται Πλάτων, *illud tamen unum declaravit* &c. VII. 13. de Ageſilao, qui jam ſenex ſæpe dicitur prodiiſſe ἀχίτων, τὸ τρίβωνα περιβαλόμενος αὐτὸν, *ſolum ſibi circumdans pallium:* ubi male Geſnerus & Scheffer. id olim ſollicitabant. Aliquando tamen additur etiam μόνον, quod additum & non addi-

ditum vide apud Epict. *cap.* 73. Ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγελμένοις, τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνὸν ἐστιν. ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο, τὸ ἐξηγεῖσθαι, θαυμάσω, τί ἄλλο, ἢ γραμματικὸς ἐπιπλέον ἀντὶ φιλοσόφου; *Supereſt uti præceptis: hoc ipſum ſolum eſt egregium quid. Quod ſi illud unum, poſſe exponere, admiror, quid aliud, quam Grammaticus ſum factus loco Philoſophi?* Noſter III. 17. Ἐπολιτεύσαντο ἂν καὶ φιλόσοφοι, ἢ αὐτὸ τοῦτο μόνον, τὴν διανοίαν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἐφ' ἡσυχίας κατεβίωσαν; ubi jam inſuper habemus Appoſitionem, ut hîc, in medio Orationis. Conſtructionem vero plane ſimilem habes *ſupra* I. 30. Παρεσκάτας, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν θεῶν τέτων. Et III. 17. Ἀριστείλης τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ὃ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ σῶμα, ἀνέστησεν. Et XIII. 2. Ἔδοσαν ἂν ὁ Μακεδὼν ἐ μεμαθήν τὴν δίκην, τοῦτο δὴ τὸ ποινικὸν, σὺν τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ. Adde & III. 9. IDEM.

3 Μετάπτωσιν] MSS. B. & C. μεταπάτωσιν ἢ τῷ τύχῳ εἰκὼς. SCHEFF. Lugd. itidem ut Schefferi B. & C. legit plenius, μεταπάτωσιν, ἢ τὴν τύχην εἰκὸς τρόπον τινὰ &c. in quibus nullus eſt ſenſus, ſed erit optimus, & pulcherrimus, ſi leviſſima mutatione legas εἰκάσας, h. e. *aut Fortunam ipſam* (ſecundum ſcil. & adverſam) *quodammodo aſſimulans*, vel hac *Imagine* exprimens, aſcendentibus, queis ſecunda aſpirat Fortuna, deſcendentibus vero, quibus Adverſa eſt. Sic *infra* IX. 18. Θεμιστοκλῆς ἑαυτὸν εἰκάζε τοῖς δρυσί. Lucian. *adv. Indoctum*, ὧν σε εἴκασα κατὰ τοῦτο αὐτῷ. *Dial. Meretr. Leontichi*, τίνι με πάντες τότε εἴκαζον. Idem monuit me Doctiſſ. Boyvinius de duobus Regiis Codd. qui haud dubie ſunt Schefferi B. & C. addens etiam, *fortaſſe pro* εἰκὸς *legendum* εἰκάσας vel εἰκονίσας. Prius extra controverſiam eſt verius, ut jam declaraſſe mihi videor. PERIZ.

1 Καὶ

ΚΕΦ. λ'.

Περὶ Πλάτωνος.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος τὰ πρῶτα ἐπὶ ποιητικὴν ὥρμησεν, [1] καὶ ἡρωικὰ ἔγραφε μέτρα. Εἶτα αὐτὰ κατέπρησεν ὑπεριδὼν αὐτῶν, ἐπεὶ τοῖς Ὁμήρου αὐτὰ ἀντικείμενα ἑώρα καὶ πολὺ ἡττώμενα. Ἐπέδετο δὴ τραγῳδίᾳ, ἤδη καὶ [2] τετραλογίαν εἰργάσατο, καὶ [3] ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι, δὴς ἤδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα. [4] Πρὸ τῶν Διονυσίων ἦ παρελθὼν ἤκουσε Σωκράτους, καὶ ἅπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐκείνου σειρῆνος, οὐκ ἀγωνίσματος μόνον ἀπέστη τότε, ἀλλὰ καὶ τελέως τὸ γράφειν τραγῳδίαν ἀπέρριψε, καὶ [5] ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν.

CAP. XXX.

De Platone.

Plato, filius Aristonis, primum ad artem poëticam animum adjecit, & Heroïca carmina condidit. Postea combussit ea nihili faciens, quum ad Homeri versus ea comparans, longe esse inferiora vidisset. Proinde ad tragœdias animum applicuit, & elaboraverat jam tetralogiam, ac in eo erat, ut certamen subiret, quum jam dedisset histrionibus poëmata. Verum

1 Καὶ ἡρωικὰ] Laertius: καὶ ποιήματα ἔγραψε· πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας. Apulejus *de dogmat. Plat. tragœdiis & dithyrambis se utilem finxit.* SCHEFF.

2 Τετραλογίαν εἰργάσατο] Lux huic loco ex Laërtio est adfundenda, cujus verba de dialogis Platonis hæc sunt: Θρασύλλος φησὶ καὶ πῶς τραγικῶς τετραλογίαν συθεῖναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους οἷον σκῆνοι τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο. Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις· ὧν τὸ τέταρτον λύε Σατυρικόν· τὰ δὲ τέτταρα δράματα σκαλεῖτο τετραλογία. Adde Meursium in *fine Sophoclis.* Casaubonum in *lib. de Tragœd.* Item in *commentar. ad Athen. lib.* X. *cap.* 5. item Menagium *ad dictum Laërtii locum.* SCHEFF. Imprimis videsis Casaubon. *lib.* I *de Poët. Satyr. cap.* 5. Sarisberiensem *lib.* VII. *cap.* 5. Jonsium *pag.* 81. Eustath. *in Iliad. pag.* 129. Rittersh. *in Oppian. pag.* 103. KONIGIUS.

2 Τετραλογίαν] Dicebatur ita, quia constabat quatuor Fabulis, tribus Tragicis, quarta Satyrica, quibus omnibus pariter, sed ita, ut singula diversis temporibus & festis agerentur, certabant inter se Poëtæ Tragici. Erat autem hæc Tetralogia cognati aliquando argumenti. Sic certe Tetralogia Æschyli, vel potius tres ejus Tetralogiæ Tragœdiæ præter Satyricam, *Agamemnon*, *Choëphoræ*, & *Eumenides*, cognati fuere argumenti. Neque aliter *supra cap.* 8. Euripidis tetralogia istic memorata Tragœdias habuit omnes de rebus Trojanis, *Alexandrum*, qui est Paris, *Palameden*, & *Troes*. Forsan etiam illa Xenoclis, ibidem laudata, cognati fuit argumenti, non quidem ex eadem Historia sumpti, sed ex similibus summi flagitii Historiis, *Oedipodis*, qui Patrem occidit &c. *Lycaonis*, cujus inhumanæ epulæ humanarum carnium præbuerunt causam diluvio, *Baccharum*, quæ sæpe suos ipsæ filios occiderunt. Sed tamen neutiquam omnes Tetralogiæ affinis habuere argumenti fabulas, cum reperiamus à Veteribus memoratas, quarum fabulæ diversissimi fuere argumenti, historiæ, immo gentis & temporis. Ceterum quod Plato heic dicitur carmina ab se composita combussisse, id respicit etiam Apulejus *Apolog. pag.* 13. *Cujus* (Platonis) *nulla carmina exstant nisi amoris elegiæ, nam cetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni dedisse.* Vide quæ *supra ad Cap.* 8. notavi, & illos insuper, quos Viri Clarissimi, Schefferus & Kuhnius, *ad hocce* Caput laudarunt. PERIZ.

3 Ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι] Apulejus *supra allato loco. Jamque carminum confidentia elatus certaturem se profiteri cupiebat.* SCHEFF.

4 Πρὸ τῶν Διονυσίων] Quo festo ista poëtarum certamina fiebant, sicut supra ex Laërtio dicimus. Et Schol. *Aristoph. in Equit.* Ἐν τῇ Διονύσῳ ἑορτῇ, τότ' ἐστὶ τοῖς Διονυσίοις ἠγωνίζοντο τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. Vide & Plutarchum in *Exilio.* Porro de re ipsa adscribam verba Laertii, quoniam interpres ea perobscure reddidit. Ἔφη, inquit, μᾶλλον μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τῶν Διονυσιακῶν θεάτρου, Σωκράτης ἀκέσας καθέλκυσε τὰ ποιήματα, εἰπών

Ἡφαιστ' ὦ μόλε· σὲ γὰρ Πλάτων νῦν σεῖο χαλίζει.

Διονυσιακὸν θέατρον hoc loco, ἑορτὴ, ita dictum, quia una cum hoc etiam alia spectacula populo exhiberi mos erat. Interpres *Dionysiacum theatrum* minus commode exposuit. v. Menag. *ad Laërt. pag.* 54. SCHEFF.

Πρὸ τῶν Διονυσίων] *ante Dionysia*, præcipuum scilicet Bacchi festum, cujus potissimum festis, agebantur Comœdiæ & Tragœdiæ. Vide *supra ad Cap.* 13. 25. Inter ea autem primum ordine locum obtinebant, & καθ' ἐξοχὴν ita appellabantur, Διονύσια. Liquet ex Laërt. *in Platone*, ubi dicuntur Tragici τετρασι δράμασι, *quatuor fabulis*, certare, idque hisce festis, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις Vides primo loco memorari Διονύσια atque adeo iis non *fieri* & absolvi, sed inde demum incipere *ista Poëtarum certamina*, seu illum ἀγῶνα τετραλογίας, eaque ergo ratione hic dici πρὸ τῶν Διονυσίων, licet cæteroquin & Ληναῖα, & Χύτροι, etiam essent *Dionysia*, h. e. Dionysi festa. Audiamus Scholia *Aristophanis ad Acharnenses pag.* 395. *Hyeme enim reliquâ, Fabulam hanc demisit in Lenæa, at iis τὰ Διονύσια constitutum erat, ut Civitates ferrent tributum Athenas. Certamen Dionysiorum.* ὁ τῶν Διονυσίων ἀγών, *bis singulis annis agebatur, primum tempore verno in Urbe, quando Tributa Athenas ferebantur, dein in Agris illud certamen, quod dicebatur* ὁ ἐπὶ Ληναίῳ, *quando peregrini non aderant Athenis, & Hyems erat reliqua*, seu *imminebat.* Habemus hic Laërtii Διονύσια & Ληναῖα, itidem distincta, licet pariter essent Dionyso Sacra, quibus haud dubie deinceps adjecta sunt alia, illa scilicet, quæ idcirco ultima memorantur à Laërtio. Cæterum de ipsis his Festis vide Scalig. *de Emend. Temporum lib.* I. *pag.* 29. 30. PERIZ.

5 Ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν] Sluisk. ἐπὶ φιλοσοφίαν. Haud male. Immo id prætulerim vulgato, quum ita non modo Diod. Siculus, ut ex seqq. patet, sit locutus, sed & Eustathius ad Homerum *Iliad.* Σ. 393. totum hoc Aeliani Caput breviter, sed iisdem locutionibus, exprimens, ultima ita efferat, καὶ ἀκέσας Σωκράτους, καὶ καθάπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐκείνου σειρῆνος ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν. Locutio autem elegantissima est, & translata à luctatoribus, qui luctam aggressuri, se prius exuebant. Sic Achelous apud Ovidium *Metam.* IX. 32. luctari subito cum Hercule coactus

— rejecit viridem de corpore vestem.

Sed & in publicis ita certaminibus faciebant ac Gymnasiis, ut vestes sibi detraherent, & tantum subligacula retinerent circa pudenda, quæ ipsa etiam, instituto & exemplo Lacedæmoniorum, abjecere postea, ut diserte tradunt Thucyd. *lib.* I. & Dionys. Halic. *lib.* VII. qui istic etiam Cursorem ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα, ait. Plane, ut de iisdem Basilius M. *Homil. de Græcis*, τηνικαῦτα ἀπεδύοντο πρὸς τὸ στάδιον. Hinc jam ἀποδύεσθαι simpliciter pro *parare se*, & *dedere alicui negotio.* Sic *infra* XII. 1. πρὸς τὸ πότον, ὡς πρὸς ἀντίπαλον, ἀποδύσομαι, *parantes se, & dantes se quasi in certamen cum Vino, tanquam cum Adversario*, quicum sibi res esset futura. Julian. *Or.* I. *init.* ἐς θέατρα πανηγυρικὰ καὶ πολεμίων ἀποδύεσθαι, *ad quævis theatra*, vel *certamina*, *non audens*

se destinare, & præbere. Ubi vide omnino τῷ πάνυ, Ez. Spanhemii Copiosissimas Notas. Athenæus I. 12. ᾗ πολλοὶ διὰ τ σοφιστικὴν αὐτῷ συναπεδύοντο. *Et multipilæ lusu cum eo certarunt.* Diod. Siculus *lib.* II. *pag.* 115. plane, ut hîc Sluisk. Codex, ὀλίγοι ϛ παντελῶς ἐπὶ φιλοσοφίαν ἀπεδύντες. Quin Patrum Christianorum nonnulli celebrem illum locum Pauli, *Colos.* II. 15. Απεκδυσάμενος τὰς Αρχὰς ᾗ τὰς Εξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, similiter interpretandum censuerunt, (Vide Eratmum istic) vertentes, *Exuens se carne.* Sed perperam; siquidem illud ἀπεκδυσάμενος significationem trahit non à Verbo ἀποδύεσθαι, sed ab ἐκδύεσθαι, quod est *Spoliare*, cujus vim auget particula ἀπὸ insuper addita. Et conveniunt pulchre cum hoc sensu reliqua istius Commatis, nempe δειγματίζειν, & θριαμβεύειν. Victi enim & *spoliati Ostentari* solebant in *Triumpho.* PERIZ. Mediceus adstipulatur Sluiskiano, quorum jussu restitui ἀπέδυσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν.

ΚΕΦ. λά.

CAP. XXXI.

Οτι μηδεὶς τ βαρβάρων ἄθεος.

Quod nemo Barbarorum impius est.

Καὶ τίς ἂν ἐπήνεσε [1] τὴν τ βαρβάρων σοφίαν; εἴγε [2] μηδεὶς αὐτῶν εἰς ἀθεότητα ἐξέπεσε, μηδὲ

Et quis non Barbarorum Sapientiam laudibus extollat? siquidem nemo eorum ad Atheismum prolapsus

1 Τὴν τ Βαρβάρων σοφίαν] Vertitur *Sapientiam.* Nec male. Intelligenda tamen est, non Prudentia quædam Civilis, sed *Doctrina*, & *Scientia* eruditionis, inprimis Philosophicæ, quæ quoniam in sectas maxime abire solet, ideo vocabulum hoc sæpe certam quoque eorum Sectam notat. *Infra* XIV. 23. Πυθαγόρειος ἦν τὴν σοφίαν, *quod ad doctrinam, erat Pythagoreus.* Lucian. *de Morte Peregr.* τὴν Θαυμασὴν Σοφίαν τ Χελιωνᾶν ἐξέμαθε. Et hinc ibidem Servatorem nostrum vocat, *Crucifixum illum* Σοφιστὴν αὐτῶν, *Doctorem eorum*, Christianorum. At *Actor.* VII. 22. simpliciter jam σοφία pro omni scientia liberali ponitur, dum de Mose istic dicitur, πάσῃ σοφίᾳ Αιγυπτίων ἐπαιδεύθη. Disertissime Cicero *de Offic.* I. 43. *Princeps omnium Virtutum est illa Sapientia, quam* Σοφίαν *Græci vocant. Est autem rerum divinarum atque humanarum scientia.* Hinc jam apud Sueton. *Tib.* 14. *Sapientiæ Professor*, h. e. Liberalis Doctrinæ. Et Petron. *pag.* 29. *Ed. Gonsal. Ubi Sapientiæ consultissima via?* Ea ergo ratione etiam omnes *Docti* Græcis dicebantur Σοφοὶ. Noster VIII. 6. veteres Thracas adeo rudes & inscitos fuisse ait, ut neque literas noverint, atque idcirco esse, qui tradant, μηδὲ τ Ορφέα Σοφὸν γεγονέναι, Θρῇκα ὄντα, *Neque Orphea fuisse Eruditum, quum Thrax fuerit.* Sic Æsopum passim Phædrus vocat *Sophum.* Vide III. 15. & IV. 16. De Pythagora Valer. Max. VIII. 7. 2. *ext. Cum multiplicis SCIENTIÆ specimen exhibuisset, interrogatus, quo cognomine censeretur, non se* Σοφὸν, *(jam enim illud Septem Sapientes Viri occupaverant) sed* Φιλόσοφον *esse respondit.* Pompon. *de Orig. Juris.* §. 48. *Labeo ingenii qualitate & fiducia Doctrinæ, qui & cæteris Sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit.* Sed & hinc tandem σοφία, & σοφιστὴς pro qualiscunque ei Scientia, & Doctore ponitur, Lucian. *de Luctu pag.* 436. μεταπειλάμενοί τινα θρήνων σοφιστὴν, *arcessentes quendam lamentorum peritum artificem.* PERIZ.

2 Μηδεὶς αὐτῶν εἰς ἀθεότητα ἐξέπεσε] Marcus Tullius *lib.* I. *Quæst. Tusc. Nulla gens tam fera .. nemo hominum tam immanis, cujus mentem non imbuerit deorum opinio, multi de diis prave sentiunt, id enim vitioso more effici solet.. Omnes tamen esse vim & naturam divinam arbitrantur.* Et *lib.* II. *de Nat. Deorum. Inter omneis omnium gentium sententia constat, omnibus innatum est & in animo quasi insculptum, esse deos. Quales sint, varium est:*

μηδὲ [3] ἀμφιβάλλεσθαι περὶ θεῶν, [4] ἀρά γέ εἰσιν, ἢ οὐκ εἰσὶν· καὶ ἆρά γε ἡμῶν φροντίζουσιν, ἢ οὔ. Οὐδεὶς γὰρ ἔννοιαν ἔλαβε τοιαύτην, οἵαν [5] ὁ Εὐήμερος

lapsus est, neque in dubium vocant, sintne dii, an non sint, &, curentne res nostras, an non? Nemo igitur, neque Indus, neque Celta, neque Ægyptius,

esse nemo negat. Vide Grotium *lib.* I. *de Verit. Relig. Christianæ.* SCHEFF. Max. Tyr. *dissert.* 38. Grot. *de I. B. & P. pag.* 343. KUHN.

3 Αμφιβάλλεσθαι περὶ θεῶν] Sluisk. ὑπὲρ θεῶν. PERIZ.

4 Αρά γέ εἰσιν] Hæ enim duæ potissimæ de Diis inter Paganos quæstiones; Epictetus apud Arrianum. *Quod ad Deos attinet, sunt qui negent ullum Numen esse. Sunt qui esse dicant, sed ignavum, injurium, & nullæ rei providere. Sunt tertii, qui & esse & providere, sed non nisi magnis & cœlestibus: terrenorum autem nulli. Quarti & cœlestibus & terrestribus, sed universis duntaxat, non autem singulis & unicuique seorsim. At quinti, in qua parte Ulysses & Socrates asserunt statuuntque, quod Te ô Deus, nec in minimo motu lateam aut fallam.* Conjungit porro hæc duo Noster, quia ex Stoicorum sententia, quos non uno loco sequitur, à se invicem divelli nequeunt. Balbus apud Ciceronem *lib.* II. *de Nat. Deorum. Primum igitur aut negandum est deos esse, aut qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum, nihil est autem præclarius mundi administratione.* Confer Platonem *lib.* X. *de Legibus.* SCHEFF.

5 Ευήμερος ὁ Μεσσήνιος] Clementi in *Adm. ad Gentes* est Ακραγαντῖνος. Plutarcho, citante Eusebio *præpar. Evang. lib.* XIV. Τεγεάτης, utiturque in hanc rem testimonio Callimachi Cyrenæi. Est autem Tegea oppidum Arcadiæ. Etiam Theodoretus *serm. de Principio*, Tegeatem vocat, Eusebium secutus, opinor, uti alias consuevit. Idem, ut & Clemens cæterorum quoque mentionem facit. Adde quoque Sext. Empiricum *lib.* IIX. ubi peculiariter de hoc *Evemero* tradit, statuisse, *quod fuerint homines, qui vulgo habeantur pro diis, potentes, ideoque ab aliis divino more cultos.* Quod quam verum sit, Ger. Vossius *toto opere de Theol. Gent.* ostendit. Non igitur ἄθεος vocabulum ille merebatur. Sunt nimirum *Athei* veteribus, quicunque non cum plebe de deo sentirent. Ita periit Athenis *Socrates.* Hoc nomine accusatus est *Anaxagoras*, teste Diodoro *lib.* XII. & *Aristoteles*, autore Laërtio, de quo longe diversissimum docet Hymnus, apud eundem autorem. SCHEFF. Operæ pretium fuerit ipsum Clementem audire ê *Protreptico.* Θαυμάζειν, inquit ἔπεισί μοι, ὅτῳ τρόπῳ Ευήμερον τ Ακραγαντῖνον ᾗ Νικάνορα τ Κυπρέλον, καὶ Ισπασινὰ τ Μήλιον, τόντε Κυρλωπῶν ἐπὶ τεῖχις ὑμνῆσον (ὁ Θεόδωρος ὄνομα αὐτῷ,) καί τινας ἄλλους συχνὺς, σωφρόνως βεβιωκότας, ᾗ κεκοσμηκότας ὀξύτερόν πως τ λοιπῶν ἀνθρώπων τὸν ἀμφὶ τὰς Θεὺς τάτης πλάνην, ἀθέως ἐπικεκλήκασι, εἰ καὶ τὸν ἀληθείαν αὐτὸν μὴ νενοηκότας, ἀλλὰ τὸν πλάνητα ὑπαπτευκότας, ὅπερ ἐ σμικρὸν εἰς ἀληθείαν φρονήσεως ζάπυρον ἀναφύσημα σπέρμα. *Mirari subit, quomodo Euemerum Agrigentinum, Nicanorem Cyprium, Diagoram & Hipponem Melios, Cyrenæum denique illum, quem vocant Diodorum, temperanter & modeste viventes & reliquis hominibus acutiores ad videndam impostoram talium Deorum, Atheos nominarint, quanquam nec illi satis veritatem ipsam assecuti fuerint, suspectamque tantum fraudem habuerint, quod non parva scintilla semenque existit indagandæ veritatis.* Si extaret Lysippi Epirotæ libellus, quem inscripserat, ἀσεβῶν κατάλογον, *impiorum Catalogus*, longam seriem eorum haberemus, quos ἀθεότητος damnarunt Ethnici, fœdissimis ipsi circa Dei cultum erroribus fascinati. *Socratem* etiam & *Heraclitum*, in hanc impiorum classem relatos Justinus Martyr. docet in *Apolog.* II. *pro Christianis. Heroëstratum* addit Noster *H. A. lib.* VI. *cap.* 40. Multi etiam Philosophorum suam περὶ Θεῶν sententiam altè dissimularunt, aut Athei cognomen, aut ultimum Socratis poculum reformidantes. Quod ad *Euemerum* attinet, Plutarchus *de Isid. & Osirid.* eum, facit Messenium, additque composuisse ἀναγράφα ἀπίστε ᾗ αὐτοπαθῆ μυθολογίας, *exempla fabularum incredibilium & falsissimarum, & solum vidisse*

μερ⟨ος⟩ ὁ Μεσσήνι⟨ος⟩, ἢ 6 Διογένης ὁ Φρὺξ, ἢ 7 Ἱππων, ἢ 8 Διαγόρας,

inscriptiones, quas nec Barbarus, nec Græcus ullus vidit, & navigasse ad Panchoos & Tryphillos, nusquam gentium existentes. vide quoque Ciceron. lib. I. *de Nat. Deorum.* Lactant. *lib.* I. *Instit.* Strab. *lib.* I. KUHN.

Εὐήμερ⟨ος⟩ ὁ Μεσσήνι⟨ος⟩, ἢ Διαγόρας] Non tamen Hi plane negabant Numen divinum, sed illos tantum Deos, quos colebant Gentes, uti quidem censet Clemens Alexand. in *Protreptico.* Et ideo vulgata erat illa de omnibus pene Philosophis opinio, adeo, ut eam Cicero *de Invent.* I. 29. inter *Probabilia* ponat, Nempe *Eos, qui Philosophiæ dent operam, non arbitrari Deos esse.* Nec id profecto mirum, quum plerique palam etiam *Metum Deorum*, eorumve *Iræ*, rejicerent. Idem enim *de Offic.* III. 28. diserte affirmat: *Hoc commune est omnium Philosophorum (non eorum modo, qui Deum nihil habere ipsum negotii dicunt, & nihil exhibere alteri, sed etiam, qui Deum semper agere aliquid & moliri volunt) nunquam nec Irasci Deum, nec Nocere.* Cæterum *Euhemerus* iste id ex professo exsecutus est, Deos, quos venerentur Gentes, fuisse reverâ *fortes & claros & potentes Viros*, immo *Mortes & Sepulturas Deorum demonstravit*, ut ait Cic. *de Nat. Deor.* I. 42. Unde Minucius Felix *pag.* 22. *Ob merita virtutis & muneris Deos habitos Euemerus exsequitur, & eorum natales, patrias, sepulcra dinumerat.* Ea vero de causa à Callimacho Cyrenæo exagitatus fuit; immo à Plutarcho *lib.* I. *de Placitis Philosophorum* traditur, cum *Diagora Melio*, & *Theodoro Cyrenæo*, καθόλου negasse εἶναι θεούς. Ex quo tamen loco forsan, si solus esset, & verum diceret, non male illud potius concluderes, Euhemerum plane rejeciisse, non tantum istos Gentilium Deos, sed omne Numen, sicuti id Plutarchus *ibidem* de Euripide tradit, & probat clarissime. In eadem porro, in qua Euhemerus, sententia fuit & *Hippon*, qui etiam Sepulchro hoc Epitaphium inscribi voluit,

Ἱππων⟨ος⟩ τόδε Σῆμα, τ' Ἀθανάτοισι Θεοῖσιν
Ἶσα ἐποίησεν Μοῖρα καταφθίμενον.

us, talem cogitationem in animum induxit, qualem vel Euemerus Messenius,

Vide Clement. *Protrept. pag.* 36. Habebatur vero & hic ideo, ac dicebatur, Ἄθε⟨ος⟩. Vide Athenæum *lib.* XIII. *pag.* 610. Apud Suidam in *v.* Ἐφέσ jungitur a veteri Scriptore cum Xenophane, Diagora, & Epicuro, qui κακοδαίμονες, & θεοῖς ἐχθροὶ istic dicuntur. Sed maxime jungi solet Diagoræ Melio, quia & ipse *Melius* erat. Vide Clementem *Protrept. pag.* 15. & Arnobium *lib.* IV. Miror autem ab Auctore nostro prætermitti *Theodorum Cyrenæum*, qui etiam Ἄθε⟨ος⟩ fuit dictus, celebratusque est hoc nomine à Cicerone, Plutarcho, Clemente Alex. Arnobio, Suida. Corrigendus vero Locus ex Chrysostomi *Homilia* IV. *in Ep. Pauli ad Corinthios*, allatus hic à Scheffero, ubi legitur Διόδωρ⟨ος⟩ ὁ λεγόμ⟨ενος⟩ Ἄθε⟨ος⟩. Nec enim *Diodorus* is fuit, sed *Theodorus.* PERIZ.

6 Διογένης ὁ Φρὺξ] Alius à Philosopho, cujus nescio an alibi occurrat mentio, quam apud Eustathium loco, quem mox vindicabo. SCHEFF.

7 Ἱππων] Vide Eustathii verba mox adducenda. SCHEFF. Galenus in *Allegoriis ad Hesiodi Theog. v.* 115. ὁ μὲν τὸ πῦρ τιθεὶς πρεσβύγενέστερον τ' ἄλλων, ἐστὶν⟨ ὁ⟩ Ἡράκλειτος· ὁ δὲ τὴν γῆν, ὡς Ἱππων ὁ Ἄθε⟨ος⟩.

8 Διαγόρας] Præter Eustathium, cujus verba mox citabo, meminit hujus etiam Chrysostomus *Hom.* IV. *in Epist. Paul.* ad *Corinth.* καὶ Διαγόρας ὁ Μιλήσι⟨ος⟩ καὶ Διόδωρος ὁ λεγόμενος ἄθεος. SCHEFF. In Chrysost. *Homil.* IV. *in* I. *caput* I. *Corinth.* perperam legitur Μιλήσιος pro Μήλιος, ita enim constanter appellatur Græcis Διαγόρας ὁ Μήλιος: Aristoph. in *Avibus*

Ἰὼ ἀποκλείσῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τ' Μήλιον,
λαμβάνειν τάλαντον.
Si quis vestrûm interfecerit Diagoram Melium.
Capiet talentum.

Scholia *in h. l* referunt, *Diagoræ Athenis profugo ob instans vitæ periculum, quod mysteria Eleusinia evulgasset per lusum & jocum, Athenienses præconio indicasse, talentum fore præ-*

ρ⟨ος⟩, ἤτε Ἰνδὸς, ἤτε Κελτὸς, ἤτε Αἰγύπτι⟨ος⟩. Λέγουσι δὴ τῶν βαρβάρων οἱ προειρημένοι, καὶ εἶναι θεὸς, καὶ προνοεῖν ἡμῶν, καὶ προ-

nius, vel Diogenes Phryx, vel Hippon, vel Diagoras, vel Sofias, vel denique Epicurus. Sed Barbari hi, quos dixi, contendunt & esse Deos, & nostri curam gerere, & præsignificare futu-

præmium interfectori ejus, si vero eum quisquam vivum reduceret, duo talenta ei pronunciata in *Ranis* idem Comicus ostendit, Diagoram *Jacchum mysticum ludendo decantasse.* Scholiastes iterum quæ modo dicta sunt, inculcat, addito, quod fuerit Diagoras Τηλεκλύτε πᾶις, Μήλι⟨ος⟩ τὸ γένος, τ' χρόνον κῦ Σιμωνίδω κῆ τινδάρεον. Athenag. *Leg. pro Christianis.* Διαγόρᾳ μὲν εἰκότως ἀθεότητος ἐπεκάλεσαν Ἀθηναῖοι &c. *Diagoram quidem Athenienses merito cognominarunt Atheum, non tantum Orphei dicta & Eleusinia & Cabeirorum mysteria divulgantem, & simulachrum Herculis ad rapas coquendas concidentem, verum etiam plane negantem, ullum esse Deum.* vide & Clementem in *Protrept.* Aristoph. in *Nubibus pag.* 103. *Edit. Basil. Græcæ.* Arnobii locum subjiciam, ut cum præcedentibus conferri possit, ita autem ille lib. IV. *adversus Gentes. Possumus quidem hoc in loco omnes istos, nobis quos inducitis & appellatis Deos, homines fuisse monstrare vel Agrigentino Euhemero replicato, cujus libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit: vel Nicagora Cyprio, vel Pellæo Leonte, vel Cyrenensi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis, vel auctoribus aliis mille, qui scrupulosæ diligentiæ cura in lucem res abditas libertate ingenuâ protulerunt.* de Diagora vid. Zenob. *pag.* 401. Dempsterum *pag.* 716. Edward. Simsonium *Part.* IV. *Chronici pag.* 55. 9. Hesych. Joseph. *contra Appionem*, quos laudat Codex Conigianus. KUHN.

Διαγόρας ἢ Σωσίας] In eo loco Eustathii, quem hic citat Schefferus, mendum est, Διαγόρας ὁ ΜΙΛΗΣΙΟΣ &c Legendum ΜΗΛΙΟΣ. Consentiunt omnes scriptores. FABER.

9 Σωσίας] Suspectum hunc locum habuit magnus Casaubonus, & in *Commentario ad Athenæum* Γοργίαν substituit vel Ἱππίαν. Verum nil mutandum, cum & Eustathio Σώσιος inter ἀθέους referatur, verba sunt in *Odyss.* Γ. Ἐν τοῖς ὕστερον ἄθεοι ἀπέδοσαν Διάγορας ὁ Μήλι⟨ος⟩,

ἢ Εὐήμερ⟨ος⟩ ὁ Μεσσήνιος, ἢ Διογένης ὁ Φρὺξ, καὶ Ἱππων, καὶ Σωσίας, ἢ Ἐπίκουρος. Porro Ἄθεοις annumerandi *Heroštratus* ex Nostro ipso *lib.* VI. *cap.* 40. *Hist. An. Jacchus* & *Xenophanes* ex Suida, *Theodorus Cyrenaicus* ex Ciceronis *lib.* I. *de Nat. Deorum.* SCHEFF.

10 Ἐπίκουρος] Quomodo hic inter ἀθέους? cum de ipso Velleius apud Ciceronem *lib.* I. *de Nat. Deorum* tradat, *solum vidisse esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura?* Primum arbitror, quia quum providentiam & curam deorum negaret, eos ipsos Stoicis negare videbatur, sicut ante diximus. Deinde quia ex nescio quibus atomis & imaginibus conflatos statuebat. Unde apud prædictum auctorem *lib.* III. Balbus Stoicus: *Primum aut negandum est deos esse, quod & Democritus simulacra, & Epicurus imagines inducens, quodam pacto negat; aut fatendum eos aliquid agere esse.* SCHEFF. Epicurum cum suo grege ἀθέοις annumeratum ab Ethnicis vel ex σωφρόνει notum, qua impii ab inspectione mysteriorum arcebantur hunc in modum: εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς ἢ Ἐπικούρειος ἥκει κατάσκοπος τ' ὀργίων, φευγέτω. οἱ δ' πιστεύοντες τῷ Θεῷ, πλείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. *Si quis impius, sive Christianus, sive Epicuræus, mysteriorum explorator intervenerit, fugiat. qui vero Deo credunt, initiantor, quod felix faustumque sit.* Inter declamationes Himerii Sophistæ fuit quædam, *Epicurus* inscripta, in qua ille ἀσεβείας accusatur, quod providentiam negaret. Photius *pag.* 587. vide de hac re Ciceronem *sub finem lib.* I. *de Natura Deor.* Eleganter Salvianus *lib.* IV. *de Gubern. Dei. Qui nihil aspici à Deo affirmant, prope est, ut, cui aspectum adimunt, etiam substantiam tollant: ut quem dicunt omnino nil cernere, omnino etiam non esse. pag.* 123. ubi Rittershusius, *nota*, inquit, *quod paria sint, Deum negare & providentiam, quam sententiam hoc senario jambico licet comprehendamus:*

προσημαίνειν τὰ μέλλοντα, καὶ [11] ἀφ' ὀρνίθων, καὶ [12] ἀφ' συμβόλων, καὶ [13] ἀφ' σπλάγχνων, καὶ

futura per aves, per ſigna, per viſcera, & per alias quaſdam diſciplinas & præcepta, quæ *pariter* ſunt hominibus

Doctri-

Negat Deum, qui providentiam negat.

Ergo *Epicurus* jure merito auget Atheorum Catalogum, quia mundum vult eſſe ἀπρονόητον. KUHN.

Ἐπίκουρος] Quærit Clariſſ. Schefferus, *Quomodo Hic inter* Ἀθέους? & dein Ipſe ſimul cum Doctiſſ. Kuhnio id docere nos ſtudet. At vero certum quidem eſt, Epicurum *Providentiam Deorum*, atque ita Religiones, ſuſtuliſſe, adeo ut Cicero *Famil.* VII. 12. etiam *jurari* fruſtra ab Epicureis putet. Sed tamen *inter Atheos* non cenſebatur à Veteribus, (Vide Senecam *de Benef.* IV. 19.) neque à Noſtro, qui diſerte utique duplicem hic Philoſophorum quorundam ſententiam memoravit: Priorem, *Non eſſe Deos*, Alteram, *Deos nihil nos curare*, φροντίζειν ἡμῶν. Unde & mox contra utramque illam, Barbaros ait tradere, τὸ εἶναι θεὸς, καὶ προνοεῖν ἡμῶν. Prioris itaque ſententiæ erant *Euhemerus*, *Diogenes*, *Hippon*, & *Diagoras*. Poſterioris, omnium conſenſu, *Epicurus*, haud dubie & *Soſias*, quippe qui proxime ante Epicurum nominatur, & *Atheis* à Nemine adſcribitur. Verum quidem Euſtath. *ad Odyſſ.* Γ. *Atheos* dicere etiam *Soſiam* & *Epicurum*. Sed is revera ante oculos habuit hunc Æliani Locum, & omnia hæc ex Eo Nomina deſcripſit. Quia vero Ælianus agit hic potiſſimum de *Atheiſmo*, ut certe hunc Titulum Caput hoc ſibi habet præſcriptum, ideo Euſtathius omnes illos ſimpliciter *Atheos* dixiſſe videtur, ſed parum accurate. PERIZ.

11 Διὰ ὀρνίθων &c.] De his tribus divinationum ſpeciebus conſule Peucerum in *de divinationibus*. KONIG.

Διὰ ὀρνίθων] Lugd. δι' ὀρνίθων. Uſitatiſſimum autem fuit Romanis, Deos per Aves conſulere, maxime de re publica: non æque Græcis: ſed tamen cognita etiam his, & uſitata erant Auſpicia, verum parcius. Hinc Heſiod. Ἔργ. *v. ult. Felicem* prædicat, qui ſit

Ὀρνίθας κρίνων καὶ ὑπερβασίας ἀλιτείνων,

Avibus attendens, & delicta vitans. Similiter *v.* 801. jubet, Uxorem ducas,

Οἰωνὸς κρίνας, οἱ ἐπ' ἔργμαθ' τάτη ἄριστοι,

Poſtquam conſulueris Aves, quæ huic Rei ſunt Optimæ. Sic apud Ariſtot. Polit. V. 4. de Sponſo, οἰωνισάμενός τι σύμπλωμα, *quum ex avibus didiciſſet, aliquid mali ſibi eventurum.* Notum eſt etiam, præter alia Homeri, illud *Iliad.* M. 243. quum rejeciſſet Auguria,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης,

Optimum eſt unum Auſpicium, pugnare pro Patria. De Chaldæis Vide Diod. Sicul. II. 81. Conferendus etiam cum hoc loco Maximus Tyr. *Diſſert.* 26. Τὸν μὲν φήμας σάξει, τὸν δ' οἰωνοῖς, τὸν δ' ὀνείρασι, τὸν δ' φωναῖς, τὸν δ' θυσίαις. *Hunc vero Deus ſervat oraculis, hunc auguriis, hunc ſomniis, hunc ominibus, hunc ſignis victimarum.* Φήμαις non *omina* iſtic ſunt, ſed *oracula*. Vide Illuſtriſſ. Spanhemium *ad Julianum Orat.* I. *pag.* 10. ut & de tota *Augurii* ratione *ad Callimachum Hymno in Palladem v.* 123. PERIZ.

12 Διὰ συμβόλων] h. e. per prodigia, ſigna, & omina aliquid futuri denunciantia, cujuſmodi nonnulla habes apud Terent. *Phorm.* IV. 4. 25. *Introiit in ædes ater alienus Canis, Anguis per impluvium decidit de tegulis* &c. Vide & Valer. Max. I. 7. Talia autem ſigna vel omina Græcis ſunt σύμβολα. *Supra* II. 17. Magi cognoviſſe dicuntur Ochi indolem διά τινων ἀποῤῥήτων συμβόλων. IDEM.

13 Διὰ σπλάγχνων] Ea vero Ars vel Fraus, ex victimarum extis cognoſcendi futura, Romanis itidem valde fuit frequentata; nec tam à Græcis eam, quam ab Etruſcis acceperunt, & ideo etiam Etruſcæ originis vocabulo, *Haruſpicinâ*, deſignarunt. Vide Cicer. *de Divinat.* II. 23. & Feſtum in *v. Tages.* Hinc jam Tacitus *Ann.* XI. 15. vocat eam, *Vetuſtiſſimam Italiæ Diſciplinam.* Fuere tamen etiam aliis Gentibus ſui Haruſpices. Cicero

καὶ δι' ἄλλων τινῶν μαθημάτων τε, καὶ διδαγμάτων· [14] ἀπορρῆτον ἔστι τοῖς ἀνθρώποις διδασκαλία ἐκ τοῦ θεοῦ τὰ θεῶν εἰς αὐτοὺς προνοίας. Καὶ

Doctrina quædam ex illa à Diis in ipſos *profecta* providentia. Sed & per inſomnia, & ipſas etiam ſtellas, multa ajunt ſignificari. Et

cero *de Divin.* II. 12. *Haruſpices Etruſcos, Elios, Ægyptios, Pœnos* laudat, & *alios alio more exta interpretari, nec eſſe unam omnium diſciplinam*, ait. Chaldæorum Regi tribuit Ezechiel XXI. 21. τὸ ἡπατοσκοπήσασθαι, ut vertunt LXX. Adde Diod. Sic. II. 81. Sed & Pruſias, Bithyniæ Rex, prælium commiſſurus attendiſſe dicitur ad id, *quod extis portenderetur*; indignante Hannibale, *Vitulinæ Carni* plus credi, quam ſibi, Veteri Imperatori, apud Valerium Max. III. 7. 6. At Homeri & Heſiodi tempore vix videntur exſtitiſſe apud Græcos, ſiquidem ab illis non memorantur, etiam ubi ex profeſſo deſcribunt ſacrificia. Pauſanias tamen in *Atticis pag.* 33. antiquiſſimos Vates ait fuiſſe non χρησμολόγους, ſed ἀκροάτὰς ὀνείρατα ἐξηγήσασθαι, καὶ διαγνῶναι πλήσεις ὀρνίθων, καὶ σπλάγχνα ἱερῶν, *peritos exponendi ſomnia, & judicandi volatus Avium, & exta victimarum.* Idem *in Bœoticis pag.* 313. multis narrat in Trophonii templo ſacra, quæ fiunt, accurate ab Haruſpice inſpici, eumque tunc vaticinari, utrum Trophonius placidus & propitius conſultorem oraculi ſui ſit accepturus, nec ne. Sed & Plato in *Timæo*, φαίνεσθαι θυτικῆς ἔμπειρος, σημεῖά τε λέγων ἥπιος καὶ σπλάγχνων, *videri ſacrificandi peritus, & memorare ſigna hepatis & inteſtinorum*, dicitur ab Olympiodoro *in ejus Vita.* Sed Platonis jam tempore *Haruſpicina* in media quoque Græcia frequentis fuit uſus. Unde & Euripides ſæpe ejus meminit, & Xenophon ea uſus eſt adhibitis vatibus. Vide *Cyri Exped.* VII. *circa finem.* Apud Cyprios in templo Veneris Paphiæ uſitata jam antiquitus fuit, accita tamen aliunde, & à Cilice homine illata: Vide Tacit. *Hiſtor.* II. 3. & 4. Ut itaque *Augurium* apud Græcos fuit minus in publico ac de Republica, at à privatis haud minus, adhibitum, quam apud Romanos, ſic *Haruſpicina* generatim in Græcia non ita perpetui fuit uſus, quam Romæ: ſed tamen magis ac minus apud alios atque alios Græciæ populos uſitata. Dionyſius vero Halicarn. *lib.* II. Romanorum Haruſpices *à SUIS*, h. e. à Græcis, *dici* ait ἱεροσκόπους, in eo tamen graviter errans, quod tradit Romanos vocabulum, Ἀρύσπικας, formaſſe ex illo Græco Ἱερόσκοπον, ὀλίγον τι τῆς ἀρχαίας φυλάττοντας ὁμοιότητος, *exiguum quid illius primitivæ vocis ſervantes.* Nam revera *Haruſpices* ab Etruſco *Haruga*, eaque *ſpecienda*, ſunt dicti, ut monet Donatus ad Terentii *Phorm. Haruga* autem eſt hoſtia, vocabulum, non *ab Hara formatum*, ut Idem Donatus putabat, ſed ex Oriente & Lingua Orientali, cujus multa reperiuntur apud Etruſcos ex Aſia ortos veſtigia, trranſlatum. Ibi enim הרוגה *Haruga*, ſignificat *cæſam*, ſcil. victimam, genere Feminino, quia antiquiſſimis temporibus femellæ ad ſacrificia maxime adhibebantur. PERIZ.

14 Ἀπορρῆτον ἔστι τοῖς ἀνθρώποις &c.] Locus obſcurior, quem certe Interpretes minime intellexerant, conſtruentes eum unam in ſententiam cum ſeqq. καὶ δι' ὀνείρων &c. atque ita prorſus perperam vertentes, ut jam monuit Doctiſſ. Kuhnius. Ille vero Græca etiam ſuſpecta habet, & legere, deleto θεοῦ, mavult διδασκαλία τὰ θεῶν &c. redditque ea, *quæ utique documenta ſunt divinæ erga ipſos providentiæ.* Sed non favent huic conjecturæ MSti: præterea διδασκαλία non tam ſignificare hic videtur *documenta* vel argumenta alicujus rei, quam *Doctrinam* ex aliquo fonte ortam, & ex peculiaribus obſervationibus ac præceptis conflatam. Sic Diod. Sic. *lib.* I. *Biblioth. init.* ἡ δι' ὧν τὸ τῶν ἱστορίας θεωρημάτων σύνεσις τὰ ἀλλοτρίων ἀποτευγμάτων τε καὶ διορθωμάτων, ἀπείρατον κακῶν ἔχει διδασκαλίαν, *at per Hiſtoriam comparata cognitio alienorum perperam & recte factorum, expertem malorum continet Doctrinam.* Plutarch. *de Aud. Poëtis*, πάντων ἂν ἀναγομένων εἰς τὴν φρόνησιν, ἀποδείκνυται παῖς ἐκ θεοῦ ἀρετῆς ἐπιγιγνόμενος ἐκ παιδὸς καὶ διδασκαλίας, *omne genus virtutis parari ex ſtudio & Doctrina*, ſcil. obſervationum recte in legendo faciendarum. Verto igitur hunc Locum, *quæ*, ſcil. μαθήματα

Καὶ [15] δὶ ὀνείρων ἧ λέγουσι, ἢ [16] δὶ αὐτῶν τῶν ἀστέρων, πολλὰ προδηλᾶσθαι. Καὶ ὑπὲρ τούτων [17] ἰσχυρὰν ἔχοντες τὴν πίστιν, [18] θύουσί τε καθαρῶς, ἢ

Et hæc immota fide tenentes, pure rem divinam faciunt, & rite caſtimoniâ utuntur, & myſteria obeunt, & orgiorum legem ſervant, &

μαλα ἢ διδάγματα, *Hominibus ſunt*, evadunt, *Doctrina quædam ex illa Providentia, quæ à Diis in Homines* proficiſcitur. Eſt enim διδασκαλία hæc, quaſi σύστημά τι τῶν διδαγμάτων ἢ μαθημάτων, quæ μαθήματα, atque adeo tota hæc διδασκαλία oritur, vel ſumitur, ἐκ τῆ σεμνοίας, ſeu ἐκ τῆ, τὰς θεὰς σεμνοιεῖν ἡμᾶς, quod in quæſtione erat. Adde *indicem* in Ex. Sic apud Cicer. *Famil.* IV. 6. *Augurum Diſciplina* memoratur, quæ item erat veluti σύστημά τι μαθημάτων, *ex alitis volatu, aut cantu ſiniſtro oſcinis*, colligentium voluntatem Deorum de rebus humanis. Confer omnino Noſtrum *Hiſt. Anim.* II. 9. ubi itidem διδασκαλία, *inſtitutio, doctrina*, diſtinguitur à ſingulis rebus quæ diſcebantur, quæque μαθήματα & διδάγματα etiam iſtic dicuntur. PERIZ.

15 Δὶ ὀνείρων] Vid. Hiſtoriam Auguſtam paſſim, Syneſ. & Philon. *de inſomniis*, Artemidor. *&c.* KUHN.

16 Δὶ αὐτῶν ἀστέρων] Vid. Dionem in *Auguſti vita* de Nigidio Figulo, qui ex aſtris imperium Auguſto prædixit, de *Proculo* in *vita Domitiani*, de *Richardo Cervino* & ejus filio *Marcello* Thuanum *lib.* XV. KONIGIUS.

Ἀστέρων] Mediceus ἄστρων. Suidas *v.* Ἀστρονομία. Ἄστροις τεκμαίρεσθαι.

17 Ἰσχυρὰν ἔχοντες] MS. A. καθαρὰν ἔκοντες. puto lectionem eſſe veram. ſi emendes ἔχοντες SCHEFF. Mihi vulgata placet lectio. KUHN. Ut MS. A. Schefferi, ſic & Sluisk. habet καθαρὰν. Sed recte Cl. Kuhnius contra Schefferum nihil hic cenſet mutandum. PER.

18 Θύουσι καθαρῶς ἢ ἁγνεύουσιν ὁσίως] *Pure loti ſacrificant, & caſtimonium ſancte ſervant*, ἁγνεύειν ὁσίως. Latinis eſt, *rite in caſto eſſe*, i. e. religionis cauſa à carnis vinique uſu & aliis interdictis cibis ſe abſtinere, & ſecubare. Feſtum vide in *puri menſtrio*. Varro *Rer. Divin. lib.* I. & *religiones & caſtus id poſſunt, ut ex periculis eripiant noſtris:* Apulejus *lib.* XI. *Metam.* agnoſcit *caſtimoniorum abſtinentiam ſatis arduam, cautoque circumſpectu vitam, quæ multis caſibus ſubjacet, muniendam.* & iterum. *præcipit* (Sacerdos) *decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coërcerem, neque ullum animal eſſem, & invinius eſſem.* *Gloſſæ* Philox. *caſtimonium*, ἁγνεία. Suidas: Μητρῴακὸς παρὰ Ῥωμαίοις ἢ ἡ ὑστέρα παρὰ Φρυξὶ σπουδασθεῖσα καθεία ἑκάστε μηνὸς ἄγνευε. *Caſtimonium Matris Deûm apud Romanos vel potius apud Phrygas ante ſolenne, ſingulis menſibus ſervavit.* vide Heſychium in ἁγνεία, Euſtathium I. *Odyſſ.* Noſtrum *Hiſt. Anim. lib.* IX. *cap.* 26. Demoſthen. *Orat. contra Timocratem.* Subjiciam locum ex Hieronymo *lib.* II. *adverſus Jovinianum.* qui malè videtur acceptus ab *Eraſmo. De ciborum ſibi placet abſtinentia, quaſi non & ſuperſtitio Gentilium Coſſum Matris Deûm obſervet & Iſidis*, ubi Eraſmus in *Scholiis. Coſſi vermiculi dicuntur, qui roboribus innaſcuntur, quos olim in delitiis habitos, teſtatur Plinius*, adeo, *ut eos farina ſaginarent, quo videlicet & vermes altiles fierent. Ab his ſacerdotes Cybelis Matris Deorum & Iſidis abſtinebant ridicula ſuperſtitione, velut illi ſacris.* At vero mira hæc locutio, *obſervare coſſum*, i. e. ſecundum Eraſmum, *abſtinere à coſſo.* Legendum potius *caſtum* pro *coſſum.* Nam *obſervare caſtum* idem eſt ac, *eſſe in caſto*, ἁγνεύειν, de quo ſupra dictum. Idem judicium eſto etiam de hoc Hieronymi loco. *Quomodo autem virginitati verænon præjudicat imitatio virginum Diaboli, ita nec veris jejuniis coſſorum* (l. caſtorum) *Iſidis & Cybeles, & quorundam ciborum in æternum abſtinentia: maxime cum apud illos jejunium panis ſaginâ carnium compenſetur.* Imitatus eſt Hieronymus Tertullianum in *de jejunio cap.* 16. *ſed benè*, inquit ille, *quod in noſtris Xerophagiis blaſphemias ingerens, caſto Iſidis & Cybeles eas adequas.* Nec ipſe Hieronymus diſſitebitur ſedulò ſibi lectum Tertullianum. Adi & Arnobium *lib.* V. *adverſus Gentes*, ubi ait; *quid temperatus ab alimonio panis, cui rei dediſtis nomen Caſtus:* vide *notas Elmenhorſtii ibidem.* adde Porphyrium *lib.* IV. περὶ ἀποχ. ἀψυχ., ubi de Ægyp-

ἢ [19] ἁγνεύουσιν ὁσίως, ἢ [20] τελετὰς τελοῦσι, ἢ ὀργίων φυλάττουσι νόμον, ἢ τὰ ἄλλα πράττουσιν, ἐξ ὧν, ὅτι τοὺς θεοὺς ἰσχυροῖς, ἢ σέβουσι, ἢ τιμῶσιν, ὁμολόγηται.

& alia faciunt, ex quibus certum eſt, quod deos enixè & colant & venerentur.

ΚΕΦ.

CAP.

Ægyptiis ſacerdotibus annotat ex *Chæremone* Stoico, eos in ἁγνείαις quadrageſimum etiam diem excedere, ab oleribus, ovis, leguminibus, vino, oleo, pane, concubitu ſe abſtinere, ter quotidie frigidâ abluì, ſomni cauſa palmarum ramos ſubſternere, & lignum probe levigatum formâ cylindri dimidiati capitibus ſubdere. Sed hæc jejunia hominum & *obſervationes* & χαμευνείας, *humi dormitiones*, quas abſque *auctoritate & teſtimoniis ſcripturarum* vel heterodoxi *quaſi traditione apoſtolicâ*, vel Gentiles ſua ἐθελοθρησκείᾳ *reperiunt atque confingunt, percutit gladius Dei. Qui tribus quadrageſimis per annum jejunant, & ξηροφαγίαις humiliant animam ſuam, & vel maxime de Tatiani radice creverunt, ſuper hujuſmodi laboribus audiunt*; TANTA PASSI ESTIS SINE CAVSA! inquit Hieronymus *comment. in cap.* II. *Haggæi.* Antequam finiam, dabo inſcriptionem, quæ Epidauri ad templi fores propoſita, quænam ſit vera ἁγνεία, edocere voluit:

Ἁγνὸν χρὴ ναοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα
ἐμφάμεν· ἁγνεία δ' ἐστὶ φρονεῖν ὅσια.
Thuricremum viſens templum, ſit purus oportet.
At mens ſancta agitans res mihi pura puta eſt.

Porphyr. *lib.* II. *de Abſtinent. Animal.* confer & Clementem τὸν στρωματέα *lib.* IV. cæterum, quod penè excideram, videtur textus ſupra ſibi non conſtare; quid enim eſt, διδασκαλία ἐκ τῆ περὶ τῶν Θεῶν εἰς αὐτὰς σεμνοίας. Interpres certè abit longè à ſenſu Auctoris, mihi quidem placeret legere, τῆ ἐκ τῶν Θεῶν &c. quod neſcio quis explicare voluit per περὶ margini aſcriptum, idque deinde, ut fieri amat, è margine in textum irrepſit. Voluit autem Noſter, prodigia, & ſigna rerum futurarum, quæ Deus hominibus exhibet, documenta eſſe divinæ providentiæ, vertendum igitur. *quæ utique documenta ſunt divinæ erga ipſos providentiæ.* atque adeo Deum eſſe. Themiſt. in *poſter. Analyt. lib.* II. ὅτι εἰσὶ Θεοί, ἀπὸ συμβεβηκότος μὲν, ὅτι εἰσὶ βωμοὶ, ὡς Χρύσιππός φησιν· ἀπὸ δὲ τῆ πράγματος, ὅτι θεραπεύονται, ὅτι προλέγουσιν, *quod Dii ſint, ab accidenti demonſtramus, quod aræ ſint, ut Chryſippus ait; à rebus vero, quæ fiunt, quia ſanant, prædicunt* &c. vid. eundem in Ariſtot. *lib.* I. *de animal.* KUHN.

19 Ἁγνεύουσιν ὁσίως] Neque hæc ſatis percepere Interpretes, vertendo, *ſancte vitam agunt.* Malim, ut Kuhnius ea exponit, *rite in caſto agunt.* Certiſſimum enim, reſpici his verbis caſtimoniam, qua ſe præparabant ad Sacra, unde ſimul ait θύουσι καθαρῶς. Sed & ita Arrianus *in Epict.* III. 21. ad Sacra accedere monet, ἀσυγχυτότα, *qui prius caſtimonia eſt uſus.* Hinc jam de omni ſolenni & religioſa præparatione ad rem divinam phraſis hæc adhibetur. *Actor.* XXI. 24. ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς. Dionyſ. Halic. *lib.* II. Numam ait legibus conſtituiſſe ἁγνείας τε, ἢ θρησκείας, ἢ καθαρμές. Illæ autem ἁγνείαι variis & religioſis peragebantur ritibus, unde hic dicitur ἁγνεύειν ὁσίως h. e. *rite*, & *ex præſcripto religionum.* Sic paſſim ὅσιον, *quod fas eſt.* XII. 64. ἡ ὁσία εἰς τὸν νεκρὸν, eſt *ultimum debitæ pietatis officium in mortuum.* Lucian. *de M. Peregr.* ἔνθα μηδὲ δάπεδον ὅσιον τὰς ἄλλας, *fas eſt*, ſcil. per religiones. Maxime tamen conſiſtebant illæ ἁγνείαι in abſtinentia à Venere. Vide Grævium *ad Heſiod.* Ἔργ. 733. Torrentium *ad Suet. Aug.* 94. & hic Kuhnium. PER.

20 Τελετὰς] Sunt Sacra maxime ſolennia & feſtiva. *Infra.* XIII. 2. de Trietericis Bacchi ſacris, ἀπολιπὼν τὴν τελετήν. Ant. Lib. *Fab.* 10. conjunctim ait τελετὰς ἢ μυήσεις. Suidas, τελετὴ, θυσία μυστηριώδης, ἢ μεγίστη ἢ τιμιωτέρα. Sic & Plutarchus *de Aud. Poëtis* Sophocleum illud οἱ ταῦτα διεξιόντες τέλη, diſerte ait dictum περὶ τῶν μυστηρίων. Similiter vero Ὄργια ſunt ſacra & feſta antiquiſſima certis & reconditis ritibus celebrata, maxime Liberi Patris, ſed & aliorum Deorum. IDEM.

ΚΕΦ. λϚ'.

Περὶ Ηρακλέους μεωνυμίας, καὶ χρησμῦ Φοίβου ὑπὲρ αὐτοῦ.

Λέγουσί τινες λόγοι Πυθικοὶ, τὸν [1] Ηρακλῆν, τὸν Διὸς καὶ Αλκμήνης παῖδα, ἀπὸ γενεᾶς [2] Ηρακλεί-

1 Ηρακλῆ] Eustath. *Iliad.* Ξ. Ο Ηρακλῆς ὑπ' τῶν παλαιῶν Αλκαῖος περὶ ὠνομάσθη, Ηρακλῆς ὁ ὑπὸ Τ Πυθίᾳ ἐξωνομάσθη. κ' τὸ, Ηρακλείω δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει, ἦεν γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἔξεις. Scribe ergo apud Nostrum in priore versu, Ηρακλείω, cum & Suidas ita habeat, in Ηρακλῆς ξενίζεται. Porro de *Alcæi* cognomento testatur etiam Diodorus *lib.* IV. ubi simul Herculem vocatum ait, propter interfectos dracones, quos Juno ipsi puero adhuc immiserat, ὅπ δὲ Ηραν ἔσχε κλέος. Firmat idem Empiricus *contra Math. p. m.* 621. ut plane dispiciendum sit, an bene se habeant, quæ Noster ait de nomine Ηρακλείδης. Ego sane Αλκαίδω mallem. Faber legit Αλκείδω. SCHEFF. Edwardus Simsonius legit Αλκαΐδω, in *Chron. P.* II. *pag.* 29. Nihil autem in textu mutandum. Nam Eustathius ex Pausania docet, Herculem etiam Ηρακλείδω dictum. τ' ὁ Ηρακλῆ, inquit, ὃ πολὺς λόγος τοῖς παλαιοῖς, κ' Ηρακλείδω Παυσανίας καλεῖσθαι φασί. & iterum illo ipso loco, quem Cl. Schefferus produxit. Ηρακλῆς κ' Ηρακλείδης ἐκαλεῖτο, ὡς Αελσειδης. Quî igitur, Doctiss. Faber tam ἀκαίρως dicere potuit, *non ita est*; *quare* &c. notis in h. l. Nec scrupulum facit, quod Menecrates apud *Pindari Scholiastem ad Isthm.* 4. notat, Herculis liberos ex Megara susceptos Αλκαΐδας dictos esse, non Ηρακλείδας, cum pater id temporis *Alcæus* audiret, non *Hercules*. Fuit enim Hercules πολυώνυμος, & pro temporis gentiumque diversitate alio atque alio salutatus est nomine. Ut igitur Noster non negat Herculem quoque *Alcidem* vocatum: ita Nostro controversia de nomine *Heraclidis* minimè movenda erat. KUHN.

CAP. XXXII.

De Herculis nomine mutato, & oraculo Apollinis de ipso.

Ajunt quidam sermones Delphici, Herculem, Jovis & Alcmenes filium, à nativitate vocatum esse

2 Ηρακλείδην κεκλῆσθαι] Non ita est; quare legendum, Αλκείδην, ab avo scilicet, qui Αλκαῖος & Αλκεὺς dicebatur. FABER.

Ηρακλείδην] Nihil hic mutant MSti, quod maxime voluissem ipsorum Codicum causa. Viri enim Doctissimi, Schefferus, Faber, Simsonius, corruptum hoc pronunciant Omnes, & ideo corrigunt, ille quidem Αλκαΐδη, iste Αλκείδην, hic Αλκαΐδην. Ratio est, quod Diod. Siculus, Sex. Empyricus, Eustath. *ad Homeri Iliada*, Herculem Αλκαῖον dictum tradant, antequam ab Apolline nomen Ηρακλῆς acceperit: atque ideo Scholiastes *Pindari ad Isthmia Od.* 4. dicat, Herculis liberos ex Megara, non Ηρακλείδας, quia ipse tunc nondum dicebatur Ηρακλῆς, sed Αλκαΐδας vocatos. Opponit se iis tamen Cl. Kuhnius, hoc argumento, quod Eustathius dicat, Herculem etiam revera dictum Ηρακλείδην. Sed, quod pace Viri Eximii dixerim, nullam ejus argumenti agnosco vim, siquidem Eustath. non scribit, mutatum esse ab Apolline nomen *Heraclidis* in illud *Herculis*, sed disertissime *ad Il.* Ξ. *Herculem antea vocatum* Αλκαῖον, *postea vero, vel à Pythio*, secundum versus ab Æliano hic allatos, *vel quod à Junone imploratus*, ὑπὸ τ' Ηρας κληθεὶς, *ei auxilium tulerit*, Ηρακλῆ. Eundem vero *Herculem etiam aliquando* Ηρακλείδην, *eadem forma, qua* Αελσειδης ab Αελσίας, & Ηρυλλον, *plane uti* ὁ Αελσυλλος ὑπὸ τ' Αελσοκλῆς, *in Satyricis dictum, idque liquere ex Rhetoricis Scriptoribus*. Nihil ergo hæc ad Mutationem Nominis pertinent, sed ad diversam unius Nominis pronunciationem & flexionem apud diversos Scriptores. Sed & eadem plane est origo, etymologia, & significatio Ηρακλείδη, & Ηρακλέης:

κλείδην κεκλῆσθαι· χρόνῳ ὕστερον ἐλθόντα εἰς Δελφοὺς ἀφ' τινα αἰτίαν δεόμενον χρησμῦ, μήτε, ὧν ἦκε χάριν, ἀμοιρῆσαι· προσακῦσαι δ' ἐκείνοις καὶ ἰδίᾳ ὦδ' ὑπ' τοῦ θεῦ ταῦτα·

[3] Ηρακλῆν δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον, ἐξονομάζει·
Ηρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἔξεις.

esse Heraclidem: interjecto deinde tempore, quum venissent Delphos quadam de causa ut oraculum consuleret, & compotem factum, quorum gratia venerat, & præterea seorsim etiam hæc audivisse à Deo:

Heraclem te alio Phœbus jam nomine dicit:
Grata etenim præstans, decus immortale tenebis.

κλέος: atque ita absurdum utique foret, τὸ Ηρακλείδης ita ex professo mutatum ab Apolline in Ηρακλῆς, idque propter rationem etymologicam, quæ tamen in utroque eadem prorsus esset. Vix itaque dubito, quin Ælianus scripserit, certe voluerit idem, quod reliqui dicunt, Herculem, antequam hoc ipsi Nomen daretur ab Apolline, appellatum fuisse, non tamen Αλκείδην, nec Αλκαΐδην, sed, quod maluit Schefferus, Αλκαῖον. Scriptoribus ab eo allegatis adde Schol. *Pindari ad Olymp. Od.* 6. ἔνιοι μῦθοι αὐτὸν τ' Ηρακλέα Αλκαῖον καλεῖσθαι βάλλουσι, μετονομάσθαι δ' Ηρακλῆ, Απόλλωνος τῦτο χρησμῳδοτήσαντος. Passim quidem etiam *Alcides* à Poëtis vocatur, verum non Proprio, sed Patronymico Nomine, ab Avo *Alceo*, uti Achilles ab Æaco *Æacides*. Serv. *ad Virg. Æn.* VI. 392. *Alciden volunt quidam, dictum* ἀπὸ τ' ἀλκῆς, *quod non procedit, quia à prima ætate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphitryonis.* PERIZ. Parenti meo scribendum videbatur Ηρακλῆν ἐ κεκλῆσθαι, cui conjecturæ favet Mediceus, qui corrupte exhibet Ηρακλείδε κεκλῆσθαι.

3 Ηρακλῆν δέ σε] Sluisk. ἡρακλῆ. Lugd. ἡρακλείην. Videtur velle ἡρακλέην, quomodo Eustath. *ad Il.* Ξ. hunc versum & hoc vocabulum exhibet, non item Suidas, quod male affirmat Schefferus. Recte autem Gesnerus illud ἦρα φέρων exponit, *quæ grata sunt, & accepta hominibus, faciens.* PERIZ.

ΚΕΦ. λγ'.

Περὶ ἀγαλμάτων ποταμῶν.

Τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν, καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν. Ομως δ' οἱ [1] τιμῶντες αὐτὸς, καὶ τὰ ἀγάλματα

CAP. XXXIII.

De imaginibus fluviorum.

Fluviorum naturam & fluenta eorum oculis cernimus. Nihilominus tamen qui colunt eos, & imagines

1 Τιμῶντες αὐτὸς] Divino honore, aras & similia ipsis ponentes; testis Seneca *epist.* 41. cui addas Lipsium *ad Annal. Taciti* XIV. Fiebat hoc autem, quia aquam principium rerum naturalium veteres statuebant. Eustath. *Iliad.* Σ. ὑ ὑγρὰ ὕσια τ' φυσικῆς χρήσεως αἰτία, ὅπω γέ φασι καὶ τὸ σπέρμα πνεῦμά ἐστιν ὑγρῷ συγκραθέν. διὸ καὶ τὸς ποταμὸς, ὡς κυροτρόφους ἔπμων οἱ παλαιοὶ, καὶ ὡς συγγενικὸς γλυκέσης. SCHEFF.

2 Αναμόρφους] Placet eruditissimi Gesneri conjectura, ἀνθρωπομόρφους hîc, vel ἀνδρομόρφους emendantis. Prius probant MSS. B. &

ματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι, οἱ μὲν [2] ἀνθρωπομόρφους αὐτὰς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ [3] βοῶν εἰδῶ αὐτοῖς περιέθηκαν. Βουσὶ μὲν δὴ εἰκάζουσιν, οἱ [4] Στυμφάλιοι μὲν τὸν Ερασινον καὶ [5] τὴν Μετώπην, Λακεδαιμόνιοι δὲ τὸν Εὐρώταν· Σικυώνιοι δὲ καὶ Φλιάσιοι [6] τὸν Ασώπον· Αργειοι δέ, [7] τὸν Κη-

nes eorum fabricantur, partim humana formâ eos consecrarunt, partim boum figuram eis affinxerunt. Bubus quidem assimulant, Stymphalii Erasinum & Metopam, Lacedæmonii vero Eurotam: Sicyonii & Phliasii Asopum: Argivi Cephissum. Virorum vero figura Psophidii Erymanthum,

C. SCHEFF. posterius Lambin. *in Horat. pag.* 25. KUHN.

Ανεμόρφους] Ejeci insulsum hoc & absonum vocabulum ac restitui, quod MSti jubebant, sensus flagitabat, & per conjecturam jam vidit Gesnerus. Nam sicuti Codices B. & C. Schefferi, sic Lugd. noster diserte & omnibus literis exhibet illud ἀνθρωπομόρφους. Sluisk. vero idem voluit, sed concisa & contracta scriptura: quæ originem vulgati erroris simul declarat. Etenim in Utroque Codice reperi plerumque pro ἄνθρωπος, ἀνθρώπους scriptum ἀνὸς, ἀνᾶς. Quin adeo usitatum hoc in MStis, ut primi Græcorum Librorum Editores etiam typis expresserint illam hujus Vocabuli contractionem. Sic in Musuri præfatione ad Pausaniam Aldi reperio ἂν οἱ ἄνοι φοιτιέμεθα, h. e. ἄνθρωποι. Ita igitur & heic Sluisk. ἀνωμόρφους, ω per errorem posito pro ο. Sed & ita videmus, unde ortum sit vitiosum illud ἀναμόρφους pro ἀνθρωπομόρφους. At ἀνδρομόρφους, quod itidem conjecerat Gesnerus, & probavit Lambinus, alienum est à MStis, & Mente Auctoris, qui mox referet nobis Fluvios, non tantum *Viros*, sed & Feminis ac Pueris assimulatos. Similis ferme confusio est orta apud Geographos inter *Anthropophagos* & *Androphagos*. Vide Melam III. 7. & ibi Vossium. Cum Sluisk. Codice conspirat hic loci etiam Unus ex Regiis, & Mediceus 2. at Med. 1. Diserte etiam legit ἀνθρωποπομόρφους. PERIZ.

3 Βοῶν εἰδῶς] Vide Phornutum *cap. de Oceano*. Cæl. Rhodig. *lib.* XVII. *cap.* 33. Hadr. Jun. *Batav. cap.* 8. SCHEFF.

4 Στυμφάλιοι] Celebris est, vel propter Aves Stymphalides, Urbs Arcadiæ, Στύμφαλος, Fluvio & Monti cognominis, quæ tamen postea se junxit Argivis. Et Argi-

væ regionis est Fluvius, *Erasinus*, quem *Stymphalii* hic colere dicuntur, sed qui simul ex Fl. Stymphalo, in Arcadia terram subeunte, oriri traditur, & in Argivis iterum prodire nomine illo *Erasini*. Vide Strabon. *lib.* VIII. *pag.* 371. Μετώπην autem non Fluvium, sed Fontem crediderim; certe Pausanias in *Arcadicis* duos Stymphaliis tribuit Fontes. Quapropter nullam dum video causam, quare credam Fabro simpliciter pronunciandi, legendum, non τὴν, sed τὸν. Quum utique Fontes sæpissime Feminina habeant Nomina, & omnes Codd. etiam Regii, legant τὴν. Sed & mox *hoc ipso capite*, *Feminæ* utique assimulatur unica. quæ hic memoratur nominatim, Πηνή. PERIZ.

5 Τὴν Μετώπην] Lego τὸ. FABER. Recte: Μετώπην enim fluvium Arcadiæ fuisse docet Scholiastes *Callimachi Hymn. in Jovem.* 26.

νίσσετο δ' ἀνὴρ
Πεζὸς ὑπὲρ Κρᾶθίν τε, πολυσταφύλοιό τε Μετώπης
Δειψάλεος.
Μετώπην, ποταμὸν Αρκαδίας.

6 Ασωπὸν] MSS. B. & C. Αισωπὸν: sed nil mutandum. SCHEFF.

Τὸν Ασωπὸν] Non mirum, honorari hunc à *Sicyoniis*, quum præter Eorum Urbem fluat. At *Phliasii*, quorum oppidum *Phlius* remotius est, hanc illius quoque honorandi habuerunt causam, quod primum habitarunt in oppido, Aræthyrea, XXX. Stadiis à Phliunte remoto, & sito ad Montem Cœlossam, unde *Asopus* oritur. Strabo *lib.* VIII. *pag.* 382. Vide & Pausan. in *Corinth. pag.* 48. PERIZ.

7 Τὸν Κηφισὸν] Varii fuerunt hoc Nomine Flu-

Κηφισόν. Ἐν εἴδει δὲ ἀνδρῶν [8] Ψωφίδιοι τὸν Ερύμανθον, τὸν δὲ Αλφειὸν Ηραιεῖς· [9] Χερρονήσιοι δὲ οἱ ἀπὸ Κνίδου, καὶ αὐτοὶ [10] τὸν αὐτὸν ποταμὸν ὁμοίως. [11] Αθηναῖοι δὲ τὸν Κηφισὸν ἄνδρα μὲν [12] δεικνύουσιν ἐν τιμῇ,

thum, Alpheum Heræenses: Cherronesii vero ex Cnido etiam illi eundem fluvium similiter *fingunt*. Athenienses autem Cephissum Virum quidem ostentant in sacris honoribus, sed cornua exferentem. Porro in Sicilia Sy-

Fluvii, præcipuus in Phocide & Bœotia, sed & in Attica, unique & in Argeo. Vide Strabon. IX. *pag.* 424. & Eustath. *ad Iliad. B. p. m.* 208. Adde Sponii *Iter Tom.* II. *pag.* 212. IDEM.

8 Ψωφίδιοι] Gesnerus Ψωφίλιοι. Alii Ψωφίλιοι. Sed retinenda nostra lectio, quippe quam Geographi confirmant. vide Casaub. *Comment. Ath. lib.* X. *cap.* 9. Gesneri tamen emendationem firmant MSS. omnes. SCHEFF. Non dubium est, quin Lector eruditus malit Ψωφιδίοις. Pausan. in *Arcadicis*. Ψωφιδίοις δὲ καὶ ὧδε τῷ Ερυμάνθῳ ναός ἐστιν Ερυμάνθιος, καὶ ἄγαλμα ποιεῖται δὲ, πολὺ δὲ Αιγυπτίᾳ Νείλῳ, ποταμοῖς τοῖς ἄλλοις λίθου λευκοῦ τὸ ἀγάλματος· τῷ Νείλῳ δὲ, ὅτε ἀφῇ τὸ Αιθιόπων καλούμενον εἰς θάλασσαν, μέλανος λίθου τὸ ἀγάλματος ἐργάζεσθαι νομίζουσι. *Psophidiis ad fluvium Erymanthum & templum & simulachrum est Erymanthi: fiunt autem, Nilum in Ægypto si demas, aliis fluviis simulachra ex candido lapide: Nilo autem, ut qui per Æthiopiam in mare devolvitur, ex nigro lapide effigiem formare solent.* de Nili simulacro vide Lucianum in *Rhetor. Præceptore.* KUHN.

Ψωφίδιοι] Mirum conspirasse ita MStos in τὸ Ψωφίλιοι. Nam quod de suis Schefferus, idem de Meis testari possum. Verum tamen est Ψωφίδιοι. Vide Stephanum. Urbs ipsa erat Arcadiæ, & dicebatur Ψωφὶς, à qua modico intervallo labitur Fl. *Erymanthus*, cognominis Monti, unde *Aper Erymanthius*. Pausan. in *Arcad. p.* 22. PERIZ.

9 Χερρονήσιοι δὲ ἀπὸ Κνίδου] Stephanus Byz. in Χερρόνησος. Αἰλιανὸς δὲ πρώτῳ ἱστορικῆς διαλέξεως. Χερρονήσιοι δ' ἀπὸ Κνίδου.

10 Τὸν Κνίδον ποταμὸν] Memorabili documento docebit hic iterum locus, Primum quam non sufficiat, recensere tantum Auctores, exactissima licet Crisi, nisi item difficultatibus, quæ in Textu, etiam sincero maxime, occurrunt passim, tollendis docta & varia commentatione operam demus diligentem, ne genuina pro corruptis habeantur, & ita dein, aliorum inscitia, vitientur: Tum quam necessarium quoque sit, corruptum jam Textum justa iterum Crisi purgare, ne, quæ nusquam nec picta nec ficta fuerunt, immo quæ exstitere nunquam, pro veris recipiantur. Ejus certe generis est *fluvius* ille *Cnidus*, nusquam apud Geographos aut Historicos lectus. Sed neque agnoscunt eum MSti Codd. nostri Auctoris, neque priscæ Edd. Romana, Basileensis, tum Gesneriana, & Tornæsiana Prima seculi superioris, quæ omnes cum MStis habent τὸν αὐτὸν ποταμόν. At Tornæsiana Secunda anni 1610. tum Parisina Liberti, Genevensis Stœrii, Schefferianæ omnes, & quantum est Editorum hoc Seculo, *Cnidum fluvium*, τὸν Κνίδου ποταμὸν, in Latino æque ac Græco, nobis ingerunt, nulla ejus data ratione, nec ulla demonstratione ignoti adeo fluminis facta. Unde ergo id ortum suspicabimur, nisi ex eo, quod nescierint Editores, nec crediderint ideo, *Cnidios* ex Asia honorasse fluvium Peloponnesi, *Alpheum*; nam is est ὁ αὐτὸς ποταμὸς in proximo memoratus. At si quis jam antea docuisset eos ex Pausania, revera tamen ita factum, haud dubie reliquissent nobis Textum Æliani integrum, & illibatum. Ille vero in *Eliac.* I. *pag.* 173. memorat inter Signa, quæ Olympiæ visebantur, rem, quam haud dubie Noster respexit. Latina tantum adscribam: *Aliud proxime positum est Jovi signum. Inscriptio testatur, Cnidios Cherronesi incolas de Hostium spoliis dedicasse. Jovi hinc Peloperæ, illinc Alpheum amnem apposuerunt. Et Cnidiorum quidem Urbis pars maxima in Continenti Cariæ condita est. Quæ vero Cherronesus dicitur, Insula est, ponte Continenti juncta. Illinc Jovi donum hoc in Olympiam missum.*

μὴ, κέρατα ὑποφαίνοντα. Καὶ ἐν Σικελίᾳ ὑ [13] Συρακόσιοι μὲν τὸν Ἀναπον ἀνδρὶ εἰκάσαν, τὴν ὑ Κυανὴν πηγὴν γυναικὸς εἰκόνι ἐτίμησαν. [14] Αἰγεσταῖοι ὑ τ Πόρπακα, καὶ τ [15] Κριμισὸν, ὑ τ

Syracusii Anapum viro assimulant: at Cyanen fontem feminæ effigie honorant. Ægestani Porpacem, Crimissum, & Telmissum, virorum specie colunt. Agrigentini vero fluvium, a quo

Habes Χερρονησίτας ἀπὸ Κνίδου. Vides etiam, ut illi proprie, *Alpheum* hunc, Elidis in Peloponneso Fluvium, in nobilissimo Olympiæ templo juxta Jovem, & Pelopem, *Viri* formâ, dedicarint. Facessat ergo hinc *Cnidus Fluvius*, unde malum pedem infausto omine huc intulit, & agnoscamus, Cnidios καὶ αὐτοὺς, h. e. & *ipsos*, in Asia licet habitantes, non minus tamen, ac Heræenses ad Alpheum sitos, *Eundem Fluvium* Viri imagine honorasse. PERIZ.

11 Ἀθηναῖοι ὑ Κηφισὸν ἄνδρα μὴ δεικνύεσιν ἐν ἀγορᾷ] Error turpissimus ἄνδρα ἐν τιμῇ. Lege ἄνδρα σύντελῆ, *virum perfectum*. FABER.

12 Δεικνύουσιν ἐν τιμῇ] Verterim, *in honore statuarum*, seu, *quando eum honorant*, statua illi dedicanda, vel sacris etiam faciendis. Plane ut *initio hujus Capitis* de hac ipsa re, οἱ πομπεύοντες αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἑρμαζόμενοι. Sic Max. Tyr. *Diss.* 38. ex professo agens de *statuis Deorum*, utitur identidem & simpliciter voce τιμῆς, eaque occasione etiam de *Fluviis* ait, ἔστι πᾶσι καὶ ποταμοῖς Τιμὴ, καὶ ἀφέλειαν, ὥσπερ Αἰγυπτίοις ὁ Νεῖλος, ἢ καὶ κάλλῳ, ὡς Θετταλοῖς ὁ Πηνειὸς &c. Pausanias *Messen. cap.* 31. Ἐφεσίαν ὑ Ἀρτεμιν Θεῶν μάλιστα ἄγουσιν ἐν τιμῇ, *Ephesiam Dianam ex omnibus Diis maxime colunt*. Et *Arcad. cap.* 36. Καὶ θεῶν ἑδενὸς Βορέαν ὕστερον ἄγουσιν ἐς τιμήν, *Et Boream nullo Deorum minus colunt*. Plutarchus *de Iside*, navem Argo, ἐπὶ τιμῇ ait κατηστερισμένην, *in astra relatam honoris divini causa*. Et in *Publicola*, Populum ait ejus Funeri quadrantes contulisse ἐπὶ τιμῇ. Porro τὸ δεικνύσει dicitur eodem modo, quo apud Plutarch. in Ἐρωτικῷ *p. m.* 761. *init.* Τάφον δ' αὐτῷ δεικνύουσιν ἐν ἀγορᾷ Χαλκιδέως, h. e. *habent in foro*, & ita *ostentant* istic, *sepulchrum ejus*. Solebant autem Veteres etiam *sacra facere* Fluviis, ut in *hoc Capite* de *Agrigentinis* diserte traditur. Atque ita apud Pausan. in *Atticis pag.* 33. legimus in Templo Amphiarai, juxta Oropum in ditione Athenienium, aram ex parte sacratam Cephisso illi, qui per Eleusinios in mare decurrit. Similiter Argivi suo Cephisso templum dicavere, ut refert Idem in *Corinth.* Talis autem Honor etiam voce Τιμῆς designatur. Sic III. 1. ὅτως ἄρα τιμὴ ἡ διαφορὰ, ἢ τοῦδε τὸ κρεῖττον, ἐκείνου τὸν τόπον. Sed & passim dicitur ἐν τιμῇ εἶναι, γενέσθαι. Herodian. III. 15. ὀδένα εἶπε σφίσιν ἐγγενέσθαι τ ἐν τιμῇ γενόμενον, Sophocles apud Plutarch. *de Audiendis Poëtis*, γένοιτο καὶ ἄπαλδος ἐν τιμαῖς ἀνήρ. At Tan. Faber in his *errorem turpissimum* clamitat, legendumque pronunciat ἄνδρα σύντελῆ h. e. *perfectum*, *integrum*; Sed non addicunt MSti. PERIZ.

13 Συρακόσιοι μὲν] Particulum μὲν ignorant Mediceus, & Sluiskianus.

14 Αἰγεσταῖοι] MS. B. Αἰγυπταῖοι. Sed vulgatum esse rectum docent nomina fluviorum, quæ in Sicilia, ubi *Ægestus*. SCHEFF.

Αἰγεσταῖοι] Cives sunt Urbis, quæ Latinis dicitur *Segesta* Sed & in *Nummis* Goltzii Goltzii Σεγεσταίων est. Fluvii autem, qui hic memorantur, prope eam Urbem sunt omnes. sed quorum *Telmissus* cæteroqui *Termissus* vel *Thermissus* vocatur, à Θερμοῖς ὕδασι, *a calidis aquis*. Sæpe enim literæ L & R inter se permutantur. Sic apud Stephanum Τίμιερα & Τέρμερα. Sic *Clibanus* à κρίβανος: φορμέκιον. Joh. II. 15. ex Latino *flagellum*. Κρίμισον Lugd. Codex scribit Κρίμησον itidem ut Plut. in *Timoleonte*. PERIZ.

15 Κριμισὸν] Cæl. Rhodig. *supra dicto loco* vocat *Crimisium*. Verum nomen est *Crinisus*. Servius *ad Virgil.* v. *vers.* 30. *quia delata ad Siciliam*, *Crinisus fluvius concubuit cum ea*. Hyginus Noster *cap.* 273. *in Sicilia ad Acestem Crinisi fluminis filium*. Scribe igitur apud Nostrum Κρινισὸν. SCHEFF. Κρεμισὸς etiam legunt Suidas, Phavorinus. Virgilius *Crimissus*. Antigonus in *Hist. Mir.* Κριμισῷ, Plutarchus in *Timoleonte* Κρίμησῷ, per η. Halicarnass. *lib.* I. *Rom. Antiq.* ἀκησαν πρὸς ποταμὸν λεγόμενον Κριμισόν. Audiamus

quo urbs nomen accepit, specios pueri forma effingentes, illi sacrificant. Iidem vero etiam Delphis dedicaverunt eum, ex ebore statuam exsculpentes, & Fluvii nomen inscripserunt: statua autem est pueri.

τ Τελμισσὸν ἀνδρῶν εἴδει τιμῶσιν. Ἀκραγαντῖνοι ὑ τ ἐπώνυμον τ πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες, θύουσιν· οἱ ὑ αὐτοὶ ὑ ἐν Δελφοῖς ἀνέθεσαν, ἐλέφαντος ἀγαλλύψαντες ἄγαλμα, ὑ ἐπέγραψαν τὸ ποταμοῦ ὄνομα· ὑ παιδός ἐστι τὸ ἄγαλμα.

mus *Servium*, qui *in* I. *Æneid. Hæc*, inquit, (Segesta filia Hippotæ) *ad Siciliam delata a Crimisæo fluvio, quem Crimisum Virgilius* (*lib.* V. *Æn.*) *poëtica licentia vocat, converso in ursum vel in canem compressa edidit. Acestem.* Cluverius in *Sicilia lib.* II. *cap.* 2. Κριμισὸς legit. KUHN.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ γήρως.

[1] Ἐπίχαρμόν, φασι, [2] πάνυ σφόδρα πρεσβύτην ὄντα, μετά τινων ἡλικιωτῶν [3] ἐν λέσχῃ καθήμενον, ἐπεὶ ἕκαστος τῶν παρόντων ἔλεγεν. Ὁ μέν τις, ἐμοὶ πέντε ἔτη ἐπέχρη βιῶ-

CAP. XXXIV.

De senectute.

Epicharmum, ajunt, quum omnino esset ætate provecta, cum quibusdam æqualibus sedentem in confabulatione, quum singuli præsentium dicerent: Alius, mihi satis est quin-

1 Ἐπίχαρμον] Fuit Comicus, & Physicus, & Medicus; refertur inter Auditores Pythagoræ. Vixit in Sicilia, initio Monarchiæ Persicæ, grandi mortalis ævi spatio: mortuus quippe habuit annos XC. ut Laërtius, qui ejus Vitam quoque scripsit, vel XCVII. ut Lucian. in *Longævis*. Duas literas Θ & Χ eum inveniisse, & Alphabeto addidisse, tradit ex Aristotele Plinius *Nat. Hist.* VII. 51. Sed de Θ falsum haud dubie: siquidem illa ex Orientali Alphabeto inter XVI. primas literas à Cadmo in Græciam est delata. Forsan ergo Φ & Χ invenerit, quas certe Græci Cadmeis addiderunt. PERIZ.

2 Πάνυ σφόδρα πρεσβύτην] Ut qui ad annum nonagesimum ætatem provexerit. vide Laërtium. vel ad nonagesimum & septimum. vide Luc. in *Longæv.* SCHEFF. Comicum, qui & Philosophus, intelligit. KUHN.

3 Ἐν λέσχῃ] More senum, ut apparet exemplo Catonis, C. Salinatoris, aliorumque apud Ciceronem *lib. de Senectute* Sic Homerus carmina sua dicitur ceciniisse ἐν ταῖς λέσχαις τ γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ. apud Herod. in *ipsius vita*. SCHEFF. Eustathius *in Odyss.* Σ. δημόσιον ἀθύρωτον οἴκημα, ἔνθα οἱ ἐπαῦται συναγόμενοι ὡς λέσχος τε αὐτὸ ἔσχον καὶ ἐλέσχαινον, ὅδ' ἐστὶν ὁμιλεῖν, τὰ δοκοῦντα δηλαδὴ αὐτοῖς, ἢ ὡδὶ λέσχος. *Lescha erat publicum foribusque carens ædificium, in quo mendici congregati dormiebant, & ἐλέσχαινον, hoc est, colloquebantur de suis rebus, vel à* λέσχος. Proclus *in hunc Hesiodi versum*,

Παρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην.

ita commentatur: τὰς ἀλεεινὰς οἴκους οἱ πένητες κατελάμβανον, ἐν οἷς συγκαθήμενοι ἐν λαλιαῖς ἦσαν. ὅθλον καὶ ὄπ λέσχας ἐκάλεν τέτες. καὶ γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἦσαν τοιῦτοι τόποι καὶ ὠνομάζοντο λέσχαι ἐξήκοντα καὶ τριακόσιαι, ἢ ὅλη ἐδρᾶτο ἵνα θέσμια πρὸς αὐτοὺς, ἵνα οἱ λόγοι γίνωνται τοῖς συνιοῦσιν ἐπωφελεῖς, *apricas & calidiores domus pauperculi occupabant, in quibus considentes sermones sociabant*,

βιῶναι· ἄλλος ἢ, ἐμοὶ τρία· τρίτος ἢ εἰπόντος, ἐμοίγε τέσσαρα· ὑπολαβὼν ὁ Ἐπίχαρμος, ὦ βέλτιστοι, εἶπε, τί γασιάζετε καὶ διαφέρεσθε ὑπὲρ ὀλίγων ἡμερῶν; πάντες γὰρ, οἱ συνελθόντες κατά τινα δαίμονα, ἐπὶ δυσμαῖς ἐσμέν. Ὥστε ὥρα πᾶσιν ἡμῖν τὴν ταχίστην ἀνάγεσθαι, πρὸ τοῦ τινος καὶ ἀπολαῦσαι κακῶν πρεσβυτικῶν.

quinque etiam annos vivere: alius mihi tres: tertius, mihi quatuor: respondentem Epicharmum, ô Optimi, dixisse, quid litigatis, & in diversa abitis de paucis diebus? omnes enim, qui convenimus quodam fato, venimus ad occasum. Itaque tempus est nobis omnibus quantocyus decedendi, antequam aliquod senile malum experiamur.

ΚΕΦ.

CAP.

bant, quas, ut patet, leschas dixerunt. Athenis etiam hujusmodi loca trecenta & sexaginta erant, circa quæ & ceremoniæ quædam peragebantur, ut colloquia convenientibus esset bono & usui. Moschopulus ὠφελῶν σχεδὸν *pag.* 72. λέσχαι, δημόσιοί τινες τόποι ὅπου ἔλεγον ἐν Ἀθήναις, ἐν οἷς ἐκαθίζοντο πολλοὶ σχολὴν ἄγοντες. λέσχαι *publica quædam loca dicebantur Athenis, in quibus valde otiosi desidebant.* Pausanias in *Laconicis* meminit λέσχης, quæ dicta est ποικίλη *varia*, à picturis scilicet diversis. Herodot. in *Calliop.* ῥηψῳδὸς λέσχης, *cum disputatio orta esset.* Casaubonus *in Strabonem pag.* 140. existimat vetustiores Græcos, ὠδεῖα λέσχας dixisse. quod literata auctoritate probatum ab eo vellem. Delphis quidem λέσχη fuit, in qua de rebus tam seriis quam fabulis actum, ὠδεῖον tamen non dicitur à Pausania in *Phocicis*, sed οἴκημα. vid. Etymolog. Magnum in ἀδολεσχία. Stobæum *serm.* 117. Plutarch. *de Consolat. ad Apoll.* Pausan. *lib.* 1. *Eliac.* Hesiod. Θεογονίᾳ. ex *not. Konigianis.* KUHN.

Ἐν λέσχῃ καθήμενον] Sic Hesiod. ἔργ. 501. ἥμενον ἐν λέσχῃ. Significat locum qualemcunque, in quo otiosi homines convenire & fabulis tempus terere solent. Hinc ἀδολέσχης *supra cap.* 13. h. e. *garrulus, dicax.* Et καταδολεσχεῖν τινος apud Plutarch. *de Aud. Poëtis*, πῶς ἔν σὺ πέντης ὢν φλυαρεῖς ἕσαυτα, καὶ καδολεσχεῖς ἡμῶν; h. e. *apud nos inania garris?* Vide, & quæ hic notavit Cl. Kuhnius, & quæ Excell. Grævius *ad Hes.* ἔργ. 493. PERIZ.

4 Ὦ βέλτιστοι] Non tam est hæc formula *blande & amice compellantis*, ut dicitur in Indice Schefferi, quam cum leni irrisu & ironia alloquentis alios. Sic cùm irrisù & contemptu, apud Lucian. *Dial. Meretr. Dorcadis*, σὺ δὲ τίς εἶ, ὦ βέλτιστε; Et *Demosth. Encom. pag.* 923. Καίτοιγε, ὦ βέλτιστε, &c. Ita passim ὦ χαῖρε, ὦ χαροὶ. Latini, O *Bone.* Gell. IV. 1. *Jam, Bone Magister, quicquid est nomen tibi, abunde multa docuisti.* & V. 21. *Amabo te, Vir Bone, velim doceas,* &c. IDEM.

5 Διαφέρεσθε] Vide, num legendum sit, ἀφέρητε vel ἀφέρεστε, ut conveniat cum præcedenti. SCHEFF. Miror unde hæc illi in mentem; locus enim Æliani clarus est & integer. FABER. Nihil opus est correctione. KUHN.

ΚΕΦ. λε'.

Ὅτι ὁ ὕπνος θανάτου ἀδελφὸς, καὶ περὶ Γοργίου τελευτῆς.

1 Γοργίας ὁ Λεοντῖνος ἐπὶ τέρματι ὢν τοῦ βίου, καὶ 2 γεγηρακὼς οὐ μάλα, ὑπό τινος ἀδενείας καταληφθεὶς, καὶ ὀλίγον εἰς ὕπνον ὑπολιθαίνων ἔκειτο. Ἐπεὶ δέ τις αὐτὸν παρῆλθε τῶν ἐπιτηδείων ἐπισκοπούμενος, ᾗ ἥρετο, 3 τί πράττοι; 4 ὁ Γοργίας ἔφη, Ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ.

ΚΕΦ.

CAP. XXXV.

Quod somnus mortis frater sit, & de obitu Gorgiæ.

Gorgias Leontinus in extremo vitæ positus, & bene senio confectus, adversa valetudine correptus, paulatim in somnum prolabens jacebat. Quum vero quidam ex necessariis accederet ad eum invisendi causa, &, quomodo se haberet? quæreret. Jam, inquit, me somnus incipit suo fratri tradere.

CAP.

1 Γοργίας ὁ Λεοντῖνος] Habes apud Stobæum *Sermon.* CXIIX. Plutarchus *de Consol. ad Apoll.* Diogeni hoc dictum tribuit. SCHEFF.

2 Γεγηρακὼς οὐ μάλα] Nam ultra annos centum vitam produxit. Lucianus in *Longævis.* Ῥητόρων Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτὼ· τεσσαρᾶς δὲ ἀπεχρήμπτου, ἐτελεύτησεν. SCHEFF. Philostratus *lib.* 1. *de Vit. Sophist.* λέγεται δὲ ὁ Γοργίας ἐς ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν ἐλάσας ἔτη μὴ καθαλυθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ γήρως, ἀλλ' ἄχρι καθοιώνας, καὶ τὰς αἰσθήσεις ὑγιῶν, *Fertur autem Gorgias annos centum & octo natus non senectute fractum habuisse corpus, sed vegetis integrisque sensibus provixisse.* confer Quintil. *lib.* III. *Instit. cap.* 1. KUHN.

3 Τί πράττοι] *Quid ageret, quomodo se haberet. Infra* III. 18. Καταφρονῆσαι ὡς φαύλως, καὶ παιδιᾶς πραγίστοις, *humili fortuna utentes.* Epict. *cap.* 10. ἐγκαλεῖν ἄλλοις, ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς, *infelix est.* Plutarch. *de Aud. Poëtis* ex Veteri Poëta, μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὰ κακῶς πεπραγότα, h. e. *Infelicem.* Contra ἡ βροτῶν τ' εὐπραξία, *Felicitas hominum, ibidem.* Sic Latini rogare alter alterum solebant, *quid agerent.* Ovid. *Trist.* 1, 1. 17.

Si quis, ut in Populo nostri non inmemor illo,
Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit.
Vivere me dices, salvum tamen esse negabis.

Terent. *Andr.* 1. 5. 32. *Quid agit? M. rogas? Laborat ex dolore.* Et *Eunuch.* III. 2. 3. *O mea Thais, meum suavium, quid agitur?* PERIZ.

4 Ὁ Γοργίας ἔφη] Sic editi, at scripti φησὶ. De Ejus senectute, ultra centum annos producta, vide præter allegatos à Scheffero & Kuhnio, etiam Valer. Max VIII. 13. 2. in *externis.* IDEM.

5 Τοῦ ἀδελφοῦ] Sic somnum princeps Homerus nominavit *Iliad* Ξ. 121. quem haud dubie Gorgias secutus est. Cyrus apud Xenophont. *lib.* IIX. παιδὶ ὕπνος ἐδὺς ἐστιν ἐγγύτερον τοῦ ἀνθρωπίνου θανάτου. Hoc Tullius *lib. de Senectute* ita reddidit: *Nihil est morti tam simile, quam somnus.* Secundus Philos. in *Sententiis*, ubi quæritur, *quid somnus sit*, respondet: Θανάτου εἰκών. Et ita Cicero *lib.* 1. *Quæst. Tusc. Habes somnum, imaginem mortis, eamque quotidie induis. Et dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cum in ejus simulacro videas esse nullum sensum.* Virgilius *lib.* VI. *Æn.*

Tum consanguineus lethi sopor —

Adde Tertullianum *de Resurrectione carnis cap.* 14. & Epictetum in *Altercatione cum Adriano*, *Notitiæ Imperii* subjecta. Brodæum *ad Epigr. ultim. lib.* II. *Anthol.* εἰς συμπόσιον. SCHEFF.

ΚΕΦ. λϛ'.

Περὶ Σωκράτους γηρῶντος καὶ νοσοῦντος.

Σωκράτης ὁ καὶ αὐτὸς [1] βαθύτατα γηρῶν, εἶτα νόσῳ ἁλοὺς περιπεσὼν, ἐπεί τις αὐτὸν ἠρώτησε, πῶς ἔχει; Καλῶς, εἶπε, πρὸς ἀμφότερα. Ἐὰν μὲν γὰρ ζῶ, ζηλωτὰς ἕξω πλείονας· [2] εἰ δὲ ἀποθάνω, ἐπαινέτας πλείονας.

[1] Βαθύτατα γηρῶν] h. e: *maxime senex*, in longissimum ætatis provectus. Sic VII. 5. Καὶ τοι γηράσκων βαθύτατα. Polyæn. I. 28. 2. Βαθείας ἑσπέρας ἐπανῆλθεν, *multo vespere reversus est.* Plato autem in *Apologia*, *in init.* Socratem inducit dicentem ad Judices, ἔτη γεγονὼς πλέω ἑβδομήκοντα, *natus plus septuaginta annos.* At Laërtio dicitur mortuus ἔτη γεγονὼς ἑβδομήκοντα, numero scil. rotundo. PERIZ.

CAP. XXXVI.

De Socrate sene & ægroto.

Socrates etiam ipse decrepitam jam ætatem agens, & tunc in morbum incidens, quum quidam eum interrogaret, quomodo sese haberet? Recte, inquit, in utramque partem. Nam si fuero superstes, complures habebo æmulos: sin vita excessero, complures laudatores.

[2] Εἰ δὲ ἀποθάνω] MSS. B. & C. ἐὰν δὲ ἀποθάνω. quod probo. SCHEFF. De re ipsa v. Sallust. *orat.* II. *ad Cæsarem.* Ovid. *lib.* I. *Amor. Eleg. ultim. Mimnermum* apud Stobæum *Serm.* CXXIV. KONIGIUS.

Εἰ δὲ ἀποθάνω] Leve & inane est, sed quia notavit jam Schefferus, MStos B. & C habere, ἐὰν δὲ ἀπ. addo & Lugd Codicem ita legere. PERIZ.

ΚΕΦ. λζ.

Περὶ νόμου τοὺς νοσοῦντας οἶνον πίνειν κωλύοντος.

[1] Ζαλεύκου δὲ Λοκρέως, πολλοὶ μὲν εἰσι καὶ ἄλλοι [2] νόμοι κάλλιστα

[1] Ζαλεύκου] Memoratur hic sæpius à Jamblicho & Aliis, inter Auditores Pythagoræ, seu Legum Conditores ex Pythagoræ disciplina profectos. Manifestus hinc est error

CAP. XXXVII.

De lege, quæ ægrotantibus abstinentiam à vino præcipit.

Zaleuci Locrensis cum multæ leges extant aliæ egregie utiliterque

Eusebii, qui Zaleucum refert ad Olympiadem, non tamen XXIII. ut in *Notis* Schefferi dicitur, sed XXIX. h. e. ad tempora Manassis Judæorum, & Tulli Hostilii Romanorum Regis. Æqualis fuit Charondæ, qui Thuriis leges scripsit, & ei plerumque jungitur. Veluti III. 17. & Valer. Max. VI. 5. *ext.* 3. & 4. ac Aristoteles II. 10. qui *ibidem* etiam ait, quosdam tradere, Charondam ejus auditorem fuisse, sed quod ipse rejicit. Forsan hinc ortum, quod Athenæus XI. *cap. ult.* Zaleucum dicit etiam *Thuriis* leges scripsisse, quasi per Charondam, vel cum Charonda. Ceterum illi apud Aristotelem in ætate *Zaleuci* multo gravius errant, quam Eusebius, siquidem eum pariter cum *Lycurgo*, qui centum annis ante primam Olympiada vixit, tradunt fuisse auditorem Thaletis Cretensis, & ita ipsum dein Præceptorem Charondæ. Quod immane quantum superat ætatem Pythagoræ. De Legibus ejus Vide omnino Diod. *lib.* XII. *pag.* 299. De Locrensibus egimus *supra cap.* 22. IDEM.

[2] Νόμοι κάλλιστα] *Zaleucum* (quem plerique Chronologi vixisse ajunt Olymp. 83. excepto Eusebio, qui circa Olymp. 23. fuisse affirmat) inter legumlatores celebrarunt Aristoteles, Theophrastus, plurimique alii. Timæus tamen, Attici familiaris, hæc quondam ut figmenta reprehendebat, annotante Cicerone *lib.* VI. *Epist. ad Att. ep.* 1. SCHEFF. *Zaleucus* ex Schola Pythagoræ prodiens Legislator Locrensium evasit. Laërtius in *Vita Pythagor.* ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τοὺς Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας· ἀφ' ὧν καὶ Ζάλευκον καὶ Χαρώνδαν τοὺς νομοθέτας, *Cum alios multos* (ajunt Pythagoram) *in Italia reddidisse probos honestosque viros, tum etiam Zaleucum & Charondam legislatores.* Procemium legum ejus nobis conservavit Stobæus *Serm.* 140. ubi in fine sancivit, ut collum in laqueum

λιστα καὶ εἰς δέον κείμενοι, καὶ ὅτ' ὢν ἐχ' ἥκιστα. Εἴ τις Λοκρῶν τῶν [3] Ἐπιζεφυρίων νοσῶν ἔπιεν οἶνον ἄκρατον, [4] μὴ προστάξαντος τοῦ θεραπεύοντος, εἰ καὶ ἐσώθη, θάνατος ἡ ζημία ἦν αὐτῷ, ὅτι μὴ προσταχθὲν αὐτῷ ὧδε ἔπιεν.

que positæ, tum illa non in postremis. Si quis Locrensium Epizephyriorum ægrotans vinum merum bibisset, non jubente medico, etiamsi convaluisset, mortis ei supplicium erat constitutum, quoniam non præscriptum sibi biberat.

ΚΕΦ.

CAP.

[3] Ἐπιζεφυρίων] Cognomentum hoc Locrensium eorum, qui in Italia ad Zephyrium promontorium sedes suas habebant. vide Strabonem *lib.* VI. Porro caput hoc integrum cum sequente Noster ex Athenæo habere videtur, quem vide *lib.* X. SCHEFF.

[4] Μὴ προστάξαντος τοῦ θεραπεύοντος] Athen. *lib.* X. *pag.* 429. hæc ita eloquitur, μὴ προστάξαντος ἰατροῦ θεραπείας ἕνεκα. PERIZ.

ΚΕΦ. λή.

Ρωμαίων καὶ ἄλλων τινων νόμος, οἶνον μήτε παντὶ, μήτε ἡλικίᾳ πάσῃ θῆλυ χωρῶν.

Νόμος καὶ ὅτος Μασσαλιωτικὸς, [1] γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν οἴνῳ, ἀλλ' ὑδροποτεῖν πᾶσαν γυναικῶν ἡλικίαν. Λέγει δὲ Θεόφραστος καὶ θῆλυ Μιλησίοις τὸν νόμον τοῦτον ἰσχύειν, καὶ πείθεσθαι αὐτῷ [2] τὰς Ἰάδας,

1 Γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν] Sluisk. γυναῖκα. Nec male. PERIZ.

2 Τὰς Ἰάδας] Pro Ἰωνας vel Ἰωνιάδας, quomodo etiam Herodotus *lib.* v. & Plutarchus *vita Periclis* hac voce utuntur. Vocat autem Ἰάδας, hoc est, *Jonas* Milesiorum mulieres, quia Miletus caput est *Joniæ*. Delendum ergo illud ἀλλὰ ut superfluum, quemadmodum Gesnerus censet, vel ἀλλ' ἢ est emendandum. Sed fortasse melius fuerit neutrum fecisse, verum locum ita emendasse: καὶ πείθεσθαι αὐτῷ τὰς Ἰάδας, ἀλλὰ τὰς Μιλησίων γυναῖκας. Milesiorum mulieribus ex adverso ponit reliquas Jonas, ut luxui & voluptatibus quam maxime deditas. Et recte. Constat enim Jonas Græcorum fuisse luxuriosissimos, unde *motus Ionici* apud Horatium pro lascivis. vide Erasmum *Chil.* 1. *cent.* 5. in Γέλως Ἰωνικὸς, & Indicem. SCHEFF. Emendatum ab aliis fuit ἀλλ' ἢ pro ἀλλὰ, sic enim ad oram libri mei emendatum video. Interpretis quoque versio correcta hoc loco a studioso fuit, nam pro, (& *Jadas Milesiorum uxores ei parere*) quod ridiculum est, legitur in Editione Tornæsii Ann. 1587. (*Jadas ei parere PRÆTER Milesias*) FABER. In textu omnia sibi constant, si modo πῆς γε legeris. Nam τὸ ἀλλὰ significat hoc loco: *certe*, *saltem*, & æquipollet τοῦ γε, ut apud Suidam & Budæum *in Comment. L. G.* videre est. Ergo Auctoris mens est: si non omnes *Ionicas*, *Milesias tamen mulieres legi obtemperasse*. Germanam locutionem dabo ex *H. An.* XV. *cap.* 19. χερσαία χελώνη ζῶον λαγνίσταλον, ἀλλὰ ὀκ ἄρρεν· ὁμιλεῖ δὲ ἡ θήλεια ἄκυσα. *Terrestris testudo animal est libidinosissimum*, *mas certe talis est: fœmina enim invita coit.* Hîc liquido apparet, τοῦ ἀλλὰ restringi, & quasi corrigi, quod ante generalius dictum erat. KUHN.

Τὰς Ἰάδας, ἀλλὰ τὰς Μιλ.] Locus varie ab Eruditis tentatus, licet nihil hic mutent MSti. Gesnerus in margine conjecit, ἀλλ' ἢ: quod congruit Versioni primæ, quæ ita se habet, *Et Jadas ei parere*, *præter Milesias*. Nec enim Vulgata hæc Versio, & *Jadas Milesiorum Uxores ei parere*, Vulteji est seu Primi Interpretis, sed Prior ista, quæ & omnium est Editionum superioris seculi, at Vulgata hæc demum occurrit in Tornæsiana Anni 1610. & seqq. Illa ipsa vero Tornæsiana, quæ jactat & promittit prima, præter Gesnerianas, etiam Casauboni conjecturas, censet in margine, delendum potius ἀλλὰ, quam faciendum id, quod Gesnerus voluit; & porro huic suæ conjecturæ Versionem, quæ dein vulgata est, accommodavit. Schefferus ἢ interponit ante πῆς Ἰάδας. Kuhnius legit, ἀλλὰ πῆς γε Μιλησ. & exponit *saltem*, *certe*. In tanta conjecturarum copia quid tandem seligemus

CAP. XXXVIII.

Romanorum & aliorum quorundam lex, neque omnibus, neque omni ætati vinum concedens.

Lex etiam hæc Massilienſium fuit, mulieres ne uterentur vino, ſed omnis feminarum ætas aquam biberet. Affirmat Theophraſtus, etiam apud Mileſios hanc legem valere, & Jadas, ſed quæ Mileſiorum ſunt uxores,

δας, † ἀλλὰ τὰς Μιλησίων γυναῖκας. Τί δ' οὐκ ἂν εἴποιμι καὶ τῶν Ρωμαίων νόμων; καὶ [3] πῶς οὐκ ὀφλήσω δικαίως ἀλογίαν; εἰ τὰ μὲν Λοκρῶν, ἢ Μασσαλιωτῶν, καὶ τὰ Μιλησίων διὰ μνήμης ἐθέμην, τὰ δ' ἐμαυτοῦ πατρίδος [4] ἀλόγως ἐάσω. [5] Ου-

† ἀλλ' ἢ.

gemus nobis? Rejecerim prorsus Ego certe Schefferianam & Gesnerianam, ac vel simpliciter deleverim cum Casaubono ἀλλὰ, sensu planissimo. Nam revera *Milesiorum Uxores* erant *Lades*; vel exposuerim ferme cum Kuhnio illud ἀλλὰ, ut habeat vim retrahendi, quod generatim erat dictum de Jonicis mulieribus, speciatim ad illas tantum Jonicas, quæ Milesiæ erant; quasi diceret, *parere huic Legi Jadas*, *sed illas*, *quæ sint Milesiorum Uxores*. Sic Aristoph. βατρ. *Actu* 1. *Sc.* 3. interroganti, *an duas Drachmas dabis mercedem?* respondet, μὰ Δί', ἀλλ' ἔλαττον h. e. *per Jovem*, *sane*, scil. dabo mercedem, *sed minus dabo*. Consulto autem Auctor & cum emphasi *Jonicas* in hac Milesia continentiæ lege memorasse videtur, quia Miletus erat metropolis Joniæ, [Vide Melam 1. 17.] & Jones passim apud Veteres luxuriæ præcipuæ nota asperguntur. Ipse *infra* XIV. 7. homini Lacedæmonio luxu nimio pinguescenti exilium interminatos Ephoros ait, nisi mutaret βίον, Ἰωνικὸν μᾶλλον, ἢ Λακωνικὸν. Et XIII. 8. Lysander dicitur in *Jonia* corruptus in luxuriam vitæ. Vide omnino etiam Valer. Max. II. 6. 1. & Schol. *Aristoph.* θεσμοφ. *pag.* 776. Adjicienda autem omnino, quæ Clariss. Boivinius de hoc loco ad me scripsit, nihil mutare præfatus MSS. Regios. *Post* ἀλλὰ *subaudio*, inquit, μόνον *vel* μόνας, quod cum mea interpretatione congruit: sed addit, *Quid? si legeremus*, ἄλλας τε καὶ τὰς Μιλησίων γυναῖκας. Optimo sane sensu, si modo juris quid habeat in omnes Jonicas mulieres lex Milesia, & quam solis *Milesiis* tribuit Theophrastus. In priore interpretatione, vel etiam in illa emendatione Casauboni, emphasis est elegans, quod pareant huic legi Milesiæ mulieres, licet sint *Jonicæ*, quum ejus regionis homines ceteroqui luxuriæ sint deditissimi. Mediceus

res, ei parêre. Quare autem Romanorum quoque legem non referrem? Et quomodo non jure damnarer absurdi? si, quum res Locrensium & Massilienſium & res Mileſiorum memoriæ prodiderim, meæ patriæ res silentio inficete prætermittam. Apud Ro-

1. favet conjecturæ Schefferi. Exhibet enim, καὶ μὴ πείθεσθαι αὐτῷ τὰς Ἰάδας, ἀλλὰ τὰς Μιλ. &c. Sed tamen vel sic auscultaverim potius Casaubono, expungenti ἀλλὰ, quam vel Schefero, vel huic Librario, addenti negationem sensus satis frigidi. Nam quid miri in eo, quod Legi Milesiæ non paruerint omnes *Jonicæ* mulieres, sed tantum *Milesiæ*? PERIZ. MS. Medicei scripturam merito tuetur Parens meus in *Notitiâ Diss. de Morte Judæ pag.* 34. 35.

3 πῶς ἐκ ὀφλήσω &c.] Non recte hæc expressêrunt Interpretes, vertendo *redarguar inertiæ*. Sensus est, *quomodo non jure damnabor absurdi*, vel *incurram crimen incogitantiæ*. Sic Dionys. Hal. IV. *pag.* 205. Πολλὴν ὀφείλοντες αἰσχύνην ἀπῆλθον, *multam infamiam adepti abierunt*. Polyæn. 1. 34. 2. γέλων ὀφλισκάνει Κίμων, ὡς τὴν μείζω μοῖραν τοῖς συμμάχοις συνεξέλιπε, *Cimon incurrit in irrisum*, *ut qui Sociis meliorem partem concesserat*. Atque ita & Lucian. *adv. Indoctum pag.* 543. Ἀλλὰ καὶ γέλωτα ἂν ὀφλισκάνοι, Porro jam Ἀλογία hic est Vitium Rationi & Sapientiæ contrarium. Diod. 1. 27. Ητ. δὲ καὶ τὸ ὕδωρ γλυκύτητι εὐπέπτως ἄλογος, *hæc vero ratio à dulcedine aquæ prorsus est absurda*, vel *inepta*. Et plane, ut hic, Plutarchus *Sympos.* IV. 5. Κᾀ τὰ ἄν τις Αἰγυπτίους αἰτιῶτο τοσαύτης ἀλογίας, & *quare quis Ægyptios incusaret tantæ absurditatis*, *quum etiam Pythagoricos videat coleregallum candidum*. Idem *de Fort. Alex.* 1. de Socrate, *Peregrinos Deos inducens*, δίκην τοῖς Ἀθήνηθεν ὠφλίσκανε συκοφάντας, *damnatus fuit*, *accusantibus eum Sycophantis*, *qui Athenis erant*. PERIZ.

4 Ἀλόγως ἐάσω] Videntur Interpretes hæc ita accepisse, quasi significent proprie, *indicta finam*, siquidem vertunt, *silentio præteream*, nullo prorsus vocabulo exprimentes τὸ Ἀλό-

5 Οὐκοῦν καὶ Ῥωμαίοις ἦν ἐν τοῖς μάλιστα νόμος ὅδε ἐῤῥωμένος. 6 Οὔτε ἐλευθέρα γυνὴ ἔπιεν ἂν οἶνον, 7 ἔτε οἰκέτις, ἀδὲ μὴν τῶν ἓῦ γεγονότων οἱ ἀφ' ἥβης 8 μέχει πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν.

ΚΕΦ.

Romanos igitur maxime valebat hæc lex. Neque ſane libera mulier, neque ſerva biberet vinum, neque verò claro genere natorum hominum quiſquam à pubertate uſque ad trigeſimum quintum annum.

CAP.

Ἀλόγως, niſi illo *Silentii*. At vero nihil aliud hic notat illud, quam quod in eadem hac periodo Ἀλογία, nimirum, *abſurde*, *inficete*. At verbum ἐᾶν ſolum per ſe ſignificat hic *indictum prætermittere*. Sic in *Hiſt. Anim.* IV. 7. Ἀκάω τὴ Σκυθῶν βασιλέα (τὸ δ' ὄνομα εἰδὼς ἐῶ, *nomen prudens prætermitto*) ἵππων ἔχειν. Sed & adhibetur id ſæpe, ut deſignet, aliquam rem quoquo modo miſſam facere, ſeu, non facere ea, quæ paulo ante facta dicebantur. Atque ita, quia hic præceſſit διὰ μνήμης ἐθέμην, idcirco τὸ ἐᾶν pene idem hic erit, quod ἐ διὰ μνήμης θέσθαι. Sic Homerus *Odyſſ.* ε. 444.

——— Θεὸς ᾧ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει
Ὅτ[illegible] ὧ θυμῷ ἐθέλει ———

h. e. τόδ' ἐ δώσει. Heſ. ἔργ. 342.

——— Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.

h. e. ἐ καλεῖν. IDEM.

5 Οὐκοῦν καὶ Ῥωμαίοις] Valerius Maximus *lib.* II. *cap.* I. Vini uſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur. Adde Plinium *lib.* XIV. *cap.* 13. Gellium *lib.* X. *cap.* 23. Polybium *lib.* VI. *Alcimus Siculus* apud Athenæum *lib.* X. cauſam hujus conſuetudinis ex fabula reperit, quæ ſe ita habet. Hercules, cum per Italiam proficiſceretur, æſtu ſimul ac laboribus fatigatus, virum quendam ſibi obvium, rogabat, ut ſitienti potum præberet. Is ſtatim in tuguriolum, cadum, quem vino plenum habebat, reſoluturus. Quod cum uxor videret, indignata virum reprehendit, aquamque Herculi ferri jubet. Qui, aqua epota, grates quidem viro egit, cadum autem, quem in ejus gratiam mulier recludi noluerat, videre juſſit. Cumque vir id agere vellet, cadum ferunt in lapidem converſum reperiſſe. SCHEFF.

6 Οὔτε ἐλευθέρα γυνὴ] Verte hoc nexu & ſenſu, *Neque ſane libera mulier biberet, neque ſerva* &c. Similis uſus Aoriſti, III. 12. *extr.* & *alibi*. Celebre in hanc rem eſt apud Valer. Max. VI. 3. 9. exemplum Viri, qui Uxorem, *quod vinum bibiſſet, fuſti interemit*, & *reprehenſore caruit*, quum è contrario Mulier illa *optimo exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe exiſtimaretur*. Nomen Viri corruptum eſt & illic & apud Alios Auctores, ſed diverſis modis. Verum fuit mea ſententia *Egnatius Metennius*. PERIZ.

7 Οὔτε οἰκέτις] MS. Mediceus οὔτε οἰκέτης. Et ſic Athenæus *lib.* X. *pag.* 429.

8 Μέχει πέντε] Athenæus ita: ὥβης Ῥωμαίοις, ὔτε οἰκέτης οἶνον ἔπινε, ὔτε γυνὴ ἐλευθέρα, ὔτε τ ἐλευθέρων οἱ ἔφηβοι, μέχει τριάκοντα ἐτῶν. *lib.* X. SCHEFF. Plato *lib.* II. *de Legibus*, pueros uſque ad annum decimum octavum vino arcendos dicit, *ne ignem igni addamus*, ὥῦ ἐπὶ πῦρ ὀχυτέον ἐ θέμις, inquit. At Romanis legibus etiam οἱ ἀφ' ἥβης id eſt, *qui annos pubertatis jam attigerant*, jubentur eſſe abſtemii, & bibere, quod Romulus bibebat. Antiquiſſimum autem interdictum eſſe, quo mulieres à vino ſibi temperare juſſæ vel ex eo patet, quod *Fauna Fatua* à marito myrteis virgis cæſa fuerit ob depletam vini ſeriam, ut ex Sexto Claudio notat Arnob. *adverſ. Gentes lib.* V. Servius *in* I. *Æneid. ad verba:*

Summo tenus attigit ore:

& *verecundiam*, inquit, *Reginæ* (Didonis) *oſtendit & morem Romanum. Nam apud Majores noſtros fœminæ non utebantur vino, niſi ſacrorum cauſa, certis diebus, denique fœmina, quæ ſub Romulo vinum bibit, occiſa eſt à marito. Mecennius autem maritus abſolutus eſt homicidio. Sic Granius Lucinianus cœnæ ſuæ: unde in hiſtoriis lectum eſt Romanorum, vini uſus Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus primo laberentur* (l. ex Valerio *prolaberentur*.) KUHN.

ΚΕΦ. λθ'.

Κρητῶν νόμος περὶ μαθημάτων.

Κρῆτες ὃ τοὺς παῖδας τοὺς ἐλευθέρους 1 μανθάνειν τὺς νόμους ἐκέλευον μετά τινος μελῳδίας, ἵνα ἐκ τ μουσικῆς ψυχαγωγῶνται, καὶ θ'κολώτερον αὐτὺς τῇ μνήμῃ ἀφομβάνωσι· καὶ ἵνα μή, τι τῶν κεκωλυμένων πράξαντες, ἀγνοίᾳ πεποιηκέναι ἀπολογίαν ἔχωσι. Δεύτερον ὃ μάθημα ἔταξαν, τὺς τ θεῶν ὕμνους μανθάνειν. Τρίτον, 2 τὰ τ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐγκώμια.

ΚΕΦ.

CAP. XXXIX.

Lex Cretenſium de diſciplinis.

Cretenſes juſſerunt liberos ſuos cum quodam concentu leges perdiſcere, ut ex muſica oblectarentur, & ita facilius eas memoria complecterentur: & ne, ſi quid vetiti admiſiſſent, per ignorantiam ſe feciſſe poſſent excuſare. Secundum, quod eis diſcendum proponebant, erat, ut hymnos Deorum diſcerent. Tertium, fortium virorum encomia.

CAP.

1 Μανθάνειν τὺς νόμους] Joſephus II. *contra Apionem* de Moſe: ὐδὲ γὰ τῶ ἀπ' ἀγνοίας ἐπιῤῥήκοσιν ἠπίαχητο κολάζειν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον ἀπέδειξεν παιδευμάτων τ νόμων, σὐ εἰσάπαξ ἀκροασαμένους, ὐδὲ δὶς ἢ πολλάκις, ἀλλ' ἑκάστης ἑβδομάδ τ ἔργων ἀφειμένους, ἐπὶ τῶ ἀκροᾶσιν τ νόμων σχολὴν συλλέγεσθαι, καὶ τ ἄλλων ἀκριβῶς ἐπαΐειν, ὃ δὴ πάντες οἱ νομοθέται τοιοῦσι φιλοσοφεῖν &c. *Neque enim ignorantiæ objurgationem admittere juſtinuit, ſed legem fecit doctrinarum tum pulcherrimam, tum maxime neceſſariam eſſe, nec ſemel aut bis aut ſæpe audituros, ſed ſingulis ſeptimanis ab opere dimiſſos ad legum auditionem convenire, eaſque perdiſcere juſſit, id quod omnes videntur prætermiſiſſe legislatores.* vide omnino ſequentia de Charonda, qui procœmia legum civibus poſt feſtivos pœnas in convivio decantari voluit, vid. Stobæum *Serm.* 165. adde ex notis KONIGIANIS Aventinum *lib.* I. *Annal.* ubi, *Tuiſco*, inquit, *Germanis leges tulit, carminibusque complexus eſt, quæ publicè privatimque cantarentur, ne aut oblivio obliteraret; aut ignorantia excuſaret.* KUHN.

Μανθάνειν τὺς νόμους] Secutus eſt hoc quoque, ut reliqua Cretenſium pleraque, Lycurgus, qui & ipſe νόμους γεγραμμένους ἐκ ἔθηκεν, immo præcipuam ſuarum Legum conſtituit, μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγεγραφοις· τὸ γὰ ὅλον ἡ πᾶσης νομοθεσίας ἔργον εἰς τὴν παιδείαν ἀνῆψε, ut ait Plutarchus in *Lyc.* Lacedæmoniorum autem Leges ſumtas maxime ex Rep. Cretenſium multi tradidere Veterum, ut ipſe Pauſan. in *Laconicis pag.* 82. memorat. Atque hinc Plato *lib.* I. *de Legibus*, *Minoem* & *Lycurgum*, *Cretenſes* & *Lacedæmonios*, tanquam quibus eædem plerumque ſint Leges, ἀδελφοὶ νόμοι, pariter vel laudat, vel improbat. Diſertiſſime Ariſtot. *Polit.* II. 8. Καὶ γὰ ἔοικε, καὶ λέγεται ὀ, τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τ Λακώνων. *Videtur enim*, & *dicitur Laconica in pleriſque imitatata Cretenſium Rempublicam.* PERIZ.

2 Τὰ τ ἀγαθῶν ἀνδρῶν] Hunc morem pleriſque Gentium Vetuſtarum fuiſſe, ut Heroum ſuorum res geſtas canerent, & ita memoriæ ac poſteris proderent, multis docui exemplis in *Animadverſionibus Hiſtoricis Cap.* 6.

6. Quæ autem fuerint apud Veteres Magnorum Virorum *Encomia*, & unde sic dicta, vide in illo immensæ Eruditionis *Commentario* Viri Illustrissimi Ez. Spanhemii ad *Julianum Orationem* I. *pag.* 5. 6. 7. Quod Noster hic ἐγκάμια, id κλέα appellat IX. 38. de Achille & ejus lyra, ἣ συνῆδεν ἐκείνῳ τὰ τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν κλέα. PERIZ.

ΚΕΦ. μ'.

Ζῶα ἀλλοτρίως πρὸς οἶνον ἔχοντα, καὶ ἄλλως μεθύοντα.

[1] Πᾶν μὲν, ὅσον ἄλογόν ἐστιν, ἀλλοτρίως πρὸς οἶνον πέφυκε, μάλιστα δὲ [2] τῶν ζώων ἐκεῖνα, ὅσα σταφυλῆς ἢ γιγάρτων ὑπερπλησθέντα μεθύει. Καὶ οἱ κόρακες δὲ τὴν καλουμένην [3] Οἰνάνθην ὅταν φάγωσι, καὶ οἱ κύνες δὲ καὶ αὐτοὶ, βακχεύονται. Πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας, [4] ἐὰν οἴνου πίωσιν, [5] ὁ μὲν τὴν ἀλκὴν ἐπιλαν-

1 Πᾶν ὅσον ἄλογον] De serpentibus tamen Plinius *lib.* X. *cap.* 72. *Serpentes, cum occasio est, vinum præcipue appetunt*, de Elephante Noster *Hist. Anim. lib.* VIII. *cap.* 17. ait, non respuere illum vinum proboscidi infusum: roboris tamen sui immemorem belluam fieri hoc loco docetur. Notum est & illud Plinii. *Mulas non calcitrare, cum vinum biberint. lib.* XXX. *cap.* 16. Ergo vinum ratione carentia exarmat, hominem vero sæpe in furorem agit Centauris & Lapithis dignum. KUHN.

2 Τῶν ζώων ἐκεῖνα] Etiam hujus Capitis pleraque sumpsit Noster ex Athenæi *lib.* X. *pag.* 429. quæ hocce tribuit proprie *Suibus*. Sicuti autem hic dicitur ἀλλοτρίως πεφυκέναι πρὸς οἶνον, sic è contrario Lucian. *Adv. Indoctum pag.* 544. Μήτε πρὸς ἵππον, μήτε πρὸς ἀνύτην ἔυ πεφυκώς, *neque nato factoque ad robur, neque ad velocitatem*, seu *neque robore, neque velocitate ab naturâ instructo*. Vide & *infra* III. 10. PERIZ.

3 Οἰνάνθην] Ante legebatur σινάνθην, facili lapsu propter similitudinem antecedentis elementi. At οἰνάνθη dicitur ἀπὸ τοῦ οἴνου. Athen. *lib.* X. μεθύσκουται τὸ τῶ κορώνων καὶ τῶ κυνῶν γένος τῷ οἰνάνθην καλουμένῳ φαρμάκῳ βοτάνῃ. Apud Plinium *œnotheris* hæc herba nominatur ex Crateua *lib.* XXIV. *cap.* 17. SCHEFF.

4 Ἐὰν οἶνον πίωσιν] Sluisk. οἶνον. Et ita Athenæus *d. l.* πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας πίνοντες οἶνον, scil. μεθύσκονται. PERIZ. MS. Sluiskiano adstipulatur Mediceus, et quartum casum adhibeit quoque Aristoteles: Μεθύσκονται πίθηκον καὶ ἐλέφας, πίνοντες οἶνον.

5 Ὁ μὲν ἀλκὴν ἐπιλαθόμενος ὁ ἐλέφας] Miror hoc postremum, ὁ ἐλέφας, ut Glossema, à Græcorum, Atticorum, & maxime Nostri Auctoris phrasi alienum, rejici à Scheffero, quum sæpe ita Græci, etiam Noster. *Supra* I. 5. ἡ ἀλώπηξ, ἐ μόνον τὸ χερσαῖον θηρίον δολερόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ θαλαττία παιδεργός ἐστι. Τὸ μὲν δὴ δελεαρ ἐχ' ὑφορᾶται, τῇ δὲ ἀγκίστρῳ καταφρονεῖ καὶ πίνει ἡ ἀλώπηξ. II. 4. ἠράσθη Μελανίππου Ἀκραγαντίνου καὶ ἐκείνου &c. Τέτου ἐλυπήσε ἡ Φάλαρις τὸν Μελάνιππον. mox iterum, & plane, ut hîc, βαρέως δ' ἐπὶ τέτοις ὁ Νεανίσκος (Melanippus) ἤνεγκεν, ὑβρίσθαι λέγων, καὶ ὡμολόγει τὴν ὀργὴν τὴν ἑαυτῷ ὡς τὴν ἐρασὴν ὁ Μελάνιππος. Adde II. 1. 6. 19. *extr.* & 21. Ita satis, opinor, jam liquet, Nostrum certe delectari ejusmodi Pleonasmis. Vide & *ad Caput sequens n.* 31. PERIZ.

6 Ὁ ἐλέφας] Glossema hoc videtur: certe supervacuum est, nec ex more Græcorum positum, omnium minime Atticorum, aut nostri, qui supra modum βραχυλογίας studiosus. SCHEFF. Ita solet Noster παφηνείας χάριν dicta repetere, ideoque nihil mutem ego quidem. KUHN.

7 Ἀμπελῖναι] Hinc Athenæus ait *d. l.* capi in Venatione Simiam vino illi expositio, at Corvum Oenanthe præbita, seu Oenutta. PERIZ.

λανθάνεται ὁ ὁ ἐλέφας, ὁ ὢν δὴ πάνυ εὐγνώμων. καὶ εἰσιν [7] ἀμπελῖναι πάνυ ἀδενεῖς.

CAP. XL.

Animalia bruta a vino abhorrentia, & aliter inebriari solita.

Omne brutum à vino naturaliter abhorret, maxime vero ex animalibus illa, quæ uva aciniſve nimis impleta inebriantur. Et corvi si comedant herbam, quæ vocatur Oenutta, & canes etiam illi, lasciviunt ebrietate. At Simius & Elephas, si vinum biberint, hic quidem sui roboris obliviscitur, ille vero versutiæ: & sunt omnino faciles captu.

ΚΕΦ. μα'.

Φιλοπότας τινες, καὶ πολυπότας.

Φιλοπότας δὲ λέγονται γενέσθαι, Διονύσιος ὁ Σικελίας τύραννος, καὶ [2] Νισαῖος, καὶ αὐτὸς τύραννος, καὶ [3] Α-

1 Διονύσιος] Hæc omnia habet Athenæus *lib.* X. *cap.* 10. Idem de eo prodidit Plutarchus *lib.* I. *Sympos. quæst.* 6. ex quo huic generi addas licet, *Heraclidem* pugilem, & Drusi quendam medicum, & ex Vopisco *Firmum*. SCHEFF. Et *Burburrum*, *Mithridatem* ex Plutarch. *l. c.* ex Aristotele Syracusanum illum φιλοπότην, ὃς ὑπὸ τῶν ψιάθων εἰς τὴν γῆν, ποτὸν ἔπινεν, ὡς φασι, χρόνον συνεχῆ, ἕως ἐκλείπειν τὰ ἀά. *qui ova in terram injecta florea deponens tam diu, ut ajunt, bibit, donec excluderentur. Hist. Anim. lib.* VI. *cap.* 2. ex Vopisco *Bonosum, qui bibit quantum hominum nemo.* de quo Aurelianus sæpe dixit. *non ut vivat natus est, sed ut bibat. Illum tamen in honore habuit causa militiæ. Nam si quando legati Barbarorum undecunque gentium venissent, ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret. Cum tandem laqueo vitam finivisset, jocus extitit, Amphoram pendere, non hominem.* ex Plinio *lib.* XIV. *cap.* 22. adjice Torquatum, Ciceronem filium, Antonium, Tiberium, Parthos, de quibus ipsorum legatus dixit; *quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos.* ὁ γὰρ οἶνος μεθύων, ὅσον ἂν πλείω ἐκπίῃ, τοσῶτον πλειόνων ἐφίεται, ὁ γὰρ οἶνος θερμὸς ὢν, καὶ τῷ ἔμφυτον ἐπιξαίνων ξηρότητα, ὅτω τὸς μεθύοντας ποιεῖ διψῶν, *vino ebrius, quo plus bibit, eo plus appetit: vinum enim calidum existens & naturalem intendens siccitatem, ebrios sitientes reddit.* Chrysost. *Homil.* XIII. *in Ep. ad Rom.* Philo Judæus περὶ μέθης φιλοινεν ἐω ὑπερφυῶς τὸ ἀνθρώπων γένος, καὶ πρὸς μόνον τῶτο ἀμφερόντως ἀκόρεστον, εἴγε ὕπνε μὲν καὶ ἐδωδῆς καὶ τῶ ὁμοίων ἀπλήρωτον ἕδεις, ἀκράτε δὲ χεδὸν ἅπαντες, καὶ μάλιθ' οἷς τὸ πρᾶγμα ἀσκεῖται. πιόντες γέ τοι δι' ὅλων, καὶ ἄρχονται μὲν ἀπὸ τῶ βραχυτέρων κυάθων. προϊόντες δὲ τοῖς μείζοσιν οἰνοχόαις ἐγχεῖν παρεγγυῶσιν, ἐπειδὰν ἀκροβώρακες γένωνται χλιαθῶσι, σύνεσι κρατεῖν ἑαυτῶν δυνάμενοι, τότε οἰνηρύσεις καὶ τὰς ἀμυσεῖς καὶ τὲς κρατῆρας ὅλως ἀφιεσενεγκάμενοι, ἀκράτε πίνεσιν ἀθρόως, μέχρις ἂν ἢ βαθεῖ ὕπνῳ δαμασθῶσιν, σὺν ἐπ κρατεῖν ἑαυτῶν δυνάμενοι, ἢ τῶν ὄγκων ἀπαλαφθέντων, ὑπερεθλύση τὸ εἰσχεόμενον. ἀλλὰ καὶ τότε ὅμως ἡ ἄπληστος αὐτοῖς ὄρεξις, ὥσπερ ἔτι λιμώττουσα μαρμάζει (l. βαδάζει. in MStis enim μ idem valet ac β.) *humanum genus valde amat vinum, eoque uno maxime satiari nequit, siquidem nemo est, quin somni,*

CAP. XLI.

De quibusdam, qui & libenter & multum biberent.

Potandi amantes fuisse traduntur, Dionysius Siciliæ tyrannus, & Nisæus etiam ipse tyrannus, Apollocra-

3 Ἀπολλοκράτης ὁ Διονυσίᾳ τῷ τυράννῳ υἱὸς, καὶ 4 Ἱππαρῖνος Διονυσίᾳ 5 (ἀνεψιὸς)

crates Dionysii tyranni filius, Hipparinus (cognatus) Dionysii & ipse, Ti-

somni, cibi, Veneris similiumque rerum tandem satur fiat; vino autem fere omnes præcipue vero ii, qui in bibendo athletæ satagunt esse, ad satietem impleri nesciunt. Adhuc enim sitiunt bene poti, & à minutis quidem inchoant cyathis, sed longius provecti, poscunt majoribus: cum scilicet jam semimadidi vino incaluerunt, mentis haudquaquam compotes ipsa vini hausta, amystides trateresque totos ori admovent, vinoque tam diu se ingurgitant, donec vel profundo somno succumbant, non amplius sui, vel ventre nimis saburrato, quicquid ingestum est, rejiciant. Verum enim vero, tum quoque inexplebilis illa helluandi insania quasi adhuc esuriat, vagit ploratque infantis instar. (nisi malis ἀκμάζει vel retinere τὸ μορμύζει.) KUHN.

2 Νυσαῖος] Hic ad mortem jam damnatus, ne temporis brevitate circumveniretur, noctes diebus conjunxit, reliquumque vitæ continua ebrietate consumsit, Athenæus *lib.* x. SCHEFF. Athenæus x. 10. & Nepos in *Dione* vocant eum Νυσαῖον, *Nysæum*. Idem haud dubie voluit Plut. in *Timol.* ubi legitur Νησαῖος. Fuit autem Filius Dionysii Majoris, & Syracusis ἐτυράννησε post occisum Dionem, eoque ipso tempore, quando Dionysius Junior, dejectus tyrannide, eam recepit. Vide Plut. in *Timol. init.* PERIZ.

3 Ἀπολλοκράτης] Athenæus dicit Dionysii Majoris Filium. At Plut. *in Dione* Juniori dat Filium *Apollocraten*, qui arcem Syracusarum diu retinuerit, postquam Pater jam Syracusis decesserat, sed tandem eam fame & vi coactus dediderit Dioni. Nominat eundem & Corn. Nepos in *Dione cap.* 5. *extr.* non addens tamen, utrum fuerit Filius, an Frater Dionysii Junioris. Sed disertissime Plutarchus in *Dione p.* 982. eum ait fuisse Dionysii Junioris Filium ex ejusdem Dionysii sorore, quæ Filia fuit Dionysii majoris ex sorore Dionis, ut adeo Dio fuerit Apollocratis avunculus major. Et ideo Callippus rumorem sparsit, ac si Dio vellet hunc Apollocratem Dionysii Junioris Filium sibi heredem & successorem instituere. Accedit Plutarcho etiam Strabo *lib.* 11. *pag.* 25. qui eum Patri suo, Dionysio Juniori, adfuisse ait, quando is post mortem Dionis recepit tyrannidem. Sed tamen sicuti Noster & Athenæus conjungunt *Nysæum* & *Apollocratem*, ut Filios Dionysii Majoris, sic plane etiam Plutarchus *de Sera Num. Vind. pag.* 559. ubi Antipatrum & Philippum Cassandri, *Nysæum* & *Apollocratem* Dionysii, Filios memorat. Ut adeo prorsus putem duos fuisse *Apollocrates*, alterum Dionysii Majoris, alterum Minoris, Filium. Non male autem hic legeretur, οἱ Διονυσίᾳ τῷ Τυράννῳ υἱοὶ, maxime quum eos Athenæus, quem sequitur Noster in toto hoc Capite, pariter Dionysii illius Majoris & modo memorati *Filios* diserte dicat. IDEM.

4 Ἱππαρῖνος] Perperam. Scribendum, Ἱππαρῖνον. Sic enim Theopompus ipsum nominat apud Athenæum *supra laudato loco.* Sed & reliqua scriptura emendanda, cum hic non ἀνεψιὸς Dionysii fuerit, sed filius. Athenæus ex dicto auctore, post pauca, quæ de Appollocrate ejusdem filio recenset: καὶ Ἱππαρῖνον ὃ τὸν Διονυσίου, φησὶν ὑπὸ μέθης τυφωνῶδες ἀποφαγῆναι Lege igitur Ἱππαρῖνον· Διονυσίᾳ ὢν υἱὸς καὶ ἄτῳ &c. SCHEFF.

Ἱππαρῖνος &c.] Ex Athenæo, qui hæc eadem commemorat, restituit Schefferus Ἱππαρῖνον, sed & *Hipparion* & *Hipparinus* dici potuit. mox pro ἀνεψιὸς legit υἱὸς, quod verum puto, nisi vel Athenæus erraverit, vel Ælianus. mox pro Ἀρκάδων apud Athenæum scribitur Ἀρκαδίων. FABER.

Ἱππαρῖνος] Sine dubio scribendum, ut monuit Cl. Schefferus, Ἱππαρῖνον. Nam ita plane Athenæus, sed & reliqui omnes, Diodorus, Plutarchus, Nepos. Quin & MSti ultimam Syllabam non exprimunt, scribentes ἱππαρῖ, unde præter Historiæ fidem orta videtur vulgata lectio. Scil. Regii & Medicei omnibus literis legunt ἱππαρίων. Fuit vero frater germanus Nysæi, Filius Dionysii Majoris ex Aristomache. Obtinuit & ipse Tyrannidem per duos annos post necem Dionis, victo & fugato Callippo, illius interfectore. PERIZ.

5 Ἀν-

ψιὸς) καὶ ἄτος, καὶ 6 Τιμόλαος ὁ Θηβαῖος, καὶ 7 Χαρίδημος ὁ Ὠρείτης, καὶ 8 Ἀρκαδίων, καὶ Εὐασίξενος, καὶ 9 Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος, ἅτός τοι καὶ χώνη ἐπεκαλεῖτο· ἐντεθέμενος γὰρ τῷ στόματι χώνην, ἀδιαλείπτως ἐχώρει τὸν εἰσχεόμενον οἶνον. 10 Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃ μόνον φα-

Timolaus Thebanus, Charidemus Orites, Arcadio, Erasixenus, Alcetas Macedo, & Diotimus Atheniensis: hic etiam dictus est Infundibulum. Nam infundibulo in os impositio, sine intermissione vinum infusum absorbebat. Cleomenem Lacedæmonium non solum multum bibisse perhi-

5 Ἀνεψιὸς] Schefferus pro eo legit, ὢν υἱὸς. Et sane id postulat Historia. Sed tamen, quia Athenæus simpliciter dicit Ἱππαρῖνον τὸν τῷ Διονυσίᾳ· & eodem modo Diod. Sic. XVI. *pag.* 529. legerim idcirco & hic, Ἱππαρῖνος Διονυσίᾳ τῷ ἄτῳ, scil. υἱὸς, deleto, ἀνεψιὸς, quod ex glossa imperiti hominis videtur ortum. Nisi quis malit Διονυσίᾳ ὢν καὶ ἄτος. IDEM.

6 Τιμολέως] Fuit εἷς τῶν ἐν ταῖς πολιτείαις, Athen. IDEM.

7 Χαρίδημος ὁ Ὠρείτης] Eubœensis, Scelli filius, Cotyis Thraciæ regis gener & ducum Chersobleptæ regis unus. *Casaubonus.* SCHEFF. vide plura in Demosth. *Orat. contra. Aristocrat.* KUHN.

Χαρίδημος ὁ Ὠρείτης] Patria ergo Hominis fuit Ὠρεὸς πόλις Εὐβοίας. Habuit in matrimonio filiam Cotyos, Regis Thracum, suasitque ejus Filio Kersobleptæ, ut Chersonesum dederet Atheniensibus, quorum jam erat ξεναγὸς, h. e. ἡγεμὼν τῶν ξενικῶν, *dux peregrini Militis.* Ea vero de causa ab illis corona aurea & civitate est donatus. Vide Demosth. *Or.* κατ' Ἀριστοκράτους. PERIZ.

8 Ἀρκάδων] Quod in superiore nomine scriptoris culpa commissum est vitium, ut ι in ω mutaretur, idem prope etiam hic accidit, ubi ω, literam antecedentem absumsit. Legendum enim, Ἀρκαδίων. Athenæus: ἔπινε δὲ πλεῖστον Ἀρκαδίων. Adde Plutarchum lib. περὶ τῆς ἀοργησίας. Ἀρκαδίων legendum etiam notarum Auctor codici Bigotiano adscriptarum censuit, quod post deprehendi. SCHEFF.

Ἀρκάδων] Restitui, ut monuit Schefferus, Ἀρκαδίων, ex Athenæo, tum Veteri Poëta, & Plutarcho, qui *Arcadiona* hunc ex Obtrectatore ait factum Laudatorem Philippi, quum muneribus comiter exceptus ab eo & ornatus esset. Athenæus dubitat tamen, utrum Hic idem fuerit, qui ille Ebriosus. PERIZ.

9 Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν] Locus hic pulcherrime inservit explicando Athenæo, cujus integer & sincerus plane Textus pessime est distinctus, & versus ab interprete, quod à Casaubono, Viro cæteroquin Eruditissimo, non animadversum miror. Verba Athenæi, ut vulgo perperam distinguuntur, hæc sunt, ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδὼν, ὡς φησιν Ἀεσχρίς ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. Οὗτος ὃ καὶ χώνη ἐκαλεῖτο, &c. Vertuntur ita, *Bibacissimus quoque Alcetas Macedo, ut tradunt Aristus Salaminius, & Atheniensis Diotimus. Infundibulum eum cognominant* &c. Vides hic *Diotimum* haberi pro Auctore, & *Alcetam* pro eo, qui *Infundibulum* sit dictus: de quo ne dubites, consule sis Indicem, ubi *Alcetas Macedo* disertissime dicitur *Infundibulum cognominatus.* At vero *Diotimum* esse hunc ipsum, qui isto agnomine fuerit insignitus, manifestum est ex Æliano. Manifestum ergo etiam, distinguendum interpretandumque aliter Athenæum. Nempe ἔπινε δὲ πλ. καὶ Ἀλ. ὁ Μακ. ὡς φ. Ἀρ. ὁ Σαλαμίνιος. Καὶ Διότιμος (scil. ἔπινε πλεῖστον) ὁ Ἀθηναῖος, ἅτος ὃ &c. IDEM.

10 Κλεομένης] Eustathius *Odyss.* Δ. λέγεται καὶ Κλεομένης, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς Σπύθαις ὁμιλήσας καὶ ἀκρατοποτῆς γενόμενος, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, μανίαν ὀνείδης. SCHEFF. Herodot. in *Erato.* KUHN.

Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος] Primus hic fuit istius Nominis Rex Spartanorum, qui dolis & fraudibus Demaratum Collegam regno dejecit, & mortuus successorem habuit Clarissimum illum Leonidam. Dicitur autem vino & ebrietate in furorem incidisse & sibi necem

Φασὶν, ὅτι πολυπότης ἦν, ἀλλὰ γὰρ προστιθέασιν αὐτῷ καὶ τόδε δῆπτα [11] τὸ Σκυθικὸν κακὸν, ὅτι ἀκρατοπότης ἐγένετο. Καὶ [12] Ἴωνα ὁ Τήϊον τὸν ποιητὴν καὶ αὐτόν φασι περὶ τὸ οἶνον [13] ἀκρατῶς ἔχειν. Καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἐπὶ Καλάνῳ [14] τῷ Βραχμᾶνι, [15] τῷ Ἰνδῶν σοφιστῇ, ὅτε ἑαυτὸν ἐκεῖνος κατέπρησεν, [16] ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἱππικῶν καὶ ἀθλητῶν διέθηκε· χαριζόμενος ὁ τοῖς Ἰνδοῖς, καί τι ἐπιχώριον αὐτῶν ἀγώνισμα εἰς τιμὴν τοῦ Καλάνου συγκατηρίθμησε τοῖς ἄθλοις τοῖς προειρημένοις. Οἰνοποσίας γὰρ ἀγωνίαν προέθηκε, καὶ ἦν τῷ μὲν τὰ πρῶτα φερομένῳ τάλαντον τὸ μέγας· [17] Τῷ δὲ δευτέρῳ, τριάκοντα μναῖ· τῷ γε μὴν τρίτῳ, δέκα. Ὁ δὲ τὰ νικητήρια ἀναδησάμενος ἐν αὐτοῖς ἦν [18] Πρόμαχος. Καὶ

hibent, verum adſcribunt illi etiam hoc Scythicum malum, vinum merum bibiſſe. Et Jonem Chium, Poëtam, etiam illum, fama eſt, intemperanter vino uſum. Alexander etiam Rex Macedonum, quum in honorem Calani Brachmanis, Indici Sophiſtæ, quando ſeipſum ille combuſſit, certamen muſicum, equitum, & pugilum conſtituiſſet, volens gratificari Indis, uſitatum etiam ipſis certamen in honorem Calani ſuperioribus adjecit. Potandi itaque certamen propoſuit, atque primas obtinenti præmium conſtituit talentum: proximo, triginta minas, tertio, decem. Inter hos victoriam adeptus eſt Promachus. In feſto autem Dionyſi, quod *Choas*

necem conſciviſſe. Vide Herod. VI. 84. & Athen. X. 7. *pag.* 427. Alterius & celebrioris illius Cleomenis, qui ultimus hoc Nomine fuit Spartanorum Rex, Vitam conſcripſit Plutarchus, ejuſque frugalitatem ac modeſtiam in victu & veſtitu multis laudat. PERIZ.

11 Σκυθ. κὰν κακὸν] Nempe à Scythis, eorumque Legatis, qui Spartam miſſi ſunt ad fœdus cum Spartanis contra Darium Hyſtaſpis jungendum, contraxiſſe hoc vitium dicitur Cleomenes, familiariter quippe illis uſus. Atque hinc Lacedæmonii ἐπισκυθίζειν dicebant *bibere merum*. Vide Herodot. & Athen. *d. l.* Sed & Noſter *paulo poſt*, Σκυθῶν ἴδιον τὸ πίνειν ἄκρατον. IDEM.

12 Ἴωνα τὸν Χῖον] Fuit hic poëta τραγικὸς, ut ait Scriptor Olymp. Anonymus, καὶ λυρικὸς καὶ φιλόσοφος, ὡς Ὀρθαγόρας, ἐπίκλησιν ὁ Ξάνθ, ἠξιωμένος τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ΟΛ. ΠΒ. Adde Suidam in διθυραμβοδιδάσκαλος. & poëtæ ipſius nomine. SCHEFF.

Ἴωνα τὸν Χῖον] Celeberrimus hic fuit Variorum Poëmatum ſcriptor, jam ante Ariſtophanem, qui ejus meminit in *Pace*, ubi vide omnino Scholia. PERIZ.

13 Ἀκρατῶς ἔχειν] Sic *infra* III. 15. ἀκρατέστερον τῷ εἴνῳ ᾠκειότητες, h. e. *intemperantius rucnates in vinum*. IDEM.

14 Τῷ Βραχμᾶνι, τῷ Ἰνδῷ σοφιστῇ] MS. Lugd. τῷ Βραχμάνται, τῶν Ἰνδῶν σοφιστῇ. Et ita v. 6. Κάλανος, ὁ Ἰνδῶν σοφιστὴς. Forte ergo & hic legendum, τῷ Βραχμᾶνι, τῷ Ἰνδῶν σοφιστῇ: ut ita hac deſcriptione quaſi explicetur *Brachmanis* vocabulum. De *Calano* autem & ejus voluntaria morte Vide *infra* v. 6. & quos ibi notat Auctores Schefferus. PERIZ. Repoſui ex MS. Medicco τῷ Ἰνδῶν σοφιστῇ. quomodo legendum conjecerat Cl. Perizonius.

15 Τῷ Ἰνδῷ Σοφιστῇ] Cuperus iſta ut ex gloſſa nata, putat rejicienda. SCHEFF. Non puto. poſterius enim explicat prius. KUHN.

16 Ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἱππικῶν.] Avus noſter pro ἱππικῶν malebat ἱππικὸν.

17 Τῷ δὲ δευτέρῳ] Elegantius cenſet Cuperus, ſi legatur τῷ δὲ δευτέρα. & τῷ γε μέτρια, ut ſubaudiatur φερομένῳ. vide ipſum in *Obſervat. lib.* III. *cap.* II. SCHEFF. Lectio recepta ſatis commoda eſt & elegans. KUHN. Nihil hic mutandum. Sunt enim ipſa Athenæi

Καὶ [19] ἐν Διονύσου ὁ τῇ Τ Χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον [20] τῷ πιόντι πλέον, τέ-

Choas vocant, præmium propoſitum eſt ei, qui plus bibiſſet, aurea co-

næi quoque verba. PERIZ.

18 Πρόμαχος] Idem Plutarchus: ὁ μὲν ἓν, inquit, πλεῖστον πιὼν Πρόμαχος, ἄχρι χοῶν τεσσάρων ἐφθάλθη. ὁ δὲ λαὸν τὸ νικητήριον στέφανον πάλαντον, ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησεν. Dignum pro tanto labore præmium. De hoc genere certaminis vide alias, quæ notat Camerarius in *Horis ſubſec. Cent.* I. *cap.* 94. SCHEFF.

Πρόμαχος] Qui bibit quatuor congios, h. e. 24. ſextarios, vel noſtra menſura, *Pintas*: ſed tertio vel quarto die poſt exſpiravit, ſicuti in hoc certamine ſtatim perierunt XXXV. & mox in tabernacula ſua reverſi inſuper Sex Alii. Vide Athen. & Plutarch. in *Alexandro*. PERIZ.

19 Ἐν Διονυσίᾳ] Ante legebatur Διονύσᾳ. nulla facta mentione Dionyſii, apud quem hæc acciditſſe certum eſt. Athenæus: Τίμωνός φησιν, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ Τ χοῶν ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ὀκτώλι χόᾳ, ἆθλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν. καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος &c. Adde Laertium in *Xenocrate*. Corruptus autem hic locus ab eis, qui Athenis hoc factum arbitrati ſunt, ut obſervat Caſaubonus. SCHEFF.

Ἐν Διονυσίᾳ] Ita legendum. monuit Caſaubonus, id eſt, *In ædibus Dionyſii*, ſeu *apud Dionyſium Tyrannum*. FABER. Uterque MS. cum primis Edd. Διονύσῳ. Nempe Dionyſo ſeu Baccho Sacrum erat hocce feſtum. Emendavit id tamen Caſaubonus *ad Athen.* & legi juſſit apud Ælianum, ut dein editum eſt, Διονυσίᾳ, quia res hæc accidit, ut quidem tradere videtur Athenæus, ex quo Noſter omnia hæc habet, in Aula *Dionyſii Tyranni*. Sed opponit ſe Eruditiſſ. Kuhnius *ad Laërtium in vita hujus Xenocratis*, Codicumque MStorum lectionem tuetur: rem quippe acciditſſe putat, non apud Dionyſium, ſed Athenis: Dionyſium autem abſentem propoſuiſſe coronam auream illi præmium, qui primus in hoc Athenienſium feſto congium ebibiſſet. Verum, ſi ita, nulla hic fieret mentio ipſius *Dionyſii*, qui tamen ἆθλον illud προὔθηκε, ut diſerte Athenæus; Sed & viderentur verba hæc, ita ſimpliciter poſita, ſignificare, tale præmium in illo feſto proponi victoribus ſolitum, quod tamen falſum. Adde quod apud Laërtium quoque res hæc diſerte dicatur acciditſſe ᾠδῇ Διονυσίῳ, h. e. *apud Dionyſium*, ſeu, *in ædibus Dionyſii*, ut mox hic loci apud Æl. ᾠδῇ Περιάνδρῳ. Nec magis abſurdum, Dionyſium vino deditum, & Athenienſibus amicum, celebraſſe domi ſuæ feſtum illud ad exemplum Athenienſium, quam abſentem eum miſiſſe Athenas Legatos & præmia in illud feſtum. Ut adeo, utrum eligam, incertus pene ſim. Et ideo priſtinam Codicum ipſorum lectionem, ut in re dubia oportet, recepi. Sed & inclino magis in eam propter ſequentia, de quibus mox. Adde quod ſi Auctor Dionyſium Siciliæ Tyrannum ſubito, poſtquam de Tot Aliis egit, deſignatum hic voluiſſet, paulo eum diſertius haud dubie deſcripſiſſet, ſicut in *initio Capitis* fecit. Eumque ipſum propoſuiſſe tale præmium certantibus dixiſſet, non vero præmium, hoc fuiſſe propoſitum in feſto Athenienſium proprio, in ædibus incerti Dionyſii. Certum tamen eſt, male & forſan oſcitanter egiſſe Auctorem, quod nullam Dionyſii Tyranni hic fecerit mentionem, quum ille hoc præmium victoribus extra ordinem revera propoſuerit, ſive Athenis, ſive domi ſuæ, idque Athenæus diſerte referat, & ex Timæo quidem Siculo. Sed facile in his errari potuit, quum feſtum, in quo res accidit, eſſet Athenis certe proprium, atque iſtic Dei Διονύσου, cujus ut feſta Διονύσια, ſic templum dicitur Διονυσιον. Thucyd. VIII. 93. *ext.* ἐκκλησίαν ποιῆσαι ὡς τῷ Διονυσίῳ, *concionem habere in templo Dionyſi*, ſeu in ejus area. Hinc explicanda pene putem jam Diogenis Laertii verba in *Xenocrate*, καὶ χρυσῷ στεφάνῳ πεκρίνται ἐπ' ἆθλῳ πολυποσίας τοῖς κατηχοῦσι ᾠδῇ Διονυσίῳ. Caſaubonus & Menagius legi jubent τοῖς χοῦσι h. e. feſto τῶν χοῶν. Dubitem an voluerit Laertius τοῖς κατ' ἄστυ χοῦσι, feſto χοῶν, quod Athenis *in Urbe* celebrabatur, ſicuti aliud erat iſtic Dionyſi feſtum, quod κατ' ἐξοχὴν dicebatur Διονύσια τὰ κατ' ἄστυ, quia aliud item erat, quod *in Agro* colebatur, dicebaturque τὰ κατ' ἀγρούς. Ceterum ᾠδῇ Διονυσίῳ optime interpreteris *apud Dionyſi templum*. Sed & ut ad Noſtrum redeam, frequens eſt illa

φανος χρυσῆς. Καὶ ἐνίκησε [21] Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ τ στέφανον λαβών, ὅτε ἐπανήϊ μ τὸ δεῖπνον, [22] τῷ Ερμῇ τῷ πρὸ τ θυρῶν ἑστῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν, κ τὸ ἔθος [23] τ ἔμπροσθεν ἡμερῶν. Καὶ γὰρ

corona: & vicit Xenocrates Chalcedonius, ſumptaque corona, quum à cœna reverteretur, Mercurio, qui ſtabat ante fores, eam impoſuit juxta ſuperiorum dierum conſuetudinem. Nam

illa locutio ἐν Διονύσῳ, h. e. *in Dionyſi templo, theatro, feſto.* Sic apud Thucyd. *d. l. cap. ſeq.* ἡ ἐν Διονύσῳ ἐκκλησία pro quo dixerat paulo ante, ἐν τῷ Διονυσίῳ. Similiter Comici Poetæ, quia Comœdias agebant in feſto Dionyſi, & Theatro, quod ipſum dicitur τὸ ἐν Διονύσου θέατρον, vocantur οἱ ἐν Διονύσου πιηταί. Vide Maximum Tyr. *Diſſert.* xv. & *ibi* Heinſium. In feſto autem illo certabant bibendo, conſiſtentes in utre, ad ſonitum buccinæ, & qui prior ebibiſſet congium, χόα, præmium ferebat illum utrem. Ariſtoph. Ἀχαρν. *pag.* 419. & ibi, ac *pag.* 417. *Scholiaſten*, ut & Meurſ. *Lect. Att.* IV. 13. PERIZ.

20 Τῷ πιόντι πλέον] Non placet hæc lectio. Scribo, τῷ πιόντι πρῶτον. Ita enim ſupra Athenæus, ex quo haud dubie hæc deſumpta ſunt. Et conſentit feſtivitatis ritus, ſecundum quem is tantum victor habebatur, qui primus congium ebibiſſet. Ariſtophan. in *Acharn.*

——————— ὅς δ' ἂν σκαπίῃ
Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

Scholiaſtes πρῶτον πιόντα ait λαμβάνειν τ ἀσκόν. Porro quod de feſto χοῶν notatu dignum eſt, apud Caſtellanum reperias in *Syntag. de Feſt. Gr.* SCHEFF. Nihil textus habere videtur, quod quidem obelo confodiendum ſit. Neque enim veritati repugnat, ut idem & primus congium ebiberit, & plus vini hauſerit cæteris. adde, quod πολυποσίας certamen à Dionyſio inſtitutum fuerit, ut Laert. in *vita Xenocratis* tradit. KUHN.

21 Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος] Rectiſſime, & ita habuit vetuſtiſſima editio Romana. Aliæ Καρχηδόνιος, quod erudite refellit Titius *lib.* IX. *Lect. Cant. cap.* 18. SCHEFF.

22 Τῷ Ερμῇ τῷ πρὸ τ θυρῶν] Ita etiam Athenæus, & quem ante nominavi, Laertius. Habebant nimirum Athenienſes, & poſt reliqui Græci ante ædes ſuas quadratos lapides, quos Hermas, id eſt, Mercurios appellare ſolebant. vide Thucydidem *lib.* VI. ipſiuſque *Scholiaſtem*, Cornelius Nepos in *Alcibiade cap.* 3. *Priuſquam claſſis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidiſque Hermes vocatus eſt.* Apparet, proprium ejuſmodi Mercurium cuique fuiſſe, eumque nomen ſuum ex domino ædium, in quarum veſtibulo ſtabat, acceppiſſe. Hinc & apud Suidam Ερμαι Ιπαδρχαι. In veſtibulo, inquam, quod Græce eſt ὁ προθύροις. Vitruvius: προθυρα Græce dicuntur, quæ ſunt ante januam veſtibula. Gellius, *locum ante januam domus vacuum* interpretatur, *per quem a via aditus ad ædes acceſſuſque erat. lib.* IX. *cap.* 5. Illic ergo hæc ſimulacra ſtabant. Thucydides, εἰσὶ κ τὸ ἐπιχώριον ἱ πατράγυιαι ἱρασία, πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις, καὶ ἐν ἱεροῖς. SCHEFF. Athen. τῷ Ερμῇ, τῷ ἰδρυμένῳ ἐπὶ τ αὐλῆς. Intelligo itaque *Hermam, ante Fores, in veſtibulo ædium* ipſius Xenocratis poſitum, quia dicitur ille impoſuiſſe in eum etiam alias coronas alibi acceptas, certe alterius generis, ex floribus ſcilicet, & fruticum ramulis confectas, idque *ſingulis diebus veſperi domum ad ſe rediens.* Hinc vero majorem in modum firmatur jam lectio illa MStorum, de qua modo egimus, & ſententia Cl. Kuhnii, cenſentis, Athenis potius accidiſſe hoc certamen, quam in aula Dionyſii. Nam iſtiuſmodi Hermæ erant Athenis frequentes, (Vide hic Schefferum) & habitavit iſtic Xenocrates. Solebant autem in hoc feſto θύειν etiam Ερμῇ χθονίῳ. Schol. *Ariſtoph. pag.* 422. PERIZ.

23 Τῶν ἐμπροσθεν ἡμερῶν] Quibus apud Dionyſium convivia celebravit, talesque coronas ex more accepit. Vide Hieronymum Mercurialem *lib.* I. *Artis Gymnaſticæ*, veteresque omnes, quorum fere nemo eſt, apud quem conſuetudinis hujus mentio non occurrat. SCHEFF.

24 Ανέπαυσε καὶ ἀπέλιπε] Lugd. Codex ἀπέν. κ

γὰρ κ τὸς ἀνθινὸς, κ τὸς ἐκ τ μυρρίνης, κ τ ἐκ τ κιττ, κ τ ἐκ τ δάφνης, ἐνταῦθα [24] ἀνέπαυσε, κ ἀπέλιπε. [25] Καὶ Ανάχαρσις ὃ πάμπολύ, φασιν, ἔπιε τοῦ Περιάνδρου, [26] τοῦτο μὲν κ οἴκοθεν ἑαυτῷ ἐπαγόμενος τὸ ἐφόδιον. Σκυθῶν γὰρ ἴδιον τὸ πίνειν [27] ἄκρατον. Καὶ [28] Λακύ-

Nam & floridas, & myrtinas, & hederaceam, & lauream ſolebat iſtic reponere & relinquere. Etiam Anacharſim ajunt plurimum bibiſſe apud Periandrum, hunc ſcilicet morem domo ſecum circumferens. Scytharum enim eſt proprium, merum bibere. La-

κῃ ἀφῆκε. Et ſic IX. 2. ἀφεῖναι τὴν πελειάδα, *dimittere columbam.* Matthæus III. 15. τότε ἀφίησιν αὐτὸν, *tunc miſſum eum fecit, ſivit eum* facere, quod volebat. Sed Sluisk. vulgatum tuetur, niſi quod habet ἀπέλειπε. PERIZ.

25 Καὶ Ανάχαρσις] Contra Strabo ex Ephoro. Καὶ τὸν Ανάχαρσιν ὃ ἄνθρωπον σοφὸν καλῶν ὁ Εφορ, τάττ φησὶν εἶναι ἓν ἡμῶν· νομοθεσίᾳ ὃ καὶ ἐπῷ τοφῶν ἕνα, τελείᾳ σωφροσύνῃ καὶ συνέσει. Etiam Laertius teſtatur ſcripſiſſe quædam εἰς ὑτέλειαν βίς. Et Stobæus memorat dicere ſolitum, primum poculum ſanitatis eſſe, alterum voluptatis, tertium contumeliæ, ultimum inſaniæ. Quid igitur? Aut de modo bibendi, de quo ſtatim dicam, hæc accipienda ſunt, aut de ſolo iſto tempore. Obſervo enim viros etiam temperantiſſimos hoc tempore vino indulſiſſe. Unde Plato apud Lacrtium monet, πίνειν εἰς μέθλω ἁδαμ πρέπον εἶναι, πλὸ ἐν ταῖς ἑορταῖς κ τὸν οἶνον δόντ θεῖ Quanquam hoc conſueverint & in feſtis aliis. vide Athenæum *lib.* XI. SCHEFF.

Καὶ Ανάχαρσις &c.] Paulo aliter Athenæus, qui dicit, certamine bibendi propoſito apud Periandrum, Anacharſin petiiſſe præmium, quia primus evaſerat ebrius, πρῶτος μεθυσθεὶς τ συμποτῶν. Quod ipſum indicio eſt, non adeo multum potuiſſe eum bibere. Nec mirum. Fuit enim inter Sapientes, & Solonem habuit admiratorem, aliosque Græcorum Σοφὸς: immo inſuper vixit frugaliter prorſus. Vide hic Schefferum, & Luciani *Scytham.* PER.

26 Τοῦτο μὲν οἴκοθεν ἑαυτῷ ἐπαγόμενος τὸ ἐφόδιον.] Poſtulare rationem ſermonis arbitror, ut legamus ἐπαγόμενον & referamus ad ἐφόδιον. SCHEFF. ἐπαγόμενος recte, referturque ad Anacharſin in activa ſignificatione, quia ipſe domo hoc bibacitatis quaſi viaticum in Græciam ſecum attulerat. KUHN.

Επαγόμενος τὸ ἐφόδιον &c.] Immerito hæc. Schefferus ſuſpecta habuit, quæ recte ideo tuetur Kuhnius. Dubito tamen de eo, quod Verſioni additum eſt *pro viatico.* Morem enim hunc domo ſecum attuliſſe Anacharſin dicit Auctor, non quod eo ſit uſus in itinere, quaſi Viatico aut adjumento conficiendi itineris, vel victus in eo quærendi, ſed quod ſimpliciter ſecum attulerit, ut quis uter faciens ſecum ſarcinas ſuas ducit, quæ etiam ἐφόδια vocantur. *Infra* XII. 40. τάτε ἄκρα ἐφόδια εἰπίλο τῷ Ξέρξῃ πολυτελείαν κ ἁλαζονείας πεπληρωμένα, κ ὅτ κ ὕδωρ τὸ ἐκ τ Χοάσπου. At apud Plutarch. *de Utilitate ex Inimicis capienda*, Diogenes & Crates πατρίδος στέρησιν, κ χρημάτων ἀπβολὴν, dicuntur feciſſe ἐφόδιον χολῆς κ φιλοσοφίας, quaſi *inſtrumentum & ſubſidium ſibi ad Philoſophiam.* PERIZ.

27 Ακρατον] Notum, Græcos vinum non niſi aqua dilutum bibere conſueviſſe, quam pueri οἰνοχόητες ſeu pocillatores admiſcebant. Idque κεράσαι, vel ſecundum Platonem κερανύειν dicebatur, unde poſtea κεκραμένον denominatum. Hujus oppoſitum erat ἄκρατον, vinum, cui nil aquæ erat admixtum, quod hoc loco Scythis proprium fuiſſe Noſter ait. Et conſentit Anacreon apud Athenæum *lib.* X. & Hetodotus *lib.* VI. Anacharſis tamen ipſe apud Plutarchum in *convivio* teſtatur Scythas vinum ignoraſſe. SCHEFF.

28 Λακύδης καὶ Τίμων] *Lacydes Cyrenæus* ſub Ptolomæo Euergete circa Olymp. 134. floruit. per *Timonem* non ille μισάνθρωπος, qui *Platoni* coætaneus fuit, ſed *Apolloniades* fortè intelligendus. de illis vide Athenæum *lib.* X. KONIGIUS.

Λακύδης καὶ Τίμων] Fuerunt hi Philoſophi tempore æquales, & eidem convivio vel compotationi ſimul interfuere, ut refert Athenæus. Vixerunt temporibus Antigoni Gonatæ, & Ptolemæi Philadelphi. *Lacydes* fuit

κύδης ᾖ, ᾗ Τίμων, οἱ φιλόσοφοι, ᾗ τέττιγας πιεῖν πάμπολύ φασι. Καὶ [29] Μυκερῖνος ᾖ ὁ Αἰγύπτιος, ὅτε αὐτῷ τὸ [30] ἐκ Βάτης μαντεῖον ἀφίκετο, [31] προλέγον τὴν τοῦ βίου ξενοχωρίαν, εἶτα ἐβουλήθη [32] σοφίσασθαι τὸ λόγιον ἐκεῖνος, διπλασιάζων τὸν χρόνον, ᾗ ταῖς ἡμέραις προστιθεὶς τὰς νύκτας, διετέλεσε ᾗ αὐτὸς ἀγρυ-

Lacyden etiam & Timonem, philosophos, plurimum bibisse ferunt. Præterea Mycerinus Ægyptius, quum ei vaticinium è Buta afferretur, prædicens vitæ brevitatem, & ille eludere vellet oracultum, tempus duplicans, noctesque adjiciens diebus, perseveravit ita vigilare simul & bibere.

fuit Cyrenæus, Discipulus Arcesilai, Auctor vel Princeps Academiæ Novæ. *Timon* vero, non ille μισάνθρωπος Platoni memoratus, neque etiam *Apolloniades*, quod suspicatur Kunigius in *Notis Kuhnii*, & quod unde ille habeat, nescio, nisi forte ex eo, quod Diog. Laërtius, Timonis hujus vitam enarraturus, post Nomen Hominis statim subdit, Ἀπολλωνίδης ὁ Νικασὺς &c. Auctorem scil. laudans, qui memoret Timonem: Fuit autem hic *Timon*, patria Phliasius, Discipulus Pyrrhonis, ejusque sectæ. Vide *Lacydis* & *Timonis Vitas* apud Laërtium, qui de utroque etiam notat, fuisse φιλοπότας. PERIZ.

29 Μυκερῖνος] Fuit Rex Ægypti, qui Ægyptum paulo ante tempora Sabaconis Æthiopis occupavit. Historiam ejus habet Herodot. II. 129. &c. De Urbe *Buto*, & celeberrimo Latonæ in ea Templo ac Oraculo, vide Eundem *cap.* 152. 155. Hollstenius *ad Stephanum* legi hic vult ὧν Βαῖτις. Non male. Sed repugnant hic MSS. IDEM.

30 Ἐκ Βάτης] De hoc nihil Athenæus, licet reliqua exacte persequatur. Herodotus, ex quo desumpta est hæc historia *lib.* II. ita scribit: φασὶ δέ μιν ἐκ θυγατρὸς τὸ πάθος, δούτερα τούτῳ τῷ βασιλεῖ τῷ δὲ χρηστὸν οἱ μαντήιον οὐκ Βαῖτις πόλεως, ὡς μέλλοι ἓξ ἔτεα μοῦνον βιώς τῷ ἐοῦδόμῳ τελευτήσειν. Videndum igitur an non & apud nostrum pro Βάτης, Βατῆς scribendum sit. Nam & apud Plinium *lib.* V. *cap.* 10. non *Buta* hæc urbs, sed *Butos* appellatur. Fuit autem Latonæ hoc oraculum. Idem auctor. Τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱερὸν, ἐν πόλει ᾗ μεγάλῃ ἱδρυμένον, καὶ τὸ Σεσωνυσιακὸν καλεόμενον στόμα ἐς Νεῖλον. ὄνομα ᾗ τῇ πόλει Βατώ. Adde Stephanum in Βάτος SCHEFF. Dubito cum Scheffero, num legendum omnino sit, Βατῆς vel Βαῖτις. V. Geographos.

FABER. In nominibus locorum Auctores sæpe adversis frontibus concurrunt, nec quinam medicina opus habeat, in aprico est. nonnunquam etiam diversos duces aut dialectos secuti, diversam inde scriptionem contraxere, quod hoc loco contigisse crediderim. Hecatæus, Strabo, Ptolomæus Plutarchus &c. ἡ Βάτος legunt non semel: unde Attic. βατώ. KUHN.

31 Προλέγον] Lege προλέγον. refertur enim ad τὸ μαντεῖον. FABER.

Προλέγον τὴν τοῦ &c.] Sic, quod mirum, Editi omnes, quum & Syntaxis postulet, & MSti habeant recte, προλέγον. Itaque recepi in Textum, ut par erat, & voluerat jam Faber. Illa autem ξενοχωρία τοῦ βίου erat adhuc sex annorum. Nam septimo moriturum cecinerat Oraculum. PERIZ.

32 Σοφίσασθαι τὸ λόγιον ἐκεῖνος] Uterque Codex præfert ἐκεῖνος, quod magis est emphaticum, & Græcæ elegantiæ, pleonasmo ejusmodi gaudentis, proprium. Ita mox in *fine hujus Capitis*, τὸν γε μὴν Ὀρροφίσιον, τί τοῦτο δρῶσομεν, ᾗ ἐκεῖνον πίνειν γενόμενον δεινόν. III. 23. ὧν ᾗ Ευμενὴς ὁ Καρδιανὸς ᾗ ἐκεῖνός ἐστι. Ubi vide Scheff. & Kuhnium. Sed maxime *supra cap.* 19. Ἀλέξανδρος . . . . . ἐπέστειλε τοῖς Ελλησι, θεὸν αὐτὸν ψηφίσασθαι. Γελοίως γε, ὦ γῆ, ἀπεῖπεν οὐκ ἦ φύσεως ἐκ εἶχε, ταῦτα οὐκ ἦ ἀνθρώπων ἐκεῖνος ἐκέρδαινεν. Adde & quæ notavi *ad superius Caput* de simili pleonasmo, & *infra ad* IV. 25. Σοφίσασθαι vero est *callide eludere*, ut XIV. 22. ἐσοφίσαντο ἓν τὸ τῆ τυράννῳ φρόνημα. Nempe vetuerat Tyrannus, ne Cives ferrent inter se sermonem; ergo nutibus inter se invicem quasi loquebantur, & ita *eludebant Tyranni edictum*. Sic σόφισμα III. 14. pro callido consilio in re bellica. IDEM.

33 Ἀμα-

ἀγρυπνῶν καὶ πίνων ἄμα. Τίθη μὲν τούτων ᾗ [33] Ἀμασιν ᾗ Αἰγύπτιον, ἐπεί τοι ᾗ Ηρόδοτος ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. Καὶ Νικοτέλην ᾖ ᾗ Κορίνθιον ἐχὴ ἀπὸ τούτων τάττειν, ᾗ Σκόπαν ᾗ Κρέοντος υἱόν. Καὶ Αντίοχον τὸν βασιλέα Φασὶν οἰνοφλυγίαν γενέσθαι· διὰ ταῦτά τοι ᾗ τὴν βασιλείαν αὐτῷ διώκων [34] Αρισταῖός τε, ᾗ Θεμίσων, οἱ Κύπριοι, αὐτὸς ᾖ διὰ τὴν πολυποσίαν [35] ἐπεγέγραπτο τῇ ἀρχῇ ἄλλως. Καὶ ὁ Επιφανὴς ᾖ κληθεὶς Αντίοχος, [36] ὁ Ρωμαίοις δοθεὶς ὅμηρος, ᾗ ἅτε ἀκράτως ἐδίψα οἴνου πίνειν· Καὶ ὁ ἐμέσνυμος ᾖ τοῦτο Αντίοχος, [37] ὁ Μήδοις πρὸς

bere. His etiam Amasim Ægyptium adde, siquidem Herodotus quoque idoneus est ad testandum. Et Nicotelem Corinthium ab his sejungere non oportet, neque Scopam Creontis filium. Antiochum quoque regem perhibent vini amatorem extitisse: quam ob causam regnum ei gubernabant Aristæus & Themiso, Cyprii, ipse vero ob bibacitatem titulum regni inanem usurpabat. Sed & *Epiphanes* dictus Antiochus, qui Romanis obses fuit datus, etiam ipse vinum immoderate sitiebat. Et huic cognominis Antiochus, qui in Medis adver-

33 Ἀμασι) Vide Herodotum *lib.* II. *cap.* 174. KUHN.

Ἀμασιν] Celebris hic fuit Rex, eo tempore, quo Judæi vixerunt Babylone in exilio, sed &, quo regnavit Cyrus. Herodotus eum computationibus indulsisse refert *lib.* III. *cap.* 173. 174. Male autem hic versum erat, *de quo satis testatur Herodotus*. Sensus est, quem expressi, & postulabant Græca. PERIZ.

34 Αρισταῖός τε ᾗ Θεμίσων] Scribe, Αρισταῖος ᾗ Θεμίσων. Ita enim Plutarchus apud Athenæum, *loco sæpe jam laudato*, ex quo dubium non est Nostrum sua descripsisse. SCHEFF. Bene legitur pro Θεμίσων Θεμίσων. vide Athen. *lib.* VII. *pag.* 289. qui & Αρίσων olim legit. KUHN. In Athenæi Edd. appellantur hi Αρισος ᾗ Θεμίσων, & Hic quidem haud dubie rectius. Nam & ita Sluisk. eum nominat, ut & uterque Mediceus, & alibi apud Athen. *lib.* VII. dicitur Θεμίσων ὁ Κύπριος τοῦ Αντίοχου τοῦ βασιλίως παιδικά. Sed & *Themiso* quispiam inter Antiochi Magni Duces in prælio ad Raphiam memoratur apud Polyb. V. 79. & 82. Αρισαῖος vero Nomen tuentur hic uterque Codex. PERIZ.

35 Επεγέγραπτο τῇ ἀρχῇ ἄλλως] Mallem, ἄλλων. Ut sit sensus, aliorum imperio subscripsisse. SCHEFF. ἄλλως hic eleganter sumitur pro μάτην *frustra*, & alibi sæpissime. eo autem redit mens Auctoris: Themison cum fratre regni curam in se transtulit, vimque imperii usurpavit, inani titulo Regis Antiocho relicto. vide Etymolog. Magnum in Αλλως. KUHN.

Επεγέγραπτο τῇ ἀρχῇ ἄλλως] h. e. *dicis causa appellabatur Rex*, quia non ipse administrabat Regnum, nec Auctor erat eorum, quæ ipsius nomine edicebantur imperabanturque. Nollem hæc tentata à Scheffero, sed recte eadem explicuit Kuhnius. Vide etiam quæ notavimus *supra ad Cap.* 13. PERIZ.

36 Ο Ρωμαίοις δοθεὶς ὅμηρος] Sluisk. ὁ Ρωμαίων ὅμηρος, omisso δοθεὶς; sed male. Datus enim fuit revera obses Romanis à Patre, Antiocho Magno. Insaniam vero illius graphice describit ex Polybio Athenæus *lib.* V. & X. IDEM.

37 Μήδοις πρὸς Αρσακίδαν] Interpres reddidit *cum Medis adversus Arsacem bellum gessit*, ac si legisset, σὺν Μήδοις rectius quis dixerit, in textu excidisse ἐν, legendumque, ἐν Μήδοις *in Media* vel *in Medis*. Hoc ipsum Athenæus *lib.* X. suppeditat, ubi ex *Posidonio Apamensi* refert, bibaculum fuisse Antiochum, ὃν Μηδίας πρὸς Αρσακίδαν πολεμήσαντα, *qui in Media contra Arsacem bellum gessit*, & cum in prælio cecidisset, Arsacem dixisse ferunt, ἴσθι σε, Αντίοχε, θάρσει ᾗ μέθη, *audacia & Vinolentia*

πρὸς Ἀρσάκην πολεμήσας, ᾧ ὅτῳ ἦν τὸ πίνειν δῆλος. Καὶ ὁ Μέγας ὁμοίως καλούμενος Ἀντίοχος, ᾧ ὅτος σὺν τούτοις τετάχθω. Καὶ [38] Ἀγεώνα ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα ἀπέκτεινεν ἡ πρὸς τὸ οἶνον [39] ἄδικος ὁρμή, ᾧ αὐτῷ πλευρῖτιν εἰργάσατο. Καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς [40] γενναῖος πίνειν ᾧ ὅτος † ἑαυτῷ ἀκρατῶς. Τόν γε μὴν Καππαδοκίαν

† οἶνον.

te dederant præcipitem, Antioche. vide & Justinum *lib.* XXXIX. *cap. ult.* KUHN.

Ὁ Μήδοις ὡς Ἀρσάκην πολεμήσας] Male hæc accepisse videtur Interpretes vertendo, *qui cum Medis adversus Arsacen bellum gessit.* Sed redarguit jam hanc versionem Doctiss. Kuhnius, vere insuper ex Athenæo legens, ὁ σὺν Μήδοις &c. Quod recipiendum Ego putem. Plures autem fuerunt Syriæ Reges isto *Antiochi* nomine, immo duo exstiterunt *Antiochi*, Sidetes, & Pius, qui periere in bello contra Parthos. Illum intelligi hic crediderim, quia Athenæus tradit, Arsacen victorem *sepeliviſſe* hunc Antiochum. Justinus autem XXXVIII. 10. Regem Parthorum Antiocho Sideti *exſequias*, ait, *regio more feciſſe.* Nominat Regem Hic quidem non *Arſacen*, sed *Phrahaten*: verum XLII. 5. docet, omnes Parthorum Reges *Arſacis* nomine nuncupatos æque, ut Romani ſuos Imperatores cognominent *Cæſares* & *Auguſtos.* Sed & Joſeph. *Antiq.* XIII. 16. hunc ipsum Regem, à quo victus Sidetes, Φράάτην τὸν Πάρθον ſimpliciter dicit. Adde his, quod Athenæus V. 13. ex eodem Poſidonio, ex quo hæc ipsa de hoc *Antiocho* habet, ſimilem notet luxuriem & intemperantiam *Antiochi Regis*, quem itidem, ut heic Noſter, Ἀντίοχον τὸν ἐπιφανῆ (Epiphani) ἐπώνυμον, ſed insuper Δημητρίου υἱὸν, *Demetrii Filium* dicit. Jam Sidetes *Demetrii Soteris* fuit Filius, *Antiochi Magni* Pronepos. Hujus autem *Magni* exemplum eſt, quod ſequitur, non ſervato temporis ordine, & Hic, & apud Athenæum, ex quo insuper diſcimus, reſpici in his intempeſtivas illas nuptias, quas *Magnus* ille maximo cum luxu fecit in Eubœa, & perpotatis celebravit convivis per totam hyemem, quâ bellum jam erat ſibi cum Romanis. Vide Polybium apud Athenæum, ſed & Livium XXXVI. III. PERIZ. Μήδοις idem notat, quod ἐν Μήδοις apud Athenæum, neque enim dativo, ſed ablativo caſu ponitur, ſubintellectâ præpoſitione ἐν, ut *lib.* II. *de Nat. Anim. cap.* 53. Μυσοῖς ἄγεται ἄχθη βοές. pro ἐν Μυσοῖς.

[38] Ἀγεώνα] De eo Polyb. *lib.* II. *Hiſtor. ab initio.* KUHN.

Ἀγεώνα] Etiam hoc exemplum ex Polybio II. 4. ſumſit Athenæus, & ſequitur eum, ut toto hoc Capite facit, Ælianus. Fuit autem *Agron* filius Pleurati, Maritus *Teutæ*, quam etiam Florus memorat II. 7. & *Teutaxam* vocat. Vixit paulo ante Bellum Punicum II. PERIZ.

[39] Ἄδικος ὁρμὴ] Hoc loco ἄδικος absurdum videtur. Lego ἄχθος vel ἀχάλινος. FABER. Rectè ait Faber, illud ἄδικος abſurdum eſſe. quod autem ἄχθος vel ἀχάλινος ſubſtituit, haud placet, cum recedat nimium a lectione vulgata. veriſſimam emendationem puto, ἀδὴς ὁρμὴ h. e. *inſatiabilis.* Nam ἀδὴς eſt ἀκατάληκτος: conſule Euſtathium. SCHEFF. Quid abſurdi viderint in recepta lectione viri tam docti, non excogito. certum vero eſt, ἄδικον ὁρμὴν ſignificanter dici, illam *inſanam & nefariam perpotandi libidinem*, qua quis per ſummam injuriam vitam ſuam ante diem fatalem vino expugnat. ἄδικον enim notat, quod modum omnem excedit. ita equus dicitur ἄδικος τὸν γνάθον vel δίκαιος, *qui maxillas plus juſto duriores habet, vel non.* Virgil. *lib.* III. *Georg.* de milite Romano. *Injuſto ſub faſce viam carpit.* ubi *Servius. injuſtum faſcem* exponit, *magnum opus.* Quid ni etiam hoc loco ἄδικος ὁρμὴ notet, *immoderatam nimiamque vini aviditatem*? Hac ſignificatione etiam Serenus uſus eſt, dum canit.

Enius ipſe pater, dum pocula ſiccat iniqua
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

en *pocula iniqua* (ἄδικα) id eſt *grandia & juſtum*

ſubductus, inquit, *gravi ponderi. iniquum enim gravem dicimus.* Virgilius: *& iniquo ponderе raſtri.* & *lib.* IX. *aquas* iniquas *interpretatur magnas ſive vim inferentes.* adde his è Syneſii *encomio Calvitii pag.* 67. ἄδικον ἵππον id eſt *laſcivientem, feroculum equum, qui non audit habenas*, ubi fruſtra eſt Petavius in verſione exiſtimans ita vocatum hunc equum eſſe ab ipſo Platone. aliud videbitur inſpicienti *Phædonem p. m.* 205. Ut brevibus rem comprehendam, uti Græcis pariter & Latinis τὸ δίκαιον, juſtum, idem eſt quod σύμμετρον: ita ex adverſo τὸ ἄδικον dicitur omne quod συμμέτρου & juſtum modum ſuperat & ὑπερμέτρου eſt. v. Galen. *in Hippocr. lib.* III. περὶ ἀγμῶν. KUHN.

Ἄδικος ὁρμὴ] Doctiſſime hanc τῇ Ἄδικος lectionem vindicavit & expoſuit, rejectis Fabri & Schefferi conjecturis, Kuhnius. Velim inſuper ex Hiſtoria Facti ὁρμὴν, non verti *libidinem* vel *cupiditatem* continuam, ſed *impetum* ſubitum ac immodicum in vinum. Etenim quum accepiſſet Agron nuncium victoriæ de Ætolis partæ, immodica exſultans lætitia, τραπεὶς εἰς μέθας, ἐνέπεσεν εἰς πλυθῆτιν, ut ait Polyb. *p. m.* 129. PERIZ.

[40] Γεντίος] Sic ex Athenæo emendavimus hunc locum, cum hactenus ᾠνιαῖος legeretur, Verba ejus hæc ſunt: Ἐν τῇ εἰκοστῇ ἐνάτῃ ὁ αὐτὸς (Πολύβιος) Γίνπον φησὶ τὸν Ἰλλυρίων βασιλέα, Δι' ὃ τὸν πολυποσίαν πολλὰ πιεῖν ἀσελγῆ καὶ τὸν βίον, &c. SCHEFF. *Gentius* Illyriorum princeps ex hiſtoria Romana notiſſimus Ita olim reſtitueram pœne puer priusquam ſex ſeptem libros græce legiſſem. Fortaſſe Caſauboni diligentia idem quoque obſervavit. ut ut ſit, locus emendatus eſt vel a me vel a Scheffero, vel ab alio. Æliani non intereſt. FABER. Romana, quæ & princeps editio, ita legit, καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ᾠνιαῖος πίνειν ᾧ ὅτος ἑαυτῷ ἀκρατῶς, ſenſu planiſſimo, ipſi conciliavit. Item alius Illyriorum rex (*Gentius*) intemperans erat in bibendo & ipſe. Quid vero Cappadociæ

Etiam alius (quidam) Illyriorum Rex ſtrenuum ſe & intemperantem potatorem præſtitit, ἑαυτῷ ſæpe in oratione abundat, ut apud Latinos *ſibi*, vel hoc loco notat, *Gentium ἑαυτῷ ἀκρατῶς*, i. e. *ſibi ſuoque malo*, intemperantius bibiſſe. Nam ex perpetua ebrietate in libidines cædeſque pronior fuit, ut Athen. *lib.* X. tradit, & tandem captus à Romanis ductuſque eſt in triumpho. vide Livium *l.* XLV *c.* 43. Qui ᾠνιαῖος mutatum vult in Γέντιος, probet neceſſe eſt, *Noſtrum* voluiſſe Regis illius nomen exprimere, quod non ſemper obſervatum ab eo conſtat. *lib.* V. τὸ δ' ὄνομα λεγέτω ἄλλος. *alius nomen dicat.* in *Hiſtor. Anim. lib.* IV. *cap.* 7. cum mentionem feciſſet Regis Scytharum, ſubjunxit, τὸ δ' ὄνομα εἰδὼς ἐῶ. τί γάρ μοι κ' λυσιτελές ἐστιν; *notum mihi nomen ejus mitto, quid enim mea refert?* Nec Athenæus Γένλιον habet, ſed Γενθίωνα, quod longius à ᾠνιαῖος recedit. Ne dicam, quod emendatio iſta emendatione alia tegenda ſit, ne perpluat. nam poſt ἀκρατῶς verbum ἔχῃ infercit, cujus nec vola nec veſtigium in Codice ullo apparet. Ea propter non dubitavi fugitivam Romanæ editionis lectionem in priſtinum locum reducere. KUHN.

Γενναῖος πίνειν &c.] Emendantur hæc Caſauboni nomine in Margine Edd. Tornæſianarum, ita, Γέντιος πίνειν ᾧ ὅτος ἔχειν ἀκρατῶς. Schefferus recepit ea etiam in Textum. At Kuhnius veterem lectionem reſtituit, tuetur, & explicat. MSti nihil hic mutant, niſi quod Lugd. ultimam τῇ Ἀκρατῶς ſyllabam non exprimat. Nullus tamen dubito, corruptam eſſe Codicum Lectionem. Nam duriſſima profecto eſt locutio, γενναῖος πίνειν ἑαυτῷ ἀκρατῶς Ut taceam, Hominis Nomen haud dubie ab Æliano expreſſum æque, ac Aliorum Ebrioſorum *hoc Capite*, & æque, ac ab Athenæo id expreſſum eſt, quem fideliter ſequitur. Facile autem illud Nomen, quod eſt ΓΕΝΤΙΟΣ vel ΓΕΝΘΙΟΣ, potuit mutari in ΓΕΝΝΑΙΟΣ. Caſauboni tamen emendatio in reliquis longe nimis diſcedit à MStis. Quid ergo? Scripſerit forſan Noſter. Γέντιος πίνειν ᾧ ὅτος ἑαυτῷ ἀκρατής, h. e. *Gentius ille in biben-*

κην βασιλέα [41] Ὀρροφέρνην, τί τῶτον [42] δράσομεν, ᾧ ἐκείνου πίνειν γενόμενον δεινόν. Εἰ δ' χρὴ ᾧ γυναικῶν μνημονεῦσαι, (ἄτοπον μὲν γυνὴ φιλοπότις, ᾧ πολυπότις ἔτι μᾶλλον,) [43] εἰρήσθω δ'

ciæ rege Orropherne faciemus, qui & ipse potator fuit vehemens? Quod si mulieres etiam memorare oportet, (absurdum enim vero feminam potandi studiosam esse, & longe magis, mul-

do erat sui impotens, sibi minime temperans. Sic passim dicitur ἀκρατὴς θυμοῦ, ὀργῆς, χειρῶν. Dionys. Hal. *lib.* I. ὃς συμποδίζοντες, ᾧ τ' χειρῶν ἀκρατεῖς ποιοῦντες ἐμπίπλειν εἰς τὸ Τιβέριος ῥεῖθρον. h. e. *pedibus & manibus ligatis, ut non habeant manus in sua potestate.* Aristoteles in *Ethicis* VIII. 4. *Qui vero ad illas res immodice feruntur præter rectam rationem, absolute quidem non dicimus* ἀκρατεῖς, *sed cum appositione, veluti* χρημάτων ἀκρατεῖς, καὶ κέρδους, ᾧ τιμῆς, ᾧ θυμοῦ, *qui se cohibere nequeunt in pecunia, & lucro, & ambitione, & ira.* Et in *Extr. ideo etiam cum appositione dicimus* ἀκρατῆ θυμοῦ, ὥσπερ πηδᾶς ᾧ κέρδους, h. e. *qui affectum iræ regere nequit, qui animi sui in ira non est compos, ut qui in ambitione, & in avaritia.* Plutarchus *de Virtute Morali pag.* 450. *Ita qui partem sui deteriorem meliori habet subjectam,* ἕκρατὴς ἑαυτοῦ καὶ κρείττων ἐστὶν, *compos est sui, & superior se ipso: at qui intemperanti & irrationali parti obsequi & servire finit meliorem,* ἥττων ἑαυτοῦ ᾧ ἀκρατὴς λέγεται, *inferior se ipso, & sui ipsius impotens dicitur.* Immo quando quis ἀκρατὴς, simpliciter dicitur, ut solet, tum semper utique intelligitur ἑαυτοῦ, eadem Ellipsi & sensu, quo Latinis dicitur quis *Impotens.* Possis etiam legere ἑαυτοῦ ἀκράτως. Ita Vetus Scriptor apud Suidam, ἦν δ' οἶνῳ τε ἀκράτως, ᾧ τ' ἄλλων ἡδονῶν, *erat cum in vino, tum in aliis voluptatibus, sui impotens, intemperans.* Et iterum, ἀκράτως ἑαυτοῦ ὢν ἐσήλατο εἰς τὸν νεών, *impotens sui,* h. e. iræ moderari nescius, *insiluit in templum.* Contrarium hujus est, sed simili plane constructione, κρατερὸς ἑαυτοῦ. Hippocrates de *Aëre* &c. *cap.* 40. Οὐκ ἔστ' μὲν αὐτοὶ ἑωυτῶν ἐσὶ κρατεροὶ ἀνθρώποι, μηδὲ αὐτόνομοι, ἀλλὰ δυσπάλεονται. h. e. *ubi Homines non sunt sui potentes, non regunt se ipsi, nec sui sunt juris, aut suis non vivunt legibus, sed domino sunt subjecti.* Arrianus *de Exp. Alex. lib.* IV. τῆς Δαρείου δ' οὐκ ἦλθεν ἐς ἐπιθυμίαν, δ' κρατερὸς αὐτοῦ ἐγένετο, *Darii uxorem aut non desidera-*

vit, aut ipse se cohibuit. Et cum infinito, ut hic, *lib.* VI. ἐκρατερὸς ἦν ἀπέχεσθαι, *non erat potens sui ad abstinendum eo.* Et ἔκρατής τινος. Sic XIV. 30. de Avibus, quæ certum vocem didicerant, ἐγκρατεῖς ταύτης ἐγένοντο, *compotes ejus factæ sunt,* scil. ut possent eam pronunciare. Porro ἀκρατὴς πίνειν construitur, ut δεινὰς πιεῖν, quod mox sequitur, & sæpe occurrit, & ἄμαχος φαγεῖν, *insuperabilis in edendo* I. I. σεμνὸς ἰδεῖν, *venerabilis, si quis videret eum* II. 20. PERIZ.

41 Ὀρροφέρνα] Non recte, ait Casaubonus, *ad Athenæum*: scribendum enim Ὀροφέρνα. Et sic Athenæus. SCHEFF.

Ὀρροφέρνην] MSti cum priscis Edd. ὀρροφέρνη. Sluisk. & Mediceï cum Mediol. ὀῤῥοφέρνη. Sed recte emendavit Casaubonus ex Athenæo Ὀροφέρνην. Adde Diod. Siculum in *Excerptis pag.* 334. & 337. ac Justinum XXXV. 1. At apud Appian. in *Syriacis pag.* 118. & Polyb. in *Excerptis pag.* 170. ὀλοφέρνης dicitur. Fuit autem ad breve tempus, ut diserte ait Athenæus, Rex Cappadociæ, pulsus quippe à fratre Ariarathe, quem ipse prius regno depulerat. Confer Auctores modo laudatos. Vixit tempore Demetrii Soteris, qui Nepos Antiochi Magni fuit. PERIZ. MS. Mediceus. Κωππαδοκῶν βασιλέα Ὀῤῥοφέρνην

42 Τί τῶτον δράσομεν] Forte legendum τί τῶτον ἐάσωμεν, *quare eum silentio præterm itterem:* in MSS. corrupte legitur δράσομαι. *Supra cap.* 38. τί δ' ἂν ἄλλο ποιοῖμι ᾧ τὸν Ῥωμαίων νόμον.

43 Εἰρήσθω δ' ἓν ᾧ περὶ τούτων] Lugd. ᾧ ἐπὶ τούτων. Cæterum Noster de Feminis hic loquitur in Plurali, & tamen Unius modo exemplum adfert. Nempe quia Auctor, quem sequitur, (is autem est Athenæus) post superiora Virorum exempla unum hoc Feminæ Singularis ex Epigrammatibus Phalæci subjungit, & dein de Feminis generatim agit. Hæc autem nominatur apud Athen. & in Versibus illis Κλεώ, non Κλειώ. PERIZ.

δ' ἓν ᾧ περὶ τούτων. [44] Κλειώ, φασιν, εἰς ἅμιλλαν ἐλθοῦσα, ἐ γυναιξὶ μόναις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς συμπόταις, δεινοτάτη πιεῖν ἦν, ᾧ ἐκράτησε πάντων, ἀῖσχιστόν γε τοῦτο φερομένη τὸ νικητήριον, [45] ὡς γε ἐμοὶ κριτῇ.

multum eam potare) dicatur igitur etiam de his. Clio, ut perhibent, non solum cum viris, potando certare ausa, valentissima fuit bibendo, & omnes superavit, turpissimam istam quidem, me judice, consequuta victoriam.

44 Κλειώ] Vel potius Κλεώ Phalæcus apud totiens laudatum Scriptorem.

Χρυσωτὸν κρωκέεντα κοσμίζωσαντα χιτῶνα
Τῷ δὲ Διονύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ.
Οὕνεκα συμποσίοισι μετέπρεπεν, ἶσα δ' πίνειν
Οὐδὲς οἱ ἀνδρώπων ἤρισεν, ἐδ' ἅμα πω. SCHEFF.

Κλειὼ an Κλεὼ legas perinde fuerit. à Κλέος enim fit Κλεὼ ᾧ Κλειώ. ait Etym. Magnum *voce* Γυναιώ, & iterum in Χρειώ. ὥσπερ ἀπὸ τοῦ σπέος γίνεται Σπεὼ ᾧ Σπειώ, κλέος Κλεὼ ᾧ Κλειώ. οὕτω χρέος χρεὼ ᾧ χρειώ. Κλεὼ tamen magis hoc Athenæi loco quadrat propter legem metricam. extra metrum Κλειὼ malim. KUHN.

45 Ὡς γε ἐμοὶ κριτῇ] If. Vossius malebat, ὥσγε παρ' ἐμοὶ κριτῇ.

ΚΕΦ. μϚ'.

Περὶ Πλάτωνος δόξης, καὶ περὶ ἰσονομίας.

CAP. XLII.

De Platonis gloria, & de æquabilitate.

Ἡ Πλάτωνος δόξα, ᾧ ὁ [1] τοῦ κατ' αὐτὸν ἀρετῆς λόγος, ᾧ [2] εἰς Ἀρ-

Platonis gloria, & virtutis, quæ in ipso, fama etiam usque ad Arcadas

1 Τῆς καθ' αὐτὸν ἀρετῆς] h. e. *Virtutis Ejus,* seu *quæ in Ipso erat,* quod Interpres omiserat. Sic III. 36. Τὸ περὶ Σωκράτην πάθος ἀνιστόρησε, ᾧ τὸν καθ' αὐτὸν κίνδυνον, & *Suum periculum.* Hes. ἐργ. 58. ὥκιον ἅπαντες Τέρπονται κατὰ θυμὸν, *quo omnes delectentur In animo suo.* Basil. Mag. *de Utilitate ex Græcis* &c. τῶτ' ἐσὶ μειζόνων, ἢ καθ' ὑμᾶς, ἀκροατῶν, h. e. *majorum, quam vos estis.* PERIZ.

2 Εἰς Ἀρκάδας] Adde Laertium in *vita Platonis,* ubi Pamphilam hæc de ipso scribit commemorare. SCHEFF.

Εἰς Ἀρκάδας ἀφίκετο καὶ Θηβαίους] Locus hic nisi illustretur ex Historiâ & Diog. Laërtio, obscurus videbitur, & forsan suspectus, siquidem omnia hic pariter egisse dicuntur Arcades & Thebani, quasi essent Unus, aut certe Vicini invicem Populi, quum tamen Alter in Mediterraneis Peloponnesi, Alter extra Peloponnesum supra Atticam habiterit. Nempe ergo post Leuctricam pugnam Epaminondas Thebanorum Dux suasit horum fœderatis Arcadibus, ut varia minora oppida aut pagos in Unam majorem Urbem contraherent. Quod & illi fecerunt, condentes tunc τὴν Μεγάλην Πόλιν, *Megalopolim,* adjuti ab Epaminonda & Thebanis. Vide Pausan. in *Arcadicis pag.* 258. & *Bœoticis pag.* 293. Inde ergo est, quod Arcades & Thebani pariter, missis legatis, rogavisse dicuntur Platonem, ut Novæ huic Urbi leges scriberet, sicuti id diserte prorsus tradit ex Pamphilæ *Commentariis* Laërt. in *Platone n.* 23. PERIZ.

Ἀρκάδας ἀφίκετο, καὶ Θηβαίους. 3 Καὶ ἐν ἐδεήθησαν αὐτοῦ, πρέσβεις ἀποστείλαντες, 4 σὺν τῇ ἀνωτάτῳ σπουδῇ, ἀφικέσθαι σφίσι τὸν ἄνδρα, 5 οὐκ ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν νέων προστασίᾳ, 6 ἀλλ' ἵνα αὐτοῖς συγγένηται ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ φιλοσοφίαν· ἀλλὰ γὰρ καὶ, τὸ ἔτι τούτων μεῖζον, νομοθέτην αὐτὸν ἐκάλουν. Οὐκοῦν ἔμελλον ἀτυχήσειν τοῦ ἀνδρὸς· καὶ γὰρ ἤδη ὁ τοῦ Ἀρίστωνος τῇ κλήσει, καὶ δὴ καὶ ἔμελλεν ὑπακούσεσθαι. 7 Ἤρετο μέν τι τοὺς ἥκοντας, πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες; ἐπεὶ ἤ ἔμαθε παρ' αὐτῶν, ὅτι καὶ πάνυ ἀλλοτρίως, οὐδὲ πείσειν αὐτοὺς τ.-μᾶν

cadas & Thebanos permanavit. Atque adeo missis legatis summo studio rogarunt virum, ut ad se veniret, non solum ad gubernandos adolescentes, neque ut secum ageret dissertationum philosophicarum causa: verum etiam, quod his majus erat, ut sibi leges scribe-

3 Καὶ ἐν ἐδεήθησαν αὐτοῦ] Lugd. καὶ ἔν καὶ ἐδ. Quod verum crediderim. Nam sic solet Noster, & sæpe, item ut hic, in *initio Capitis. Supra* I. 3. σοφὸν π ἄρα χρῆμα ἦν γάνος βαλιφχων Αιγυπαίων, καὶ ἔν καὶ τ ἄλλων ὑπεφέρατο κατὰ πολύ. *cap.* 10. οἱ Κρῆτες ἐισι τοξεύειν ἀγαθοὶ, καὶ ἔν καὶ τοὺς ἀίγας βάλλεσιν ἐπ' ἄκρεις νεμομένας τοὺς ὄρεσι. Sic *alibi* passim. IDEM.

4 Σὺν τῇ ἀνωτάτῃ σπουδῇ] Lege δειναστάτῃ. FABER. Cuperus, σὺν τῇ ἀνωτάτῳ σπουδῇ *lib.* III. *Obs. cap.* 11. sequerer Cuperum. SCHEFF. Sola mihi vulgata placet Lectio. Ita, ἄνθρωπος πολίτης ἐσιν πόλεως τ ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ἄτιμοι οἰκίαι εἰσί. *Homo est civis civitatis summæ, vel, quæ est in altissimis, cujus quasi domus sunt cæteræ urbium*, inquit Antoninus *de Vita sua lib.* III. si bene memini. KUHN.

Σὺν τῇ ἀνωτάτῃ σπουδῇ] Faber legi hic jubet δειναστάτῃ. Propius foret ἀκρωτάτῃ, ut Hes. Ασπ. 33. φίκιον ἀκρόπολον. Homerus *Iliad.* Δ. 139.

Ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός,

sagitta summam viri cutem destrinxit. Epicurus in *Epist. ad Menœc.* apud Laërtium, μάζα καὶ ὕδωρ τὴν ἀκροτάτην ἀπολαῦσαι ἡδονὴν, *offa & aqua summam præstant voluptatem.* Zosimus V. 17. εἰς ἀκρότατον ἥκων δυνάμεως, *ad summam potentiæ perveniens.* Sed minimæ est mutationis, quod Cuperus, probante Scheffero, maluit, ἀνωτάτω. Vulgatum tamen tuetur tum Lugd. Codex, tum maxime Kuhnius, ex M. Antonino formam & usum τῆ ἀνωτάλῳ apud Græcos probare annisus. Et ita Callimachus *Hymno in Cerer.* v. 131. Αἰλιες ἐξήκοντα κατάπεμε, quæ *LX. annis sunt minores.* Plutarchus *de Musica in ext.* Ἀνώτατον δ' καὶ μεσικώτατον, τὸ παντὶ τὸ πρέπον μέτρον ἐπιθεῖναι, *Præstantissimum vero & elegantissimum est cuique rei oportunum modum imponere.* Sed tamen, quia Sluisk. disserte habet ἀνωτάτω, vix dubitem & Ego veram esse hanc Lectionem. Sic Strabo *lib.* VIII. *init.* τὰ δ' ἀνωτάτω (sc. ἔθνη) τοσαῦτα, ὅσας καὶ διαλέκτους παρειλήφασι τὰς ἑλληνίδας, *antiquissimæ gentes tot fuerunt, quot accepimus Dialectos Græcas.* Plutarch. *de placitis philos. cap.* 15. ἀνωτάτω μὲν πάντων τ ἥλιον τετάχθαι, μεῖ' αὐτὸν δ τὴν σελήνην, *Supremum omnium constitutum esse Solem, post illum vero Lunam.* Idem *de Platon. Quæst. pag.* 1008. αὐτὴν τὴν ὑπάτην ὁρῶντες ἐν μὲν λύρᾳ τὸν ἀνωτάτω καὶ πρῶτον (τόπον,) ἐν δὲ αὐλοῖς τὸν κάτω καὶ τελευταῖον ἐπέχοντα, *quum videamus hypatam in lyra quidem summum, & primum locum, at in tibiis infimum obtinere & ultimum.* Noster *Hist. Anim.* XV. 11. Τὰς ἀποδύσεις τὰς κατωτάτω. Plato in *Critia pag.* 115. Ἐπὶ τὸν ἐξωτάτω τροχόν. Athenæus *lib.* V. *pag.* 208. Τὰς ὄγκας τὰς ἀνωτάτω. Euseb. *Hist. Eccles.* X. 8. Συγγενείας τ ἀνωτάτω ἠξιωμένος: & *de Vita Constant.* IV. 68. Μεγιστ τ ἀνωτάτω βασιλείας σύμβολον. Sic, οἱ ἄνω τῆς γῆς, *majores*, Noster XIV. 36. PERIZ. Rescripsi ἀνωτάτω jubentibus MSS. *lib.* IV. *de Nat. Anim. cap.* 41. σπουδὴν δὲ ἄρα τὴν ἀνωτάτω πίθηλαι Ιὸνὶ εἰς τὴν κτῆσιν αὐτῆ.

5 Οὐκ ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν νέων προστασίᾳ] Vertitur, *non solum ad instituendos juvenes.* Propius respondet Græcis, *ad regendos adolescentes.* Sic XII. 43. Καί τοι προστατῶν γενομένων τ δήμ τ Αθηναίων, h. e. *quamvis Duces fuerint Populi*, seu *Demagogi Athenienſium.* Laërt. *Platone* 82. Αρισοκράτία δέ ἐσιν, ἐν ᾗ μὴ ὁ πλέονοι, μηδ' οἱ πέντες ἄρχουσιν, ἀλλ' οἱ ἄριστοι τ πόλεως προστατοῦσιν. Dionys. Hal. *lib.* II. οἷς (ἐυπατρίδαις) ἡ τ πόλεως ἀνέκειτο προστασία. PERIZ.

6 Οὐδ' ἵνα αὐτοῖς συγγένηται ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ φιλοσοφίαν] Vertebantur hæc simpliciter, *ad docendam Philosophiam.* Breviter satis. Sed jungitur ab illis Interpretibus hoc Comma superiori, tanquam ejusdem vel paulo disertioris sententiæ, qua declaretur, quam ad rem præficiendus esset Adolescentibus. Nam τὸ Αυτοῖς ab istis referri ad τῆς Νέας vel ex Indice in *v. συγγίνεσθαι* liquet. Ego vero in alia discedo omnia, & refero τὸ Αυτοῖς ad ipsos Vocantes eum, Cives, vel Viros; atque adeo à superioribus hæc, tanquam diversum quid tradentia, distinguo. Nempe Platonem vocatum, non tantum, ut Regeret & doceret Adolescentes, neque, ut inter ipsos istius Urbis Cives ageret, dissereretque apud eos de rebus Philosophicis, de Virtute publice privatimque colenda, deque Rep. recte administranda, & quæ sunt ejus generis alia: sed ut Leges, quod majus erat & gloriosius, Novæ Civitati scriberet. Sæpe enim Philosophi istius temporis rogabantur ab ipsis etiam Tyrannis & Populis, ut se consilio in re publica adjuvarent, vel de Sapientiæ Moralis & Politicæ interioribus secum agerent. Sic *à Pythagora Crotoniatæ enixo petierunt studio, ut Senatum ipsorum, qui mille hominum numero constabat, Consiliis suis uti pateretur*, apud Valer. Max. VIII. 15. Quin hunc ipsum Platonem Dionysius Major rogasse dicitur apud Laërtium, ὥστε συμπίεσθαι αὐτῷ, *ut secum colloquerentur*, scilicet, ἐπὶ λόγοις τοῖς περὶ φιλοσοφίαν. Nam additur, Platonem istic *disseruisse de Tyrannide* &c. Sic Zeno vocatus est ab Antigono Gonata, cujus Epistolam vide apud Laërt. in *Zenone*. Vide & Nostrum III. 17. ubi enumerat Philosophos πολιτευσαμένους. Phrasis autem pene eadem, quæ apud Aristoph. Νεφελ. I. 3. Καὶ ξυγγενέσθαι τοῖς Νεφέλαισιν εἰς λόγους. Adde *infra* IV. 9. συγγενόμενον αὐτοῖς ἀτύφως. PERIZ.

7 Ἤρετο μέν τι τοὺς ἥκοντας] Sollicitare nolim hanc Lectionem, sed tamen silentio non videtur prætermittendum, quod Sluisk. legit τοὺς ἐξέχοντας. h. e. *optimates, qui opibus excellebant*, & qui videbantur potissimum se opposituri τῇ ἰσονομίᾳ. Sed & ideo eorum maxime sententia Platoni erat hac de re prius exploranda. Sic eleganter in *Actis Ap.* XXV. 23. Ανδρες οἱ καὶ' ἐξοχὴν ὄντες τ πόλεως. IDEM.

8 Πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες] Sic Scripti, sic Editi omnes. Et ferri potest, ut rogaverit Plato, quo animo præditi essent *illi omnes*, erga τὴν ἰσονομίαν. Sed tamen si attendatur ad sensum & constructionem, longe, opinor, ἐμφατικώτερον, & probabilius reperietur, si legatur ἅπαντες, quod jam olim ad marginem primæ Schefferi Editionis annotavi, & nunc monuit me etiam Jensius. Hoc enim desiderabat Plato, ut æquis acciperent animis, si ab se & suis Legibus ita constitueretur eorum civitas, ut omnes, quiqui essent Cives, non tantum æquo uterentur jure, sed & fortuna. Non possum, quin hic adscribam verba Ciceronis ex *lib.* IV. *de Republ.* apud Nonium in *v. Proprium: Et noster Plato magis etiam, quam Lycurgus, omnia prorsus jubet esse communia, ne quis Civis propriam aut suam rem ullam diceret.* Si quis tamen Vulgatam hic loci lectionem tueri velit etiam eo, quod Nominativus sæpe apud Græcos jungatur infinito, non equidem refragabor valde. Pluribus enim id ipse ostendi *infra ad* XIII. 20. & 43. Adde quæ in *Indice* notavi in *v. Infinitivus* & *Nominativus*, &

beret, eum vocarunt. Non erant igitur repulsam à viro laturi. Magnam enim ille Aristonis filius ex hac vocatione lætitiam capiebat, & erat ei obtemperaturus. Verum interrogavit legatos, quemadmodum ad id, ut omnes omnia haberent æqualia, essent affecti. Ut vero ex iis comperit illos prorsus ab eo esse alienos, neque ipsum

μὰν τὴν ἰσονομίαν, ἀπείπατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιδημίαν.

ipsum iis persuasurum, ut colerent illam æquabilitatem, profectionem ad eos instituere recusavit.

& videbis exempla, etiam ubi non præcessit Nominativus ejusdem personæ, Nempe v. 17. XIII. 23. & 43. XIV. 18. PERIZ. Hanc Platonis sententiam de æqualitate Patrimoniorum eleganter confutat auctor declamationum, qui nomine Quintiliani insignitur, *Decl.* 261.

ΚΕΦ. μγ'.

Τινὲς τῶν Ἑλλήνων ἄριστοι, πενέστατοι.

CAP. XLIII.

Quinam Græcorum optimi, fuerint pauperrimi.

[1] Πενέστατοι ἐγένοντο οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων, [2] Ἀριστείδης ὁ Νικομάχου, καὶ Φωκίων ὁ Φώκου, καὶ [3] Ἐπαμινώνδας ὁ Πολυμάτιδος, καὶ [4] Πελοπίδας ὁ Θηβαῖος, καὶ [5] Λάμαχος ὁ Ἀθηναῖος, καὶ [6] Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου.

Pauperrimi fuerunt Optimi Græcorum, Aristides Nicomachi, & Phocion Phoci filius, Epaminondas Polymatide natus, Pelopidas Thebanus, Lamachus Atheniensis, Socrates

1 Πενέστατοι] Græciæ disciplina paupertate magistrâ stetit: at auro Persico & Macedonico labefactata pessum ivit tandem, & hostibus suis ditiores facti obtemperarunt, qui paupertate ab alieno imperio intacti invictique manserant. Apulejus in *Apol. Eadem est paupertas apud Græcos in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta.* vid *ibid.* plura, & in Gazæi Theophrasto. KUHN.

2 Ἀριστείδης ὁ Νικομάχου] Quis hic *Aristides*, Nicomachi filius; Legendum absque dubio, Λυσιμάχου. Nec enim alius quisquam paupertate clarior apud Græcos, uti constat vel ex nostro ipso *lib.* XI. *cap.* 9. Cornel. Nep. *Aristides Lysimachi filius Atheniensis* &c. *hic qua fuerit abstinentia nullum est certius indicium, quam quod, quum tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur, vix reliquerit.* Idem vitium Stobæum depravavit *serm.* XCIII. SCHEFF. Legendum Λυσιμάχου & Πολυμνιάδου, quod cuivis obvium est, & Schefferus monuit. FABER. Demetrius Phaleræus paupertatis gloriam Aristidi detrahere conatus est, in Socrate aliquot argumentis probans, illum fuisse è numero πεντακοσιομεδίμνων, quorum census Athenis erat maximus omnium. Sed Plutarchus Demetrio occurrit eleganter *statim ab initio Vitæ Aristid.* KUHN.

Ἀριστείδης ὁ Νικομάχου] Sic quidem & MSti. Sed certus est in Patris Nomine, ut jam ostendit Kuhnius, error, ortus haud dubie ex eo, quod *Aristoteles* patrem habuit *Nicomachum*, unde is *supra cap.* 26. modo Ἀριστόλας, modo ὁ τοῦ Νικομάχου appellatur. *Aristidis* vero Pater dictus est Λυσίμαχος, etiam à Nostro III. 17. & XI. 9. Sed & hinc Aristidis Filius, sicuti solet, avito nomine *Lysimachi* insignitus fuit, ut liquet ex Suida in *v.* πλέθρον. Vide insuper Plutarchum & Corn. Nepot. ex quibus etiam Paupertas ipsius abunde nota. Jungit porro *Aristidem* hunc & *Phocionem*, ut *Pauperes*, sicuti Noster, ita & Lucianus in *Jove Confutato*, τί δήποτε Φωκίων μὲν ὁ Χρηστὸς οὐ τοσαύτη πενίᾳ κατέτεινε τὸν ἀναγκαῖον ἀπέθανε, καὶ Ἀριστείδης αὖθις αὐτός. PERIZ.

3 Ἐπαμινώνδας ὁ Πολυμάτιδος] Nullum scio *Epaminondam*, *Polymatidis filium*, sed *Polymni*. Cornel. Nepos: *Epaminondas Polymni filius.* Et sic ipse Ælianus *infra lib.* III. *cap.* 17. Scribendum igitur Πολύμνιδος. Apud Stobæum *dicto sermone*, pro Πολυμνιάδου, legitur Πολύμαθος, facillimo errore, quem tamen hac occasione indicare volui. Cæterum de argumento capitis totius vide Senecam *consolat. ad Helviam cap.* 12. & *cons. ad Marciam cap.* 12. SCHEFF. Nomen Πολύματις speciem gerit fœmininam, ac si Ælianus voluisset ex aliquo scriptore, quem longi temporis muriumque injuria nobis invidit, prodere nomen matris *Epaminondæ*. Dicæarchus quidem indignatur, quod nec Agesilai filiam, nec *Epaminondæ* matrem sciamus. Plutarchus tamen ex auctoribus Dicæarcho non visis compertum habet Agesilai conjugem *Cleoram*, filias *Apolyam* & *Prolytam* fuisse. Quid si & Noster matrem *Epaminondæ* à tenebris & nocte vindicare voluit, potuit? Præterea Stobæus *Serm.* 235. videtur legisse Πολυμνιάδου, quamvis Librarii inde nobis extuderint Πολυμάδου, Origo erroris non est ignota iis, qui in hoc studiorum genere ἀδιηγήτεια γεγυμνασμένα habent. Nec inusitatum est, ut filii à matribus, præsertim nobilioribus appellentur. ita apud Platonem Alcibiades υἱὸς Δεινομάχης, *filius Deinomachæ* dicitur. Epaminondæ verò genus Thebis ἐπίσημον erat, ut Plut. *in Pelop.* indicat. Hæc mea de hoc loco conjectura, si viris doctis se non probaverit, una litura sanari poterit. KUHN.

Ἐπαμινώνδας ὁ Πολυμάτιδος] Lugd. Ἐπαμεινώνδας, ut apud Plutarchum etiam legitur: & recte. Nam ab ἀμείνων formatum est hoc Nomen. Sed Patris in Nomine nullam Codices Varietatem præferunt, quod tamen iterum vitiosum est, idque ex ipso Æliano III. 17. & Nepote satis jam probavit Schefferus. Legendum itaque ὁ Πολύμνιδος, quomodo non tantum III. 17. sed & XI. 9. ab ipso Auctore Pater Epiminondæ dicitur. Porro manifestius satis videtur error scribarum ex eodem plane literarum ductu in vero & falso nomine ΠΟΛΥΜΝΙΔΟΣ & ΠΟΛΥΜΑΤΙΔΟΣ. Kuhnius tamen suspicatur, Matrem Epaminondæ isto nomine designari. At non solum illa Epam. mater, sed neque Femina ulla alia hoc Nomine à Græcis reperitur insignita. Dein quum Propria Græcorum Nomina, & maxime sic Composita, significare aliquid soleant, hocce nihil significat, nisi tamen Πολύματις accipiamus dictum pro πολύμητις, ut Εὐμήλης dicebatur Cleobuli Sapientis Filia. Sed, quod præcipuum est, non solent Filii μητρόθεν sed πατρόθεν ὀνομάζεσθαι, qua de re egi, & agam denuo in *Dissert. Triade*, *Diss.* I. *p.* 29—35. Nisi forte, si Mater eorum ex Historiis sit Celeberrima. At hæc Epaminondæ Mater adeo Historicis certe ignota fuit, ut Dicæarchus nusquam eam reperiri jam olim fuerit testatus. Stobæus *Serm.* 235. caput hoc Æliani exhibet, atque ibi Epaminondas itidem corrupte dicitur ὁ Πολύμαθος, sed quod etiam propius accedit ad Πολύμνιδος. Ceterum *Lysimachi*, qui pater Aristidis, nomen etiam istic cedere debuit *Nicomacho*, Patri Aristotelis, ut adeo ex eo liqueat, antiquum prorsus esse illud vitium Codicum Æliani. Præferunt utrumque vitium etiam Medicei, & Mediolanensis. PERIZ.

4 Πελοπίδας] Atqui opulentum hunc Plutarchus facit? ipsum vide in *Pelopida*. SCHEFF. Addit tamen, illum vixisse ut pauperem, tum quod parabili corporis cultu, vilique ac necessario victu esset contentus, tum ὅτι σχολάζων τῇ πόλει &c. ἐλάττωσε τὴν οὐσίαν, *quod per omnem vitam urbis vacans saluti, divitias imminuisset.* Possent itaque hæc Synesii verba etiam in *Pelopidem* cadere: χρυσίον ἔστε ἐν φαλάροις ἔχω γυναικῶν. ὅτε ἐν νομίσμασιν· ὅ, τι γὰρ κἀμὶ λῷ, ἅπαν αὐτὸ ὥσπερ Περικλῆς εἰς τὸ δίον ἀνάλωσα, *aurum neque in mundo muliebri neque in numis possideo. quodcunque enim ante erat, id omne cum Pericle insumpsi rebus, quibus opus erat.* KUHN.

Πελοπίδας] *Atqui opulentum hunc facit Plutarch. in Pelop.* ait Schefferus; addo & Plut. in *Aristide*, ubi Epaminondæ χορηγοῦντι pecuniam subministrässe Pelopidam tradit. Sed recte Kuhnius ex Eodem Plut. in *Pelop.* docet, vixisse tamen Eum habitu & victu tenui, immo dum patriæ assiduus operam navat, ἐλαττῶσαι τὴν οὐσίαν imminuisse divitias, seu potius, *afflixisse patrimonium suum.* Etenim, ne dubites à Nostro Plutarchum respici, confer XI. 9. ubi itidem inter Ἀρίστους τῶν

θηναῖος, ϗ [6] Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου, ϗ [7] Ἐφιάλτης ἢ ὁ Σοφωνίδου καὶ ἐκεῖνος.

tes filius Sophroniſci, & Ephialtes Sophonidæ.

ΚΕΦ.

CAP.

Ἑλλήνων. qui *Pauperes* tamen fuerint, nominat Ariſtiden, Phocionem, Epaminondam, Ephialten, denique hunc ipſum quoque Pelopidam, ejuſque paupertatem quaſi probat dicto *Amicorum* eum *objurgantium*, *quod pecuniam negligeret*, *rem vitæ humanæ utilem*, & Illius reſpondentis, *utilem eſſe homini claudo & mutilo*. Hoc enim ipſum clariſſime ex Plut. in *Pelop.* hauſtum eſt, referente, eum ita objurgatum ab Amicis, quum jam Liberos haberet, & pergeret, ἀμελεῖν τῶ χρηματίζεσθαι, & ὀλιγωρεῖν ἀναγκαίω περιγμάτω, τῶ χρήματα ἔχειν. PERIZ.

5 Λάμαχος ὁ Ἀθηναῖος] Hujus vero *Paupertas* non adeo celebris eſt, & prætermittitur à Noſtro etiam XI. 9. neque quidquam hic de ea ab Interpretibus eſt annotatum. Sed tamen audi ſodes Plutarch. in *Nicia*, *p. m.* 533. Ὁ δὲ Λάμαχος ἦν μὲν ἀνδρώδης καὶ δίκαιος ἀνὴρ, καὶ τῇ πενίᾳ χρώμενος ἀφειδῶς κατὰ τὰς μάχας· πίνης δὲ τοιοῦτον καὶ λιτὸς, ὥστε καθ' ἑκάστην στρατηγίαν ἀπολογίζεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις μικρὸν ἀργύριον, εἰς ἐσθῆτα καὶ κρηπῖδα. *pauper adeo & inops, ut in ſingulis Prætoris retulerit Athenienſibus in rationes pauxillulum a genti in Veſtem & Crepidam.* Adde Eundem in *Alcib. p.* 202. Ex quibus locis liquet ſimul, Lamachum hunc non tantum fuiſſe, quod notiſſimum eſt, Alcibiadis & Niciæ Collegam in Expeditione Sicilienſi, ſed & vere ac jure à Noſtro inter Ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων memorari. Atque hinc & Ariſtoph. in *Ranis pag. m.* 261. eum Ἥρωα vocat; ubi Schol. ὁ Λάμαχος ἔτος ἄριστος ἦν τὰ πολεμικά. Et in *Theſmophor. pag.* 811. indignatur *Matrem Hyperboli*, Hominis Ignavi, *ſedere in feſtis juxta Matrem Lamachi.* IDEM.

6 Σωκράτης] Hujus quoque *Paupertatem* à Demetrio Phalerco negatam video apud Plut. in *Ariſtide*. At tu audi ſis, ne Alios memorem, Senecam *Epiſt.* 104. ubi *perpeſſicum Senem* vocat, *invictum tamen & paupertate, quam graviorem illi domeſtica onera faciebant, & laboribus* &c. IDEM.

7 Ἐφιάλτης] Orator apud Athenienſes, Areopagitarum everſor. vid. Ariſt. II. *Polit.* 10. Pauſan. in *Atticis pag.* 29. *infra lib.* XI. *cap.* 9. Meurſ. *lib.* I. *Attic. lect. cap.* 22. quibus adde ex codice *Konigiano Simſon. lib.* IV. *Chron. pag.* 37. Rupert. *in Valer. pag.* 245. KUHN.

Ἐφιάλτης] Hujus *Paupertas* refertur etiam XI. 9. *Juſtitia* XIII. 39. *Integritas & abſtinentia* à Plut. in *Cimone*, *Liberalitas* ab Heraclide in *Politiis*, *Conſtantia* à Valer. Max. III. 8. 4. Peſſime tamen meritus eſt de Rep. Athenienſium eo ipſo, quod Areopagitarum auctoritatem afflixit, & pleraque iis judicia ademit. Sed ita factum etiam, ut proxima nocte occideretur, incertum à quo. Vide Diod. Sic. *lib.* XI. An. 3512. & Plut. in *Pericle* & *Cimone*. Diverſus fuit ab Ephialte Trachinio, ut & ab eo, qui Halicarnaſſum contra Alexandrum M. defendit, de quo agemus *ad* III. 17. ubi Hic Ephialtes inter Philoſophos πολιτικοὺς refertur. PERIZ.

ΚΕΦ. μδ'.

Εἰκόνος ϗ Θέωνος ζωγράφου ἔκφρασις.

Θέωνος ϗ ζωγράφου πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὁμολογεῖ τὴν χειρουργίαν ἀγαθὴν εἶναι, ἀτὰρ οὖν καὶ τόδε τὸ γράμμα. Ὁπλίτης ἐστὶν [2] ἐκβοηθῶν ἄφνω τῶ πολεμίων εἰσβαλλόντων ϗ δηούντων ἅμα, ϗ κειρόντων τὴν γῆν. Ἐναργῶς δὲ καὶ πάνυ ἐκθύμως ὁ νεανίας ἔοικεν ὁρμῶντι εἰς τὴν μάχην. Καὶ εἴποις ἂν αὐτὸν ἐνθουσιᾷν, ὥσπερ ἐξ Ἄρεος μανέντα. Γοργὸν μὲν αὐτῷ βλέπουσιν οἱ ὀφθαλμοί. Τὰ δὲ ὅπλα ἁρπάσας, ἔοικεν, ἢ ποδῶν ἔχῃ, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἄττειν. [3] Προβάλλεται δὲ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ἀσπίδα, ϗ γυμνὸν ἐπισείῃ τὸ ξίφος, φονῶντι ἐοικὼς, καὶ σφάττειν βλέπων, καὶ ἀπῃλῶν δὴ ὅλῳ ϗ

CAP. XLIV.

Imaginis Theonis pictoris explicatio.

Theonis pictoris cum alia multa artem declarant præſtantem, tum vero hæc quoque pictura. Vir eſt armatus, qui ad ferendum auxilium erumpit, hoſtibus ſubito invadentibus, & inflammantibus ſimul ac vaſtantibus agrum. Manifeſto autem & prorſus animoſe videtur adoleſcens in pugnam ruere. Et diceres ſane eum furore percitum, quaſi ex Marte furentem. Torvum enim cernunt oculi: armis porro ſumptis videtur, quantum pedibus poteſt, in hoſtes proſilire. Scutum vero jam inde protendit, & ſtrictum vibrat gladium, cædem ſpiranti ſimilis, oculis occidendi ſtudium

1 Θέωνος] *Theon* iſte, ni fallor, Samius fuit, Quintil. *lib.* XII. *cap.* 10. eum inter præcipuos pictores ponit, & concipiendis viſionibus, quas φαντασίας vocant, excelluiſſe, ſcribit. KONIGIUS.

Θέωνος] Samius fuit hic *Theo*, *concipiendis viſionibus*, *quas φαντασίας vocant*, excellens, teſte Quinctiliano. Vide Doctiſſ. Junium de *Pictoribus*. PERIZ.

2 Ἐκβοηθῶν] Ita Virgilius *lib.* V.

Intextuſque puer frondoſâ regius Idâ
Veloces jaculo cervos curſuque fatigat.

ubi Servius ad ultima verba, *laus picturæ*, inquit, *quaſi gerat, & non gerere videatur.* quod huic imagini jure merito tribui poteſt. KUHN.

Ἐκβοηθῶν] h. e. *accurrens*, vel *erumpens ad auxilium ferendum.* Sic quum Nicias exſcenſionem faceret in agros Corinthiorum, illi, ut ait Polyæn. I. 39. 1. Σπεύδῃ ἐκ' ὀκθέντες ἔθεον κωλύσοντες ἐκβαίνειν. Et Athen. X. 10. *p.* 435. ex Theopompo; Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς, καὶ ὠσπερεὶ ἐπὶ τὸ κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην· ἦν γὰρ πλυπότης, ϗ πολλάκις μεθύων ἐξεβοήθει. PERIZ.

3 Προβάλλεται δὲ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ἀσπίδα, *Inde ſcutum protendit*] Immo vero ἐμφαλικώτερον longe ſenſum præferunt Græca. Nempe, *ſcutum vero jam inde protendit*, quo declaratur, quam promptus & paratus fuerit ad pugnam, etiam antequam ad hoſtem perveniſſet, ſeu ab eo jam loco & momento, quo in hoſtem progredi primum incipiebat. Sic XIV. 24. Προβαλόμενοι τὰ ὅπλα, *arma iræ prætendentes.* Plut. *Cæſare*, τοὺς ὁπλίτας ἐν ὅπλοις ἐν προβολῇ, *in procinctu ſtantes*, ex-

ῦ σχήματος, ὅτι μηδενὸς φείσεται. 4 Καὶ πλέον οὐδὲν προείργασται τῷ Θέωνι, οὐ λοχίτης, 5 οὐ ταξίαρχος, οὐ λόχος, οὐχ ἱππεύς, οὐ τοξότης· ἀλλ' ἀπέχρησέν οἱ ἢ ὁ εἷς ὁπλίτης ἵστος πληρῶσαι τὴν τῆς εἰκόνος ἀπαίτησιν. Οὐ πρότερόν γε μὴν ὁ τεχνίτης ἐξεδίδου

peditis armis. Latini id dicebant eadem locutione, *projecta hasta impetum excipere hostium*, Nepos in *Chabr. cap.* I. Vide ibi *Notas.* IDEM.

4 Καὶ πλέον οὐδὲν προείργασται τῷ Θέωνι] *Et nihil amplius* (in ea scil. tabula) *elaboratum est à Theone.* Προεργάζεσθαι enim proprie est *summa & pene immodica cura aliquid facere.* Sic IV. 11. Diogenes etiam Socratem incusat προεργάζεσθαι τὴν οἰκίδιον, *maximo opere curavisse domunculam*, seu *nitorem domesticum.* Julian. *Or.* I. Τί χρὴ ταῦτα προεργάζεσθαι, h. e. *accurate exponere.* Hinc vero, quia omne nimium vertit plerumque in vitium, προέργου notare etiam cœpit *supervacuum*, *inane*, quale quid in immodica inesse solet cura. Isæus *Or.* 4. Περιέργους εἶναι τοὺς ἄλλως λέγειν λόγους, *supervacuum esse alias adferre rationes.* Hic vero loci notat simpliciter aliquid *cum cura elaborare*, sine ullo respectu alicujus accessionis, quæ ad ornatum tabulæ tantum faciat, qualia Græcis non πρόεργα, sed πάρεργα, dicuntur. Plin. XXXV. 10. *Adjecit parvulas naves longas in iis, quæ Pictores Parerga appellant.* Plutarchus *de Pythiæ Orac. p.* 400. τὰ τῆ χειροτέχναν πάρεργα παρέργως ἐξετάσωμεν, οὐ πολλοῖς γάρ εἰσι κομψοὶ, τὸ δὲ ψυχρὸν ὁ πανδεχοῦ καὶ προέργου ἐκπεφεύγασι. *Artificum parerga*, veluti gallum gallin. Apollinis manui impositum, *&c.) in transitu examinemus: sunt enim in multis elegantes, sed frigidum & Vanum non ubique effugerunt.* IDEM.

5 Οὐ ταξίαρχος, οὐ λόχος] Necesse est hoc in loco errorem esse. Scribo audacter, sed vere, οὐ λοχαγὸς in promptu sit demonstrasse. FAB. Faber οὐ λοχαγὸς. non inconcinne, & potest alterum hujus esse compendium. Dubito tamen, an sic scripserit Ælianus, cum ordo rei aliud suadere videatur. SCHEFF. Faber, οὐ λοχαγὸς. *Neque inconcinnum hoc*, & Vulgatum illud *Hujus haberi posse compendium*, existimat Schefferus; *dubitat* tamen, *an sic scripserit Ælianus, quum ordo rei aliud suadere videatur* Ego vero vix dubito, quum ordo rei quasi postulet, memoratis jam λοχίτης & ex Ducibus ταξιάρχαι, addi ergo etiam peculiarem & proprium τῶν λοχιτῶν Ducem, potius quam integrum λόχον: & præterea quum soleant passim à Veteribus ταξίαρχοι & λοχαγοὶ ita pariter ex minoribus ducibus potissimum nominari. Aristot. *Polit.* III. 3. ait eum, qui Dux evadat totius exercitus, debere istius artis peritiam didicisse στρατηγηθέντα, h. e. *ut militaverit sub alio Duce*, & dein etiam ταξιαρχήσαντα καὶ λοχαγήσαντα: h. e. *ut* prius minores in bello *Præfecturas gesserit*, Ταξιάρχας scil. & λοχαγούς. Xenophon Ἀναβασ. *lib.* III. ὃς ἐν πολλῷ στρατευόμενος κατατετριμμένος καὶ λοχαγῶν καὶ ταξιαρχῶν. Philo *de Vita Mosis lib.* I. καὶ ἄλλοις ὁμίλους λοχαγῶν καὶ ταξιάρχων. Sed & passim in rebus Romanis apud Dionys. Hal. & Alios. Sic satis ergo liquet, conjungi hæc sæpius, atque adeo verisimilius multo, Ælianum quoque hic scripsisse ἢ ταξίαρχος, ἢ λοχαγὸς, potius, quam ἢ λόχος: quum insuper reliqua omnia, ἱππεὺς &c. sint singularium Hominum, non integrorum ordinum, vocabula. Cæterum alio tempore & apud alium populum, alium quoque numerum, seu multitudinis significationem habuere τάξις & λόχος. Ælianus quidem in *Tacticis cap.* 4. Λόχον ait esse Octo, vel XII. vel XVI. Hominum, plane ut Schol. *Aristoph. ad* Ἀχαρν. *p.* 422. at Τάξιν Idem *cap.* 9. esse octo λόχων, & habere Homines CXXVIII. Qua ratione convenirent ferme, Ταξίαρχος *Centurioni*, Λοχαγὸς *Decurioni.* Sed & alii Græcorum Tactici posterioris temporis tradunt τοὺτον εἶναι λόχον, ἢ σίχον, καὶ ἀκίαν, καὶ κοντουβέρνιον. Vide Rigaltii *Glossarium v.* Ακία. Sed tamen antiquiores paulo Græci, rerum Romanarum scriptores, *Tribunos* appellant Ταξιάρχους, at *Centuriones* λοχαγοὺς. Dionys. Halic. *lib.* IX. in Oratione Consulis Fabii, modo ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς, modo χιλιάρχους καὶ λοχαγοὺς, ait. Sic & Appianus in *Bell. Civilibus* λοχαγοὺς identidem vocat *Centuriones.* Sed & apud Græcos λοχαγοὶ eodem modo distinguuntur à militibus in stipendiis & donativis accipiendis, quo *Centuriones* apud Romanos. Certe apud Xenophontem Ἀνάβασ. VII. *p. m.* 242. Militibus promittitur in singulos menses Daricus, at λοχαγοῖς *duplex*: plane ut passim apud Livium *Centurionibus.* Ceterum apud Lacedæmonios λοχαγοὶ erant honoratissimi, proximi πολεμάρχοις & regebant milites DXII. Vide Xenoph. *de Rep. Laced.* & maxime Thucydid. V. 66. & 68. atque *ibi* Scholia. Crediderim tamen Ælianum hic loci sumsisse vocabula generali sensu, ut sæpe à Græcis fieri testatur Eustath. *ad Il.* Δ. *pag. m.* 372. ἡ ὃ τραγῳδία, καὶ Ἄκκοι, λόχον φασὶ τὸ ἁπλῶς στρατιωτικὸν σύνταγμα, καὶ λοχαγὸν τὸν τότε Ἀρχοντα. Vide & omnino de his illustriss. Spanhemii *Notas ad Jul. Or.* I. *pag.* 236. &c. IDEM.

6 Ἔδειξε τοῖς ἐπὶ θέᾳ συνειλεγμένοις] Id quod alioquin facere solebant. Omnem enim picturam veteribus in publico proponere, deque ea populi judicium explorare moris erat. Plinius de Apelle: *perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, lib.* XXXIV. *cap.* 10. Adde

dium præferens, & minitabundus toto habitu, se nemini parsurum. Neque amplius quidquam *in ea tabula* pictum est à Theone, non gregarius miles, non centurio, non ordo, non eques, non sagittarius: sed vel unus hic armatus ei ad explendam imaginis per-

ξεκάλυψε τὴν γραφὴν, οὐδὲ ὁ ἔδειξε τοῖς ἐπὶ θέαν συνειλεγμένοις, πρὶν ἢ σαλπιγκτὴν παρετήσατο, ἢ προσέταξεν αὐτῷ τὸ παρορμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέλος 7 διάτορόν τε, καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα, καὶ οἷον εἰς τὴν μάχην ἐγερτήριον. Ἅμα τε οὖν τὸ μέλος ἠκούετο τραχύ, καὶ φοβερὸν, 8 καὶ οἷον εἰς ὁπλιτῶν ἔξοδον ταχέως ἐκβοηθούντων † 9 μελῳδήσῃ σάλπιγγι, καὶ ἐδείκνυτο ἡ γραφὴ, καὶ ὁ γρατιώτης ἐβλέπετο, ἢ μέλους ἐναργέστερα

† μελῳδήσης σάλπιγγι.

perfectionem satis fuit. Verum artifex non prius proposuit picturam, neque congregatis ad spectandum ostendit, quàm tubicinem juxta collocasset, eumque jussisset canticum inflare, incitandis militibus usitatum, penetrans & quam maxime sonorum, & ad pugnam erigere idoneum. Simul igitur audiebatur carmen asperum & horridum & quale tuba ad armatorum exitum, celeriter excurrentium in auxilium, sonare solet, & ostendebatur pictura, & miles conspiciebamanarum scriptores, *Tribunos* appellant Ταξιάρχους, at *Centuriones* λοχαγοὺς. Dionys. Halic. *lib.* IX. in Oratione Consulis Fabii, modo ταξιάρχους καὶ λοχαγοὺς, modo χιλιάρχους καὶ λοχαγοὺς, ait. Sic & Appianus in *Bell. Civilibus* λοχαγοὺς identidem vocat *Centuriones.* Sed & apud Græcos λοχαγοὶ eodem modo distinguuntur à militibus in stipendiis & donativis accipiendis, quo *Centuriones* apud Romanos. Certe apud Xenophontem Ἀνάβασ. VII. *p. m.* 242. Militibus promittitur in singulos menses Daricus, at λοχαγοῖς *duplex*: plane ut passim apud Livium *Centurionibus.* Ceterum apud Lacedæmonios λοχαγοὶ erant honoratissimi, proximi πολεμάρχοις & regebant milites DXII. Vide Xenoph. *de Rep. Laced.* & maxime Thucydid. V. 66. & 68. atque *ibi* Scholia. Crediderim tamen Ælianum hic loci sumsisse vocabula generali sensu, ut sæpe à Græcis fieri testatur Eustath. *ad Il.* Δ. *pag. m.* 372. ἡ ὃ τραγῳδία, καὶ Ἄκκοι, λόχον φασὶ τὸ ἁπλῶς στρατιωτικὸν σύνταγμα, καὶ λοχαγὸν τὸν τότε Ἀρχοντα. Vide & omnino de his illustriss. Spanhemii *Notas ad Jul. Or.* I. *pag.* 236. &c. IDEM.

6 Ἔδειξε τοῖς ἐπὶ θέᾳ συνειλεγμένοις] Id quod alioquin facere solebant. Omnem enim picturam veteribus in publico proponere, deque ea populi judicium explorare moris erat. Plinius de Apelle: *perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, lib.* XXXIV. *cap.* 10. Adde Nostrum *infra lib.* IV. *cap.* 12. & *Indicem* in in Προτίθημι. SCHEFF.

7 Διάτορόν τε, καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα, καὶ οἷον &c.] Censeo prius καὶ delendum esse, quo facto omnia erunt plana & expedita, quæ cæteroqui sunt hiulca & quasi lacera. Quid enim per se solum est γεγωνὸς ὅτι μάλιστα? At vero pulchre cohærent omnia, si dicatur, illud παρορμητικὸν μέλος γεγενέναι διάτορόν τε ὅτι μάλιστα, καὶ οἷον ἐγερτήριον εἰς τὴν μάχην. Διάτορον autem exponit Suidas, ἐξακουστὸν, ὀξύτερον, μεγαλόφωνον. In Cod. Lugd. est διάθορόν τι. PERIZ. Restitui γεγωνὸς, quod in præcedenti editione temere transierat in γεγονὸς: Eandem phrasin adhibuit Lucianus in *Gallo*: ὃς με θαυμαστὴν δαιμονίαν δαιμονῶντα, διατορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας ἐπήγειρας. Porphyrius in *vita Pythagoræ*: καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνός τι καὶ τερπνὸν ἀπεφθέγξατο. Et Noster *lib.* IX. *de Nat. Anim. cap.* 13. ὅταν ὁ βάτραχοι γεγωνότερον φθέγγονται.

8 Καὶ οἷον εἰς ὁπλιτῶν ἔξοδον ταχ. ἐκῶ. μελῳδήσῃ σάλπιγγι] Gesnerus maluit μελῳδήσης σάλπιγγος. At Kuhnius vulgatum retinet, & *Atticismum* dicit: *subintelligi enim* σὺν, vel, si hoc non placeat satis, *subintelligendum* ἐστί. Posterius hoc sine dubio verissimum est. Nam sensus est, μέλος τραχὺ καὶ φοβερὸν, καὶ τοιοῦτο, οἷόν ἐστι μελῳδήσῃ σάλπιγγι εἰς ἔξοδον. Ita IX. 38. μέλη μοιχικὰ, καὶ οἷα αἱρεῖν γυναῖκας, h. e. *& talia, quæ sint capiendis feminis idonea.* XIV. 37.

ραν τὴν φαντασίαν τοῦ ἐκβοηθοῦντος ἔτι καὶ μᾶλλον παραστήσαντος.

batur, cantico illo clariorem excurrentis imaginem menti etiam magis repræsentante.

οὐδεὶς οἷός τε ἐγένετο παραστῆσαι ἡμῖν, h. e. *nemo talis erat, qui* ab animo suo impetrare posset, ut *exhiberet nobis*, seu breviter, *nemo potuit*, vel, *ausus est exhibere nobis*. Plut. *de Aud. Poëtis*, τοῦτο καὶ πρὸς τὸν ἄσωτον οἷόν τε λέγεσθαι, *hoc tale est, quod etiam in intemperantem dici potest*. Basil. Mag. *Homil. de Utilitate ex Græcis* &c. ἕως γε μὴν ὑπὸ τῆς ἡλικίας ἐπακούειν τοῦ βάθους τῆς διανοίας αὐτῶν οὐχ οἷόν τε, h. e. *quamdiu res ita se habet, ut per ætatem non detur nobis percipere profunda intelligentiæ eorum*. Polyæn. I. 25. οἷον καὶ νῦν οἱ μονομαχοῦντες λῖνον ἔχουσι, Πιττακὸς ἐδίδαξεν, ubi, si locus est satis sanus, ita sunt hæc construenda, Πιττακὸς ἐδίδαξε τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' οἷον καὶ νῦν &c. PERIZ.

9 Μελῳδούσῃ σαλπιγγι] Atticismus est. subintelligitur enim, σὺν, vide indicem in σὺν. vel, τὸ ἐστὶ subintelligendum. KUHN.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ τρίτον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER III.

ΚΕΦ. α'.

Περιήγησις τῶν Θετταλικῶν Τεμπῶν.

Φέρε οὖν, καὶ τὰ καλούμενα [1] Τέμπη τὰ Θετταλικὰ, διαγράψωμεν τῷ λόγῳ καὶ διαπλάσωμεν. Ὡμολόγηται γὰρ καὶ ὁ λόγος, ἐὰν ἔχῃ δύναμιν φραστικὴν, μηδὲν ἀσθενέστερον, ὅσα βούλεται, δεικνύναι τῶν ἀνδρῶν, τῶν κατὰ χειρουργίαν δεινῶν. [2] Ἔστι δὴ χῶρος μεταξὺ κείμενος τοῦ τε Ολύμπου, καὶ τῆς Οσσης· ὄρη δὲ ταῦτ' ἐστιν ὑπερύψηλα, καὶ οἷον

CAP. I.

Describuntur Tempe Thessalica.

Age sane, etiam illa, quæ vocantur Tempe Thessalica, oratione depingamus atque effingamus. Nam in confesso est, orationem, si explicandi vim habeat, nihilo minus quæ velit ponere ob oculos posse, quam viros manuum artificio præstantes. Est vero locus inter Olympum & Ossam situs. Sunt autem hi montes alti-

1 Τέμπη] Vide Strabonem *lib.* IX. Plinium *lib.* IV. *cap.* 8. Solinum *cap.* 14. Melam. *cap.* 4. *lib.* II. Herodot. *lib.* VII. Lucianum. *lib.* VI. SCHEFF. Adde Ovidium *lib.* I. *Metam.* Apollod. *lib.* I. *Biblioth.* Livium. Gerbelium *lib.* II. *de Græcia.* Ortelium in *opere parergorum* &c. KUHN. & Theon. Soph. *Progymn. pag.* 19.

2 Ἔστι δὴ χῶρος] Uterque Codex, ἔστι δὲ χῶρος, qui consensus in qualemcunque lectionis Varietatem verbo videbatur notandus. Cæterum ut Auctor æquiparat vel præfert Pictu-

οἷον ὑπό τινος θείας φροντίδος [3] διεχισμένα, καὶ μέσον δέχεται χωρίον, ὃ τὸ μὲν μῆκος ἐπὶ τεσσαράκοντα [4] διήκει σταδίους, τὸ γε μὴν πλάτος, τῇ μέν ἐστι [5] πλέθρου, τῇ δὲ ᾗ [6] πλεῖον ὀλίγῳ. Διαρ-

altitudine immensa præditi, & quasi divina quadam cura divisi, atque in medio locum complectuntur, cujus longitudo in quadraginta stadia porrigitur: latitudo vero alibi est ple-

Picturæ descriptionem, quæ literis ac Stylo fit, sic Statuæ. Plutarchus in *Cimone*, *init.* εἰκόνα παλὺ καλλίονα νομίζοντες εἶναι τῆς τὰ σῶμα καὶ πρόσωπον ἀπομιμουμένης τὸν τοῦ ἤθους καὶ τρόπον ἐμφανίζουσαν. PERIZ.

3 Διεχισμένα] Mediceus & Sluisk. ᾠδιεχισμένα.

4 Διήκει] Gerbelius in *Græcia illustrata pag.* 55. legit πρήκει ex codice ab Oporino sibi mutuo dato. KUHN. Quod ex Oporini Codice notavit Gerbelius, & ex eo Kuhnius, idem reperi in Lugd. Nempe ᾠρήκει. Sluisk. habet διάκειται. Sed tamen, quia Vulgata haud dubie etiam ex Codd. MStis est sumpta, & quia Auctor etiam XIII. 16. similiter plane loquitur, λόφος ἐκ εἰς μέγα διήκει: ideo nihil Ego hic mutari velim. PERIZ.

5 Πλέθρου] Mensura est Spatii, in dimetiendis agris apud Græcos maxime usitata, quæ continebat 100. pedes, teste Suida. Polyæn. I. 38. 1. Λοιπὸν δ' ἦν ἀτείχιστον, ὅσον πλέθρου ἀυτομέτρης. h. e. *quanti spatii est plethrum justum*, seu *integrum*. Vertitur à multis *Jugerum*, etiam à Veteribus Romanis in rebus Græcorum memorandis. Certe Plinius in ipsa hujus Loci descriptione πλέθρου per *Jugerum* reddidisse videtur. Ait enim *Nat. Hist.* IV. 8. *Tempe quinque millium passuum longitudine, & ferme sesquijugeri latitudine.* Nempe quinque millia passuum longitudinis faciunt ipsos τεσσαράκοντα σταδίους, quam *longitudinem* huic Loco Ælianus tribuit. *Stadia* enim ipse Plinius diserte II. 23. definit *centum viginti quinque nostris*, h. e. Romanis, *passibus*. Ita ergo longitudo ἀπὸ Τεμπῶν apud Ælianum & Plinium est prorsus eadem; at *Latitudo* apud Nostrum est hic *plethri*, ilic *paulo amplioris spatii*, apud Plinium vero *ferme sesquijugeri*, h. e. *paulo amplioris, quam jugeri*: quo proinde expressisse videtur ille, quod Ælianus dixit πλέθρου. Similiter prorsus quum Theophrastus *Histor.* IX. *cap.* 6. dixisset. ᾠδεισεν δ' εἶναι φασι δύο μόνους, τὸν μὲν ὅσον εἴκοσι πλέθρων, τὸν δ' ἕτερον πολλῷ ἐλάττονα: Plinius hunc secutus sic ea reddidit XII. 25. *Balsamum uni terrarum Judææ concessum, quondam in duobus tantum Hortis, utroque Regio, altero Jugerum XX. non amplius, altero pauciorum.* Sed & Pyramidi maximæ, cui Græci, Herod. II. 125. Aliique, tribuunt ὀκτὼ πλέθρα, ille XXXVI. 12. *octo jugera soli* assignat, secus quam Mela I. 9. qui *quatuor* tantum *jugera* illi largitur. Manifestum ex his, *plethrum* fuisse Plinio *jugerum*. Vicissim vero Græci quoque reperiuntur in Historia Romana *jugerum* explicuisse voce illâ πλέθρου. Celebris est Licinia Lex, *ne quis plus quingenta agri jugera possideret.* Eam Appian. *Bell. Civ. lib.* I. *init.* sic reddit μηδένα τῶν πεντακοσίων πλεθρων πλέον ἔχειν. Et Plutarch. in *Gracchis*, νόμος ἐκ εἰῶν πλέθρα γῆς ἔχειν πλείονα πεντακοσίων. Et tamen *Jugerum* est ducentorum & quadraginta pedum longitudinis. Quintil. *Inst. Or.* I. 10. *Jugeri Mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidios in latitudinem patere, non fere quisquam est, qui ignoret.* Sed & diserte Hero, τὸ ἥμισυ ἴγμα πλέθρου δύο. Vide Salmas. *Plin. Exerc. pag.* 583. & 684. Adde Doctiss. Bernardum *de Pond. & Mensuris* pag. 225. At *Plethrum* centum est pedum, ut dixi, non tantum Suidæ, Heroni, sed & Polybio *lib.* VI. ubi ait Prætorii aream esse τετράπλεθρον, nempe ita, ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκατὸν ἀπέχειν πόδας τῆς σημαίας, *ut omnia latera centum pedes distent à signo*, quod in medio areæ fixum erat. Dicendum itaque, Historicos promiscue hæc vocabula *Plethri & Jugeri* accepisse, quia Hæc usitatissima erat Romanorum, Illa Græcorum mensura, qua agrorum spatium designabant, unde & in vulgari sermone ἀπλέθρου significat Græcis generatim *immensum*, seu quod mensuram, quæ maxime πλέθρῳ inibatur, facultatemve metiendi excedit: atque adeo in rebus Græcis πλέθρου 100. pedes significare, at in Romanis Græce expositis re-

Διαῤῥεῖ δὲ [7] μέσου αὐτοῦ ὁ καλούμενος [8] Πηνειός· εἰς τοῦτον δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ποταμοὶ συῤῥέουσι, καὶ ἀναχοινοῦνται τὸ ὕδωρ αὐτῷ, καὶ ἐργάζονται τὴν Πηνειὸν ἐκείνοι μέγαν. Διατελεῖ δὲ ἔχων ποικίλας, καὶ παντοδαπὰς ὁ τόπος οὗτος, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ [9] φύσεως αὐτόματα, [10] εἰς κάλλος τότε φιλοτιμησαμένης, ὅτε ἐλάμβανε γένεσιν ὁ χῶρος. Κιτίος μὲν γὰρ πολὺς καὶ

plethri, alibi paulo etiam amplior. Per hunc medium labitur, qui Peneus appellatur: in eum vero & reliqui fluvii confluunt, & aquam ei impertiuntur, Peneumque illi magnum efficiunt. Habet autem hic locus varios & omnis generis amœnos recessus, non manus humanæ opera, sed spontanea naturæ, quæ tunc omnia ad pulchritudinem ei conferre studuit, quando locus primum

respondere *jugero*. Sed & diversam Græcis τὸ πλέθρον habuisse significationem colligitur ex Suida, qui πλέθρον, ait, τὸ τῶν σταδίων ἕκτον μέρος, ὅπερ πηχῶν ξη· ὅλον γὰρ τὸ στάδιόν ἐστι τετρακοσίων, Η παλαχόθεν ἔχον πόδας λη, ΚΑΙ' πλεθριαῖον διάστημα· ἔχει δὲ τὸ πλέθρον πόδας ρ *Plethrum est sexta pars stadii, quæ est cubitorum 68. integrum enim stadium est quadringentorum. VEL*, scil. *Plethrum est* (Male enim Portus sequentia refert ad *stadium*, & supplet hoc modo, *Vel stadium vocatur id agri spatium, quod ab omni parte &c.*) spatium quadratum, *quod ab omni latere habet* 38. *pedes. ET, intervallum* seu *spatium plethri: Habet autem plethrum* (seu, *Plethri* mensura) *pedes* 100. In numero *cubitorum*, quo definit Suidas *sextam partem stadii*, hæret vitium, licet paulo ante eundem accuratius etiam expresserit, ἔχει δὲ τὸ πλέθρον πήχεις ξη. δίμοιρον, *habet autem plethrum cubitos* 68. & *duas partes tertias*, h. e. *duos trientes*. Legendum enim utrobique ξς. h. e. 66. Id enim postulat cum Eustath. *ad Il.* Ε. Εστι δὲ πέλεθρον, τὸ δὲ πλέθρον, μέτρον γῆς πηχέων ξς. δίμοιρα, ὡς ὁ τῆς Απίωνος καὶ Ηρεδώρου φέρεται. Et *ad Il.* Φ. Διάστημά ἐστι ποδῶν ἑκατὸν, ἤτοι πηχέων ξς. καὶ δίμοιρα: Tum Ratio; nam *Cubiti* 66. (non 68.) *cum duabus tertiis partibus* faciunt accuratissime ipsam *sextam* partem *Quadringentorum Cubitorum*, quot cubitorum est *Stadium*. Ex Suida vicissim jam emendandus est Hesychius, qui ita exponit πέλεθρον, μέτρον γῆς, ὁ φασι μυρίας πόδας ἔχειν, ἰσχυὲς δὲ σταδίου ἑκατόν. Recte ait *habere decem millia pedum*. Nam si cogitemus & statuamus *plethrum* quadratum, centum pedum ex omni parte, ut faciunt rei gromaticæ Auctores, reperiemus in tali quadrato spatio inesse ipsos μυρίους πόδας. Recte ergo illud habet, sed quod sequitur de *Centum stadiis*, etiam in Vulgatissima nunc Lexica hinc immissis, alienissimum est. Lege omnino τινὲς δὲ σταδίου ἕκτον, & ita habebis, quod Hesychius dicere voluit. PERIZ.

6 πλεῖον ὀλίγῳ] Uterque MS. μεῖζον ὀλίγῳ.

7 Μέσου αὐτοῦ] Nicolaus Gerbelius ex codice Oporini legit αὐτῷ μέσῳ *l. c.* KUHN.

8 Πηνειός] Scholiastes Theocriti *ad Idyll.* I. 7. Πηνειὸς ποταμὸς Σικελίας. Leg. Θετταλίας. quomodo Eundem scripsisse apparet ex iis, quæ notavit *ad v.* 69. Πῆ ποτε ἦτε, ἢ κῆ καλὰ Τέμπεα τῆ Πηνειῆ ἧτε; ποταμὸς Θετταλίας.

9 Φύσεως αὐλόμαλα] MSS. B. & C. φύσεως αὐλομάτως. Suspicor hoc αὐλομάτως primum fuisse transsumptum ex glossa in textum, pòst mutatum in αὐλόμαλα, & idcirco delendum. SCHEFF. Eleganter ab Auctore ἀλσεσι & fecessus illi dicuntur φύσεως αὐλόμαλα, *à naturâ facti sua sponte*, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, *non opera manu facta*, quæ oppositio non est tollenda è textu, rejecto vocabulo αὐλόματα, nec tamen admodum repugnabo, si quis αὐλόματα acceperit pro αὐλομάτως, sublatâ interpunctione. KUHN.

Φύσεως αὐτόματα] In neutro sic legitur Codice. Nam Sluisk. habet αὐτομάτως, Lugd. vero αὐτομάτως, itidem ut Schefferi B. & C. h. e. duo ex Regiis. Prætulerim tamen Sluiskiani lectionem, quam à Regio primo, ut solet, firmari, nullus dubito. Sic Hesiod. Ἔργ. 118.

καὶ εὖ μάλα λάσι☉ ἐναιμάζει καὶ τέθηλε, καὶ δίκην τῶν εὐγενῶν ἀμπέλων κ☽ τῶν ὑψηλῶν δένδρων ἀνέρπει, καὶ συμπέφυκεν αὐτοῖς. [11] πολλὴ ὁ μίλαξ, † ἡ μὲν πρὸς αὐτὸν τ πάγον ἀνατρε-

† κ☽ ἡ μὲν.

——— καρπὸν δ' ἔφερε ζειδωρ☉ ἄρουρα
Αὐτομάτη. ———

mum est ortus. Nam hedera in eo copiosa & admodum hirsuta viget germinatque, &, instar generosarum vitium, in proceras arbores ascendendo serpit, atque ipsis adnascitur: sed & multa milax, hæc vero in collem ipsum

gentes, qui s'en aquittent avec honneur & eclat. Pessime profecto, & insciteprorsus. Sensus enim est, *honoratum ab Imp.* &c. *conjunctione illorum Sacerdotiorum*, seu potestate, ea in se Uno conjungendi, (nam erat simul Ἀρχιερεὺς τ πατρίδ☉, & Ἀρχιέρεως τ Ἀσίας ναῶν τ ἐν Περγάμῳ) *Liberalitate usum splendide & magnanime in Ingeniosos utriusque Civitatis.* Posterior *p.* 403. continet Rescriptum Impp. Severi & Antonini ad Smyrnenses de immunitate Claudii Rufini, τὴν γῆν εἰς τὰ ἄλλα μέρειν ἀπραξμοσύνην ἀκεινη τον ω☉ δικαιότατον ἐστιν· ὃ γ☽ ἄξιον, τῷ ἀνδρὶ τὴν εἰς ὑμᾶς φιλοτειμίαν γενέσθαι ζημίαν, ubi Sponius, *faites donc en sorte, qu'il ne soit pas troublé par d'autres occupations, comme il est juste: car ce seroit une chose indigne de luy, que l'affection, qu'il vous porte, luy devint une supplice.* Quam diversa hæc sunt iterum à Græcis! in quibus legas velim ἀκείνητον αὐτῷ & dein ea sic vertas, *Æquissimum igitur est, ut reliquorum* (postquam rogatus à Populo susceperat τὴν στρατηγίαν, licet omnium onerum & munerum civilium immunis esset propter Eruditionem) *immunitas ipsi maneat immota. Indignum enim est, liberalitatem suam*, seu *studium in Vos*, *damnosum evadere Viro.* Addo his locum ex Athanasii *Syntagmate Doctrinæ* æque perperam intellectum & explicitum ab ejus Editore, Andr. Arnoldo. Dicit Athanas. *p.* 5. de Monachis, δεῖ ἀνακεχωρεστμίσθαι εἶναι ἀπὸ γυναικῶν, κ☽ μὴτ εἰς ὁμιλίαν αὐτῶν ἔρχεσθαι, εἰ δυνατὸν, μήτε ὁρᾶν αὐτὰς φιλοτιμεῖσθαι, ἵνα μήτις ζημία γένηται, ἢ μοιχεύσῃ καρδίᾳ διὰ τῆς τ ὀφθαλμῶν ὁράσεως, quorum postrema ita accipit & vertit Arnoldus, *ne intueantur eas quidem, quando vel maxime honorare cupiunt* (scil. Feminæ illos Monachos, ut exponit in Notis) *ne quid suboriatur vitii, postquam cor vel oculorum aspectu adulteratur.* At Tu verte, *neque studeant* scil.

τρέχει καὶ ἐπισκιάζει τὴν πέτραν, * [12] καὶ ἐκείνη μὲν ὑπολανθάνει ὁρᾶτα ὢ τὸ χλοάζον πᾶν, ἡ ἔστιν [13] ὀφθαλμῶν πανήγυρις. Ἐν αὐτοῖς ὲ τοῖς λείοις καὶ [14] καθημένοις ἄλση τέ ἐστι ποικίλα, καὶ ὑποδρομαὶ συνεχεῖς, ἐν ὥρᾳ καὶ ὑποδρομαὶ συνεχεῖς, ἐν ὥρᾳ καταφυγεῖν ὁδοιπόροις ἥδιστα θέρους καταφυγεῖν ὁδοιπόροις ἥδιστα καταγώγια, ἃ ἡ δίδωσιν ἀσμένως [15] ψυχᾶσθαι. Διαῤῥέουσι ὲ ἡ κρῆναι συχναὶ, καὶ ἐπιῤῥεῖ νάματα ὑδάτων ψυχρῶν, καὶ πιεῖν ἡδίστων. Λέγεται ὲ τὰ ὕδατα ταῦτα καὶ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι, καὶ [16] εἰς ὑγίειαν

ipsum exsurgit & rupem inumbrat: & ea quidem latet, cernitur vero nihil præter viridantem herbam, estque illa oculorum quædam oblectatio. In ipsa vero planitie & convalle varia sunt nemora & receptacula continua, æstivo tempore suavissima ad confugiendum viatoribus diversoria, quæ etiam suaviter refrigerandi dant copiam. Perfluunt etiam fontes crebri & scaturigines eo fluunt aquarum frigidarum, & ad bibendum suavissimarum. Has vero aquas perhibent prodesse etiam lavantibus, & ad sanitatem

* ἡ ὃ ὑπολ.

Laërt. in *Chilone*, † λεβήτων αὐτομάτων ζεσάντων. Videntur autem Librarii existimasse, Generis in hac Lectione inesse discrepantiam, & ideo variis eam modis mutavisse, ignari, dici non tantum ὁ Αὐτόματ☉ & ἡ Αὐτομάτη, sed etiam ὁ κ☽ ἡ Αὐτόματ☉. Sic apud eundem Hesiodum, ex quo habuimus modo αὐτομάτη, reperitur Ἐργ. 103. Αὐτόματοι γάσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσι. Et apud Hom. *Il.* E. αὐτόματοι πύλαι μύκον ἀρουῖ Sic αὐτόματοι μηχαναί, Vide Eustath. *ad Hom. Il.* Σ. *p. m.* 1201. PERIZ.

10 Εἰς κάλλ☉ φιλοτιμησαμένης] h. e. *ambitiosam se præbentis in amœnitatem loci, omnia studiose conferentis ad pulchritudinem.* Sic Diodorus Sicul. *lib.* I. *p.* 43. *Ed. Hanov.* Πολλὰς (βασιλέας) εἰς τὴν αὔξησιν τ πόλεως περιφιλοτιμηθῆναι παρειλήφαμεν. Et *lib.* IV. *p.* 283. ἡ Σύσκηπ☉ τ Ῥωμαίων εἰς τὰς τ θεῶ τιμὰς φιλοτιμηθεῖσα. Etenim φιλοτιμία proprie quidem notat *ambitionem*, & *studium Honorum.* Sed quia ambitiosi *magno studio* res suas agunt plerumque, & simul crebra utuntur *largitione*, inde & utramque hanc significationem vocabulum illud accepit. Hinc jam explicandæ sunt duæ Inscriptiones Sponii perperam ab eo intellectæ & versæ. Occurrunt eæ in ipsius *Itinere*, prior *p.* 394. quæ tradit Thyatirenum quempiam, Sacerdotem maximum Patriæ suæ, & simul Templorum Asiæ in Urbe Pergamo, τιμηθέντα ὑπὸ τῆ θειοτάτ☉ Αὐτοκράτορ☉ Μ. Αὐρ. Σεβ. Αντωνείνῳ Σεβαστῷ συνάψαι τὰς Ἀρχιερωσύνας, τοῖς ὅλοις ἐν ἑκατέραις ταῖς πόλεσιν φιλοτιμησάμενον ἐνδόξως κ☽ μεγαλοφρόνως. Quæ vertit Sponius, *honoré par les très divin Empereur M. A. S. Antonin des charges du Pontificat, qu'il a données dans l'une & l'autre Ville à des personnes intelli-*

σμίλαξ. *Smilax* porro est genus hederæ, unde Κιττοειδὲς φυτὸν, Hesychio, quem vide. IDEM.

Σμίλαξ] Edidi μίλαξ sequutus fidem MSS. & μίλαξ quoque vocatur ab Aristophane in *Nubibus* 1003. atque Athenæo *lib.* V. *cap.* 7. ex MS. Mediceo. Ovid. *lib.* IV. *Met.* 283.

Et Crocon in parvas versum cum Smilace flores.

Ubi membranæ nostræ habent *Milace.* Neque aliter Codex MS. Plinii *lib.* XXI. *cap.* 9. *Milacis & ederæ.*

12 Καὶ ἐκείνη μὲν] Nihil hic mutandum censeo, licet sint, qui in superiori commate pro ἡ μὲν, legant, κ☽ ἡ μὲν, & hoc loco, ἡ ὃ ὑπολανθάνει. Non enim video, quæ in his membris sit oppositio, quam alioquin hæ particulæ constituunt. Certè in priore de nullâ aliâ re agitur, quam de πέτρᾳ, quæ smilace cooperta scribitur. Ut, si quid est mutandum, μὲν illud ultimum. delerem, & post πέτρᾳν punctum scriberem. SCHEFF. Quid textus habeat mutandum, non video. Nam πολλὴ σμίλαξ Atticis dicitur absolute loco πολλῆς σμίλακ☉ ἡ μὲν &c. KUHN.

13 Ὀφθαλμῶν πανήγυρις] Retinuit Interpres hocce vocabulum, sed recte verti potest *oblectatio.* Sic plane XIII. 1. itidem de oblectatione ex amœnitate loci, ἀνθῶν εἰς ἑορτὴν ὄψεως

ὑγίειαν αὐτοῖς συμβάλλεσθαι. Καὶ ᾄδουσι δὲ καὶ ὄρνιθες ἄλλος ἄλλην διεσπαρμένοι, καὶ μάλιστα οἱ μουσικοί, καὶ ἑστιῶσιν οὗ μάλα τὰς ἀκοάς, καὶ ἡδυπέμπουσιν ἀπόνως, καὶ σὺν ἡδονῇ, διὰ μέλους τὸν κάματον τῶν παριόντων ἀφανίσαντες. Παρ' ἑκάτερα δὲ τοῦ ποταμοῦ αἱ ἀλγατριαὶ εἰσιν αἱ προειρημέναι, καὶ αἱ ἀνάπαυλαι· διὰ μέσων δὲ τῶν Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ἔρχεται, ὀχλῇ καὶ πραΰτητι [17] πρεπόντως ἐλαίου δίκην. Πολλὴ δὲ καὶ αὐτῷ ἡ σκιὰ ἐκ τῶν παρυδρευκότων δένδρων, καὶ τῶν ἐξηρτημένων κλάδων πίπτεται, [18] ὡς ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας αὐτὴν [19] προήκουσαν ἀποστέγειν τὴν [20] ἀκτῖνα, [21] καὶ παρέχειν τοῖς πλέουσι πλεῖν τὴν ψυχήν. Πᾶς δὲ ὁ θεσσαλικὸς λεὼς συνίασιν, ἄλλοι σὺν ἄλλοις, καὶ θύουσι, καὶ συνουσίας ποιοῦνται, καὶ συμπίνουσιν. Ἅτε οὖν πολλῶν ὄντων τῶν θυόντων, καὶ τῶν [22] καθαγιζομένων συνεχῶς, εἰκότως καὶ τοῖς βαδίζουσι καὶ τοῖς πλέουσιν ὀσμαὶ συμπαραμείβουσιν ἥδισται. Οὕτως ἄρα ἡ τιμὴ ἡ θεσσαλῶν, ἡ περὶ τὸ κρεῖττον, ἐκθεοῖ τὸν τόπον. Ἐνταῦθά τοί, φασι παῖδες Θετταλῶν, καὶ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Πύθιον [23] καθῆρθαι κατὰ πρόσταγμα τοῦ Διός, ὅτε τὸν Πύθωνα [24] τὸν δράκοντα κατετόξευσεν, ἔτι φυλάττοντα τοὺς Δελφούς, [25] τῆς Γῆς ἐχούσης τὸ μαντεῖον· στεφανωσάμενον

ὄψεως συνπλεῖν δυναμένων. h. e. *festivitatem, lætitiam aspectus*, & mox, καὶ παρὸν τῇ πανήγυρει συνεορτάζειν, καὶ κατὰ τὴν εὐωδίαν ἑστιᾶσθαι, & *erat istic copia cum aliis rebus se oblectandi, tum etiam fruendi suavi odore*. Nempe πανήγυρις proprie est festivus & solennis populi totius conventus, qui ludis, & omni genere lætitiæ publicæ, celebrari solebat. Ea jam causa est, quare hoc vocabulum etiam pro *oblectatione* & *voluptate* sæpe fuerit positum, immo reperiatur conjunctum cum τρυφῇ. Julian. *Or.* I. *pag.* 38. Ἀναλαβὼν δὲ αὐτὸν εἰς τὴν πλησίον πόλιν τρυφῶσαν καὶ πολυπλῆ, οὐ πανηγύρεσι καὶ τρυφαῖς ἔτερπε τὸν χρόνον. PERIZ.

14 Καθημμένοις] Gerbelius ex Codice Oporini καθειμμένοις, *demissis, submissis*. KUHN. Quod Gerbelius in Oporini Codice, idem Ego in Lugd. reperi, καθειμμένοις, h. e. *demissis, submissis locis*. Sed vulgatum tuetur Sluisk. & Græcæ Linguæ usus. Vide Suidam. PERIZ.

15 Ψυχᾶσθαι] ψύχεσθαι, vel ψυχάζεσθαι legi vult Gesnerus. Nihil muto. Vide Indicem in ψυχάω. KUHN.

16 Εἰς ὑγίειαν αὐτοῖς συμβάλλεσθαι] MSS. B. & C. εἰς ὑγίειαν ἀγαθῶν συμβάλλεσθαι. fortè fuit *a prima manu*, εἰς ὑγίειαν αὐτῶν συμβάλλεσθαι.

tem multum conferre. Occinunt etiam aves hinc inde dispersæ, & maxime, canoræ eæque auribus magnam voluptatem afferunt, & minime fatigatos ac cum voluptate transmittunt, cantu illo transeuntium laborem diminuentes. Ad utrumque latus fluminis amœni sunt receſſus, de quibus antea dixi, & quieti apta loca: per media vero Tempe fluvius Peneus labitur otioſe & leniter procedens in modum olei: multa autem in eo umbra ex adſitis arboribus & dependentibus inde ramis exſiſtit, ut in maximam diei partem illa progreſſos arceat ſolares radios, & navigantibus per frigus navigandi copiam

SCHEFF. ἀγαθῶν irrepsit ex præcedentibus cum quâdam detorsione. Cæterum longè alia sunt, quæ de aqua circa Theſſalica Tempe Plinius tradit *lib.* XXXI. *cap.* 3. de *Peneo* & aliis fluminibus, divinis honoribus cultis Max. Tyr. *dissert.* 38. KUHN.

17 Πραΐων ἐλαίῳ δίκην] Imitatur Homerum *Iliad.* B. 753.

Οὐδ' ὅγε Πηνείῳ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
Ἀλλά τέ μιν κραδύπερτε ἐπιῤῥέει ἠΰτ' ἔλαιον.

Ad quem locum reſpicit Plinius *lib.* IV. *cap.* 8. *Accipit* (Peneus) *amnem Euroton, nec recipit, sed olei modo supernatantem* (*ut dictum est Homero*) *brevi spatio portatum abdicat*. Sed & eundem loquendi modum adhibuit Propheta Ezechiel *cap.* 34. והרותם כשמן מימיהם אשקיע *tunc puriſſimas reddam aquas eorum, & flumina eorum tanquam oleum adducam.*

18 Ὡς ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας αὐτὴν] Uterque MS. αὐτὴ. Ἀττικῶς. Vide Vigerum *de Idiotism. L. G.* v. 3. 2.

19 Προήκουσαν] Codex Oporini προσήκουσαν. KUHN. Ut Oporini Codex, ſic iterum & Lugd. προσήκουσαν. Sed male. Nam ve-

πλέουσι πλεῖν τὴν ψυχήν. Πᾶς δὲ ὁ θεσσαλικὸς λεὼς συνίασιν, ἄλλοι σὺν ἄλλοις, καὶ θύουσι, καὶ συνουσίας ποιοῦνται, καὶ συμπίνουσιν. Ἅτε οὖν πολλῶν ὄντων τῶν θυόντων, καὶ τῶν [22] καθαγιζομένων συνεχῶς, εἰκότως καὶ τοῖς βαδίζουσι καὶ τοῖς πλέουσιν ὀσμαὶ συμπαραμείβουσιν ἥδισται. Οὕτως ἄρα ἡ τιμὴ ἡ θεσσαλῶν, ἡ περὶ τὸ κρεῖττον, ἐκθεοῖ τὸν τόπον. Ἐνταῦθά τοί, φασι παῖδες Θετταλῶν, καὶ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Πύθιον [23] καθῆρθαι κατὰ πρόσταγμα τοῦ Διός, ὅτε τὸν Πύθωνα [24] τὸν δράκοντα κατετόξευσεν, ἔτι φυλάττοντα τοὺς Δελφούς, [25] τῆς Γῆς ἐχούσης τὸ μαντεῖον· στεφανωσάμενον

piam præbeat. Omnis autem vicinus populus, alii cum aliis, conveniunt, & ſacra faciunt, & cœtus ac convivia inſtituunt. Quum igitur multi ſint, qui ſacra faciunt, & hoſtias continuo adolent, conſequens eſt, ut & ingredientes iſtac & navigantes comitentur odores ſuaviſſimi. Ita vero aſſidua Numinis veneratio locum efficit ſanctum. Hîc ergo, ajunt Theſſali, etiam Apollinem Pythium ex mandato Jovis expiatum, quum Pythonem ſerpentem, cuſtodientem adhuc Delphos, Terra oraculum tenente, ſagittâ interemiſſet: coronatum igitur ex hac lauru Tempica, & ramo in dextram

verum eſt, quod editur, & Sluisk. præfert. Sic προήκουσι ἡλικία, Polyæn. in *præf. Strateg.* Τῆς νυκτὸς ἤδη προηκούσης *infra* IX. 29. Paulo ante reſtitui ex MStis & Editis, quod ex Kuhniana exciderat, καὶ αἱ ἀνάπαυλαι. PERIZ.

20 Ἀκτῖνα] Idem Codex ἀκτῖνας. KUHN.

21 Καὶ παρέχειν τοῖς πλέουσι πλεῖν τὴν ψυχήν] Repoſui πλεῖν, quum uterque meus, & Sluisk. & Lugd. ita legant; cui conſenſui multum tribuo, quia uſu deprehendi, ex diverſis cæteroqui Codicibus deſcriptos, atque adeo Sluiskianum Regio primo, Lugdunenſem tertio ſemper pene congruere. Videntur autem Librarii illi, quibus debetur, ſi non potius primo Editori, vulgata Lectio, non potuiſſe hic ferre Infinitum in Accuſativi vim redactum, cum in promptu eſſet Accuſativus Nominis. Sed tamen ſic ſolent Græci & ipſe Ælianus. *Infra* XIII. 6. Τὸν δ' ἕτεροι (οἶνον) ἀγευστίαν ἐμποιεῖν, καὶ ἀνιᾶσθαι παρέχειν. XIII. 16. Ἐπιδάμνιοι δὲ ἐπιδημεῖν καὶ μετοικεῖν παρεῖχον τῷ βουλομένῳ. Lucian. *de M. Peregr.* ἔνιοι τὸ μὴ ἀποθανεῖν. PERIZ.

22 Καθαγιζομένων] Codex Oporini & Lugd. καθαγιζόντων. Et ſane forma hæc activo in ſenſu uſitatior eſt alterâ. Hinc Suidas & Heſych. καθαγίσω exponunt, ille κρύσω, καθιερώσω, hic συντελίσω, καὶ καθιερώσω. Dionyſ. Hal. *lib.* VII, *extr.* ἀπαρχὰς ἀλφίτοις δεύοντες καὶ καθαγίζοντες ἐπὶ τῶν βωμῶν, *primitias farina aspergentes & adolentes in aris*. Diod. Sic. *lib.* V. Τὸν κακοῦργον μεθ' ἑλκῶν πολλῶν ἀπαρχῶν καθαγίζουσι. Sic ἐναγίζειν, Auctor v. 21. μίσει τῶν νῦν ἐναγίζουσι τοῖς παισὶ Κορίνθιοι. At καθαγίζεσθαι paſſive accipitur, Lucianus *de Luctu p. m.* 430. Τρέφονται δ' ἄρα ταῖς παρ' ἡμῶν χοαῖς, καὶ καθαγιζομένοις ἐπὶ τῶν τάφων. *Aluntur libationibus noſtris, & inferiis, quæ fiunt in ſepulchris*. IDEM.

23 Καθῆρθαι] Propter occiſum Pythonem. Notum, omnes homicidas veteribus pro impuris habitos, coactoſque certis ritibus purificare ſe, & cædem expiare. (vide *infra l.* VIII. *c.* 5.) Eum morem mandato Jovis Apollo hoc loco obſervat, uti etiam Pauſanias nos docet, in *Phocicis*. Locum ipſum vide, quoniam præcipuè huc pertinet. SCHEFF.

24 Τὸν δράκοντα] Imo καλλίστην ἄνδρα, ἐπικλῆσιν δὲ Δρακοντα. Teſtis *Ephorus* apud Strabonem *lib.* IX. ubi cætera hujus hiſtoriæ reperias, non ex Poëtarum figmentis, ſed rei veritate deſcripta. IDEM.

25 Τῆς γῆς ἐχούσης τὸ μαντεῖον] Julius Hyginus *fabula* CXL. *Python Terræ filius, draco ingens. Hic ante Apollinem ex oraculo in monte Parnasso responsa dare solitus erat*. Adde quæ

μενον ἓν ἐκ ταύτης τ̃ δάφνης τ̃ Τεμπικῆς, καὶ λαβόντα κλάδον εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα (16 ἐκ τ̃ αὐτ̃ δάφνης) ἐλθεῖν εἰς Δελφούς, καὶ ἀναλαβεῖν τὸ μαντεῖον τ̃ Διὸς καὶ Λητ̃ς παῖδα. Ἐστι δὲ καὶ βωμὸς ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ ἐστεφανώσατο, καὶ 17 τ̃ κλάδον ἀφεῖλε. Καὶ ἔτι

tram manum ſumpto, veniſſe Delphos, & oraculum occupaſſe Jovis & Latonæ Filium. Eſt etiam ara in eo ipſo loco, ubi coronatus eſt, & ramum abſtulit. Proinde etiamnum nono quoque anno Delphi nobiles pueros mittunt & architheorum unum ex iis

ſequuntur. Pauſanias in *Phocicis:* Τὸν ἀποθανόντα ὑπὸ τ̃ Ἀπόλλωνος, ποιητὴν μὲν δράκοντα εἶναι, καὶ ἐπὶ τῇ μαντείᾳ φύλακα ὑπὸ Γ̃ς πεχθῆναι φασί. Conſule etiam Apollodorum *lib.* I. *Bibliothec.* IDEM.

26 Ἐκ τ̃ αὐτ̃ δάφνης] Aut ſpiritus in αὐτ̃ aſperandus eſt, aut αὐτ̃ς legendum, uti in ſequent. ἀπὸ τ̃ αὐτ̃ς δάφνης. Interpres omiſit planè.. vel etiam τὸ αὐτ̃ adverbium eſt τοπικὸν, & ſignat, *ejus loci laurum.* KUHN.

Ἐκ τ̃ αὐτ̃ δάφνης] Ita & Lugd. At Sluisk. αὐτ̃ς, uti jam legendum ſuſpicabatur Kuhnius. Ego tamen quia proxime in hac ipſa Periodo præceſſit ἐκ ταύτης τ̃ δάφνης, & mox iterum ſequitur, ἀπὸ τ̃ αὐτ̃ς δάφνης, valde ſuſpecta hæc habeo, ut ex margine orta. Certe enim ſupervacua prorſus ſunt, & varietas illa Lectionis in tam ſuſpecta lacinia videtur neſcio quid νοθείας præferre. De re ipſa vide Schefferum, & quos ille laudat, ut & Munkerum *ad Hygin. fab.* 140. Cæterum Ovidius *Metam.* I. 450. *laurum* tunc nondum exſtitiſſe canit,

Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
PYTHIA perdomitæ ſerpentis nomine dictos,
Hic juvenum quicunque manu pedibuſque rotave
Vicerat, Eſculeæ capiebat frondis honores;
Nondum LAURUS erat, longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Sed recte Noſter. Nam expiatio hæc Apollinis aliquandiu poſt demum facta juſſu Jovis. Poſt Pythonis quippe cædem *fugiſſe* dicitur Apollo *in* hæc *Tempe*, ut tradit Plutarchus *Quæſt. Græc. p.* 293. immo *novem iſtic annos in exilio egiſſe*, & tum demum *expiatus*, *rediiſſe Delphos*, & *oraculum occupaſſe*, Idem *de oraculorum defectu*, *pag.* 418. & 421. ſed qui locus corruptiſſimus eſt: Τὸ δ' ἀποκλείναντι (ſcil. πύθωνα) μήτ' οἰκεῖα ἐτῶν, μήτ' εἰς τὰ Τέμπη γενέσθαι μὴ τῷ φυγεῖν αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμου, ὕστερον δ' ἐκεῖθεν σωιαυτῶν μεγάλων ὠνεῖα ἐξιδίοις ἀγῶν γενέσθαι, καὶ φοῖβον ἀληθῶς, ἃ ἐλθόντα τὸ χρηστήριον ἀναλαβεῖν, τίνες ὑπὸ Θέμιδο φυλαττόμενον. Nullus in iſtis γενέσθαι μὴ &c. ſenſus, & ideo Turnebus ita hæc ſupplenda cenſuit in margine ſui exemplaris, γενέσθαι μὴ τ̃το φυγὴν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμου. At Euſebius hunc Plutarchi locum plenius & integrius exhibet *Præpar. Euangel.* v. 5. γενέσθαι τὴν φυγὴν, ἀλλ' ἐκπεσόντα ἐλθεῖν εἰς ἴδιον κόσμον. Et mox, καὶ φοῖβον ὡς ἀληθῶς κατιθέσθαι τὸ χρηστ. &c. Liquet ex his, poſt novem demum annos à facta cæde expiatum Apollinem. Interea temporis vero inveniſſe dicitur *laurum*, vel amaſſe Daphnen in *laurum* verſam, qua luſtratus dein eſt. Hinc factum, ut ergo *Laurus* in luſtrationibus poſtea ſemper adhiberetur. Feſtus *Laureati Milites ſequebantur currum triumphantis, ut quaſi purgati à cæde humana intrarent Urbem. Itaque eandem laurum omnibus ſuffitionibus adhiberi ſolitum erat.* Et apud Virgil. *Æn.* VI. 230. poſt ſepulturam Miſeni, quum dictum eſſet

Idem ter ſocios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ,
Luſtravitque viros, ——

annotat Servius, *moris fuiſſe*, *ut* non de oliva, ſed *de lauro hoc fieret.* Adde Plinium *Nat. Hiſt.* XV. 30. PERIZ.

27 Τὸν κλάδον ἀνεῖλε] MS. uterque, ἀφεῖλε, quod illo conſenſu firmatum, & ſimul huic loco magis oportunum lubens admiſi. Sic

IX.

ἔτι καὶ νῦν 28 ἔτους ἐννάτου 29 οἱ Δελφοὶ παῖδας εὐγενεῖς πέμπουσι, καὶ ἀρχιθέωρον ἕνα σφῶν αὐτῶν. Οἱ δὲ ἀναγενόμενοι καὶ μεγαλοπρεπῶς θύσαντες ἐν τοῖς Τέμπεσιν, ἀπίασι πάλιν στεφάνους ἀπὸ τ̃ αὐτ̃ς δάφνης 30 διαπλέξαντες, ἀφ' ἵππων 31 ἐρῶν καὶ τότε ὁ θεὸς ἐστεφανώσατο· 32 καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἔχονται, ἣ καλεῖται μὲν Πυθιὰς, φέρει δὲ διὰ Θετταλίας, καὶ 33 Πελαγονίας, καὶ τ̃ Οἰ-

iis ipſis. Hi vero poſtquam advenerunt, & magnifice rem divinam fecerunt intra Tempe, rurſus abeunt nectentes ſerta ex ea lauro, ex qua Deus etiam amans tunc temporis coronatus eſt: eaque via eunt, quæ dicitur Pythias, & ducit per Theſſaliam, Pelagoniam, Oetam, Ænianum regionem, & Melienſium, & Dorienſium, & Locrenſium Heſperio-

IX. 8. Τὰ κρέα τ̃ ἱερῶν ἀφελόντες. Ἀναιρεῖν proprie eſt aliquid *de terra tollere*, vel etiam *è medio tollere.* IDEM.

28 Ἔτους ἐνάτου] Tanto enim tempore exulaſſe dicitur, & tum demum expiatus eſſe à cæde Pythonis. Conſule Plutarch. *de orac. defectu.* SCHEFF.

29 Οἱ Δελφοὶ παῖδας ἀγχιστεῖς πέμπουσι] Pauſanias in *Corinthiacis: Apollinem* & *Dianam Pythone cæſo, ut ſe expiarent, Ægialeam veniſſe tradunt, ſed incuſſo terrore, eo ipſo in loco, qui nunc Phœbus dicitur, in Cretam ad Carmanorem divertiſſe: ac ſtatim peſtilentem morbum Ægialenſibus immiſſum, quem depelli non poſſe vates monuerunt, ni Apollo & Diana placarentur. Miſſos igitur pueros ac totidem virgines ad Sytham amnem ſupplicum ornatu, quorum precatione perſuaſos eos in arcem veniſſe. Eo itaque in loco, quo primum venere, Suadelæ ædem dicatam. Idem verò ritus hoc etiam tempore ſervatur. Pueri enim feſto Apollinis die ad Sytham veniunt, ac deorum ſigna in ædem Suadelæ deportant, deinde in templo Apollinis ea reponunt.* IDEM.

30 Διαπλέξαντες] Delphoſque ea ſerta deferentes, perſequente ipſos tibicine, teſtis Plutarchus, quem vide *lib. de Muſica.* SCHEFF. Mediceus πλέξαντες. & verbum ſimplex compoſito prætulit Auctor *lib.* I. *de N. A. cap.* 38. καὶ ἀντήσας ὠ τῇ Αἰγυπτίᾳ Ἀλεξανδρεῖ πόλει γυναικὸς στέφανος πλεκόσης Ἀρσινόῃ τῇ Βυζαντίῳ ὁ ἐλέφας.

31 Ἐρῶν] Supra expiatum Apollinem ex hâc lauro coronam ſumpſiſſe ſcribit, quomodo igitur nunc venit ad amantem? An vitium eſt in ſcripturâ? num potius ἐρῶν hic idem eſt, ac βαλόμενος? ut ſit ſenſus, Deum non ex alia arbore, quam lauro coronam tunc geſtare voluiſſe. Mallem ſanè αἰρῶν, ut ſit idem, ac quod ſupra, λαβών. SCHEFF. ἐρῶν θεὸς, *amans Deus*, vult, Daphnin Penei filiam ita ab Apolline fuiſſe adamatam, ut nec transformatam in laurum amare deſtiterit, & affectus teſtandi cauſa coronam ſuo capiti ex eâ lauro decerpſerit. vide Ovid. *lib.* I. *Metam. fab.* 14. Ideoque non eſt, quod Vir doctus in emendatione hujus loci adeò æſtuet. KUHN.

Ἐρῶν καὶ τότε ὁ θεὸς] Nihil in ſcriptura hac ineſt vitii, quod ſuſpicabatur Schefferus, nec quidquam abſurdi aut contrarii in eo, quod *modo dicatur Apollo Expiatus, nunc Amans, ex hac lauro ſumpſiſſe coronam.* Emphaſis eſt in καὶ τότε, quibus ſignificatur, eum, quum in hoc loco ageret Exul ob cædem Pythonis, *tunc etiam amaviſſe*, ſcil. Daphnen. Accidit enim & hic Amor, & illa expiatio intra hæc Tempe, poſt cædem Pythonis. PERIZ.

32 Καὶ τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἔχονται] Geſn. ἔχουται. Idem Cupero placet *lib.* III. *Obſ. cap.* 12. vide Indicem in *Singularis.* SCHEFF. Ipſum Orationis filum ἔχονται exigit. KUHN. Aſſentior Geſnero, Cupero, Kuhnio legentibus ἔχουται. Et videtur etiam Sluisk. ita ſcripſiſſe. Certe ſcripſit ita Medic. I. teſte Gudio. Via autem hac utebantur Redeuntes, ut ex ordine locorum liquet. Similem *viam* memorat Strabo *lib.* IX. *p.* 422. qua Athenienſes mittere ſoleant Delphos ſua ſacra, quia iſtac via uſus olim fuerat Apollo. Eum enim ait ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν, ἣ νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθαΐδα πέμπουσι. PERIZ. Re-

ſcripſi

Οιτης, [34] ἡ Αινιάνων χώρας, καὶ ἡ [35] Μηλιέων, ἡ Δωριέων, ἡ [36] Λοκρῶν τῶν Εσπερίων. Ουτοι ὦν καὶ θεραπεύουσιν αὐτὸς σὺν αἰδοῖ καὶ τιμῇ, οὐδὲν ἧττον, ἢπερ ἂν [37] ἐκεῖνοι, οἱ [38] τοὺς ἐξ Υπερβορέων τὰ ἱερὰ κομίζοντας τῷ αὐτῷ θεῷ τούτῳ τιμῶσι. Καὶ μὴν καὶ τοῖς Πυθίοις ἐκ ταύτης δάφνης τοὺς νικῶσι τοὺς στεφάνους

riorum. Illi vero etiam deducunt pueros cum veneratione & honore, nihilo minus, quam ii, qui ex Hyperboreis sacra eidem isti deo ferentes, venerantur. Sed & in Pythiorum ludis, victoribus ex hac lauro coronæ dari solent. De Tempibus igitur Thessalicis etiam mihi commemorata hæc huc.

scripsi ἔρχονται ex MSS.

33 Πελαγονίας] Ortelius in *Thes. Geograph.* Πελασγίας legendum putat. *Suadet hoc Ptolemæi*, inquit, *Græciæ tabula.* KONIGIUS.

Καὶ Πελαγονίας]. Nihil quidem mutant MSti. Sed vel Auctor parum accurate Geographus hîc fuit, vel errarunt Librarii. Nulla enim in hoc itinere *Pelagonia* erat, quæ pars fuit Macedoniæ superioris versus Thraciam, vel Epirum. Vide Strabonem *lib.* VII. *pag.* 326. & 327. Legendum itaque cum Ortelio Πελασγίας. *Pelasgia* quippe inter Thessaliam, & Locridem, & Phthiotin Achaiam erat sita. Vide Anton. Liber. *fab.* 23. Immo sæpe cum *Thessalia* confundebatur Apud Sponium *Itiner. Tom.* II. *pag.* 329. in Marmore Delphis reperto *Chrestus* quispiam dicitur simul Θεσσαλὸς Λαρισαῖος Πελασγιώτης, sed & Argos Pelasgicum sæpe etiam *Thessalicum* dicitur. PERIZ.

34 Αινιάνων χώρας] Quæ fuit supra & ad Montem Oetam. Vide Strabon. *lib.* IX. & Pausan. in *Phocicis pag.* 338. *Melienses* jungit etiam Scylax. Urbs ipsa dicebatur *Æania*, Liv. XLIV. 10. IDEM.

35 Μηλιέων] Μηλιεῖς, qui & Μαλεῖς, unde *sinus Maliacus*, vicini erant Æniensis & Dorienses. Vide omnino de his Palmerium *in Auctores Græcos pag.* 275. &c. Anton. Liberalis *fab.* 22. eos ad radices montis *Othryos* locat. IDEM.

36 Λοκρῶν τῶν Εσπερίων] Sic appellabantur respectu Parnassi montis & Locrorum Opuntiorum ac Epicnemidiorum, qui ad Orientem Parnassi habitabant, cum hi ejus Occidentalem partem incolerent. Atque hinc etiam in Sigillo publico Hesperum stellam habebant expressam. Dicebantur etiam *Ozolæ*. Vide Strabon. *lib.* IX. IDEM.

37 Ἐκεῖνοι οἱ] Puto illud οἱ delendum, quia natum ex terminatione vocis præcedentis videtur. SCHEFF. Præponendum οἱ meo judicio, legendumque οἱ ἐκεῖνοι, *illi ipsi* scil. *Melienses*, *Dorienses* &c. vel plane delendum. KUHN. Miror quid in mentem venerit Viris Doctissimis, Scheffero, qui *illud* οἱ *delendum putat*, & Kuhnio, qui vel itidem *plane delendum* vel *legendum*, οἱ ἐκεῖνοι, idque vertendum, *illi ipsi*, *scil. Melienses*, *Dorienses*, &c. Credidisse videntur, eadem via, & per easdem regiones, iter fecisse, qui sacra ex Hyperboreis ferebant huic Deo, atque ita ab iisdem plane populis modo memoratis simili veneratione, qua pueri *Delphici*, exceptos. Atqui hæc sacra ferebantur non *Delphos*, sed *Delum*, & per alias igitur terras, ut ratio viæ postulabat, quæ in Græcia ab Dodonæis ferebat in Euboeam, & inde Delum. Vide Herodot. IV. 33. Callimachum *Hymno in Delum v.* 283. & Pausan. in *Atticis p.* 30. ut & *supra* II. 26. Ferebant autem hæc sacra olim *Virgines*, *quæ hospitiis gentium venerabiles* fuisse dicuntur à Plinio *Nat. Hist.* IV. 12. *extr.* Manifestum ita, nihil vitii in his hærere. Sensus est, Nihilo minus Delphicos hosce pueros honorant Populi, modo laudati, quam faciebant *illi*, qui maximo opere venerabantur eos, qui sacra seu primitias frugum ex Hyperboreis deferebant Delum. Conjunctim autem utrosque memorat etiam Plutarch. *de Musica.* Ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ καταμιξοπαιδὶ (h. e. ἀρχιθεατρῷ τῶν παίδων, ut Noster ait) τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς παρομαρτεῖ αὐλητής· Καὶ τὰς ἐξ Υπερβορέων ὧν ἱερὰ μὲν αὐλῶν καὶ συρίγγων, καὶ κιθάρας, εἰς τὴν Δῆλόν, φασι, τὸ παλαιὸν πέμπειν. His *tibiis* certa cantabantur cantica, quale Pronomum Tibicinem compo-

nus διδάσκειν. Ὑπὲρ μὲν δὴ τῶν ἐν Θετταλίᾳ Τεμπῶν, καὶ ἐμοὶ νῦν τοσαῦτα εἰρήσθω.

posuisse Chalcidensibus in Eubœa, quo Delum venientes loci Numina salutarent, refert Pausan. in *Bœot. pag.* 291. PERIZ.

huc usque sunto.

38 Οἱ τὰς ἐξ Υπερβορέων] De quibus Herodotus *lib.* IV. Pausan. in *Att. p. m.* 36. SCHEFF.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Ἀναξαγόρου ἀνδρείως τὰ τῶν τέκνων θάνατον ἐνεγκόντος.

Ἀναξαγόρᾳ τις τῷ Κλαζομενίῳ σπουδάζοντι [1] πρὸς τοὺς ἑταίρους προσελθὼν ἔφη, τεθνηκέναι οἱ τὼ δύο παῖδας, ἐσπερᾶν καὶ εἰ-

CAP. II.

De Anaxagora fortiter liberorum mortem ferente.

Cum quidam Anaxagoræ Clazomenio, cum discipulis seria tractanti, adveniens nunciasset, duos ejus filios mortuos esse, quos etiam solos

1 Πρὸς τοὺς ἑτέρους] An ἑταίρους: Sic enim noster discipulos & auditores Philosophorum appellare solet. Factum hoc autem in præsentia ipsorum. Plutarch. *Consol. ad Apoll.* Ἀναξαγόραν παρειλήφαμεν φυσιολογοῦντα καὶ διαλεγόμενον τοῖς γνωρίμοις ἀκούσαντα ἀδοξότερον ὑπὸ τινων περὶ τῶν τελευτῶν &c. Confirmat planè conjecturam nostram Stobæus *sermon.* CVI. qui se habere sua ex *Nostro* ait. Conveniunt quoque MSS. omnes. SCHEFF Res ipsa est, non conjectura, quod dicit Cl. Scheff. KUHN. Uterque & Sluisk. & Lugd. æque ac illi, quos Schefferus narrat, ut & Medicei, legunt ἑταίρους. h. e. *discipulos*, vel *familiares* sibi auditores, inter quos habuit etiam nobilissimum illum Periclem, immo & ipsum Socratem. Vide Platonem in *Phædone pag.* 97. Sic XIV. 42. Xenocrates vocatur ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος, quem revera fuisse ejus *Discipulum*, tum aliunde satis constat, tum ex Nostro III. 19. & XIV. 9. Quæ cum ita sint, haud scio, qua prohibeamur religione in textum restituere, quod Codicum consensus flagitat, & rerum sententia suadet, omnes denique interpretes, Schefferus, Faber, Kuhnius probant. PERIZ.

2 Ἤδειν θνητὸς] Lege Laërtium in *vita hujus.* is enim per omnia consentit, ut memoria mihi lapsus videatur eruditissimus Casaubonus, quando nostrum scribit ab illo dissentire, & hæc verba Xenophonti tribuere. Historiam porro tradidere Valer. Maxim. *lib.* V. *cap.* 10. & qui ibi à Lipsio citantur, quibus adde Simpl. *in Epict. c.* 22. SCHEFF.

Ἤδειν θνητὸς γεγεννηκότας] Legendum γεγεννηκότα. Illud autem ἑτέρους, quod in aliis editionibus occurrit, mutatum a me fuerat in ἰδίους, antequam notas viri docti vidissem, & certa est emendatio. FABER. Apud Stobæum est γεγεννηκώς. Faber putat γεγεννηκέναι. Sed Stobæi lectionem præferunt & notæ Codicis Bigotiani. SCHEFF. Lectioni, quam Stobæus habet *Serm.* 254. favet Plutarchus in περὶ εὐθυμίας: ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ παιδὸς ἀνεφώνησεν, ἤδειν θνητὸν γεννήσας, *filio extincto exclamavit Anaxagoras, noveram, me genuisse mortalem!* & Hieron. *ep. ad Heliodorum. Ubi illud ab infantia studium literarum ac Anaxagoræ & Telamonis semper laudata sententia? Sciebam me genuisse mortalem:* Vulgata tamen eodem recidit, cum ὁ γεννήσας & οἱ γεγεννηκότες æquè sint mortales. Quomodo hoc dicto abusus sit Gallienus audito, Patrem suum à Persis captum, Trebellius refert. KUHN. Quòd Schefferus ex Stobæo, ipsum hoc Anaxagoræ dictum *Serm.* 106. ipsis Æliani verbis exhibente, ut & ex Codice Bigotiano, laudat, γεγεννηκώς: idem illud Ego ex Lugd. Codice adfero, qui di-

χε μόνους ὁ Ἀναξαγόρας. Ὁ δὲ, μηδὲν ἀταραχθεὶς, εἶπεν, [2] ἤδειν θνητοὺς γεγεννηκώς.

solos habebat: ille vero nihil perturbatus, respondit: Sciebam eos me mortales genuisse.

diserte ita scriptum exhibet. At Sluisk. legit γεγεννηκέναι. Prius illud probo, quum insuper eadem locutione in eodem Anaxagoræ dicto utatur Laërtius in *Ejus Vita*, ἤδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεννήσας: sed & in *Xenophonte*, ubi hoc dictum illi quoque à nonnullis tribuiait, idem plane vocabulum adhibeat, ἤδειν θνητὸν γεγεννηκώς. Cæterum nescio, quid Cl. Kuhnius velit, *eodem* affirmans *recidere Vulgatam*, *quum* ὁ γεννήσας, & οἱ γεγεννηκότες, *æque sint mortales*. Nec enim agitur de eo, utrum, qui genuere, sint mortales, sed utrum mortales gignant filios. An γεγεννηκότες accepit quasi γεγονότες, h. e. *nati*, *geniti*? Vide hic & Gatakerum *ad Anton. de se ipso* IV. 5. PERIZ.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Ξενοφῶντος τὸν υἱὸν θάνατον ἀνδρείως ἐνεγκόντος.

[1] Ξενοφῶντι θύοντι ἦκέ τις [2] ἐκ Μαντινείας ἄγγελος, λέγων, [3] τὸν υἱὸν αὐτῷ τὸν Γρύλλον τεθνάναι. Καλεῖν δὲ ἀπέ-

CAP. III.

De Xenophonte filii obitum fortiter tolerante.

Xenophonti rem divinam facienti nuncius quidam ex Mantinea venit significans, filium ejus Gryllum

1 Ξενοφῶντι] Habes historiam apud Diogenem in *vita hujus*, Stobæum *serm.* VII. & CVI. SCHEFF.

2 Ἐκ Μαντινείας] Ubi pugnatum est inter Lacedæmonios, quorum socii tum erant Athenienses, & Thebanos, qua in pugna cæsus est Epaminondas. Filii autem Xenophontis sequebantur signa Athenienstum. Nam Athenensis erat Xenophon, licet Corinthi tunc habitaret. Vide Laërtium. *Mantinea* autem erat Urbs Arcadiæ, cui contra Tegeatas & reliquos Arcadas auxilium ferebant Lacedæmonii, sicuti illis Thebani. PERIZ.

3 Τὸν υἱὸν αὐτοῦ] Corrige ex Stobæo, qui se ex Nostro habere testatur, & scribe. αὐτῶ. Apud eundem *sermon.* CVI. pro καὶ ἐκεῖνο legitur, τῷ πρώτερον λόγῳ. Pro τέθνηκε, τεθνήκει. Cætera ad literam conveniunt. SCHEFF. τὸ, αὐτοῦ magis Ælliani stilum sapit. KUHN.

Τον υἱὸν αὐτοῦ τὸν Γρύλλον τεθνάναι] Ita uterque Codex, ut adeo auscultandum non sit Scheffero, qui ex Stobæi vulgatis editionibus malit αὐτῶ. Usitatum enim nostro Dativum esse tali in locutione, liquet etiam ex *proximo sup. Capite*, ubi similiter ait, Τεθνεώτα εἰ τὼ δύο παῖδα. Sic VII. 3. ὅτι Ἀρίσταρχος ἑταίρων αὐτῷ τινων ὀδυρομένων βαρύτατα, πλὴν μὲν καὶ ἄλλα πρὸς αὐτὸν εἶπε. h. e. *quibusdam ejus amicis*, vel *discipulis*. XIV. 8. ἐπεὶ αὐτῷ μαθηταὶ ἦν. Vide & mox *cap.* 5. & VII. 7. Erat autem hic *Gryllus* Xenophontis Filius natu major, avito hoc nomine, ut solebat apud Græcos, insignitus. Sic inter Reges Macedoniæ Demetrii Poliorcetæ Nepos, & Hujus iterum Nepos, *Demetrii* dicebantur, ut Antigoni Primi Nepos, *Antigonus Gonatas*, Philippi posterioris Nepos suppositus, itidem *Philippus*. PERIZ. Pari Græcismo uritur Auctor *infra lib.* IX. *cap.* 25. εἰ μὴ σε τέθνηκε ζεῦγος. & *lib.* II. *de Nat. Anim. cap.* 23. τὸν σαῦρον εἰ παίσαις κατὰ τὰ βεύγματος, εἴτε ἐκὼν, εἴτε μὴ τύχῃ ῥαδδῳ μέσον διατέμοις, ἀθέλφεον αὐτοῦ τὸ μερῶν ἀποτέθνηκεν. Et *lib.* III. *Anthol. Epigr. Græc. pag.* 325.

Ζώῃ σοι πεῖνός γε, καὶ ἐς βαθὺ γῆρας ἵκοιτο.

4 Ἀπέ-

ἀπέδητο μὲν [4] τὸν στέφανον, διετέλει δὲ θύων. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἄγγελος προσ-

lum mortem oppetiisse. Et ille deposuit quidem coronam, sed in sacrifican-

4 Ἀπέθετο τὸν στέφανον] Coronatos Veteres sacrificasse, satis notum. Erat hoc autem partim perfectionis signum, partim jucunditatis. Perfectionem notasse, docet Aristoteles ex Homero & vulgari loquendi consuetudine, ex quâ etiam κεκραμένος ἐστεφανωμένος dicuntur, quæ *vino plena sunt*. Quemadmodum & apud Latinos *Corona* operis vocatur, quâ concluditur, absolutumque esse significatur. Neque aliam ob causam veteres instituisse arbitror, ut etiam victimæ coronarentur, quam ut significaretur, integras ac perfectas esse, nullo que membrorum vitio corruptas, talesque, quales dii aut exigant, aut offerri ipsis par sit. Erant porro coronæ etiam lætitiæ indicium, quod vel ex eo apparet, quoniam non nisi in rebus lætioribus, conviviis puta & similibus, adhibebantur. Meritò igitur etiam in sacris usurpatæ, ut in quibus ominis quoque gratia, læta omnia jucundaque esse debebant. Sacris inquam, non omnibus, verum iis, quæ fiebant ob successus rerum prosperos sive publicarum sive privatarum. Verum cum mors propinquorum tale quid sit, quo ista rebus sacris conveniens lætitia ex hominum animis ejicitur, mensque de statu suo deturbatur, veteres in signum ejus rei coronas deposuere. Athenæus *lib.* XV. σχεδὸν δὲ πένθη τοιοῦτόν τι παρασκευάζομεν. ὁμοιοπαθὴς γὰρ ὁ κεκμηκὼς τοῖς κολλῶσιν ἡμῖν αὐτὸς τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει. Atque has quidem solas, si mens luctu tacta, non tamen planè è sede sua dejecta esset, sed quadamtenus adhuc sibi constaret. Quod ex exemplo præsenti satis apparet, de quo etiam Valer. Maximus *lib.* V. *cap.* 10. *Cum solenne sacrificium perageret è duobus filiis majorem natu, nomine Gryllum, apud Mantineam prælio cecidisse cognovit, nec ideo institutum deorum cultum omittendum putavit. Sed tantummodo coronam deponere conatus fuit. Quam ipsam, percontatus quomodo occidisset, ut audivit fortissimè pugnantem interiisse, capiti reposuit, numina, quibus sacrificabat, testatus, majorem se ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem sentire.* Ecce, hic Xenophon coronam capiti reponit, quia voluptatem capiebat ex gloriosa filii morte, quam humanitatis sensu ante deposuerat. Atque ita deos ipsos fingunt in mœrore coronas deponere, uti apud Athenæum *supra dicto loco* videre est. Quorum vero mens abrepta luctu penitusque occupata erat, ii non modo deponebant coronas, sed & abjiciebant, evertebant aras, simulacra deorum verberabant. Idem Valer. Maxim. *Alius*, ait, *removisset hostiam, abjecisset altaria, lachrymis respersa thura disjecisset, Xenophontis cor pia religione immobile stetit.* Adde Plutarchum *Consol. ad Apollin.* SCHEFF. Diu ante Xenophontem id ipsum, nunciata *Androgei* filii morte, *Minos* fecit. Apollodorus *lib.* III. *Biblioth.* Μίνως δὲ ἐπιλαθόμενος αὐτῷ θανάτου, θύων τῷ Γάρῃ τοῖς Χάρισιν, ἐκ μὲν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔβριψε, καὶ τὸν αὐλὸν κατέχων καὶ τὴν θυσίαν ἐδέησεν ἐπιτελέσαι· ὅθεν ἕως καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ στεφάνων τῷ Πάρῃ θύουσι τοῖς Χάρισι. *Minos, superveniente nuncio de filii interitu, tum temporis in Paro Gratiis sacra faciens, coronam quidem capiti detractam abjecit, ac tibiam inflari vetuit, at sacrificium nihilominus peregit. Unde hactenus sine tibia & coronis in Paro Gratiis litari mos est.* Hinc lux Senecæ in *Consol. ad Marciam. Ne nimis admiretur Græcia illum Patrem, qui in ipso sacrificio, nuntiatâ filii morte, tibicinem tantum tacere jussit, & coronam capiti detraxit, cætera ritè perfecit.* Ita etiam Tiberius, *quo primum die post excessum Augusti, Curiam intravit, quasi pietati simul & religioni satisfacturus, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit, ut ille olim in morte filii.* Sueton. *Tiber. cap.* 70. Hieron. *epist. ad Heliodorum*, *Proponunt* (Ethnici) *innumerabiles viros, & maximè Periclem & Xenophontem Socraticum, quorum alter amissis duobus filiis, coronatus in concione disseruit: alter, cum sacrificans filium audisset occisum, deposuisse coronam dicitur, & eandem capiti reposuisse, postquam fortiter in acie dimicantem reperit concidisse*, KUHN.

Τὸν στέφανον] Coronati enim esse solebant sacrificantes cum apud Græcos, tum apud Romanos. Sic *infra Cap.* 37. Ἐπί τινα ἑορτασικὴν θυσίαν ἀνηλθόσσες erant στεφανωσάμενοι. Aristoph.

προσέθηκε ᾗ ἐκεῖνο, ὅτι νικῶν τέθνηκε, πάλιν ὁ Ξενοφῶν ἐπέθετο τ στέφανον. Ταῦτα μὲν δὴ δημώδη, ᾗ ἐς πολλὰς ἐκπεφοίτηκεν.

cando perstitit. Quum vero nuncius etiam illud adjiceret, eum victorem obiisse, denuo coronam sibi imposuit Xenophon. Hæc vero vulgaria quidem sunt, & in vulgus exierunt.

ΚΕΦ.

CAP.

ſtoph. *Pluto* IV. 1. ᾗ νῦν ὁ Δεσπότης μ ἔνδον βαθυτεῖ, ἐστεφανωμένος. Cato apud Gell. VII. 4. & Fest. in *Sub corona*, *Ut populus suâ operâ Coronatus supplicatum eat*, scil. Diis. Sueton. *Aug.* 91. *Candidati coronatique & thura libantes.* Et in *Galba cap.* 18. inter omina interitum ei portendentia refertur, *sacrificanti coronam de capite excidisse.* Immo adeo hoc erat usitatum, ut idcirco Plutarchus *de Aud. Poëtis* vetet nos admirari στεπτικὴν χλαμύδα, ᾗ ἱερατικὸν στέφανον. Ex quo liquet, *Coronam* ita fuisse sacris & *sacerdotibus* propriam, ut *chlamys* erat *Imperatoribus.* Ratio hujus rei fuit, quod Corona erat præcipuum lætitiæ insigne & ornamentum, unde in vino etiam adhibebatur & comessationibus. Hinc apud Gell. IV. 14. primum dicitur Mancinus ad ædes meretricis venisse *comessator*, at dein *cum coronario.* Et apud Basil. M. *de Utilitate ex Græcis &c.* Pythagoras traditur incidisse κωμασταῖς μεθύσαι, sed cum jussisset Tibicinem canere Doricum melos, eo redegisse illos, ut abierint ἀΐψαντες τὰς στεφάνας. Diserte Ovid. *Fast.* V. 341.

Nulla Coronata peragantur Seria fronte.

Sacra autem omnibus festivæ lætitiæ indiciis peragebantur, atque hinc non tantum *coronati* erant sacrificantes, sed & *candidati*, immo plerisque sacris aderant *chori* & *tibiæ*, adeo ut Plutarch. *d. l.* notet, θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρους ᾗ ἀναύλους ἵστμῳ, ἐκ ἴστμῳ δ ἄμυθον ποίησιν. Vult dicere, *Choros* & *Tibias* esse usitatissimas in *sacrificiis*, non tamen prorsus perpetuas, at *Fabulas* esse perpetuas in *Poësi.* Adde *Convivia* adeo Sacrificiis propria, ut illis memoratis hæc etiam intelligantur. Certe Aristoteles *Polit.* VI. 7. jubet novos Magistratus facere θυσίας μεγαλοπρεπεῖς, ut ita populus sit μετέχων τ θεῖα πᾶς ἐστάσεις. Vide & Anton. Liber. *Fab.* 15. Contra vero *Luctus* omnis abesse omnino à Sacris debebat, atque hinc Romani post cladem Cannensem decrerunt, teste Val. Max. I. 2. 15. *Ne Matronæ ultra trigesimum diem luctus suos extenderent, uti ab his sacra Cereris peragi possent. Itaque*, pergit ille, *Matres ac filiæ conjugesque & sorores nuper interfectorum, absterso lacrymis, depositisque doloris insignibus, Candidam induere vestem, & thura aris dare coactæ sunt.* At Livius XXII. 56. *Sacrum anniversarium Cereris intermissum*, ait, *quia nec lugentibus id facere fit fas, nec ulla tunc matrona expers luctus fuerit. Itaque ne ob eam causam alia quoque sacra, publica aut privata, desererentur, SCto luctum diebus* XXX. *finitum.* Sic dein etiam Cejonius Commodus per adoptionem Adriani factus L. Ælius Cæsar, at mox mortuus, *ab Adriano votorum causa lugeri est vetitus*, h. e. quia propinqua erant Anni Initia, quibus Vota ad Deos publice nuncupari solebant: vide Spart. in *Adr. c.* 24. & ibi Casaub. Adde & Festum in *v. Minuitur*, ubi *Luctum Minui* docet variis sacris, vel rebus, propter quas sacra erant facienda. Cum hoc autem Xenophontis facto conferri debet illud Horatii Pulvilli, à Livio II. 8. & Val. Max. V. 10. memoratum, uti id Seneca *ad Marciam cap.* 13. cum Minois exemplo (de quo vide hic Kuhnium) contulit. Eadem enim istic fortitudo est Patris, cui sacris operanti, & Capitolii dedicandi precationem meditanti, nunciabatur itidem subita Filii mors. Sed operæ pretium est, ut audiamus hic verba Servii *ad Virgil. Æn.* VIII. 2. *Consuetudo Romana fuit, ut polluti funere minime sacrificarent; si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore funestaretur quis, & cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat, ut ante sacra compleret, quam Funus agnosceret, unde etiam Horatius Pulvillus in Capitolii dedicatione, quum ei Filius nunciaretur exstinctus, ait, Cadaver sit, nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret.* PERIZ.

ΚΕΦ. δ'.

CAP. IV.

Οτι ὁ Δίων ὑπὲς ᾧ υἱᾷ θανάτᾳ ὠκ ἐταράχθη.

Quod Dion ob filii mortem non perturbatus sit.

Δίων ᾗ Ἱππαρίνε μὲν πᾶς, Πλάτωνος ᾗ ὁμιλητὴς, ἔτυχε μὲν χρηματίζων ὑπέρ τινων δημοσίων ᾗ κοινῶν πραγμάτων, [1] ὁ ᾗ πᾶς αὐτᾷ [2] ἐκ ᾧ τέγους κατενεχθεὶς [3] εἰς τὴν ἀυλὴν, τ βίον κα-

At Dion, Hipparini filius, Platonis discipulus, quum publica quædam & communia negotia tractaret, filius ejus è tecto delapsus in atrium, vitam cum morte commutavit.

1 Ὁ ᾗ πᾶς αὐτᾷ] MSS. B. & C. ὁ ᾗ πᾶς αὐτᾷ. SCHEFF. Ut MSti Regii B. & C. sic & Lugd. ἀυτᾷ. Et ita prorsus capitibus proximis utrimque. Sed minime tamen opus, ut semper sic locutus sit Auctor. Certe vulgatum hic tuetur Sluisk. Nec dubito, quin idem faciat Regius A. PERIZ.

2 Ἐκ ᾧ τέγους] Se ipsum dejecisse odio paternæ disciplinæ scribit Corn. Nep. *c.* 4. *vita Dionis.* Plutarchus ex levi quadam causa & puerili indignatione. SCHEFF.

Ἐκ τᾧ τέγους] Sic Sluisk. At Lugd. στέγης. Plane uti Plutarch. in *Dione.* Ἐρίψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τᾧ στέγης, *dejecit sese de tecto.* Sed utrumque recte dicitur. Præcipitavit autem se Filius ille Dionis sciens volensque, quia cogebatur à Patre ad frugem redire, quum de industria à Dionysio corruptus esset & perditus omni vitiorum genere. Vide Corn. Nepot. in *Dione cap.* 4. PERIZ.

3 Εἰς τὴν ἀυλὴν] Vertitur, *in atrium.* Et ita sane Philoxeni Glossæ Αυλὴν exponunt *Atrium*, *Aream.* Nec intercedo, quo minus ἀυλὴ ita aliquando accipiatur. Sed hic intelligo *Vestibulum*, quod diversum fuisse ab *Atrio*, nec fuisse *in ipsis ædibus*, *neque partem ædium*, *sed locum ante januam domus vacuum*, *& inter fores ædium ac viam medium*, quum *Atrium* esset *prima pars ipsarum ædium*, docet Gellius XVI. 5. Adde & Casaubon. de *Atrio*, *ad Sueton. Aug.* 29. Sed sicut ibidem addit Gellius, *quosdam haudquaquam indoctos Viros* hæc confundere, & *Vestibulum* pro *Atrio* ponere, sic nihil mirum, Αυλὴν quoque accepisse tandem etiam *Atrii* significationem. Magis tamen Huic Historiæ & primitivo simul Vocis Αυλῆς usui congruit *Vestibuli* significatio. Certe Athenæus *lib.* V. *pag.* 189. diserte illam de tali loco exponit, dum primum ait, δῆ ἡ Αυλὴ ἀμείνει ἐστὶ τᾧ οἴκᾳ· ὁ ᾗ διαπνεόμενος τόπος Αυλὴ λέγεται. *Neque* Αυλὴ *convenit significationi Domus*, *Nam locus*, *quem venti perflant*, Αυλὴ *dicitur.* Dein vero docet, Regum tamen ædes dici etiam Αυλὰς, διὰ τὸ μεγάλας ἔχειν τὰς πρὸ τ οἴκων ὑπαιθρίους τόπους, *quia magna habeant vestibula*, seu *loca subdivalia*, *ante ædes.* Denique addit, Ομηρος τὴν Αυλὴν ἀεὶ τάττει ἐπὶ τ ὑπαίθρων τόπων, *Homerus* Αυλὴν *semper adhibet de locis subdialibus.* Atque hinc Eustath. *ad Hom. Il.* Ω. *p.* 1465. *Ed. Bas.* Αυλὴν derivat *ab* Αω h. e. πνέω, *epenthesi literæ* Υ. Sed & Philoxenus hanc originem & significationem respicit, quando Αυλὴν etiam interpretatur *Aream.* Noster *infra* VIII. 7. refert Alexandrum victorem nuptias celebrasse suas simul & Amicorum xc. & Amicos quidem excepisse in ἀνδρῶνι, h. e. ea parte ædium, quam sibi sumunt Viri, at *copias Pedestres & Equestres & Nauticas*, ἐν τῇ Αυλῇ, h. e. ante ædes sub dio. Nullum enim tam amplum erat conclave, quo omnes illi simul possent accipi. At vero quando Αυλὴ jam ponitur pro ipsa Domo, vel Atrio, ut fit in *Euang.* Matthæi & Marci,

κατέστρεψεν· οὐδὲν δὴ ἐπὶ τούτοις [4] μετεβάλετο ὁ Δίων, ἀλλ' ὅπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς ἔπραττε, τοῦτο καὶ δρῶν διετέλεσεν.

vit: nihil igitur hisce turbatus fuit Dion, sed quod inceperat antea, id agere perseveravit.

ci, in designandis ædibus Pontificis & Pilati, nunc Vestibulum dicitur προαύλιον. Marcus XIV. 54. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν αὐτῷ, ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἦν συνκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν πρὸς τὸ φῶς. At v. 68. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον. IDEM.

4 Οὐδὲν μεπεβάλετο] Videtur diversum indicare Nepos *cap.* 6. ait enim accepisse *vulnus gravissimum* ejus morte. SCHEFF.

Μετεβάλετο] *Mutavit se*, suamve actionem, vultum, colorem, ut solent subito casu perturbati. Eleganter Plutarchus in *Camillo* de Senibus placide in sellis suis sedentibus, quum penetrarent Galli, Urbe occupata, in forum, ὅτε ὄψιν, ἢ χρόαν ἔτρεψαν, *neque vultum, neque colorem mutarunt*. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Ἀντίγονον τὸν υἱὸν νεκρὸν ἰδὼν οὐδὲν συνεταράχθη.

[1] Ἀντίγονόν γε μὴν φασι τὸν δεύτερον, ἐπεί τινες [2] τὸν υἱὸν αὐτῷ ἐκ τῆς παρατάξεως ἐκόμισαν νεκρόν, [3] εἶδε μὲν αὐτὸν, οὐδὲν ἧττον τοῦ χρωτὸς, οὐδὲ μὴν ἐπιδακρύσας, ἐπαινέσας δὲ ὡς ἀγαθὸν στρατιώτην, θάπτειν προσέταξεν.

ΚΕΦ.

CAP V.

Antigonus filium suum mortuum videns, nihil perturbatus est.

Antigonum vero Secundum ajunt, quum quidam filium ei ex acie mortuum reportarent, vidisse quidem ipsum, sed colorem non mutasse, neque vero illacrymasse, sed collaudantem eum, ut fortem militem, sepulchro mandari jussisse.

CAP.

1 Ἀντίγονον τὸν δεύτερον] *Antigonum Gonatam*, *Demetrii* filium, *Antigoni* primi nepotem intelligit. KONIG.

2 Τὸν ἰδὼν αὐτῷ] Ἀλκυονέα. Vide Plutarchum *paulo ante dicto loco*. Cæterum de hoc ipso argumento consulendus Seneca imprimis *in utraque consolatione*, item Cicero in *Quæst. Tuscul.* SCHEFF.

Τὸν ἰδὼν] Qui *Alcyoneus* dicebatur, ille ipse, qui Pyrrhi caput ad Patris pedes abjecit, eoque nomine graviter à Patre increpitus fuit, ut refert Plut. in *Pyrrho extr.* Sed & eum in prælio occisum non tam laudavit Pater, quam audaciam ejus & pugnandi temeritatem arguit, ut tradit Idem in *Consol. ad Apollonium*. PERIZ.

3 Εἶδε μὲν αὐτὸν] Emphasis, & constantiæ aliquod documentum, in eo inest, quod Pater Filii cadaver *Videre* potuit. Sic apud Suet. *Aug* 17. *Et Antonium quidem ad mortem adegit, Viditque mortuum.* Qui locus infeliciter tentatur à Casaubono & Torrentio, ut istic brevi ostendemus. Mox repositi τῷ χρωτὸς, cum articulus ille ex ultima Editione excidisset. Variatæ autem ita Constructionis, Ἀντίγονόν φασι, ἴδε, exempla attuli *ad* II. 13. IDEM.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ μεγαλοφροσύνης Κράτητος.

[1] Κράτης ὁ Θηβαῖος τάτε ἄλλα μεγαλόφρων ὢν πεφώραται, καὶ λαμπρονητικὸς τὸ ὑπὸ τοῦ πλήθους θαυμαζομένων, [2] ἀτὰρ οὖν καὶ χρημάτων, καὶ πατρίδος. Ὅτι μὲν οὖν [3] τὴν οὐσίαν ἀπέστη τοῖς Θηβαίοις, τοῦτο μὲν καὶ εἰς πάντας ἐξεφοίτησε· τὸ δὲ ἕτερον αὐτοῦ οὐ πᾶσι γνώριμον. Ἔστι δὲ ἐκεῖνο· [4] ἀπαλλαττόμενος τὴν Θηβῶν οἰκι-

CAP. VI.

De animi Cratetis celsitudine.

Crates Thebanus compertus est & aliis in rebus magno fuisse animo, & contemptor eorum, quæ vulgus admirari solet, atque adeo etiam pecuniarum ac patriæ. Quod igitur suas facultates Thebanis cesserit, id quidem etiam in omnes emanavit. Ast illud alterum ejus non omnibus notum. Hoc autem est. Abiens Thebis jam

1 Κράτης ὁ Θηβαῖος] Cynicus Philosophus, Diogenisque sectator. De quo Apulejus in *Apologia*: *Crates, vir domi inter Thebanos proceres dives, nobilis, amore hujus habitus, quem mihi objectas, rem familiarem largam & uberem populo donavit.* Sunt tamen qui bona mensario dedisse ferunt, ea lege, ut tum demum populo daret, cum filii sui facti essent philosophi. Vide Laertium. Suidas in Ἀναξιμένης scribit, abjecisse omnia in mare. Adde Eundem in Ἀπολλώνιος. SCHEFF. Apulejus in *Flor. rem familiarem abjecit, velut onus stercoris* (ὡς σκύβαλον) *magis labori, quam usui.* Hieronymus *lib.* II. *adversus Jovinian. Crates ille Thebanus projecto in mare non parvo auri pondere, abite, inquit, pessum male cupiditates! ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis.* KUHN.

Κράτης] Celebris hic fuit Philosophus ex disciplina Diogenis Cynici. Patriâ erat Thebanus, & quidem τῶν ἐπιφανῶν. Sed bona sua redegit in pecuniam, eamque Civibus distribuit, neque tunc demum *Liberum* pronunciavit. Summam istius pecuniæ Plutarch. *de Vitando ære alieno* ait fuisse *Octo Talentorum*, quæ Schefferus interpretatur 6800. *coronatis*. Nescio quid valeant Scheffero *coronati*: si tres Carolinos, major surget summa, quam par est, si duos, minor, sed propior veræ. Octo enim talenta faciunt nostrates seu Carolinos Florenos 14400. Laërtius longe ampliorem summam ex divenditis ejus bonis collectam tradit, nempe ὡς πὶ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα, *ducenta supra centum talenta*. Sed corruptus videtur locus, legendumque forsan ὡς τὰ ἑκατὸν, εἴκοσι τάλαντα, quæ summa superat duas, ut nunc loquimur, Auri Tonnas. PERIZ.

2 Ἀτὰρ οὖν καὶ χρημάτων] Solent hæ Voculæ ab Ælian adhiberi, quando à generali affirmatione progreditur, & transit ad rei peculiaris commemorationem. Sic II. 44. Θέωνος τοῦ ζωγράφου πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ὁμολογεῖται τὴν χειρουργίαν ἀγαθὴν εἶναι, ἀτὰρ οὖν καὶ τόδε τὸ γράμμα. III. 20. Οἱ ξένοι πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀπέπιμψαν, ἀτὰρ οὖν καὶ βῶν καὶ πλακοῦντα. IV. 19. Ἀριστοτέλει αἰτίου γέγονε πολλῆς καὶ ἄλλης πολυπειρίας, ἀτὰρ οὖν καὶ τοῦ γνώσεως τοῦ περὶ τὰ ζῶα. Sic *alibi*. IDEM.

3 Τῆς οὐσίας] Quam Plutarch. ait octo talentorum fuisse *lib. de vitando ære alieno*, ubi habet hanc historiam, hoc est 6800. coronat. Adde etiam Simplicium *ad Epict. c.* 10. SCHEFF.

4 Ἀπαλλαττόμενος τὴν Θηβῶν] Aliter Laërtius. Ἀλέξανδρον, inquit, πυθόμενον, εἰ βέλεται αὐτῷ τὴν παλαιὰν ἀνοικοδομῆσαι, ἔφη· Καὶ τί δεῖ; πάλιν γὰρ ἴσως Ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν καθαιρήσει. Et hoc melius. Confirmatque Philostratus *vita Apoll.* VII. *cap.* 1. denique sic corrigendum censet quoque Celeberrimus Menag. in *Notis ad Laërt. pag.* 154. SCHEFF. Philostrati

οἰκιδεισῶν πάλιν, ἔφη, ἐ δέομαι πόλεως, ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψῃ, ἢ ἄλλος.

jam denuo exædificatis, non opus est, inquit, mihi urbe, quam Alexander vel alius subvertet.

στρατῆ *l. c.* moveor, ne quid in Textu mutari velim. Ille enim non habet præcisè verba illa, Ἀλέξανδρος ἄλλος, *alius Alexander*, sed generalius inquit: οὐκ ἄν, ἔφη δεηθῆναί μου πατρίδος, ὧν κρατοῦσι πλοίοις ἰσχύσας, *se non indigere ea patriâ* (Crates inquit,) *quam quis armis belloque superior possit evertere.* Cur igitur Nostrum adigemus in Laertii verba? KUHN.

5 Ἢν Ἀλέξανδρος κατασκάψει, ἢ ἄλλος] Sic & MSti. Sed tamen Menagius *ad Laërtium in hujus Cratetis vita*, deleri vult illud ἢ, quia Laërtius dicit, Philosophum hunc, rogatum ab Alexandro, an Patriam suam vellet denuo excitari, respondisse, non esse opus, πάλιν δ' ἴσως Ἀλέξανδρος ἄλλος αὐτὴν καθαιρήσει, *forsan enim alius Alexander eam denuo evertet.* Probat hanc Emendationem Schefferus, sed rejicit Kuhnius, quærens, *cur Nostrum adigemus in Laërtii verba?* Ego vero speciosam plane, & pene certam dixerim, obnitentibus licet MStis. Immo magis convenire hanc lectionem isti Cratetis dicto. prout refertur ab Æliano, quam prout à Laërtio. Dictum enim id fuit, Θηβῶν πάλιν οἰκιδεισῶν, quum Thebæ denuo essent exstructæ. Jam vero Thebas everterat Alexander Macedo. Restituit eas Cassander XX. annis post, & dudum jam, seu Nono jam anno, post Alexandri illius mortem. Vide Diodor. Siculum *lib.* XIX. *pag.* 696. 697. & Pausan. in *Bœoticis pag.* 287. Præterea floruit hic Crates maxime post Alexandrum, quippe cui æqualis fuit Diogenes Cynicus, eodem anno & die mortuus, quo ipse Alexander: ejus autem discipulus & successor fuit Crates. Sed & comiter legitur collocutus aliquanto post cum Demetrio Phalereo Athenis expulso, & Thebas jam restitutas profecto. Vide Plutarchum in *lib. de Discernendo Adulatore & Amico.* Quis ergo erit *Alexander*, quem illo dicto Crates quasi vivum tunc designasset secundum vulgatam hanc lectionem? At quam pulchra erunt omnia, si dixisse tunc statuatur, *non opus mihi ea urbe, quam alius iterum Alexander evertet*, h. e. alius quispiam, Alexandro Macedoni, qui noviſſime eam diruit, similis. Usitatam autem esse hanc Græcis locutionem, vel ex eo liquet, quod de Theseo dicebatur, teste Plutarcho, ἕτερος ἄλλος Ἡρακλῆς, immo & de Aliis. Vide ipsum Æl. *infra* XII. 22. & ibi Kuhnium. Ejusdem generis sunt & illa Latinorum, *Contenti simus hoc Catone*, & *Tertius è cœlo cecidit Cato.* Sic & de Camillo Livius v. 49. *Romulus ac parens patriæ, conditorque alter Urbis appellatur.* Quod ad Laërtii locum attinet, crediderim, istic pro πρὸς Ἀλέξανδρον πυθόμενον legendum πρὸς Κάσανδρον πυθ. facili & oportuno librariis lapsu, quia in responso Philosophi Ἀλέξανδρος ἄλλος memorabatur. Nam ut Alexander hoc rogaverit Cratetem, vix probabile propter rationem & Historiæ ipsius, & ætatis Utriusque PERIZ.

ΚΕΦ. ξ'.

Περὶ τῆς τῶν πολλῶν κακοφημίας.

Δημοχάρης, ὁ τοῦ Δημοσθένους ἀδελφιδοῦς, ἐπιδείξαι βουλόμενος, ὅτι τῆς

1 Δημοχάρης] Lachetis Leuconiensis & sororis Demosthenis filius, orator & ipse celebris, cujus meminit Plutarch. in *vita* X. *c.*

CAP. VII.

De calumnia populi.

Demochares, sorore Demosthenis natus, ostendere volens, se

5. SCHEFF. Et Seneca *de ira* III. 23. Bene Valesius *in Excerpt. Polyb.* de Democrare. *Erat Lachetis filius, Democharis nepos, pago*

τῆς ἐκ τῶν πολλῶν κακοφημίας ὑπερφρονεῖ, θεασάμενός τινας καθεζομένους [2] ἐν ἰατρείῳ ψογερούς, καὶ κακῶς ἀγορεύειν ἐκ παντὸς τρόπου διῳῶντας, Τί φατε ὑμεῖς (εἶπε) [3] Δυσμενίδαι; [4] τὸ ἦθος αὐτῶν ἅμα ἐκκαλύψας ἀφ' τούτου τοῦ ὀνόματος.

se nihili pendere obtrectationes vulgi, quum videret quosdam sedentes in medici officina, reprehendendi promptos, & male loquendi omnino cupidos: Quid loquimini, inquit, vos Dysmenidæ? ingenium ipsorum hoc nomine simul declarans.

ΚΕΦ.

CAP.

pago Leuconoiensis. malè enim apud Plutarch. in Demetrio, Δημοχάρης ὁ Λευκωνεύς, *scribitur. apud eundem in vita X. Rhetor.* Δημοχάρης Λάχητος Λευκονοιεύς. *lege utrobique* Λευκονοϊεύς *Jam quod ejus avum pœsui Democharem firmatur auctoritate Demosthenis, qui in orat. contra Aphobum ait, amitam suam nuptam fuisse Demochari Leuconoiensi.* Hæc ille *l. c.* ubi & lapsum memoriæ imputat Athenæo, quod *lib.* VI. Democharem indigitat Δημοσθένους ἀνεψιὸν, cum potius *Sororis filium* fuerit (ἀδελφιδοῦς) Verum enim verò miror Viro tam docto non venisse in mentem, quod ἀνεψιὸς idem sæpè valeat ac ἀδελφιδοῦς, id quod constat ex Polluce *lib.* III. *cap.* 2. Suida in voce ἀδελφιδοῦς, Phavorino in ἀδελφιδοῦς, & aliis idoneis Auctoribus. Gloss. *Sobrinus*, ἀνεψιὸς. KUHN.

Δημοχάρης] Vir illustris hic fuit, ex sorore Demosthenis natus, & ejus in Rep. secutus sectam, h. e. Democratiæ studium: Demetrio itaque Phalereo, & Regum, tum Cassandri tum Demetrii Poliorcetæ, factionibus adversus, contra, variis à Populo honoribus, vivus mortuusque, ornatus, ut liquet ex Psephismate, quod post ejus mortem de ipso factum, & Plutarchi *libello de X. Rhetoribus* adnexum est. Ipsi Plutarcho dicitur Ἀνὴρ καὶ τὰ πόλεμον ἀγαθὸς, καὶ τὰς πολιτικὰς λόγους δεινὸς χέειν. Vitam tamen ejus turpi aspersit infamia Maledicentissimus ille Timæus, docente id nos Suida, & Polybio in *Excerptis pag.* 1396. qui acriter istic Democharis famam tuetur. PERIZ.

2 Ἐν ἰατρείῳ] Hæc enim male feriatorum hominum conciliabula jam olim esse consueverunt, quemadmodum tonstrinæ & μυροπώλια. vide quæ observat. If. Casaubon. in *comment. ad Theoph. Charact. p.* 244. SCHEFF.

Ἐν ἰατρείῳ, *in Medici Officina*] Latini eam uno itidem vocabulo dixerunt *Medicinam.* Plaut. *Amph.* IV. 1, 5. *Nam omnes plateas perreptavi, gymnasia, & myropolia, Apud emporium, atque in foro, in Medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras.* Et *Epid.* II. 2. 14. *Per omnem Urbem quem sum defessus quærere, Per Medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro, Per myropolia, & lanienas, circumque argentarias.* Liquet ex his, non solum *Medicinas* esse Medicorum officinas, sed & solitos in iis homines otiosos sedere, atque ideo in iis quæri ab aliis, quod vel maxime ad hunc Æliani locum pertinet; denique jungi identidem *Tonstrinis*, quoniam in his vel præcipue solebant sedere fabulantes. Sic *infra* VI. 12. Ἀπηλθόθαν οὖν τοῖς κυρέοις, καὶ γελωλοποιεῖν. Laert. in *Pittaco* τὸν μὲν αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ κυρέως ἐν Κύμῃ. Ter. *Phorm.* I. 2. 39. *Ex adversum ei loco Tonstrina erat quædam, hic solebamus fere plerumque eam operiri.* Sed & hinc *lippis & tonsoribus notum* dicitur, quod vulgatissimum est. Vide & omnino Plutarch. *de Garrul. pag.* 509. Per *Medicos* autem intelligendi hic omnino Chirurgi. *Chirurgice* enim vetustissima & potissima fuit olim Medicinæ pars. Vide Celsum in *Præfat. Libri* VII. & Plinium XXIX. 1. Hinc Xenophon *Cyri Exped. lib.* V. *extr.* καὶ ἰατροὶ τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. Cum quo confer Diog. Laërt. in *Platone n.* 85. Χειρουργικὴ διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει. Vide ibi Menagium. Vide & *infra* XI. 11. PERIZ.

3 Δυσμενίδαι] Vocabulum ab ipso confictum. Sed fortassis dicit δυσμενίδες, allusione ad Εὐμενίδες, quomodo Furiæ appellantur. SCHEFF. Δυσμενίδης rectus est, ut *infra* Ἐπιμενίδης. KUHN.

Δυσμενίδαι] Sic & MSti. Significantur hoc vocabulo Homines, qui omnium sunt inimici, omnibus male volunt, & obtrectant

Hom. *Odyss.* ζ. 184.

——— Πολλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,
Χάρματα δ' ἐυμενέτῃσι ——

multi dolores Inimicis, gaudia benevolentibus. An ergo hic δύσμενέτῃ ut istic ἐυμενέτῃ? sed minime id opus. Forma enim hæc, δυσμενίδαι, usitata est satis. Sic Ομηρείδαι apud Platon. in *Phædro p.* 252. Ευπαλαμίδαι apud Dionys. Halic. & Alios passim. PERIZ

4 Τὸ ἦθος] Nempe quia δυσμένεια, ἔχθρα, μῖσος, ut exponit Hesychius. SCHEFF.

ΚΕΦ. η'.

Ὅτι ὁ Φρύνιχος ἀφ' τι ποίημα στρατηγὸς ἡρέθη.

CAP. VIII.

Quod Phrynichus propter Poëma quoddam Prætor electus est.

1 Φρύνιχον Ἀθηναῖοι στρατηγὸν εἵλοντο, ὅτε 2 ἐς σπουδὰς, ὅτε

Phrynichum Athenienses belli ducem creaverunt, neque studiis

1 Φρύνιχον] *Phrynichi* plures fuerunt. Quatuor enumerat Scholiastes *Aristophanis* Ορνιθ. *p.* 576. Varios etiam Suidas, sed qui mirificè omnia confundit, dum Φρυνίχε παλαίσματα modo refert ad Tragicum Poëtam, modo ad Comicum, modo ad illum ex Thucydide στρατηγὸν, qui fuit tempore Alcibiadis. Vide Eum in *Vocibus* παλαίσμασιν, & Φρυνίχε πάλαισμα. Sed sequitur Scholiasten *Aristoph.* ad Βατραχ. *pag.* 44. qui itidem phrasin hanc diversis interpretatur modis, & ad diversos refert *Phrynichos*. Nihil itaque mirum, etiam Doctissimos Interpretes ad hunc locum confundere Tragicum hunc cum isto *Thucydidis* στρατηγῷ, qui tamen diversissimi fuerunt. Nam primo distinguit eos clarissime ipse Scholiastes *d. l. p.* 576. Dein Tragicus ille antiquior fuit etiam *Æschylo*, ut diserte monet Idem Scholiastes *ad* Βατρ. *p.* 354. ubi Comicus ipse *Actu* IV. *sc.* 1. *Æschylum* incusat, quod in scenam induxerit μαρὲς λαῶν ὠδὰς Φρυνίχου τραφέντας, *stultos sumens apud Phrynichum eductos*. Sed & ipse Suidas eum floruisse vel vicisse ait *Olymp.* 67. rectius hoc quidem, quam Eusebius qui ad Olymp. 74. refert, & post *Æschylum* locat. Denique *Thespidis* fuit *discipulus*, illius, teste Suida, qui *primus Tragœdiam invenisse* dicitur, tempore Solonis: quo ipso Antiquitas hujus Phrynichi quoque declaratur, ut & eo: quod etiam ipse Primus varia inveniisse & adhibuisse in

Tragœdiis dicitur, de quibus mox, quodque fabulam de fato Meleagri, stipiti, quem servabat Mater ejus, insito, Primus omnium quoque tradiderit, ut refert Pausan. in *Phocicis p.* 348. Vixit tamen Phrynichus una cum Æschylo, siquidem Tragœdiam fecit Μιλήτε ἅλωσιν, de qua Vide *infra* XIII. 17. & ibi Schefferum. Miletus autem capta fuit à Dario Hystaspis, cujus tempore vixit & floruit etiam *Æschylus*, sed *Phrynicho* natu minor. Nisi tamen duo fuerint *Phrynichi Tragici*, atque adeo diversi inter se, præcipuus ille Tragicus, & iste, qui Μιλήτε ἅλωσιν fecit. Videtur id sane colligendum ex Scholiaste & Suida, qui pariter Priorem Illum dicunt esse *Polyphradmonis Filium*, & ejus Novem numerant Tragœdias, inter quas *Pleuroniam*, quam etiam Pausan. *d. l.* citat: Hunc *Melanthæ Fil.* & ei duas tribuunt Tragœdias, à prioribus diversas, *Andromedam* & *Erigonem*, immo & hanc Μιλήτε ἅλωσιν. v. Schol. *pag.* 536. Dubitem tamen, quia Veteres, Strabo, Plutarchus &c. laudant hunc istius Fabulæ de Mileto Auctorem, simpliciter solo *Phrynichi Tragici* nomine, quasi nullus ejus Nominis fuisset Alius Tragicus, nedum alius Celebrior: dein, quia ut alia, ita vel maxime Pater Phrynichi incertus est cum in istis Scholiis diversa identidem adferentibus, tum in Suidâ, qui certe tres ejus Patres nominat, *Polyphradmona*, *Minyram*, & *Chorocleum*.

ὅτε χρὴ 3 τὴν ἐξ γένους ἀξίαν, οὐδὲ μὴν ὅτι ἦν πλουσίος. 4 Πολλάκις γοῦν ἐκ τούτων ἐθαυμάζοντο ἐν ταῖς Ἀθήναις, καὶ τῶν ἄλλων προῆντο. Ἀλλ' ἐπεὶ 5 τοῖς πυρριχισταῖς 6 ἔν τινι τραγῳδίᾳ ἐπιτήδεια μέλη καὶ πολεμικὰ ἐξεπόνησεν, ὥστε ἅμα κατεκτήσατο τὸ θέατρον, καὶ ἐκήλησε τῶν παρόντων, ὥστε ᾠδήχρημα αὐτὸν εἵλοντο

diis partium, neque propter generis dignitatem, neque vero quod dives esset. Sæpe enim etiam propter ista *Homines* colebantur Athenis, aliisque præferebantur. Sed quum Pyrrichistis in quadam tragœdia convenientes fecisset & bellicos modulos, adeò occupavit theatrum, & præsentium animos cepit, ut continuo eum du-

cem. Sed hunc male: Nam is fuit Pater Histrionis Phrynichi teste Schol. *Aristoph. p.* 576. Denique diserte Tzetzes *ad Hesiod. Ἔργων* 414. Phrynichum hunc Tragicum, sed qui male istic scribitur Φερένικος. *ANTE Æschylum veritatis pœnas dedisse* ait, *mulctatum mille Drachmis, quod* Μιλήτε ἅλωσιν *scripserit, & spectatores in ejulatum conjecerint*. Quin immo vixit celebris ille Phrynichus usque ad tempora Themistoclis. Vide Plutarchum *Them. p.* 114. & Stanlejum *ad vitam Æschyli*. Sed de eo utcunque sit, antiquissimus certe fuit Tragicus iste. At vero *Phrynichus* ille Thucydidis, cujus Historiam hic adfert Schefferus, sed & Suidas, στρατηγὸς fuit tempore extremo Alcibiadis, seu Olymp. demum XCII. h. e. integris Centum annis post hunc Tragicum. Hunc autem στρατηγὸν quoque factum, quod Æl. hic nos docet, refert etiam Schol. *Aristophanis* Βατραχ, *p.* 245. & ex eo Suidas. Uterque tamen ibidem *Comicum* quoque *Phrynichum* memorant, qui itidem στρατηγὸς fuerit. Sed ibi omnino emendandus est Suidas ex illo Schol. legendumque τραγικῶν pro στρατηγῶν. Comicus ille mediæ jam fuit Comœdiæ, vixitque paulo ante Alcibiadem, seu Olymp. LXXXVI. teste Suida, immo ipsius Alcibiadis tempore, ut liquet ex Plutarcho *Alcib. pag.* 201. ubi eum ait accusatores Alcibiadis perstrinxisse suis carminibus. Ut adeo potuerit sane per ætatem Comicus iste, & ille Thucydidis στρατηγὸς, fuisse Idem Homo sed diserte eos distinguit Schol. *Aristoph. ad Aves p.* 576. & revera diversi fuisse videntur, nec dubito, quin male Suidas & Schol. *Aristoph.* Comicum quoque στρατηγὸν fuisse dicant. Scripsit ille inter alias Fabulam Σατύρους, teste Suida, quam citat etiam Athenæus *lib.* III. *cap.* 10. PERIZ. De *Phrynicho* pluribus egit Eruditissimus Bentlejus in *Dissertat. de Phalar. Epist. pag.* 259. *& seqq.*

2 Κατὰ σπουδὰς] Verterim, *per factionem & ambitum*, seu magis proprie *per studia partium*. Herodian. III. 13. *extr.* Ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν, καὶ ταῖς περὶ τὰ αἴσχιστα σπουδαῖς. Noster XII. 15. τὰς ἐν τοῖς ἄθλοις σπουδὰς διαναπαύειν τῆς παιδιᾶς, h. e. *studia & contentiones animi in certaminibus recreare lusibus*. PERIZ.

3 Κατὰ τὸν γένους ἀξίωμα] MSS. B. & C. habent ἀξίωσιν. SCHEFF. Ut MSti B. & C. sic quoque Lugd. ἀξίωσιν. Sic VII. 21. Καὶ τοι ποσῶτοι ὄντες τὴν ἀξίωσιν. Sed vulgatum suos quoque Auctores habet. PERIZ.

4 Πολλάκις] Mediceus πολλὰ. ut *supra lib.* I. *cap.* 23. ἐνθέν τοι καὶ πολλὰ σφάλλεται, atque ita πολλὰ pro πολλάκις occurrit *lib.* V. *de Nat. Anim. cap.* 29. & *lib.* XIII. *cap.* 5.

5 Τοῖς πυρριχισταῖς] Pyrricham fuisse ὑόπλιον ὄρχησιν, *armatorum* Juvenum *saltationem*, res est notissima vel ex Suetonio & ejus Interpretibus. Præparabant se hoc ludicro exercitio ad impetus & motus bellicos, ἐπὶ τὰ στρατιωτικὰ, ut loquitur Strabo *lib.* X. *p.* 467. Vide de hac saltatione ex Veteribus Platonem *de Legibus lib.* VII. *pag.* 815. Dionys. Halic. *lib.* VII. *p. m.* 476. Athenæum XIV. *p.* 629. 630. Fiebat autem ad *cantica*, μέλη, seu κατ' ᾠδάς, ut loquitur Athen. vel ὡς προκελευσματικοῖς, ὡς τὰ πολλὰ, ῥυθμοῖς, ut Dionys. Halic. Erat porro ὄρχησις ποιήσεως λυρικῆς, ut diserte iterum Athen. Hinc jam πυρρίχη etiam pro ipso cantico ad talem saltationem

το στρατηγεῖν, πιστεύσαντες, ὅτι τ̃ πολεμικῶν ἔργων ἡγήσεται 7 καλῶς, καὶ εἰς δέον, ὅπου μὴ ἀπᾴδοντα τοῖς ἐνοπλίοις ἀνδράσιν εἰσᾴσατο τὰ ἐν τῷ δράματι μέλη τε, καὶ ποιήματα.

ducem eligerent, arbitrantes, eum bellicis rebus pulchre & utiliter præfuturum, quandoquidem à viris armatis non abhorrentia cantica & poëmata dramatis illius fecerat.

ΚΕΦ.

CAP.

nem facto ponitur. Athen. Τακλέον δ' ἐπὶ τ̃ πυῤῥίχης τὰ κάλλιστα μέλη, καὶ τὰς ὀρθίους ῥυθμὰς, *in pyrricham conferre quis debet suavissimas cantilenas & erectos rythmos.* Sed & hinc Poëtæ dicuntur *feciſſe Pyrrichas.* Ariſtoph. *Βατρ. Actu* I. *Sc.* 2. τὴν πυῤῥίχην τὶς ἔμαθε τὴν Κινησίου. Ubi Schol. Κινησίας διθυραμβοποιὸς, ὃς ἐποιήσατο Πυῤῥίχην. Quin etiam de *Phrynicho Tragico* idem Schol. *p.* 536. Ἐποίησε δὲ καὶ Πυῤῥίχας. Quapropter, Eum hic dici μέλη Πυῤῥιχικὰ ſeu τοῖς Πυῤῥιχισταῖς ἐπιτήδεια feciſſe, nihil mirum, quum paſſim in iiſdem Scholiis etiam laudetur hoc nomine, quod fuerit ποιητὴς ᾠδῆς ἐν τοῖς Μέλησι *pag.* 576. Idem traditur *pag.* 273. & additur feciſſe eum Μέλη κιθαρῳδικὰ. Neque obſtat, quod dicatur ἔν τινι τραγῳδίᾳ feciſſe, atque adeo in *ſcenam* induxiſſe, ἐπιτήδεια τοῖς Πυῤῥιχισταῖς Μέλη. Nempe frequentiſſimus fuit uſus Chororum in antiquiſſimis Tragœdiis immo & Comœdiis. Chori autem erant Pyrrichieis cantibus & motibus idonei. Hinc Athenæus *lib.* I. *cap.* 19. *init.* antiquos Poetas, Theſpin, Pratinam, Cratinum, Phrynichum, appellatos Ὀρχησικὰς, ſaltatorios, quia Fabulas ſuas referebant ad ſaltationem Chori, τὰ δράματα ἑαυτῶν ἀναφέρειν εἰς ὄρχησιν τ̃ χορ̃. Sed & alia Phrynichus fecit nova primus pro ea libertate, qua ſemper homines in rerum nondum in certam formam redactarum initiis utuntur. Sic πρῶτος εἰσήγαγε γυναικεῖον πρόσωπον ἐν τ̃ σκηνῇ, *primus perſonam fœminæ induxit in ſcenam: Primus* etiam *invenit* & adhibuit *tetrametrum* carmen. Vide Scholiaſt. *pag.* 776. Quid mirum ergo, etiam choros alicujus Tragœdiæ accommodaſſe eum ad *Pyrrichas*? Ita certe Comicus Phrynichus induxiſſe dicitur *p.* 245. Κινησίας τὰς χορὰς καὶ παλαιούσας, *Choros ſe multum moventes, & Luctantes.* Qui quam parum abſint à Pyrrichis, nemo non videt. PERIZ.

6 Ἐν ταῖς τραγῳδίαις] Atqui Suidas eum facit Poëtam comicum. Hiſtoriam proditam ab alio non memini. *Phrynichum* alias laudat Thucydides paſſim inter Athenienſium duces. SCHEFF. Phrynichum Tragicum, qui & πυῤῥίχας fecit, in Scholiis *Ariſtoph. p. m.* 364. legere eſt. Suidas in *voce* παλαίσματα ex Ariſtophane in *Ranis* notavit, Φρυνίχου παλαίσμασι, *Phrynichi luctationes.* Nam Phrynichus in tragico quodam Dramate, quod inſcribebatur *Antæus*, περὶ παλαισμάτων prolixior fuerat, vel χορὸς κινηθέντας, καὶ παλαίοντας, *Choros dederat ſe moventes luctanteſque*, ut idem *Scholiaſtes* notat. Quibus rebus fortè capti Athenienſes, Phrynichum æquè aciem ac chorum ſtruere poſſe perſuaſi, Ducem ſibi illum legerunt. Verum enim verò στρατηγὸν αὐτὸν ἡρῄθησαν Ἀθηναῖοι, καὶ πολλοὶ αὐτῷ περιεκέκλωνται ὡς περδόντι τ̃ πόλεμον. Aliud ſcilicet erat, mimica belli ſimulachra in theatro ſpectatoribus repræſentare, aliud decretoriis armis hoſtem laceſſere non comicum, ſed verum. confer *notas ad lib.* IV. *cap.* 7. KUHN.

7 Καλῶς καὶ εἰς δέον] MSS. B. & C. ὡς δέον. SCHEFF.

Καλῶς καὶ εἰς δέον] Sic recte Sluisk. At Lugd. æque ac Pariſienſes B. & C. καλῶς ὡς δέον. Sed male. Amavit enim Noſter locutionem iſtam. Sic II. 37. Νόμοι κάλλιστα καὶ εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι, h. e. *utiliter ſibi.* VIII. I. ὃ μὲν εἰς δέον ἀπήντησεν αὐτῷ ἡ σπουδὴ, *non utiliter ipſi ceſſit hoc ſtudium.* PERIZ.

ΚΕΦ. θ'.

CAP. IX.

Περὶ ἔρωτος.

De Amore.

1 Ἐρῶντι ἀνδρί † τις ἂν ἐρῶν ὅπλοις, ἐπειγόσης τ̃ μάχης, καὶ συνάγον-

† ἕτερος ἂν ἐρῶν.

Cum amatore haud facile quis, qui ipſe non amet, quum pugna

1 Ἐρῶντι ἀνδρὶ &c.] Locus corruptus ab interpunctione, & tranſpoſitione ſic legi debet. ἐρῶντι ἀνδρὶ τίς, ἂν ἐρῶν ὅπλοις, ἐπειγούσης τ̃ μάχης, καὶ συνάγοντος τ̃ πολέμου, συμμίξειεν ἄν; & ita in MS. Cod. Vulteii legebatur, ut ex ejus verſione clarum eſt. FABER.

Ἐρῶντι ἀνδρί] Reſpicit Cretenſium & Thebanorum conſuetudinem, qui in acie amantes conjungebant, ut mutuo aſpectu ad fortitudinem incitarentur: Conſule Polyænum *lib.* II. *p. m.* 125. qui Gorgiam authorem inventi hujus facit. Athenæus *lib.* XIII. *Quam apud Thebanos ſacram cohortem vocant, ex iis conſtat, qui amant & amantur. In eorum virtute atque fortitudine Dei profecto Majeſtas eluceſcit, cum decoram ii mortem turpi ac probroſæ vitæ anteponant.* Adde Plutarchi *Amatorium*, ubi accuratè de hoc argumento agit. Porrò pro ἀνδρί τις Geſn. legit, ἕτερος ὢν ἐρῶν. Faber ſic conſtituit omnia, ἐρῶντι ἀνδρὶ τίς ὢν ἐρῶν, ὅπλοις ἐπειγούσης τ̃ μάχης, καὶ συνάγοντος τ̃ πολέμου, συμμίξειεν ἄν; in MSS. B. & C. legitur ὅπλων, cum retinentur cætera vulgatæ. SCHEFF. Turbas hic dedit τὸ ὢν, ex præcedentibus malè inculcatum, niſi quis malit τὸ ὢν Attico more abundare. utrum velit, penes lectorem optio eſto. Cæterum, cum noſter hoc caput ſcriberet, in animo habuit ἱερὸν λόχον Θηβαίων, *ſacram cohortem Thebanorum*, quæ ex amantibus amatiſque collecta trecentis, victoriam Leuctricam Lacedæmoniis ſua virtute extorſit. Max. Tyr. *diſſert.* 8. ὅπλα δὲς Ἐπαμινώνδας τοῖς ἐραστ̃ς καὶ τοῖς ἐρωμένοις συνέπαξε λόχον ἱερὸν ἔρωτος, δεινὸν καὶ ἄμαχον καὶ συναστράπτοντα ἀκαθέκτως καὶ ἄῤῥηκτον &c. *Epaminondas amatoribus ipſorumque deliciis arma dedit, cohortemque Amori ſacram inſtruxit, quæ ſtrenua & inſuperabilis, clypeiſque arctiſſime conſertis invictum robur hoſti irrumpenti objecit.* Plutarchus in *Pelopida. Gorgidam primum*, inquit, *hanc delectum manum* (ut Corn. Nep. vocat in *Epam.*) *conflaſſe, eamque in Cadmæa, Thebanorum arce publico ſtipendio habitam. Alii autem volunt ex mutuo ſe amantibus conſtare cohortem illam, & Pammenis jocus memoratur, quo Homeri Neſtorem Tacticæ peritum negabat, quod juſſiſſet Græcos in acie conſiſtere κατὰ φῦλα καὶ φρήτρας, ſecundum nationes & tribus, ut quælibet natio ſuæ nationi, & tribus tribui ſuppetias ferrent, cum potius amantem ad latus amati collocare debuiſſet. Tribules enim ſe invicem non magno proſequuntur affectu: quod vero agmen ex iis, qui amant & amantur, compoſitum eſt, id ſanè immobiles habet cuneos, nulloque perrumpitur hoſtium impetu. Amantes enim ſuas delicias toto pectore complexi, amatique pudoris & obſequii vicem Amatoribus reddentes, mutuas ſibi invicem operas præſtant, imminente periculo, alterque pro ſalute alterius ſeſe morti offerre non dubitat. Hoc animo ille, quem hoſtis humi proſtratum jugulare volebat, precatus eſt, in adverſum pectus gladium ſibi adigeret, ne, ſi amores ſui ſe jacentem averſoque vulnere cæſum vidcrent, pudore ſuffunderentur. Fertur etiam Iolaus Herculi fuiſſe in deliciis, eoque nomine omnium ejus certaminum ſocius ab Herculis ſemper ſtetiſſe partibus. Quapropter Ariſtoteles ſuo adhuc tempore morem duraſſe ait, ut ad ſepulchrum Iolai amatoria fœdera coirent. Ea itaque ratione illam cohortem ſacram dixeris, qua Plato amatorem vocat ἔνθεον φίλον, amicum divino inſtinctu plenum: Manſit etiam cohors laudata bello invicta uſque ad prælium Chæronenſe, in quo ad internecionem cæſa eſt, trecentis corporibus uno in loco coacervatis & ipſo hoſte, recognita, illachrymante, qui etiam dixit: δὶς-*

γονίῳ ᾧ πολέμῳ, ἐκ ἂν [2] συμμίξειεν. Ὁ γὰρ ἀνέραστος φεύγει καὶ ἀποδιδράσκει τὴν ἐρωτικὴν, ἅτε βέβηλος καὶ ἀτελὴς τῷ θεῷ, καὶ τοσοῦτον ἀνδρεῖος, ὅσον αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ χωρεῖ, καὶ τὸ σῶμα ῥώμης ἔχει. Δέδοικε δὲ τὸ ἕτερον, ἅτε [3] ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα, [4] καὶ ἐ, μὰ Δία, τοῦτο τὸ κοινὸν, ἐξ Ἄρεος, ἀλλ' ἐξ Ἔρωτος, μανέντα. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ θατέρου τῶν θεῶν κατάληπτοι ὄντες, ὧν ἕνα [5] φησὶν Ὅμηρος ὅμοια τῷ Ἄρει μαίνεσθαι, [6] ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐξ ἑνὸς θείου ληφθέντες δαίμονος εὖ καὶ καλῶς ἀγωνίζονται τοσοῦτον, [7] ὅσον ἐνθουσιᾶν αὐτοὺς ἄπαξ. Οἱ δὲ [8] Ἔρωτος βάκχοι πολεμοῦντες, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἄρεως ὁρμῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ Ἔρωτος ἐκκαύσεως, διπλῆν τὴν λατρείαν ὑπομένοντες, εἰκότως, ᾗ κατὰ τὴν Κρητῶν ἔννοιαν, καὶ

gna urget, & prælium committitur, armis congredietur. Nam expers amoris fugit amatorem, & se subducit, tanquam profanus, nec initiatus Deo, tantumque fortis, quantum ei & animus patet, & corpus roboris habet. Metuit autem illum alterum, quasi percitum furore, ut solent Deo pleni, & ita est planissimus, ac longe melius cohæret cum sequentibus. Neque tamen opus, ut pro τις legamus ἕτερος, quod maluisse videtur, sed sine causa, Gesnerus. Accipiendum enim illud τις indefinite, ut significet *aliquis*, quomodo passim sumitur etiam in hac constructione. Vide Vigerum *Cap.* III. *Sect.* II. *Reg.* 13. Neque offendere quem debet, quod præmittitur illud τις suo Nomini. Id enim frequens Græcis. Max. Tyr. *Diss.* 9. Καί τις ἰδὼν τὸ ἀπίρων τὸ τέγους διήστηκε. *Diss.* 10. Ἐγὼ μὲν οἶμαι καὶ ἑυξάσθαί τινα νῦν ἔχοιμι. *Diss.* 26. Ἀποκρίνη μοι, πότερον ἡγῇ, τὸ εἶναι δαιμόνιόν τινος, ἢ μή. Vide & supra Me *ad* I. 4. PERIZ.

[2] Συμμίξειεν;] Melius sine interrogatione GESNER.

[3] Ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα] Cuperus *lib.* III. *Observ.* legit κατοχὴν. SCHEFF. Frustra hic est, qui sano loco medicam manum admoverit. Pollux *lib.* I. *cap.* 1. ἐνθεῖος, ἐπίπνους, κάτοχος. Nec causam dixit Cuperus, cur ἐνθουσιᾶσθαι & κατόχως jungi nequeant. mihi quidem est τὸ ἐνθουσιᾶσθαι κατόχως, *insanire & ferri lymphaticum, more eorum, qui numine aliquo afflati sunt*, ἐκ θείας ἐπιπνοίας ἐνθουσιᾶν, eodem fere modo inquit in *Severo*, Dionis *epitomator* quæ enim differentia inter κατόχως & ἐκ θείας ἐπιπνοίας? Videtur autem Noster, τὸ κατόχως ἐνθουσιᾶν junxisse eodem fere pleonasmo, quo Galenus *lib.* I. περὶ κρίσιμων ἡμερῶν jungit τὸ, ἐξόχως ὑπερεχὴ ἔστι ἢ inquit ὅπ ᾗ τοῦ ἐξόχως ὑπερεχὼ ἕνια τῶν ᾧ γένος ὅλως ἀφεστηκέναι σφεπερίζεται, *est vero, ubi etiam quædam per excellentem virtutem, qua supereminent aliis, totius generis nomen sibi vindicant.* KUHN.

[4] Καὶ ἐ, μὰ Δία, τοῦτο &c.] Vertitur, *& non solum à Marte, quod quidem commune est, verum etiam ab Amore concitatum.* Sed valde per-

& non, per Jovem, secundum commune illud dictum, *ex Marte*, verum ex Amore, furentem. Nam qui *solum* ab altero horum Deorum sunt capti, quorum Unum perinde ac Martem Homerus dicit insanire, illi vero ab uno occupati Deo recte beneque pugnant tantum, quanti est eos ab uno agitari numine. Amoris vero mystæ pugnantes, & Martis impetu, & Amoris ardore duplicem sustinentes cultum, non mirum, ex sententia Cretensium, si dupliciter quoque bene rem-

λειπτο κακῶς, οἱ τοῦτο ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν αἰσχρὸν ὑποπτεύοντες. *male pereant, qui hos turpia pati & facere, suspicantur.* vide & sequentia, ut quæ apprimè ad illustrandum Ælianum facere videntur. adde Nostrum *Histor. Anim. lib.* IV. *cap.* 1. Cæterum hanc amatoriam aciem damnare videtur Socrates in *Symposio* Xenophontis. Cum enim Pausanias, cui Agathon Poëta in deliciis erat, intemperantius amantium causam sibi defendendam suscepisset, dicens, ὡς καὶ σφόδρα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο στράτευμα ἐκ παιδικῶν καὶ ἐραστῶν· τούτους γὰρ ἂν ἥκιστα μάλιστα ἂν αἰδεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολιπεῖν, *quod etiam exercitus ex amantibus eorumque deliciis coadunatus, validissimus sit. illos enim suâ sententiâ maximè pudore mutuo attineri, ne se invicem deserant:* respondit *Socrates*, *mirum esse, si illi à turpi aliquo facinore præ verecundia se abstineant, qui de reprehensionibus securi impudentiæ erga se mutuæ insuefacti sunt.* Athenæus autem dubitat, annon hæc verba Pausaniæ ipse commentus sit Xenophon *l. v. Deipnos. p.* 216. KUHN.

Ἐρῶντι ἀνδρί τις ἐκ ἐμῶν &c.] Nescio qui ita adhæserint ad hunc locum tot Interpretes. Gesnerus voluit, ἕτερος ἐκ ἐμῶν: Faber in extremo κόμματος pro ἐκ ὧν συμμίξειε legit συμμίξειεν ὧν, expuncto ἐκ. Kuhnius quoque illud ἐκ *ex præcedentibus male inculcatum turbas hic dedisse* ait. Ego vero nihil hic à Codicibus MStis, nisi forte in Accentibus, sed à Vultejo maxime peccatum censeo, dum præter omnem rationem & rerum nexum per Interrogationem hæc reddit, & Posteriores ἐκ habuit rationem nullam. Eum secuti sunt Editores posteriores, quum debuissent auscultare Gesnero, qui primus in margine monuit, *Melius sine Interrogatione* hæc accipi, id quod & Tornæsianarum margines præferunt. Et sane sensus

perperam: itaque aliter hæc versa dedimus. Nempe vulgata erat locutio, ἐξ Ἄρεος μανεὶς; Sic II. 44. Καὶ εἶπε ἂν αὐτὸν ἐνθουσιᾶν, ὥσπερ ἐξ Ἄρεος μανέντα. Hinc jam composita voce Ἀρειμάνιος. Eustath. *ad Il.* Z. *p. m.* 484. Τὰς κατὰ μάχην ἐναγωνίους φαμὲν. Vide & Etymol. Magnum. Hoc ergo est τοῦτο τὸ κοινὸν, non tam in re ipsa, quam in sermone publico situm. Solent enim ita, vel eâ Syntaxi, citari publica & communia, aut etiam propria quorundam dicta. Max. Tyr. *Diss.* 10. Ἐὰν ᾖ ἐπιτρέψῃς τῇ ψυχῇ φέρεσθαι, αὐτὸ ἐκεῖνο, ᾧ τὴν Ὁμηρικὴν εἰκόνα, ἵππον ἀνήκεις ἀδηφάγον ἀφ' ἁπαλῆς κριθαίνης. Vide & *supra ad* I. 30. & II. 29. Recte autem in proximis superioribus illud κατόχως ἐνθουσιῶντα defendit Kuhnius. Conveniunt enim hæc duo pulcherrime in unam significationem, eamque ita intenduut. Lucian. *adv. Indoctum. p.* 549. ᾤετο ἔνθεος εἶναι, καὶ κάτοχος ὑπὸ τῆς πυθίας. PERIZ.

[5] Φησὶν Ὅμηρος] Videtur in animo habuisse locum, qui extat *Iliad.* VIII. ubi Poëta de Hectore, μαίνεσθαι δ' ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος. KUHN.

[6] Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν &c.] Lugd. ἀλλ' ἐκεῖνοί γε. Quod verius crediderim, quia sic solet Ælianus. I. 28. ἀλλὰ τοῦτό γε. *cap.* 32. ἀλλ' ὅτός γε. II. 10. ἀλλὰ τοῦτόν γε. Et sic *alibi*. PERIZ.

[7] Ὅσον ἐνθουσιᾶν αὐτοὺς ἅπαξ] Et hoc minus recte vertebatur, *quantum animis potest semel unum per se numen suppeditare.* Rectius ita hæc accipies: *pugnant in tantum bene, quantum est*, seu *quantum valet, agitari eos uno unius Dei spiritu* vel *æstro.* Ὅσον ἐνθουσιᾶν dicitur ἐλλειπτικῶς pro ὅσον ἐστὶ ἐνθ., sic *cap.* 23. Τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν, ὅσον ἀνασὰς χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσι ὑπὲρ τοῦ ἄμεινον πορείας. Sic *alibi* sæpius. Et similiter οἷον. Vide *supra* II. 44. IDEM.

[8] Ἔρωτος βάκχοι] Suidas, βάκχας, ἅτας ἐ μόνον τὸν Διόνυσον ἐκάλουν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τὰ ὄργια τελοῦντας. Ita ergo dicebantur, qui operabantur Bacchi sacris, dein etiam aliorum Deorum, & eorum maxime, qui suos cultores furore quodam agitabant. Hinc Hesych. generatim, βακχεύει, μαίνεται, τεφροῖ. Et Βακχία, μανία. Athen. XIII. *p.* 560. ἐν ᾧ (πολέμῳ) τὴν μὲν βακχικώτερον μετὰ τυμπάνων προσελθεῖν, *in quo bello illam* (Olympiadem, Alexandri M. matrem) *prodiisse furiosius cum tympanis*, quæ insuper Baccho & Bacchis congrua. Ad furorem Poëticum à Musis immissum transtulit Plato in *Phædro p.* 245. Ἀπὸ μουσῶν κατοχή τις καὶ μανία ἐγέρσασα καὶ ἐκβακχεύσασα κατά τε ᾠδὰς, καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν. Vide & Cuperum *Observ.* III. 12. IDEM.

[9] Κατὰ τὴν Κρητῶν ἔννοιαν] Non sine causa *Cretensium* hic *sententiam* vel institutа memorat, quoniam illi, & eorum, pene dixerim, Discipuli, Lacones solebant *ante pugnam sacra facere Amori*, ut ita sui Milites à duobus Diis, Marte & Amore, quasi incensi & inflammati, tanto fortius pugnarent. Hinc Athe-

καὶ καταρθοῦσι διπλᾶ. Οὐκοῦν τῷ ἐξ Αρεως καὶ Ερωτος φονῶντι, αἰτιάσαιτο ἄν τις, εἰ μὴ ὑπομένοι ὁπλίτης ἀνταγωνίσασθαι, ὑφ' ἑνὶ τεταγμένος θεῷ, ἀλλ' ἐχ' ὑπὸ τοῖς δύο.

rem gerant. Non igitur quiſquam reprehendet, ſi armatus aliquis ſub uno militans deo, non autem ſub duobus, cum illo, qui à Marte ſimul & Amore actus cædem ſpirat, congredi non audeat.

ΚΕΦ.

CAP.

Athenæus *lib.* XIII. *p.* 561. præter illam adeo celebrem *Thebanorum Sacram Cohortem*, quæ conſtabat ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων, illorum quoque mores hanc in partem ita refert. Λακεδαιμόνιοι πρὸ τῆς συντάξεων Ερωτα προτίθενται, ὡς ὂν τῇ τῶν παιδικῶν φιλίᾳ κεκρυμμένῃ τὸ σωτήριόν τε καὶ νίκης. Καὶ Κρῆτες δὲ ἐν ταῖς παρατάξεσι τὰς καλλίστας τῶν πολιτῶν κοσμήσαντες ἀφ' ὑπάτων θύουσι τῷ Ερωτι, ὡς Σωσικράτης ἱστορεῖ. *Lacedæmonii antequam acies inſtruant, Amori prius ſacra faciunt, quippe quum in mutua eorum, qui juxta ſe invicem locantur, benevolentia ſita ſit ſalus & victoria. Sed & Cretenſes in acie ordinanda pulcherrimos civium ornant ac per eos ſacra faciunt Amori, ut tradit Soſicrates.* Quin tota Reſp. Cretenſium, ac puerorum educatio apud eos, bellum ſpectabat & arma. Ariſtot. *Polit.* VII. 2. Εν Λακεδαίμονι καὶ Κρήτῃ πρὸς τὰς πολέμους συντέτακται σχεδὸν ἅπτε παιδεία, καὶ τὸ τῶν νόμων πλῆθος. Eam in rem Cretenſes invenerunt, primi *Pæanas*, & *vehementiſſimos rythmos*, qui inde *Cretici* dicuntur. Sed maxime eo pertinet tota Amorum Puerilium apud ipſos ratio, quorum erat ἴδιον αὐτοῖς νόμιμον. Amator enim *palam rapiebat* puerum, οὐ τὴν κάλλει διαφέρουσαν, ἀλλὰ τὴν ἀνδρείᾳ, *non forſitudine præſtantem*, eumque in venationem ſecum abducebat, & σὺν πολεμικῇ donabat. Qui autem ita rapti erant & amabantur, dicebantur proprie παιδοφιλοῦντες, vel quod Amatores iſti ſemper eos penes ſe habebant & curabant, vel forte, quod in Acie ipſa juxta ſe poſitos haberent. Denique turpe iſtic erat pueris, maxime nobilibus & formoſis, ἐρασταὶ μὴ τυχεῖν, *amatores non invenire*, ut qui *propter indolem ingenii* tam infelices eſſe crederentur. Vide omnino Strabonem *lib.* X. *p.* 483. 484. & Heraclidem *de Politiis*, qui addit *Amorem hunc Puerilem à Cretenſibus primo ortum.* De ipſo autem hoc apud reliquos Græcos honeſto, & utili in publicum, puerorum amore, vide Platonis *Sympoſion* & *Phædrum*, Plutarchi ἐρωτικὸν, Maximi Tyrii *Diſſertationes* 8. 9. 10. 11. Athenæum *lib.* XIII. De ejus vero utilitate in præliis & bellis, præter laudatos à Kuhnio, Vide Platon. in *Sympoſio p.* 178. 179. & Plut. Ερωτ. *p.* 760. 761. ubi illuſtre refert exemplum Cleomachi Theſſali, pugnantis fortiſſime in conſpectu pueri ſui, qui ea gratia intererat prælio. Simile Cretenſis hominis exemplum refert noſter *Hiſt. Anim.* IV. 1. Nec abſcedunt longe Heroica *Equitum*, ut dicebantur, ſuperioribus ſeculis inter Chriſtianos, & maxime Hiſpanos, facinora ſtudioſiſſime bellicam gloriam aucupantium, ut ſe commendarent illuſtribus Matronis vel Virginibus, quas amabant. Sæpe enim deligebant & illi Feminam, quam hoc maxime modo publicis in Bellis colerent, pro qua etiam ipſa, ſi uſus veniret, depugnarent, immo & cujus cauſam & fortunam, ſi quæ eſſet afflicta, tuendam ſuſciperent. Ita Angliæ Reginam Eduardi II. uxorem in Angliam reduxit, tanquam peculiaris ejus Eques, Hollandiæ & Hann. Comitis Frater, bellumque pro ea contra Maritum & Spenſerios pro virili geſſit. Vide Mezeræum An. 1326. Sed hos Heroas vel Equites lepida ſatis *Quixotii* fabula luſit publice & exploſit Michaël Cervantius. PERIZ.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων.

Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι Εφόρων [1] πολλὰ μὲν εἰπεῖν καὶ ἄλλα καλὰ ἔχω, ἃ δ' οὖν προὐρημαι, νῦν ἐρῶ ταῦτα. Οτε τις τῶν παρ' αὐτοῖς καλῶν, [2] πλούσιον ἐραστὴν † εἵλετο χρηστῇ πένητι, ἐπέβαλλον αὐτῷ χρήματα, κολάζοντες, ὡς ἔοικε, τὴν φιλοχρηματίαν τῆς χρημάτων ζημίᾳ. Αλλον δέ τινα ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθὸν οὐδενὸς ἐρῶντα [3] τῶν καλῶς

† προείλετο.

1 Πολλὰ μὲν εἰπεῖν καὶ ἄλλα καλὰ ἔχω] Leve eſt, ſed verbo tamen monendum: in Lugd. alio hæc ordine legi, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα εἰπεῖν καλὰ ἔχω; quod mihi videtur paulo concinnius. Sic II. 44. PERIZ.

2 Πλούσιον ἐραστὴν εἵλετο] Simplex εἵλετο loco προείλετο. Suidas etiam εἱλόμην explicat προῃρεμην, ἠθέλησα. KUHN. Non ignoro frequentes eſſe Græcis Ellipſeis etiam in Comparatione. Sed tamen heic duriſſima foret, ſi Genitivus iſte ſtatuatur regi à Præpoſitione, neque ſeparatim expreſſa, neque cum Verbo compoſita, quum ſæpe etiam ſine tali Comparationis Ellipſi Verbo εἱλέσθαι Genitivus jungatur. Heſ. ἔργ. 364. ἐσθλὸν μὲν παρεόντος εἱλέσθαι: *bonum eſt præſentibus uti.* Suidas quidem εἱλόμην exp. προῃρεμην, ἠθέλησα. Sed hoc ita intelligendum eſt, ut dicat hoc vel illud ex duobus vel pluribus potiſſimum ſumere. At ut in dicta Conſtructione eo ſenſu reperiatur uſquam, id vero vix putem. Quapropter minime rejiculum videtur, quod maluit Geſnerus & Schefferus, Faber etiam in textum recepit, προείλετο. Sic XIV. 10. Προείλοντο τὸν Φωκίωνος Αθηναῖοι τὴν Δημάδην. PERIZ.

CAP. X.

De Lacedæmoniorum amatoribus & amatis.

De Lacedæmoniorum Ephoris multa quidem & alia habeo præclara, quæ dicam, nunc vero ea dicam *tantum*, quæ propoſueram. Quum quidam apud eos forma præſtans, amatori honeſto, ſed pauperi, divitem prætuliſſet, irrogarunt illi pecuniariam mulctam, plectentes, ut apparet, pecuniarum cupiditatem pecuniæ damno. Alium vero quendam honeſtum ac bonum virum, qui neminem amabat ex iis, qui bono ingenio præ-

3 Τῶν δὲ καλῶς πεφυκότων] Priores duas voculas omiſit Sluisk. ſed exhibet Lugd. Ego vero locum hunc adeo vitii ſuſpectum, ſi animum attendamus, miror advertiſſe neminem: certe vix dubito ſcripſiſſe Ælianum contrario plane ſenſu, vel τῶν καλῶς πεφ vel potius τῶν ἓυ καὶ καλῶς πεφυκότων. Facile enim potuit illud ἓυ excidiſſe, & ſic nihil magis oportunum fuit librariis, quam ἓυ mutare in δ'. Amat autem Noſter hanc phraſin ἓυ καὶ καλῶς quam maxime. Sic II. 6. III. 9. & 25. IV. 5. VI. 2. &c. Cæterum ἓυ καλῶς πεφυκότες ſunt *bono ingenio præditi, animi & corporis dotibus ab natura pulchre inſtructi.* Sic ἓυ πεφυκὼς πρὸς τὰ δίκαια, Dionyſ. Halic. *lib.* VIII. Et propius huic locutioni, *lib.* III. Μηδενὸς τῶν ἄκρα πεφυκότων χείρονες. Et maxime Noſter *Hiſt. Anim.* IV. 1. de tali adoleſcentulo Cretenſi, qui amabatur ab alio, εὐγενὴς μειράκιον, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνδρεῖον, καὶ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων πεφυκὸς εὖ καὶ καλῶς, *nobilis adoleſcens, & animo fortis, & ad optimas diſciplinas ab natura bene factus.* Jam vero tales pueri, ita ἓυ πεφυκότες, ſeligebantur maxime, inprimis apud Lacedæmonios & Cretenſes,

λῶς πεφυκότων, καὶ τοῦτον ἐζημίωσαν, ὅτι χρηστὸς ὢν οὐδενὸς ἦρα. Δῆλον γὰρ, ὡς ὅμοιον ἂν ἑαυτῷ καὶκεῖνον ἀπέφηνεν, ἴσως δ' ἂν καὶ ἄλλον. Δεινὴ γὰρ ἡ τῶν ἐραστῶν πρὸς τὰ παιδικὰ εὔνοια ἀρετὰς ἐνεργάσασθαι, ὅταν αὐτοὶ σεμνοὶ ὦσιν. Επεί τοι Λακωνικὸς ἐστὶ νόμος, ὅταν ἁμάρτῃ μειράκιον τῇ μὲν ἀφελείᾳ ξυγγνώμην τρέπε, καὶ τῷ νεαρῷ τῆς ἡλικίας συγγινώσκεσθαι· τὸν δὲ ἐραστὴν ὑπὲρ αὐτοῦ κολάζεσθαι, ἐπιγνώμονας αὐτοὺς καὶ ἐξεταστὰς, ὧν ἐκεῖνοι πράττωσι, κελεύοντες εἶ ἀγ-

præditi essent, etiam illum mulctarunt: quod quum bonus esset, neminem amaret. Certum quippe, quod similem sui esset illum quoque redditurus, forsitan etiam alium. Nam amatorum benevolentia erga pueros plurimum valet ad virtutem in iis excitandam, si modo ipsi sint venerabiles. Est deinde vero & hæc Laconica lex; si quis adolescens peccasset, ignoscebant morum simplicitati & ætati teneræ: amatorem vero pro eo puniebant, jubentes, arbitros esse eos & inspectores omnium, quæ isti facerent.

ΚΕΦ.

CAP.

ad amandum, quia his amoribus id unice quærebatur, ut Viri pueros in omnem formarent virtutem, seu ut Plutarchus in *Lycurgo* ait *pag.* 51. Οπως ἄρξειεν ἀπεργάσαιντο τὸ ἐρώμενον. Unde Plato in *Symposio pag.* 178. Ου γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν, ὅ, τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν ἐνθὺς νέῳ ὄντι, ἢ ἐραστὴς χρηστὸς, *nihil habeo, quòd majus dicam esse bonum adolescentulo, quam si statim accipiat bonum amatorem.* Hæc ergo tam diligens & assidua amantium cura magis spectabat animi indolem, quam corporis formam. Discrte Plut. in *Lacon. Institutis*, ἐρᾶν τὸ τὴν ψυχὴν σπουδαίων παίδων ἐφίεσθαι· τὸ δὲ πλησιάζειν αἰσχρὸν νενόμισε, ὡς τὸ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς. Vides, Lector, potissimum amari τὸν τὴν ψυχὴν σπουδαίας, & ut idem in Ερωτικῷ ait ἀξίους τῆς ἐπιμελείας. h. e. τοὺς εὖ καὶ καλῶς πεφυκότας. Mens itaque Æliani hæc est, Laconem qui sit Vir bonus, debuisse ex pueris præclara indole præditis aliquem eligere, quem amaret, quia sine dubio talem puerum istoc amoris studio & cultu sibi redditurus erat similem, h. e. χρηστὸν, *bonum & utilem patriæ.* Confirmatur hæc interpretatio ex eo vel maxime, quod additur, ἴσως δὲ καὶ ἄλλον, h. e. *forte & alium*, minus scilicet probo ac felici ingenio præditum. Quod tamen quia difficilius erat, idcirco illud quidem quasi certum affirmatur, hoc vero per τὸ Ισως relinquitur incertum. At in vulgata Lectione quis erit quæso iste ἄλλος, qui non ita facile ad frugem perduci possit, quam quidem illi, qui sunt ὁ καλῶς πεφυκότες, *deteriores*, ut vertitur, seu *quos sinistra in lucem natura extulit*, ut ait Phædrus. Periz. Avus noster in privatis scholis quoque legendum monuit ἓν καὶ καλῶς πεφυκότων. Particulam vero negantem ignorat Mediceus, cujus jussu illam induxi.

4 Καὶ ἔτος νόμος] De lege nihil adhuc habeo compertum. Exemplum refert Plutarchus in *Lycurgo*, ac forsan abusive legem noster posuit pro consuetudine. Scheff.

5 Οταν ἁμάρτῃ μειράκιον &c.] Plutarch. in *Lycurgo pag.* 51. ἐκεινώτην δὲ οἱ ἐρασταὶ τοῖς παισὶ τὴν δόξης ἐπ' ἀμφότερα, h. e. *Existimationis, quam pueri de se concitant, sive bonæ, sive malæ, participes sunt Amatores*, ut ita in eos redundet vel decus vel dedecus puerorum. Fuit ergo hoc Laconica inter instituta, idque probat exemplo Amatoris puniti ob id, quod puer in pugnando aliquid minus decorum aut generosum dixerat. Periz.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ ψυχῆς.

Οἱ [1] Περιπατητικοί φασι, μεθ' ἡμέραν [2] θητεύουσαν τὴν ψυχὴν τῷ σώματι περιπλέκεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν θεωρεῖν· [3] νύκτωρ δὲ ἀφελυθεῖσαν τῆς [4] σφιγγομένης τοῦτο λειτουργίας, καὶ θεῖ-

CAP. XI.

De anima.

Peripatetici dicunt, animam interdiu servientem corpori quaquaversus implicari, neque pure veritatem perspicere posse: noctu vero liberatam ab illius ministerio, & veluti in globum, in loco, qui est circa thoracem,

1 Περιπατητικοί] Aristoteles *lib.* περὶ τ καθ' ὕπνον μαντικῆς *cap.* 2. Xenophon in oratione Cyri, quæ est *lib.* VIII. *Pæd.* Sed & Plato *lib. Polit.* VII. cujus verba habes latine reddita apud Ciceronem *lib.* I. *de Divin.* Scheff. Vid. Philostr. *lib.* II. *de V. A. cap.* 14. Kuhn.

2 Θητεύουσαν] Notissimi sunt in Athenienssium Rep. Cives infimi ordinis, qui θῆτες dicebantur, & admittebantur quidem in Concionem & Judicia, Εκκλησίαν καὶ Δικαστήρια, sed excludebantur ταῖς Αρχαῖς *Magistratibus.* Vide Plutarch. in *Solone.* Erant ergo liberi homines, sed mercenarii, qui suam operam aliis locabant. Hes. ἔργ. 600. inter alia præcipit, θῆτα ἄοικον ποιεῖσθαι, *ut quis sibi quærat mercenarium, qui familiam non habet.* Sic enim illud ἄοικον est accipiendum. Homer. *Il.* Φ. 444. ubi Neptunus de se & Apolline

——— ὀτ' ἀγήνορι Λαομέδοντι
Παρ' Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν ἐς μιστὸν
Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ. ———

quando superbo Laomedonti ab Jove venientes operam nostram locavimus in annum certa mercede: ubi Eustath. ex *Aristophane Grammatico*, ὅτι θῆτες, οἱ ὄντες ἐλεύθεροι μισθῷ ὑπηργεῦσιν, ὅθεν παυτὸν ἐστι καὶ ἐκεῖνον, θὴς, καὶ μισθωτὸς. Adde & Suidam. Periz.

3 Νύκτωρ δὲ] Quintus Frat. apud Tullium *ante dicto loco*: *Cum est somno sevocatus animus a societate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura provident.* Scheff.

4 Σφιγγομένης τοῦτο] *In se collectam, & corro-*

tundatam. Plinius etiam *lib.* XI. *cap. ult. Somnus*, inquit, *nihil aliud est, quam animi in medium sese recessus.* Porphyrius apud Macrob. *in Somn. Scipionis*, *lib.* I. *cap.* 3. *fin. latet omne verum; hoc tamen anima, cum ab officio corporis somno ejus libera est, interdum aspicit.* Cæterum post ψυχὴν interpunctionem sublatam vellem, ut cohæreret θηλύουσαν cum σώματι, hoc sensu, *anima corpori interdiu subserviens distrahitur*, cui in sequentibus respondet ἀφελυθεῖσαν τ περὶ τὸ σῶμα λειτουργίας, *solutum esse corporis ministerio.* De hoc animæ famulatu, Theophrasti tale dictum proditur: πολὺ τῷ σώματι τελεῖ οἰκοίκιον ἡ ψυχὴ. *anima corpori magnam pro habitatione mercedem dependit.* Plut. *de præcept. sanit.* Democriti sententiam de somniis apud eundem VIII. *Symposiac. quæst. ultim.* videre est. scilicet interdiu, κἀνίκα ἀλλοτριοπραγεῖ, περὶ σῶμα χολάζων, ἐ γινώσκει ἑαυτὸν ὁ νοῦς, καὶ ἡ αἴσθησις περὶ τὰ μεμικὰ ἐνειλημμένη σὺν ἐᾷ τ νοῦ ἀποχολεῖσθαι τοῖς καθ' ὕλας, ἀλλ' ἔοικε φλυάρῳ γείτονι, ἐμιλεῖντι πολλὰ καὶ οἰκρέονλι τ ἀναγινώσκοντα, *cum alienis occupatur negotiis, non cognoscit se ipsam mens illa, nec sensus rebus particularibus implicitus sinit eam vacare universalibus, sed repræsentat vicinum loquacem, qui multa creprat, legentemque interpellat.* inquit *Alexander Aphrodis.* apud Joh. Philoponum *commentario in lib.* III. *Aristotelis de Anima.* Ammianus Marcell. *lib.* XIV. *solutus corporeis nexibus animus semper vigens motibus indefessis, & cogitationibus subjectus & curis, quæ mortalium solicitant animos, colligit visa nocturna, quas φαντασίας nos appellamus.* Ubi ita Valesius *pag.* 54. *Sanè*

θεῖσαν ἐν τῷ ᾠδὶ τὸν θώρακα τόπῳ, μαντικωτέραν γίνεσθαι, ἐξ ὧν τὰ ἐνύπνια.

hæc opinio fuit Aristotelis, ut docet Sextus *lib.* VIII. *adversus Dogmaticos initio:* ὅταν γάρ, φησιν, ἐν τῷ ὑπνεῖν καθ' ἑαυτὸν γένηται ἡ ψυχή, τότε τὸ ἴδιον ἀπολαβοῦσα φύσιν προμαντεύεταί τε καὶ προαγορεύει τὰ μέλλοντα, i. e. *nam cum in somnis animus liber est ac sui juris, tum propria quasi postliminiò recuperata naturâ præsagit ac prædicit multò ante ventura. Id autem ita explicabat Aristoteles ac Peripatetici, non ut somniandi causa extrinsecus immitteretur à Deo, sed ut in animis nostris quiddam natura inesse diceret, quod eos ita afficeret & moveret. quippe omnem à Deo profectam vaticinationem removebat Aristoteles; ut docet Origines* contra Celsum. *v. Artemidorum in* lib. I. cap. 7. ab iis verbis: θεόπεμπτα δ' λέγω, ἐκ ὡς Ἀριστόξενος. *Sic enim emendanda sunt & in* lib. IV. cap. 3. p. 54. 61. *ubi somnia animi opus esse, inde ait apparere, quod sapientibus quidem sapientia & φιλόλογα, contraria autem idiotis eveniant.* ex notis Konigianis. KUHN. Locum Artemidori, quem ad Ammianum laudat Valesius, hunc in modum supplet MS. Mediceus: τὰ δ' ᾠδὶ μηδενὸς φροντίζοντι ἐφισάμενα καὶ προαγορεύοντά τι τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἢ κακῶν, θεόπεμπτα καλεῖται· οὐχ' ὁμοίως δ' ὧν λέγω, ὡς Ἀριστόξενος διαπορῶν, πότερον ἔξωθεν ἡμῖν ἐστιν.

ΚΕΦ. ιϚ'.

Περὶ ἔρωτος παρὰ Λακεδαιμονίοις.

Οὐκ εἰσὶ θρυπτικοὶ πρὸς τοὺς ἐραστὰς [1] οἱ Λακεδαιμονίων καλοὶ, οὐδὲ ἀλαζόνες· [2] ἐπεὶ τἀναντίον ἢ ᾠδὶ τοῖς ἄλλοις ὡραίοις τὰ ἐκ τούτων καταμαθεῖν ἐστιν. Αὐτοὶ γοῦν δέονται τῶν ἐραστῶν [3] εἰσπνεῖν αὐτοῖς. [4] Λακεδαιμονίων δέ ἐστιν αὕτη ἡ φωνὴ, [5] ἐρᾶν † δεῖν λέγουσα. [6] Σπαρτιάτης ὢν

† δὴ.

1 Οἱ Λακεδαιμονίων καλοὶ] Sluisk. οἱ Λακεδαιμόνιοι καλοὶ Lugd. οἱ ὦν Λακεδαιμονίᾳ καλοὶ. Ego Sluiskiani Codicis Lectionem veram arbitror, maxime, quum mox eodem plane modo dicatur, ᾠδὶ τοῖς ἄλλοις ὡραίοις, *apud formosos aliorum populorum*; quod itidem sollicitavit Doctiss. Faber, qui voluit istic ἄλλοθι, sed male, & præter Codd. consensum. Nihil autem mirum ita se gessisse istic τὲς καλὲς, quoniam si amatorem non invenirent, credebatur id accidere illis vitio indolis suæ, ὡς διὰ τ τρόπον τὲτο πεθὸσι, ut de pulchris Cretensium pueris loquitur Strabo *lib.* X. *p.* 484. Θρυπτικοὶ sunt *fastidiosi* erga amatores suos. Vide me *supra ad* I. 19. PERIZ. Co-

CAP. XII.

De amoris ratione apud Lacedæmonios.

Lacedæmoniorum pulchri non gerunt se fastidiose erga amatores, neque arroganter. Siquidem res & facta illorum contra habere se ac apud alios pulchros, cognoscere licet.

dicis Sluiskiani lectionem tuetur Mediceus.

2 Ἐπεὶ τἀναντίον ἢ ᾠδὶ τοῖς (ἄλλοις) ὡραίοις (τὰ) ἐκ τούτων καταμαθεῖν ἐστιν] Miror hoc a quoquam intelligi posse: ridiculum, imo socordia plenum est. Lege, ἐπεὶ τἀναντίον ἢ ᾠδὶ τοῖς (ἄλλοθι) ὡραίοις ἐκ τούτων καταμαθεῖν ἐστι) Sensus est, *cum ex iis, quæ dicturus sum, facile apparere possit, ipsos longe aliter sese habere, ac formosi, qui alibi per Græciam sunt, sese gerunt.* FABER. In MSS. B. & C. qui servant cætera, legitur ᾠδὶ τοῖς ἄλλοις. SCHEFF. Ἐπεὶ τἀναντίον ἢ ᾠδὶ τοῖς &c.] Nihil hic mutant MSti, nisi quod Lugd. item ut Schefferi B. & C. habet πεῤ. Sed rectius est, quod vulgatur, & Sluisk. haud dubie & alii, fir-

firmant. Sensum non expressit integrum Interpres, vertendo laxe nimis, *siquidem hi diversum à reliquis faciunt.* At voluit Auctor, *Nam res & facta illorum esse contraria iis, quæ apud alios fiunt pulchros*, vel, *contra se habere ac apud aliarum civitatum pulchros, scire licet.* Faber delet τὰ, non, quod non satis recte dicatur τὰ ἐκ τέτων, pro *factis illorum:* nam illud obvium est & pervulgatum; sed, quod aliquid duri inesse videatur in nexu, καταμαθεῖν τὰ ἐκ τέτων τἀναντίον. Verum nihil mutant MSti, nec opus emendatione. Intelligitur enim vel ἔχειν, hoc est, *habere se contrario modo*, vel ὄντα, ὑπάρχοντα, τἀναντίον, ἢ. Sic pene Dio Chrys. Τρωικῷ. Τἀναντίον δ' ἐχρῆν, ἢ δειλὲς ἅπασι φαίνεσθαι τὲς νενικηκότας. PERIZ.

3 Εἰσπνεῖν] Vide hic Meursii *Miscell. Laconica* III. 6. qui exemplis abunde probat hanc vocis Laconicæ interpretationem. IDEM.

4 Λακεδαιμονίων] Vide *Etymol.* Sylburgii. SCHEFF. In *voce* ἐισπνήλης, & in ἄϊτης: ἄϊτης, inquit, ὁ ἐρώμενος ᾠδὶ τὸ ἄσειν, ὅ ἐστι πνέειν, ὁ εἰσπνέων τ ἔρωτα τῷ ἐραστῇ. Φασὶ δὲ γίνεσθαι τ ἔρωτα ὐκ ἂν δ' εἰσπνεῖσθαι ὐκ ἂν μορφῆς δ' ἐρωμένης· ὅθεν καὶ εἰσπνήλας καλέσι τὲς ἐραστὰς ᾠδὶ Λάκωνες. id est ἄϊτης *est adamatus, ab* ἄειν *spirare, quasi inspirans amorem. ajunt enim amorem venire ab inspiratione, adamati pulchritudine factâ. unde apud Lacones amatores vocant* εἰσπνήλας. Phavorinus legit εἰσπνιλῷ in voce ἄητον. confer & Theocritum *Idyll.* 12. *p.* 13. Eustath. *ad Odyss. p.* 174. Meurs. in *Laconic. p.* 223. quos laudat codex Konigianus. KUHN.

5 Ἐρᾶν δεῖν λέγουσα] Pro ἐρᾶν δέν λέγει Gesnerus legit ἐρᾶν δὴ λέγουσα. Sed sine causa sontica. KUHN. Suspicabatur Gesnerus, scripsisse Nostrum ἐρᾶν δὴ λέγουσα; quæ conjectura proinde non illius tantum, sed & Tornæsianarum aliarumque margines insedit, & à Tan. Fabro laudatur. Sed nihil eum juvant MSti, nec juvare debebant. Lugd. tamen ἐρᾶν δοκεῖν λέγουσα. Verum & hoc male. Elegantissima enim est & maxime Græca locutio, qua Auctor utitur. Δεῖν proprie dicitur, quod *abest & desideratur.* Hinc cum Infinito adhibetur sæpe ad denotandum id, quod *fieri*, aut *alium facere volumus*, vel simpliciter, quod *faciendum est.* Sic II. 10. Διαλεγόμενον ἐδὲ ὑπὲρ πληρωμάτων, ἐδὲ ὑπὲρ τ δεῖν βοηθεῖν, ἐδὲ ὑπὲρ φόρε &c. h. e. *de auxilio ferendo.* XII. 24. Τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος εἰσηγησάμενος, *primus in Remp. induxit, ut ostracismo ejicerentur.* Sic ergo & hic ἐρᾶν δεῖν λέγουσα, h. e. *significans se amandum*, seu *velle, ut se ames.* Durius erat versum *oportere amare dicens.* PERIZ.

6 Σπαρτιάτης ὢν ἔρως] Gesn. Σπαρτιάτης δ' vel γδ. vide Indicem in ὢν. SCHEFF. Petrus Ærodius, *lib.* IV. *cap.* 21. *Rerum Judicatarum* ita reddit. *Spartiata & amor nihil turpe noverunt*, ac si Σπαρτιάτης ὢν ἔρως duo sint ὐποκείμενα, quod secus est. καὶ enim hoc loco non copulat Σπαρτιάτης cum voce ἔρως, sed sequentia potius annectit superioribus. Dixerat Noster, pueros Lacedæmoniorum non adeo suis amatoribus insultare, ut fieri alias solebat; Ne vero inde sequior opinio lectori oboriatur, statim subjicit, amorem Spartanum omni vacare turpitudine. *Neque etiam amor*, inquit, *Spartanorum alicujus sibi turpitudinis conscius est.* Error est ab Interpretis versione edita Basil. A. 1548. KUHN.

Σπαρτιάτης καὶ ἔρως αἰσχρὸν ὐκ οἶδεν] Hic vero rectius conjecit Gesnerus, reponendum δ' vel γδ pro καὶ. Differte enim Sluisk. & Med. 1. illud δ' exhibet, & postulat revera sensus. Admisi itaque suum in locum. De re ipsa, & castimonia amoris Spartani vide omnino Xenoph. *de Rep. Lacedæm. pag.* 395. *Ed. Steph.* & Plut. in *Instit. Lacon.* cujus verba *ad cap.* 10. jam attuli. Hinc ergo Noster de illorum Amore, αἰσχρὸν ὐκ οἶδεν, h. e. *nihil turpe novit*, seu *patrare solet.* Sic Homer. *Odyss. T. v.* 329.

Ος μὴ ἀπηνὴς τ' αὐτὸς ἔῃ, καὶ ἀπηνέα εἰδῇ.

Et 333.

Ος σ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔῃ, καὶ ἀμύμονα εἰδῇ.

ὁ ἔρως 7 αἰσχρὸν οὐκ οἶδεν. Εἴτε γὰρ μειρακίου ἐτόλμησεν ὕβριν ὑπομεῖναι, εἴτε ἐραστὴς ὑβρίσαι, ἀλλ' οὐδετέροις 8 ἐλυσιτέλησε τῇ Σπάρτῃ καταμεῖναι. Ἢ γὰρ τῆς πατρίδος ἀπηλλάγησαν, ἢ καὶ τὸ ἔτι θερμότερον, ὑπὲρ βίου αὐτῆς.

cans. Spartanus autem amor nihil turpe novit. Sive enim adolescens aulus sit stuprum pati, sive amator inferre, neutri enimvero consultum fuerit Spartæ manere. Aut enim è patria, aut, quod gravius est, vita decedant, *oportet*.

Qui quidem sævus ipse erit, & sæva noverit, vel, *patraverit*. Et, *Qui vero probus ipse erit, & proba fecerit*. Hes. ἔργ. 521.

Οὕπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

h. e. *nondum Venerem experta*. Et in Θεογ. v. 312. Ὑδρην λύγρ' εἰδυῖαν, h. e. *perniciosam, sæva patrare solitam*. Sed quid faciemus hic Corn. Nepote, qui Spartanum Pausaniam ait *cap.* 4. *dilexisse puerum Argilium amore venereo*; Interpretes posteriora hæc, quasi glossema aliquod, expuncta velint. Crederem potius ex errore ipsius Auctoris orta, qui Græcum παιδικῶς pro more sui temporis potius, quam antiquorum, sit interpretatus, ut in *Phocione cap.* 4. Ἐμφυλέτης h. e. *tribulis*, pro Nomine Proprio accepisse creditur. Sed neque in eo quicquam absurdi, Pausaniam insolentissimum hominem, & ipsi Patriæ mala machinantem, etiam contra Leges patriæ, stupri consuetudinem cum hoc Argilio clam habuisse. PERIZ.

7 Αἰσχρὸν οὐκ οἶδεν] Xenophon. *de republ. Laconum*. εἴ τις παιδὸς σώμασιν ὀρεγόμενος φανείη, αἴσχιστον τοῦτο θεὶς (ὁ Λυκοῦργος) ἐποίησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μηδὲν ἧττον ἐρᾶσθαι παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γυναικὸς παίδων, ἢ τοῖς ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται. SCHEFF. Max. Tyr. *dissert.* 9. ἐρᾷ Σπαρτιάτης ἀνὴρ μειρακίου Λακωνικοῦ, ἀλλ' ἐρᾷ μόνον, ὡς ἀγαλματοποιὸς καλοῦ, *Spartanus amat adolescentulum Laconicum, sed ut pulchram statuam* &c. KUHN.

8 Ἐλυσιτέλησε τῇ Σπάρτῃ] Legendum ἐλυσιτέλησεν οὐ τῇ Σπάρτῃ &c. Superius paulo pro ἐρᾶν δεῖν legit Gesnerus ᾖ, pro Σπαρτιάτης καὶ idem emendat γάρ, quod & verum est & facile fuit ad emendandum. FABER. Videtur per ellipsin omissum οὐ, quod Græcis Auctoribus non insolens. Pausan. *Bœot.* καπῆναι τῆς πόλεως pro οὐ τ. π. & in *Phoc.* τυχεῖν γὰρ δὴ ὢν Γαδείροις, Noster *supra l.* II. *c.* 26. ἀγῶνι ἐξανισάμενος pro οὐ ἀγῶνι & *c.* 35. αὐτὸν παρελθεῖν pro ἐς αὐτὸν *ad ipsum veniret*. Hæc præpositionis ellipsis imprimis Attica. vide Serv. *ad* I. *Æn. p. m.* 165. KUHN.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ Ταπύρων οἰνοφλυγίας.

Ὅτι φιλοινότατον ἔθνος τὸ τῶν 1 Ταπύρων τοσοῦτον, ὥστε ζῆν αὐτοὺς

CAP. XIII.

De vinolentia Tapyrorum.

Adeo dedita vino gens Tapyrorum, ut in vino vivat, & pluri-

1 Ταπύρων] Auctor Amyntas, item Ctesias, apud Athen. *lib.* X. SCHEFF. Strabo *lib.* IX. τὰς Ταπύρους οἰκεῖν μεταξὺ Δερβίκων καὶ Ὑρκανῶν annotavit. Arrianus *lib.* III. *Exp. Alex.* Ταπύρας vocat. Nicetas in *Annalibus p.* 195. Byzantinos sui temporis οἰνοβαρεστέρους τῶν Ταπύρων, *Tapyris vinolentiores* dicit, quod cum *sequenti capite* convenit. KUHN.

Ταπύρων] Noti satis evaserunt hi *Tapyri* Græcis per expeditionem Alexandri Magni, unde & in ejus Historia memorantur, non ab Arriano tantum, sed & Curtio VI. 4. *extr.* Immo

τοὺς ἐν οἴνῳ, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ καταναλίσκειν. Καὶ ὑ μόνον εἰς πόμα καταχεῶνται αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ 2 χρίσμα ἔστιν αὐτοῖς ὁ οἶνος, ὥσπερ ἄλλοις τὸ ἔλαιον.

rimum vitæ tempus in ejus usu transigat. Neque solum eo ad potandum abutuntur, verum etiam unguentum ipsis est Vinum, quemadmodum aliis Oleum.

Immo Athenæus *lib.* X. *p.* 442. hoc ipsum de *Tapyris* ex illis, qui scripsere σταθμοὺς τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, *Mansiones expeditionis Alexandri*, tradit. Jam ante tamen etiam Ctesias de iis egit, ut ex eodem Athen. discimus. Siti fuere inter Hyrcanos & Derbicas: vide Strabonem *lib.* XI. *p.* 514. & Dionys. Perieg. *v.* 733. Vino licet indulserint, justissimi tamen fuisse dicuntur à Ctesia. Strabo ait *pag.* 520. eum, qui fortissimus inter ipsos esset judicatus, uxorem potuisse ducere, quam vellet. Sed & memorabile est, quod uxores suas, quando jam duos aut tres liberos ex iis sustulerant, aliis dein cessisse traduntur. Vide Strab. *p.* 521. & Schol. Dionysii. PERIZ.

2 Χρίσμα ἐστὶν αὐτοῖς ὁ οἶνος] Mihi vix est dubium, quin χεῖσμά π scripserit Ælianus. SCHEFF. Textus satis sanus est. KUHN.

Χείσματά ἐστιν] Sic Lugd. At Sluisk. Χείσμα ἐστιν. Athenæus, ὡς ὑ ἀλείμματι ἄλλῳ μᾶλλον χρῆσθαι, ἢ τῷ οἴνῳ. Aliæ Gentes *oleo*, ut Noster addit, ad frequentes illas unctiones utebantur, maxime in gymnasiis & balneis, sed & extra ea. Ita Hannibal militibus suis, ad Trebiam, frigido die, prius quam pugnam inirent, *oleum per manipulos misit, ut eo mollirent artus ad ignes ante tentoria factos*. Liv. XXI. 54. Vide & *infra* IX. 30. Sed res est notissima. Fuere tamen etiam, qui unguentum adderent Vino, quod bibebant. Noster XII. 31. Μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες, ἔπινον, PERIZ. Mediceus cum Sluisk. χείσμα ἐστιν, quod præferendum censui.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ οἰνοφλυγίας Βυζαντίων.

1 Βυζαντίους ὄντας δεινῶς οἰνόφλυγας, 2 ἐνοικεῖν τοῖς καπηλείοις

CAP. XIV.

De vinolentia Byzantiorum.

Byzantios vero valde vino deditos, fama fert, in cauponis habi-

1 Βυζαντίους] Habes hæc priora apud Athen. *lib.* X. *cap.* 12. ex Phylarcho, cujus nomen Interpres omisit. Meminit & Theopompus apud eundem *lib.* XII. *cap.* 4. SCHEFF.

2 Ἐνοικεῖν τοῖς καπηλείοις] Byzantinos fuisse vino & ganeæ deditos, nulla ex re certius liquet, quam quod ita frequentabant *cauponas*, quæ honestioribus Græcis habebantur infames. Hinc *infra* IX. 19. Demosthenes verebatur ingredi καπηλεῖον. Vide ibi Cl. Kuhnium, & adde omnino Athenæum XIII. *p.* 566. *extr.* Quod autem revera ita vixerint, & quasi habitaverint Byzantini ἐν τοῖς καπηλείοις, tradunt tum Athenæus *lib.* X. *p.* 442. ex Phylarcho & Damone, quem locum Noster est secutus, ac *lib.* XII. *p.* 526. ex Theopompo, qui eos dicit, πίνειν εἰσιόντας ἐπὶ τὰ καπηλεῖα, eoque flagitii prolapsos, quia Democratia utebantur & frequenti mercatura: tum Eustathius *ad Dionysii Periegesin v.* 804. Κωμῳδοῦνται ὡς ἐς μέθην οἱ παλαιοὶ Βυζάντιοι, *traducuntur ebrietatis nomine Veteres Byzantini*, addens dein factum hujus ψηφισμᾶ, qui καπηλεῖα ad muros locari jusserit, ut eos istic ad Urbem tuendam retineret. Sed & Polyænus refert II. 2. 7. Clearchum Lacedæmonium

οις ὁ λόγος ἔχει, τῶν οἰκιῶν τῶν ἰδίων καὶ τῶν δωμάτων ἐξοικιζομένους, καὶ τοῖς ξένοις τοῖς ἐνεπιδημοῦσι τῇ πόλει [3] ἐπιμισθώσαντας αὐτά· καὶ οὐ μόνον ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ [4] τῶν γυναικῶν αὐτοῖς ἀποστάντας. Ὡς ἐν ταυτῷ τοὺς Βυζαντίους διπλῆν αἰτίαν φέρεσθαι, καὶ οἰνοφλυγίας, καὶ προαγωγείας. Ατε ὑπὸ τὸ μέθης καὶ τοῦ οἴνου ἀλῴττόντες, αὐλοῦ μὲν ἀκούοντες χαίρουσι, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῖς αὐλεῖσθαι ἐστί· σάλπιγγα δ' [5] οὐδὲ ἀρχὴν ὑπομένουσι. Καὶ ἐκ τούτων ἔστι

habitare, ſuis ædibus & domibus demigrantes, eaſque peregrinis, qui in ea urbe morabantur, mercede locantes: neque ſolum hæc, ſed etiam uxores ſuas illis cedentes. Itaque duplicem eodem facto ſuſtinent culpam Byzantii, & temulentiæ, & proſtitutionis. Ut vero ebrietate vinoque diffluunt, ita tibiam quidem audientes delectantur, & quotidianum illis eſt tibicines audire: at tubam ne primo quidem auditu ſuſtinent. Et ex his

nium cum τοῖς στρατηγοῖς Βυζαντίων ingreſſum eſſe τὸ καπηλεῖον quaſi ad bibendum, ſed revera ut eos iſtic occideret. Quin Nummos quoque excuderunt, cum grandi Uvæ racemo, & modo vaſe anſato, modo Capite Bacchi, ut volunt, hederis redimito. Vide Goltzii *Tabulam* XXVII. & Cl. Begeri *Theſaurum Brandeb. Numm. Græc. p.* 487. Dubitem tamen, an Caput ſit Caracallæ, quod Bacchi ſui, quem ſane colebant Byzantini, & cujus Templum exſtruxerant jam olim, (ſicuti omnis Thracia, ut vini erat ferax, ita Baccho ſacra potiſſimum faciebat: Vide Melam II. 2.) inſignibus ornarint; quum Caracalla & ipſe vino eſſet deditus, & expeditione in Orientem ſuſcepta Bacchum quaſi imitaretur. Certe Patinus in *Nummis Impp.*



Mediæ &c. ſimilem Byzantinorum inter indubios Caracallæ Nummos exhibet. Habes hic talem ex Cl. Begero. Nam Goltzianum caput longius ſane à Caracalla abit. PERIZ.

3 Ἐπιμισθώσαντας αὐτά] Lugd. ἀπομισθώσαντας, quod certe longe uſitatius eſt, & huic loco oportuniſſimum. Sic Thucyd. III. 68. Τὴν γῆν δημοσιώσαντες ἀπεμίσθωσαν, ἐτῶν δέκα ἕκτῃ. Vbi Schol. ἐπὶ μισθῷ δεδώκασιν. Athenæus *lib.* X. in hac Hiſtoria habet ἐκμισθώσαντας, quod ſenſu plane convenit cum Lugd. Codice. IDEM.

4 Τῶν γυναικῶν αὐτοῖς ἀποστάντας] Longe ἐμφαλικώτερον eſt, quod Sluisk. nobis offert, ἀλλὰ καὶ τῶν γυναικῶν αὐτῶν, *ſed & ipſarum uxorum.* Sic IV. 11. Διογένης ἔλεγε, καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν τρυφᾶν. XIV. 4. Τὴν ἀδοξίαν πολὺ βαρύτερον φέρων, ἢ τὸν θάνατον αὐτόν. IDEM.

5 Οὐδὲ ἀρχὴν] Interpres *primo auditu etiam non ſuſtinent.* Repoſui, *ne primo quidem auditu,*

στι νοεῖν, ὅτι καὶ πρὸς ὅπλα, καὶ πρὸς πολέμους [6] ἀλλοδριώτατοι Ἀθηναίων Βυζάντιοι. [7] Διὰ ταῦτά τοι καὶ Λεωνίδης ὁ στρατηγὸς αὐτῶν ἐν πολιορκίᾳ ἰσχυρᾷ, ἐπεὶ, τῶν πολεμίων τοῖς τείχεσι προσβαλόντων, ἐκεῖνοί γε τὰς φρουρὰς ἐκλιπόντες διημέρευον [8] ἐν ταῖς συνήθεσι διατριβαῖς, προσέταξε τὰ καπηλεῖα ἐπὶ τῶν τειχῶν ἀθροισκηνωθῆναι αὐτοῖς. Καὶ τοῦτο τὸ σόφισμα ἀνέστησεν αὐτοὺς ὀψὲ καὶ βραδέως, τὴν τάξιν μὴ καταλιπεῖν, ἅτε τῆς προφάσεως αὐτοῖς ἀθεμιτευμένης. Λέγει δὲ ταῦτα ὑπὲρ αὐτῶν [9] Δάμων. Ὁμολογεῖν δὲ τούτοις ἔοικε καὶ ὁ Μένανδρος, ὅταν λέγῃ, [10] Μεθύ-

his intelligere licet, etiam ab armis belloque alieniſſimos eſſe Byzantios. Propter hanc igitur cauſam etiam Leonides Dux ipſorum in acerrima urbis oppugnatione, quum, hoſtibus mœnia invadentibus, illi relictis excubiis totos dies in conſuetis agerent diverſoriis, mandavit, ut cauponæ ipſis per mœnia ſtatuerentur. Hoc ſophiſma ſero tandem ac difficulter eis perſuaſit, ut ſtationem ne deſererent, quippe quum prætextus & cauſa ipſis eſſet præciſa. Tradit hæc de ipſis Damon. His adſtipulari videtur etiam Menander, quum dicit: Vinolentos nego-

ditu, h. e. prorſus non, ne tantillum quidem ſuſtinent. Notiſſima eſt phraſis. Sic XIII. 1. Οὐδ' ἂν ἐτολμησεν ἀντιζέλπειν τὴν ἀρχήν. Vide plura in Indice. Apollodorus *Biblioth. lib.* I. Ἡρόδοτος δὲ τὴν ἀρχὴν φησι πλεῦσαι τότε, ἀλλὰ πρὸ Ὀμφάλης δηλοῦσθαι. Ubi male Interpres, *neque jam tum ſtatim*, ut jam obſervavit Doctiſſ. Munkerus *ad Ant. Lib. in Addendis.* PERIZ.

6 Ἀλλοτριώτατοι] Lege, ἀλλοτριώτατα more Atticorum ſcilicet, id eſt adverbialiter. FABER. Non habet Noſter opus hoc aſcititio Atticiſmo. KUHN.

Ἀλλοτριώτατοι διάκεινται] Faber ἀλλοτριώτατα. Sed quum non addicant MSti, & utrumque recte dicatur, quid medica vel criticâ hic manu eſt opus? Elegans & frequens Græcis pro Adverbiis adhibere Adjectiva. *Infra* IX. 14. Εἰποτε σκληροὶ κατάπινεον ſcil. ἄνεμοι. Vide me etiam *ad* III. 19. *init.* & maxime *ad* IX. 8. Heſ. ἐργ. 695.

Ὡραῖόν γ' γυναῖκα τὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι,

Tempeſtivus domum ut ducas uxorem. Actor. XXVIII. 13. Δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους, h. e. *ſecundo die.* Nec minus uſitatum id Latinis. Salluſt. *Jug.* 55. *Eo intentior ad victoriam niti. cap.* 61. *Vt ad ſe occultus veniat.* Sic ergo & *cap.* 94. *Quæ dubia niſui videbantur, potiſſimus tentare.* Ubi male editur *potiſſimum.* Ipſe illud inveni in duobus Codicibus MStis, altero, quem Pater meus quondam Bibliothecæ Daventrienſi comparavit, altero, quem Vir Eximius, Theoph. Hogerſius, Patris mei Collega, & dein Conſul illius Civitatis, poſſidebat. PERIZ.

7 Διὰ ταῦτά τοι] Hic omnes MSS. novum caput faciunt. SCHEFF.

8 Ἐν ταῖς συνήθεσι διατριβαῖς] Præpoſitio ἐν abeſt a Mediceo & Sluiskiano, eaque ellipſis Atticis præſertim uſitatiſſima eſt. Vide Cl. Kuhn. *ad cap.* 12. *h. l.*

9 Δάμων] Ex Athenæo ſcimus ſcripſiſſe hunc *de Byzantio*, ſi quidem hæc eum tradere ait ἐν τῷ περὶ Βυζαντίου. Laërtius in *Thalete* laudat *Damonem Cyrenæum, qui ſcripſerit de Philoſophis.* Sive is idem fuerit, ſive alius, hunc certe crediderim de memorabilibus variarum gentium aliquid fuiſſe commentatum. Ejus enim generis quoque ſunt, quæ Plinius *Nat. Hiſt.* VII. 2. & Schol. Ariſtoph. *p.* 96. ex eo adferunt. SCHEFF.

10 Μεθύοντας τοὺς ἐμπόρους] Verſus hi Menandri, ſunt ex *Arrephoro* vel *Auletride* & ſic ſcribendi.

Πάντας μεθύοντας τοὺς ἐμπόρους πιεῖν τὸ Βυζάντιον,
Ὅλην ἐπινεμᾷ γε τὴν νύκτα λῆρον. SCHEFF.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

θύσας τοὺς [11] ἐμπόρους ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἔπινε τὴν νύκτα.

negotiatores facit Byzantium: totam noctem perpotat.

Istud ἐμποείας pro ἐμπόρους vitiosum est, & a Gesnero emendatum, sed versus trimeter laborat, nisi tollas istud τὸ, quod nec ille nec Schefferus notarunt. Athenæum autem, ubi hæc leguntur, non vacat quærere, ita in bibliotheca nostra omnia sursum deorsum. FABER. Cæterum hæc veterum Byzantinorum temulentia nondum hoc temporis apud posteros exolevit. *nisi illos vino interdum depositeris, nisi Græco more, πολυχρονιάσης ἀφίνδι, exclamaveris, oleum & operam perdideris: neque tamen quidquam ab eis reportaveris, nisi nugatoria quædam, nisi morem bibendi, qui ad eos, jure quasi hæreditario ab antiquis Byzantinis derivatus videtur*, inquit Georgius Dousa in *Itinere Constantinopolitano*. adde Crusium *lib.* III. *Turcogræciæ*, *p.* 250. KUHN.

que ita habeat etiam Athenæus, quæ ratio est, quare vitiosum illud identidem repetamus, & Lectoribus, qui notas non semper adhibent, ingeramus? Certe Ego correxi, accedente etiam diserto utriusque MSti suffragio. Menandri locus integrior exhibetur ab Athenæo, unde liquet dici hæc verba ab homine, qui cum altero Byzantii negotiari solito, totam noctem perpotaverat. Ut adeo heic legendum sit sine dubio ἐπίνομεν, quomodo apud Athen. legitur, & recte, ut ex iis, quæ istic sequuntur, liquet. Noster autem non videtur ulterius hunc locum exscripsisse sive ex Menandro, sive ex Athenæo, quam quantum sufficiebat ad vinolentiam Byzantinorum etiam illa auctoritate probandam, atque idcirco post τὴν νύκτα nihil certe Ego addiderim. In priore tamen versu cum Fabro expunxerim illud τὸ. PERIZ.

11 Εμποείας] Quum jamdudum Gesnerus & Faber monuerint legendum ἐμπόρους, quum-

ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ Αργείων, Τιρυνθίων, Θρακῶν, Ιλλυριῶν οἰνοφλυγίας.

CAP. XV.

De Argivorum, Tiryntbiorum, Thracum, Illyriorum vinositate.

Καὶ Αργεῖοι δὲ ᾗ [1] Τιρύνθιοι κεκωμῴδηνται ᾗ ὅτοι ἀκριβέστερον τῷ οἴνῳ

Argivi quoque & Tirynthii in comœdiis taxati sunt & ipsi, quod

1 Κορίνθιοι] Qui auctoritatem Athenæi sequuntur, quam omnino hic sequendam existimo, pro Κορίνθιοι, Τιρύνθιοι substituent. Nam & versus Ephippi veteris poëtæ, ad quos respexisse noster videtur, adducit, qui se ita habent.

Οὐκ οἶδα μ' ὅντα πρὸς θεῶν Τιρύνθιον
Αργεῖον, οἱ μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας
Πάσας μάχονται.

Lectionem Athenæi probat etiam MS. B. SCHEFF. Vulgata etiam non malè Κορίνθιοι. Nam adeo vinosi vixerunt Corinthii, ut qui ex illis ad Christianam fidem transierant nec in sacris se abstinuerint à τῷ μεθύειν. 1. *Corinth.* 11. KUHN. Quamvis etiam *Corinthii* legantur, inter reliqua opulentiæ & luxuriæ documenta, vino quoque indulsisse, vel sic tamen *Male* sine dubio ita legit *Vulgata*, quum diserte Athenæus *d. l. Tirynthios* memoret, & ex Ephippo Comœdiæ Veteris Poëta versus adferat, in quibus itidem nominantur: Athenæum autem Noster sequatur clarissime. En verba illius, Κωμῳδοῦνται ᾗ ὡς μεθύσοι Αργεῖοι μᾶλλον καὶ Τιρύνθιοι. Subdit dein locum ex

οἴνῳ πρεσβύντες. Τό γε μὴν [2] ὑπὲρ τῶν Θρακῶν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ᾗ [3] διαβεβαίωται ἤδη, ᾗ διατεθρύλληται, ὡς εἰσὶ πιεῖν δεινότατοι. [4] Οὐ διαπεφεύγασι δὲ νῦν τὴν τοιαύτην αἰτίαν [5] οὐδὲ Ιλλυριοί, ἀλλ' ἐκεῖνοί γε προπεπλήφασι καὶ κεῖνο τὸ [6] ἐπίκλημα· ὅτι ἐφῆται τοῖς ἐν τῷ συνδείπνῳ παροῦσι ξένοις, προπίνειν τοῖς γυναιξὶν ἕκαστον, ἐὰν βούληται, [7] κἂν μηδὲν προσήκῃ ἡ γυνὴ αὐτῷ.

quod vino se dedant intemperantius. De Thracibus vero jam confirmatum id pervulgatumque est, plurimum eos bibendo valere. Neque Illyrii hoc tempore effugiunt hanc accusationem, quin illi vero hoc etiam opprobrium insuper sustinent, quod præsentibus in convivio hospitibus permissum sit unicuique, mulieribus propinare, si libeat, etiamsi mulier nihil ad ipsum pertineat.

ΚΕΦ.

CAP.

Comico, ex quo liquet, quam proprie dixerit Κωμῳδῆνται, quod Ælianus idcirco retinuit. Sed & optime junguntur *Argivis Tirynthii*, quia erant duorum, sed unius regni in Peloponneso, oppidorum Cives, unde & Hercules modo *Argivus*, modo *Tirynthius* dicitur. Addo his, Lugd. Codicem liquido legere καὶ Τιρύνθιοι, cui assentiri, quia solent, vix dubito duos Regios. Restitui ergo, quod tam validæ rationes jubebant. PERIZ.

2 Ὑπὲρ τῶν Θρακῶν] Habes apud eundem Athenæum. SCHEFF.

3 Διαβεβαίωται] Plane legendum ἀβοᾶσθαι. FABER. Id vix necessum. SCHEFF.

Διαβεβαίωται] h. e. *asseveratum*, *confirmatum est*, quasi consensu omnium. Dionys. Halic. *lib.* II. *p. m.* 104. Οἱ ᾗ περὶ τὸ Φαίδιόν τε καὶ Κίρκιον οὐδὲν τοιοῦτον λέγουσι γεγενῆσθαι, ἀλλὰ φυλάξαι τὴν κόρην διαβεβαιοῦνται τὰς συνήθους. Et in *Libello de Antiquis Rhetor.* Οὐ μὴν δὲ διαβεβαιοῦμαί γε, ὡς δὴ καὶ σαφῶς εἰδώς, *neque vero id affirmo, tanquam certo sciens.* Sed deest Augmentum Præteriti, cujus postulat Analogia, ut dicatur eo sensu & formâ, διαβεβαίωμαι: sed quod vix credo occurrere propter frequentiorem earundem literarum repetitionem. Faber *plane legendum* pronunciat, διαβεβόηται, i. e. *pervulgatum est.* Et sane in Lugd. codice plane ita scriptum est, ut adeo ferme assentiar Viro Erudito. Sic Ant. Lib. *fab.* 12. Καὶ διεβοήθη ὥσθ' ὑπὸ πολλοῖς ἐπὶ τῷ κατορθώματι τούτῳ. *fab.* 13. Εἶτις διαβοηθείη παρθένος ἐπὶ κάλλει. Hinc διαβόητος, *celebris*, *pervulgatus.* Herodian. v. 3. διαβόητον ἐποίησαι τὴν φήμην. PERIZ.

4 Οὐ διαπεφεύγασι ᾗ νῦν τὴν τοιαύτην αἰτίαν] Lugd. ita legit ἐ διαπ. ᾗ ταύτην τὴν αἰτίαν, quod mihi sane videtur multo concinnius. IDEM.

5 Οὐδὲ Ιλλυριοί] Ex eodem, qui autorem laudat Hermippum. SCHEFF.

6 Ἐπίκλημα] Observa Græcis pariter ac Romanis moribus inhonestum fuisse, si quis alienæ mulieri propinaret. IDEM.

Ἐπίκλημα] Vertebatur, *hoc etiam dedecus adjecerunt.* Nimis profecto tenuiter, ac parum scite. Sensus enim est, *hoc etiam opprobrium, crimen, insuper sustinent*, ab aliis, scilicet, hominibus sibi objectum. Ἐπίκλημα enim non est inhærens ipsis dedecus, sed criminis alicujus objectio. Sic IX. 4. Ἐπεκάλει τόλμαν αὐτῷ, ᾗ ἀμαθίαν: *incusabat ejus confidentiam*; vel *temeritatem*, & *rerum imperitiam.* XIV. 26. Μανίαν ἐπεκάλουν τῷ Ανταγόρᾳ. PERIZ.

7 Κἂν μηδὲν προσήκῃ] Restitui προσήκῃ, non, quod haud recte satis etiam illud dicatur, sed quia sic jubebat uterque Codex. Convenit autem cum hoc loco, quod ait Corn. Nepos in *præfatione*, *in Græcia neque in convivium adhibetur*, *nisi propinquorum*, *neque sedet*, *nisi in inferiore parte ædium*, *quo nemo accedit*, *nisi propinqua cognatione conjunctus.* h. e. ἐγγυτάτω προσήκων αὐτῇ. Vide ibi Notas de hoc more feminas excludendi conviviis, qui

notissimus est, & variis ex Historia exemplis constat. Cicero *Verr.* 126. *Negavit moris esse Græcorum, ut in convivio Virorum accumberent Mulieres.* Sed *propinatio* illa insuper familiaritatem quandam minus decoram designabat. Contrahebatur enim tali propinatione, vel exercebatur, *Amicitia*, unde passim φιλοτησία simpliciter dicitur, etiam illa, qua Athenienses quasi propinabant morituris venenum. Vide *Supra* I. 16. ut & XII. 49. Ὑπὲρ τ παρ' αὐτῶν φιλοτησίας, ἧς νῦν πίνω Vide & Stuckium *Antiq. Conviv.* III. 10. IDEM.

ΚΕΦ. ις'.

Σύγκρισις Δημητρίου καὶ Τιμοθέου στρατηγῶν.

Εἶτα τίς ἀμείνων ἦν στρατηγεῖν, [1] Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς, ἢ Τιμόθεος Ἀθηναῖος; Ἐγὼ μὲν ἐρῶ τὸν τ ἀμφοτέρων τρόπον· [2] ἔνεστι δ' ὑμῖν προτιμῆσαι τὸν ἕτερον. Δημήτριος μὲν βίᾳ, καὶ πλεονεξίᾳ, καὶ λυπῶν τὰ μέγιστα, καὶ ἀδικῶν ἥρπ τὰς πόλεις, μηχανὰς προσάγων, καὶ κατασείων καὶ ὑπορύττων τὰ τείχη· Τιμόθεος δὲ πείθων, καὶ διδάσκων λόγῳ, ὅτι λυσιτελέστερόν ἐστι τῶν Ἀθηναίων ἀκοῦσαι.

ΚΕΦ.

CAP. XVI.

Comparatio Demetrii & Timothei Ducum.

Uter vero præstantior dux fuit, Demetrius Poliorcetes, an Timotheus Athenienſis? Ego indolem & genium utriusque explicabo: vobis autem præferre alterutrum licet. Demetrius per vim, & fraudem, *seu* improbum plus habendi studium, & maxima damna ac injuriam inferens, civitates capiebat admotis machinis, & concussis ac suffossis mœnibus: Timotheus vero suadens, & docens oratione, utilius esse, ut Athenienſium dicto audientes essent.

CAP.

1 Δημήτριος &c.] Mirum alicui haud immerito videri posset Comparationem hanc institui inter tam diversæ ætatis, conditionis, & gentis Duces. *Timotheus* enim Athenienſis fuit, ac floruit jam ante Philippum Alexandri M. patrem, eoque regnante mortuus est in exilio, damnatus quippe à populo. At *Demetrius* Macedo fuit, & Rex, & Filius Antigoni illius, qui demum post Alexandri M. mortem Asiam tenuit. Sed ratio Comparationis hæc est, quod uterque in Historiis celeberrimus erat multis Urbibus captis, & in potestatem suam redactis. De *Demetrio* res nota est, quippe qui inde etiam πολιορκητὴς, h. e. *Urbium oppugnator* dictus. De *Timotheo* ipse Auctor *supra* II. 10. dixit, ὅτε οὐ ἀκμὴ τ ἰυτυχίας ἦν, καὶ ἥρει τὰς πόλεις ῥᾳδίως. Sed & hinc pingebant eum dormientem, quum interim Fortuna retibus urbes implicaret & ipsi illiceret. Vide Plutarchum in *Sulla p.* 454. & Suidam, ac Nostrum XIII. 43. De Machinis *Demetrii* vide Plut. in *ejus Vita*, & Diodorum Siculum *lib.* IX. maxime ubi Rhodi obsidionem memorat. PERIZ.

2 Ἔνεστι] Lege ἦναι. FABER. Sed neque hic necesse est ut ἔνεστι respondeat præcedenti ἐρῶ. SCHEFF.

ADAMANT

ΚΕΦ. ιζ'.

Οτι ἡ φιλοσοφία οὐκ ἀπολίτευτος, καί τινες τῶν φιλοσόφων ἐπολιτεύσαντο.

Ἐπολιτεύσαντο δὲν [1] καὶ φιλόσοφοι, [2] ἢ αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν ἀξιόνοιαν ἀγα-

CAP. XVII.

Quod philosophia ab administranda republ. non sit aliena, & quod ex philosophis quidam remp. gubernarint.

Rempubl. administraverunt etiam Philosophi, vel, hoc solo contenten-

1 Καὶ φιλόσοφοι] Vide Senecam *Epistol.* XC. Valer. Maxim. *lib.* III. *cap.* 8. *lib.* IX. *cap.* 8. SCHEFF. Plato in *Theæteto* vitam Philosophorum hunc ferè in modum depingit. *Primum à teneris, ut ajunt, unguiculis ita se bonus & genuinus gessit Philosophus, ut nec viam noverit, quæ ad forum ducit, nec, qua regione urbis Curia, aut Tribunal aut alia publicis conventibus destinata loca sita sint, scire allaboret. Præterea de legibus plebiscitisque nec oculis quicquam nec auribus usurpavit: factionum studia, ambitus, conventicula, convivia & ad tibiam comessationes ne per somnium quidem novit: quod bene in urbe, quid secus actum sit, quid mali a Viris fœminisque ortum, magis ignorat, quam quot Ionii veniant ad littora fluctus, & tandem nescit, quod hæc omnia nesciat.* Hæc Plato. vid. etiam Tertullianum *de Pallio cap.* 5. Contra hos eremo philosophantes calamum stringit Damascius, cujus verba è Suida in Ουλπιανὸς producam in medium, ut simul emendem. Πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι τῇ μισταγώγῳ ζωῇ τῶν ἀρετῶν ἐπιφημίζειν, οὐχ ἕτως (suppleo ex *Photio* ἔχον) κωπᾶν τῶν ἐκείνῃ. ἡ γὰρ οὐ μίσει τὴν πολιτείαν ἀλλὰ τ πολιτικῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἀνασεισφοιένη ἀρετὴ, γυμνάζεται τῶν ψυχῶν ὡσὸς τὸ ἐμπρόσθιον, καὶ βεβαίστατα μᾶλλον ἐπὶ τ πείρας, ὅσον αὐτῆς ἥκιστα καὶ ὁλόκληρον· ὅσον ἧ κίνδηλον καὶ ἐπίπλαστον ἐμφωλεύει ταῖς ἀνθρωπίναις γνώμαις, ἔστο πᾶν διελέγχεται. καὶ ἐτοιμότερον καθίστησι ὡσὸς διόρθωσιν. τὸ ἧ ἀγαθοεργάντε καὶ ὠφελητικὸν, ὅσον ἐστὶ ἐν τοῖς πολιτεύμασι; τὸ ἧ θαῤῥαλέον καὶ βέβαιον ἀλύπου; τοιαῦτ' οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγοι καὶ φιλοσοφοῦντες πολλὰ μάλα σεμνῶς περὶ δικαιοσύνης, ἐκδύεσθαι ἐπὶ τὰς πράξεις ἀναγκαζόμενοι, (supple iterum ex *Photio* δεινὰ) ἀχνυμενοῦσι. *Solent homines vitam, quæ refugit oditque res gerendas, virtutis nomine venditare, cum tamen, meo judicio, res aliter se habeat. Nam virtus, quæ in medio rerum actu inter civiles rerum verborumque occupationes vertitur, ea crebris exercitamentis animum corroborat, stabilemque reddit per documenta meliorem & integram ejus partem: quicquid autem fucatum & adulterinum in hominum latitat pectore, id omne ad Lydium revocat lapidem, & ut emendari se promptius sinat, efficit. quanto porro in civilibus suppetit benefaciendi juvandique alios occasio & facultas? quantum ibi confidentiæ & constantiæ exercendæ theatrum: Ea propter qui ex eruditis desident in angulo aliquo obscuro, ibique multa graviter de justitia & temperantia disserunt, si quandoque ad res ipsas à necessitate vocentur, turpiter se dant, ac quasi in alium orbem delati sint, misere suam tuentur personam.* Ideoque Plutarchus *de Puer. Instit.* bene judicat τελείους ἀνθρώπους τὸς δυναμένους τῷ πολιτικῷ δύναμιν μίξαι καὶ κεράσαι τῇ φιλοσοφίᾳ. *perfectos homines esse, qui virtutes politicas cum philosophia miscere & temperare possunt.* Quos aliquando in mundo fuisse, Noster *toto capite* ostendit. confer & Ciceronem *lib.* I. *offic. circa finem* & *infra c.* 14. *l.* VIII. KUHN.

2 Ἢ αὐτὸ τοῦτο μόνοι] Ita omnes, etiam Romana. Sed videant eruditi, num legi debeat, ἃ vel σὺν αὐτῷ. SCHEFF. Idem mihi in mentem

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἐφ' ἡσυχίας κατεβίωσαν. Επηνώρθωσαν γὰρ τὰ κοινὰ, 3 Σάλευκός μὲν τὰ ἐν Λοκροῖς, 4 Χαρώνδας ὁ τὰ ἐν Κατάνῃ, 5 καὶ τὰ

tenti, quod animo boni & idonei exsisterent, in quiete vitam exegerunt. Correxerunt respublicas, Zaleucus quidem Locrensium, Charondas ve-

ro

mentem venerat quod Scheffero, legendum videtur ὁ αὐτὸ. FABER. Nihil elegantius his verbis, αὐτὸ τοῦτο μόνον id est, *tantummodo*. Euseb. *Hist. Eccles. p.* 99. *Edit. Vales.* de Ebionæis. λιτὸν μὲν γὰρ, inquit, αὐτῶν τὸ κοινὸν ἠγεῖτο ἀνδρωπον, καὶ προκοπὴν ἥβας αὐτὸ μόνον δεδικαιωμένον. ita hunc locum constituendum puto, ne cum Doctiss. Valesio τωτολόγως dicamus, *eum* (Christum) *simplicem ac vulgarem, nec aliud quam hominem esse censebant.* Sensus enim, meo quidem judicio, longè melior ex hac lectione emergit, nimirum, *eum enim simplicem ac vulgarem hominem esse censebant, qui profectu virtutis tantum justus factus fuisset*, (non justitia ipsa esset) repetit idem *Autor* eandem locutionem *p.* 109. ἔτοι ὁ θεμιστίος τ' πίστεως ἐπὶ ξένοις τισὶ τόποις αὐτὸ μόνον καπωδαλλόμενοι. ubi hanc Versionem malim. *Hi vero in exteris quibusdam regionibus tantum fidei fundamenta jecisse contenti* &c. KUHN.

Η ἀυτὸ τοῦτο μόνον τὴν διάνοιαν ἀγαθοὶ γενόμενοι,] Recte se locus hic habet etiam MStorum suffragio. Recte etiam illud ἀυτὸ τοῦτο μόνον, explicuit Kuhnius. Vide & quæ notavimus *ad* II. 29. Volut vero Auctor, fuisse & *Philosophos*, *qui Remp. gesserint:* fuisse etiam, qui quum *mente & cogitatione ad eam gerendam essent idonei, id satis habentes quieverint* tamen, & abstinuerint Rep. Ἀγαθοὶ enim non notat hic simpliciter *bonos & benignos*, ut voluerunt Interpretes, qui *animum eos virtutibus excolüisse* memorabant, sed *bonos ad eam rem*, de qua agitur. Plane ut *Cap. sup.* ἀμείνων σφετηγῶν. Et *hoc Cap.* ἀγαθὸς στρατιώτης. Sic I. 10. Αγαθὸς τοξόσαι. Sed maxime *infra* VII. 14. Ησαν γὰρ οἱ φιλόσοφοι τὰ πολίμια ἀγαθοὶ. Et plenius XIV. 5. Εἰπερ ἦν αὐτὸς ἀγαθὸς ὄντας κατίγνωσαν καὶ ἐπιτηδείως ἐις τὰ τοιαῦτα. Si quis tamen maluerit illud ἀγαθοὶ τὴν διάνοιαν, interpretari omnino ita, ut significentur homines, qui *usum & facultatem rationis probe poliverint*, qui *recte ac liquido cogitent*, & *ratiocinentur*, seu *boni ad cogitandum recte & ratiocinandum*, neque illi multum repugnavero. PERIZ.

3 Ζάλευκος] Pythagoræ discipulus, ut Laertius testatur in *Pythagora*. Fuit tamen inter veteres Timæus, qui negavit ullum unquam Zaleucum legumlatorem extitisse, uti notat Marcus Tullius *lib.* II *de L L.* SCHEFF.

4 Χαρώνδας] Vide Aristotelem II. *Polit. c.* 12. Iamblichum *vita Pyth.* 7. Scripsit Thuriis quoque leges, quas habes apud Diodor. Sic *lib.* XII. ubi & de Zaleuco. IDEM.

5 Εν Ρηγίνῳ] Lege Ρηγίῳ. FABER. Faber legit Ρηγίῳ quod probo: urbis enim nomen Ρήγιον, incola vero Ρηγῖνος Steph. *de Urb.* vide. SCHEFF. Quid si legamus ἐν Ρηγίνῃ? ut πόλις subintelligatur, ita Livius apud Servium *in* I. *Georgic. Rhegina civitas* dixit. vel ἐν Ρηγίνων, uti dicimus ἐν Κωνσταντίνῳ, cum Constantinopolim designamus. KUHN. Vere emendavit Faber Ρηγίῳ: nec causa fuit, quare aliud quid comminisci maluerit hic loci Vir Eruditus. Ne dubites amplius: habent ita uterque Codex, qui vix unquam à Vulgata pariter discedentes consentiunt, nisi in Veram Lectionem. Charondas autem hic Catanæus fuit ex Sicilia, & patriam primo bonis formavit legibus, sed quum ex ea esset ejectus, *etiam alias Siciliæ & Italiæ civitates Chalcidicas*, Aristoteles *Polit.* II. 10. Has inter *Rhegium* fuit, quam ἅπασαν Χαλκιδεῖς οἱ ἀπ' Ευβοίας μετὰ λιμὸν ἀναστάντες, *condiderunt Chalcidenses ad Euripum siti, & inde propter famem migrantes*, ut ait Heracl. *de Polit. Rheginorum*, addens etiam, *usos fuisse legibus Charondæ Catanæi.* Quia vero ultimum Thuriis leges scripsit, & memorabili istic modo sibi necem conscivit, hinc *Thurius* cognominatur à Valer. Max. VI. 5. *ext.* 4. & Themist. *Or.* 1. Nempe Novæ istius Civitatis factus erat Civis & Legislator. Unde Plut. περὶ Πολυπραγμ. sine Nomine eum ita designat ὁ τ' Θουρίων νομοθέτης. Sed quod magis mirum est, etiam Urbs Asiæ, *Mazaca*, quæ postea dicta

τὰ ἐν Ρηγίῳ, ὅτε ἐκ Κατάνης ἔφευγε· 6 Ταραντίνοις ὁ ἐγένετο ἀγαθὸν 7 Αρχύτας, 8 Σόλωνι ὁ Αθηναίοις, 9 Βίας ὁ καὶ Θαλῆς τὴν Ιωνίαν πολλὰ ὠφε-

ro Catanensium, item Rheginorum, quum in exilium ejectus esset è Catana. Tarentinis profuit Archytas, Solon Athenienſibus, Bias & Thales Joniæ

dicta est *Cæsarea Cappadociæ*, Charondæ legibus usa est, teste Strabone *lib.* XII. *p.* 539. Plura, & alia, de eo vide in *Epistola* Raph. Tricheti du Freshii *ad Seguinum*, Hujus *Numismatibus* adjecta, in qua agit, de Nummo Catanæorum, Caput hujus Charondæ, ut putat, cornutum præferente. Sed de quo in diversa abit Illustr. ss. Spanhemius *Diss.* v. *de præstantia & usu Num. p.* 370. ubi expressum in eo non *Charondæ*, sed *Sileni*, Caput probabilius censet. Cujus rei causam Catanensibus forsan dedit non tantum ager eorum vini ferax, sed & Euripidis *Cyclops*, in qua Fabula fingitur *Silenus* in littore Ætnæo, in quo sita est Catana, aliquandiu pavisse oves Polyphemi. De Zaleuco egimus jam *supra ad* II. 37. PERIZ.

5 Ταραντίνοις ὁ ἐγένετο ἀγαθὸς Αρχύτας] Sluisk. legit hic ἀγαθὸν, id quod probabunt forsan, qui quicquid rarioris usus inveniunt in quocunque Codice, avide id arripiunt tanquam genuinum, aliorumque ea occasione librariorum inscitiam exagitant, haud cogitantes, si toties ita locuti fuissent Auctores, non futuras tunc sane istas locutiones ita raras ac reconditæ cujusdam scientiæ. Neque vero Librariorum hic causam ago, quos pleraque sibi parum intellecta corrupisse satis novi. Sed tamen etiam casu illos sæpe aberrasse putem in id, quod rarioris locutionis speciem præferat, & tamen ab Auctore non sit profectum: atque ideo talia ex unius Codicis auctoritate, nisi ea sit aliis rebus & locis probatissima, admittere nolim. Sic audio Codicem esse, qui *lib.* I. *cap.* I. legat non δεινοὶ, ut Mei habent, & in Suis invenit Perusceus, atque ideo edunt Omnes, sed δεινὸν καὶ κεῖνον εἶναι οἱ πολύποδες, καὶ πᾶν ἐτῶν φαγεῖν ἄπαχον. Quod neutiquam Ego certe probem, nisi aliorum accedat Codicum consensus, licet non negem, & hic ἀγαθὸν, & istic δεινὸν potuisse dici. *Archytas* autem non tantum domi, sed & belli remp. gessit. Unde Noster VII. 14. ait *Tarentinos eum legisse sexies Ducem:* at Laërtius in *ejus Vita*, *septies:* qui & addit ex Aristoxeno, eum μηδέποτε στρατηγῆσαι ἡττηθέντα, *nunquam victum esse, quum exercitum duceret.* Sed & ex *Epistola* Platonis IX. novimus, eum questum esse Platoni, quod se ex publicis negotiis non ita posset expedire, ut sibi & philosophiæ vacaret. Fuit enim æqualis & amicus Platonis, ut & Dionysii, apud quem auctoritate valebat magna. Non temere itaque tum ab Ælian., tum à Plutarcho σοφὸν παιδῶν ἀγωγῆς, inter Politicos Philosophos cum *Pericle*, *Dione*, & *Epaminonda* refertur. Æl. eum etiam *infra* XII. 15. Πολιτικόν τε καὶ φιλόσοφον ἄνδρα γενόμενον, ait. PERIZ. Restitui ἀγαθὸν, quoniam id jubebant non solum Mediceus, & Sluisk. sed & Auctor noster sæpissime adjectivum neutrius generis subintellecta voce χρῆμα cum substantivo tam masculino quam feminino jungere solet, ut *lib.* II. *de Nat. Anim. cap.* 10. Εσι μὲν καὶ ὄνος ὁ ἵππου γαῦρον. atque *ibidem* ex MS. Mediceo, μάλιστα ὁ κομῶσα ἵππου ἀδροτατόν τε ἐσι, καὶ θηρωτικώτατον. Adde *ejusdem libri cap.* 26. & VI. 62. IX. 25. X. 47. XV. 17. XVI. 17.

7 Αρχύτας] Firmat Strabo *lib.* VI. *pag.* 280. SCHEFF.

8 Σόλωνι] Lege Meursium *libro integro de vita ejus.* IDEM.

9 Βίας] De his & sequentibus consule Laertium. IDEM.

Βίας δὲ καὶ Θαλῆς τὴν Ιωνίαν πολλὰ ὤνησαν] Vere ita de his loquitur, quia non quidem leges tulerunt, aut *conditores Reip. Jonum* fuerunt, ut pessime eos vocabat ex hoc loco Index Lectius, sed tamen consilio sæpe juverunt Ionas. Sic Bias prudentia sua eripuit patri m Prienem ex obsidione Regis Lydorum Alyattis, ut refert Laërtius, Crœsum Alyattis, ut refert Laërtius, Crœsum oratione deterruit, ne classem pararet contra Ionas insulanos, Herodot. I. 27. qui & utriusque consilium Ionibus datum memorat, I. 170. Vixerunt pariter tempore Alyattis, Crœsi, & Cyri, & inter *Septem* referuntur Sa-

ὦησαν, [10] Χίλων ὃ Λακεδαιμονίους, Μιτυληναίους γε μὴν [11] Πιτ̃ακὸς, [12] Κλεόβουλος ὁ Ῥοδίους. Καὶ [13] Ἀναξί-

niæ in multis fuerunt utiles. Chilon Lacedæmoniis, Mitylenæis porro Pittacus, Rhodiis Cleobulus. Anaxi-

Sapientes: de quibus Cicero *de Orat.* III. 34. *Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui Sapientes & haberentur & vocarentur. Hi omnes, præter Milesium Thalen, Civitatibus suis præfuerunt.* Ergo & Bias, maxime tunc, quum Prienem obsedit Alyattes. Thales autem, qui Ionicæ fuit sectæ Auctor, multarumque rerum inventor primus, privatus semper vixit, & vel sic consilio juvit Ionas. At quam in contraria à Cicerone & ab Nostro abit Plato in *Hippia init.* Ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιτ̃ακός τε, καὶ Βίας ὁ, καὶ ὁ ἀμφὶ τὴν Μιλήσιον Θαλῆν, καὶ ἔτι ὁ ὕστερον μέτεχε Ἀναξαγόρου, ὡς οἱ πάντες, ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν, φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων. PERIZ.

10 Χίλων &c.] Fuit hic non tantum inter Celebres illos *septem Sapientes*, quos tamen Plutarchus πρὸς τὸ ΕΙ, ad *quinque* redigit, *Chilonem*, *Thaletem*, *Solonem*, *Biantа*, *Pittacum*, quasi reliqui duo, *Cleobulus* scil. & *Periander*, magis propter potentiam & opes additi illis essent, quam quod vere fuerint Sapientes. Sed & Ephorus fuit Lacedæmoniorum Chilo, immo si fides Diog. Laërtio, πρῶτος εἰσηγήσατο, ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παρεζευγνύναι, *primus instituit, Ephoros Regibus adjungere; id quod Satyrus ad Lycurgum refert*, ut addit Idem. Ex quo liquet, apud Herodotum ergo, quando & Ille ait I. 65. Τὰς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος, nihil mutandum, quod volebat Marshamus, cui ad Secul. XVII. *Vocem* ἐφόρους illic *in textum irrepsisse suspicio est.* Communior tamen est sententia, à Theopompo Laconum Rege Ephoros primum constitutos 130. annis post Lycurgum. Vide Plut. in *Lycurgo*, & Aristot. *Polit.* V. 11. IDEM.

11 Πιτ̃ακὸς] Hic vero summo refertur jure in hanc Philosophorum classem, qui ἐπανόρθωσιν τὰ κοινὰ, quippe qui & Νομοθέτης fuit, Dion. Halic. *lib.* II. *p.* 95. seu Νόμων δημιουργὸς, Aristot. *Polit.* II. 10. Sed & Patriam domi bellique feliciter administravit, dum eam tyrannide liberavit, & singulari certamine pro ea contra Phrynonem Athenien-sium ducem depugnavit. Vide utrumque apud Diog. Laert. *Tyrannidem* ei tribuit Valer. Max. IV. I. 6. sed *à Civibus delatam*, in bello scilicet contra Athenienses, ut Idem Val. VI. *ext.* I. & contra Exules, quorum Dux Alcæus Poëta, & ejus Frater, ut Aristot. *Polit.* III. 10. ex quo etiam liquet, fuisse eum revera Æsymnetam, cujus tamen potestas erat minime perpetua, sed similis Dictatoriæ apud Romanos, cum qua etiam comparatur à Dionys. Halic. IDEM.

12 Κλεόβουλος] In Septem illis Sapientibus numeratur ab omnibus, etiam à Platone in *Protagora*, & Diogene Laërtio, qui Hujus ideo Vitam æque exposuit ac Reliquorum. Sed & ipso Plutarcho in *Convivio Septem Sapientum.* Idem tamen de *EI Delphico* tradit esse, qui dicant, vere tantum quinque fuisse Sapientes, at *Cleobulum Lindiorum tyrannum, & Periandrum Corinthiorum, nihil habuisse virtutis & Eruditionis, sed potentia & multitudine amicorum ac gratia occupasse hanc gloriam & nomen Sapientum invasisse, ac sententias quasdam sparsisse per Græciam similes illis, quæ profectæ erant à Reliquis.* De quo utcunque sit, receptus est ille à Scriptoribus in hunc ordinem, longe constantius, quam *Periander*, cui alium alii, Plato *Myson Chenensem* substituit. Id vero ex illo Plutarchi loco discimus, revera eum quoque πολιτεύσασθαι, si quidem appellat τὸ Λινδίων τύραννον. Credo fuisse etiam Æsymnetam, vel *Prytaniæ*, quomodo appellabatur *summus* Rhodiorum *Magistratus*, teste Livio XLII. 45. seu, qui erat apud Rhodios ἀρχὴ μάλιστα αὐτοκράτωρ, ut ait Appianus *lib.* IV. *Belli Civ.* Certe enim ipse Cleobulus in Epistola ad Solonem, quam exhibet Laërtius, dicit τὴν Λινδίων δαμοκρατεσθῆναι, h. e. *Lindiorum Civitatem esse democraticam*, seu *Democratice regi*, atque ideo eam offert Soloni in exilium abeunti; æque ac Thales eum invitabat Miletum, ita tamen, ut significaret se metuere, ne hanc rejiceret, ὅτι καὶ Μιλήσιοι τυραννούμενοι, &

ναξίμανδρος ὃ ἡγήσατο τ [14] εἰς Ἀπολλωνίαν ἐκ Μιλήτου ἀποικίας. [15] Ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν στρατιώτης ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἀμείνων στρατηγὸς, ὅτε Κύρῳ συνανέβη, καὶ Κῦρος μὲν καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀπέθανον, καλέσης δὲ τ χρείας τὸν δυνησόμενον σῶσαι τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀγαγεῖν τὴν ὀπίσω εἰς τὰ οἰκεῖα, οὗτος ἐκεῖνος ἦν. Πλάτων ὁ Ἀρί-

mander vero coloniæ Mileto Apolloniam *missæ* dux fuit. Sed & Xenophon miles erat bonus, & melior dux, quando cum Cyro expeditionem obiit, & Cyrus quidem, & qui cum ipso erant, occubuerent, quum vero necessitas postularet hominem, qui posset servare Græcos, & domum reducere, hic ille fuit. Plato Aristonis filius

& Solon ἐχθαίρει πάντας Αἰσυμνήτας. Ex quo jam patet, Τυράννους & Αἰσυμνήτας promiscue poni, quia habebant *Æsymnetæ* ad tempus revera *Tyrannicam* h. e. absolutam potestatem. Adde & Aristotelem de Mileto, & *Tyrannide* istic orta ex *Prytanum* potentia, *Polit.* V. 5. Nam, ut ait ibidem, πολλῶν ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ Πρύτανις, *multarum & magnarum rerum dominus erat Prytanis.* Sed maxime, quæ infra disputamus de Demetrio Phalereo, qui & ipse in Democratia *Tyrannus* à quibusdam vocabatur. Cæterum Cleobulus iste quum *Lindius* fuerit, & ab omnibus ita vocetur, à Plutarcho etiam *Lindiorum Tyrannus*, unde ergo hic dicitur, *Rhodios* juvisse, vel utilem se iis præbuisse? Nempe *Lindus* erat una ex tribus antiquis oppidis in insula Rhodo, antequam Urbs Rhodus ibi esset exstructa. *Lindii* ergo *Rhodii* erant, sed olim καθ' αὑτὸς ἐπολιτεύοντο, *separatam habuerunt Remp.* æque ac *Jalysus* & *Camirus*, reliqua duo oppida. Sed postea, quum Urbs Rhodus exstrueretur tempore belli Peloponnesiaci, συνῆλθον πάντες εἰς τὴν Ῥόδον, *coierunt omnes in unam Urbem Rhodum.* Vide Strabon. *lib.* XIV. *pag.* 655. PERIZ.

13 Ἀναξίμανδρος] Celebris & hic fuit Philosophus, sectæ Jonicæ, seu Physicæ, cujus ideo Vitam & Dogmata exposuit quoque Laërtius. Thaletis fuit *Discipulus*, μαθητὴς, Strabo *lib.* XIV. *p.* 635. & πολίτης h. e. *Milesius* itidem fuit, *lib.* I. *p.* 7. eique in Philosophia propaganda *successit*, Θάλην διαδέχεται, Clem. Alex. *Strom. lib.* I. *p.* 301. Primum eum post Homerum excoluisse Geographiam ait Strabo. Vide & Agathem. *init.* IDEM.

14 Εἰς Ἀπολλωνίαν ἐκ Μιλήτου] Cave intelligas hic illam præcipuæ famæ *Apolloniam*, in Epiro ad mare Adriaticum sitam. Plures hoc nomine fuerunt, Vide Stephanum Byz. Hæc autem est, quam ille secundam memorat, & πρὸς τῇ Σαλμωδήσσῳ locat, additque esse ἀποικίαν Μιλησίων καὶ Ῥοδίων. Nempe quam plurimas emiserunt Milesii colonias, maxime ad Pontum Euxinum, & Propontidem, adeo ut Strabo *lib.* XIV. *p.* 635. Ὁ Εὔξεινος πόντος ὑπὸ τούτων συνῴκισται πᾶς, καὶ ἡ περίοικος, &c. *Euxinus Pontus omnis & Propontis conditis Urbibus ab iis incolitur.* Inter has Urbes in littore Ponti Europêo supra Byzantium est hæc *Apollonia*, sic dicta ab Apolline, quem Milesii maxime colebant, & cui idcirco hæc eorum colonia fuit sacrata, templo Apollinis præcipuo istic exstructo, unde Colossum ejus Dei Romam deportavit M. Lucullus. *Coloniam* itaque *Milesiorum*, ἄποικον Μιλησίων, appellat eam Strabo *lib.* VII. *p.* 319. & Scymnus Chius. IDEM.

15 Ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν στρατιώτης . . . .] Distinctio vitiosa in omnibus, nam post, συνανέβη punctum majus est scribendum & comma ponendum post ἀπέθανον. Facit nempe comparationem inter artem Cyri imperatoriam & Xenophontis. Interpretatio quoque hic haud idonea. SCHEFF. Nec distinctionem malam nec comparationem inter artem Cyri & Xenophontis Imperatoriam hic institui video. Sensus talis esset: *Xenophon quoque miles strenuus erat, meliorque dux, quum in Persas cum Cyro profectus, Cyro quidem cum suis in prælio cæso, necessitate autem postulante aliquem, qui Græcos domum salvos reduceret, ipse id feliciter præstaret.* KUHN.

Ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν &c.] Distinctio, quam Scheffe-

ϛων& Δίωνα κατήγαγεν εἰς Σικελίαν, ᾗ δι' ὧν αὐτῷ συνεβούλευε, ᾗ ἐδίδασκε, διὰ τούτων τυραννίδα τὴν Διονυσίου κατέλυσε. Σωκράτης ᾗ τῇ μὲν Αθηναίων πολιτείᾳ οὐκ ἠρέσκετο· [16] τυραννικὴν γὰρ, καὶ μοναρχικὴν ἑώρα τὴν δημοκρατίαν οὖσαν· Καὶ διὰ ταῦτα [17] οὔτε ἐψήφισεν Αθηναίοις τὸν [18] τῶν δέκα

ferus voluit fieri poſt συνανέβη, mihi haud plane diſplicet. Ut ita priore periodo memoret Auctor rem ipſam, & ejus tempus quo ſcilicet probaverit ſe Xenophon *ſtrenuum Militem & Meliorem Ducem:* poſteriore vero exponat rei, quam affirmaverat, documentum, ſeu in quo conſtiterit, & conſpecta fuerit, illa ejus imperatoria Virtus, quod nempe Cyrus quidem cum ſuis perierit, ipſe vero ſuperſtites Græcos, per tot infeſtas gentes, domum reduxerit incolumes. Nulla hic comparatio tamen artis Imperatoriæ inter Cyrum & Xenophontem, quam ſtatuit Schefferus. In Vulgatis perperam certe priora hæc à ſequentibus, ᾗ ἀμείνων, &c. diſtrahebantur maxima diſtinctione, qua cauſa Schefferus recte *Vitioſam* hic *diſtinctionem* potuit arguere. Hiſtoriam vero rei geſtæ abunde explicuit ipſe Xenophon ſeptem libris de hac Expeditione, à Cyro Minore ſuſcepta contra Fratrem, Artaxerxen Mnemona, ſcriptis, & Ἀναβάσεως Κύρου nomine inſignitis. PERIZ.

16 Τυραννικὴν γὰρ καὶ μοναρχικὴν ἑώρα τὴν δημοκρατίαν οὖσαν Αθηναίοις] Nullus dubito, poſtremum hoc vocabulum à mala eſſe manu, & ex gloſſa profectum hominis, qui credidit hunc Dativum requiri ad perficiendam Participii vim & Syntaxin. Opinionem hanc mihi injecerunt MSti Codices, qui pariter, raro in talibus conſenſu, rejecerunt illud poſt θάνατον, certo, niſi fallor, indicio, ex margine in textum, locis adeo diverſis, irrepſiſſe. Neque vero requiritur ullo modo, non tantum quia proxime præceſſit, τῇ Αθηναίων πολιτείᾳ, ſed & quia abſque illo integerrimus eſt hujus commatis ſenſus, ſi participium, quod uſitatiſſimum Græcis, accipiamus poſitum pro Infinito. Sic Ant. Lib. *Fab.* 4. Ἀποδείκνυσιν Ἀμφορέων ἑαυτὴν ἑαυτῆς. *Fab.* 41. Ὡς ἔγνω αὐτὴν παρελθοῦσαν. Lucian. *de Morte Peregr.* Ἐπαυσε δίψει ἀπολυμβάνες τὰς παννυχίδας. Iſæus *Or.* 1. *p. m.* 368. Ἀποφαίνει ἐκεῖνον βελόμενον βιῶναι. Julian. *Or.* 1. *p.* 28. Ταῦτα τὸν παλαιὸν ἀλκιβιάδην ἠλεγξε Μιδίου τοῦ ὄντα κενὸν, pro ἐαυτῷ. Sic ergo & hic: Videbat Democratiam illorum ἑαυτὴν, h. e. ἑαυτῷ, Τυραννικὴν, quia ſcil. populus tunc omnia ex libidine & impetu agebat, leges figens atque refigens, honores & pœnas, non ex merito, ſed ex arbitrio, diſpertiens. Simile quid de Platone ait Cicero *Famil.* 1. 9. *Atque hanc quidem ille* (Plato) *cauſam ſibi ait non attingendæ Reip. fuiſſe, quod quum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute, tùm eum nec perſuadendo nec cogendo regi poſſe vidiſſet.* IDEM.

17 Οὔτε ἐψήφισε τὸν τῶν δέκα στρατηγῶν θάνατον] Veriſſimum eſt, quod monuit Faber, agi hic, non de *Decem* illis, qui ſucceſſerunt quodammodo XXX. Tyrannis, ut putabat Schefferus, ſed de *Decem Ducibus*, qui præfecti erant bello contra Laconas, & claſſi, qua eos vicerunt ad Arginuſas. Tales enim *Decem στρατηγοὺς quotannis creatos* Athenis tradunt Harpocration & Suidas. Certe creari ſolitos in bellis, non tantum ex hac Hiſtoria conſtat, ſed & ex Miltiadis Vita. Nam & ille inter Decem στρατηγὸς fuit, quum pugnaretur in campo Marathonio contra Perſas. Vide Herodotum VI. 103. & Nep. in *Milt.* Erant autem hi, & dicebantur, στρατηγοὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα, vel ἐπὶ τοὺς ἑπτάλοφας, & habebant jus vocandæ concionis, Vide Petitum *ad Leges Atticas* pag. 149. Cæterum peccat in eo Faber, quod hic legi vult τὸν ὀκτὼ, quia ſcil. Xenophon tradit, octo tantum accuſatos & damnatos, reliquos duos, ut prælii & culpæ, ita & periculi aut pœnæ fuiſſe expertes. Quibus vere reponit Kuhnius, Veteres de hac Hiſtoria agentes, δέκα tamen στρατηγὸς, *Decem Duces*, memorare ſolitos. Adde iis diſertiſſima verba Valerii Maximi IX. 8. *quæ* (civitas Ath.) *Decem UNIVERSOS Imperatores ſuos, & quidem à pulcherrima victoria venientes, capitali judicio exceptos necavit.* Parum accurate ſine dubio, quia tantum ſex vel ſeptem ſunt *Necati*, at Octo vel Novem damnati. Nam quod Xenophon alibi (*lib.* I. *Memorab. Socratis pag.* 414. *ed. Steph.*) *Novem* ait à populo pœnæ deſtinatos, non temere eſt, nec *ſolus*, ut putabat Kuhnius, hoc tradit. Nam & Diod. Siculus *lib.* XIII. *pag.* 217. & 221. *Septem occiſos, duos fugâ ſalutem quæſiviſſe*, & Unum ex decem illis ducibus Cononem miſſum eſſe factum refert. Scriptores autem, qui celebre hoc exemplum per aliam occaſionem narrant, quia longe maxima pars totius Collegii, uno tantum aut altero ſummum excepto, damnata eſt, ipſum in hac Hiſtoria Collegium memorant, idque per integrum ejus numerum deſignant, ut ſæpe fit. Sic à Paulo I. *Corinth.* XV. 5. Chriſtus dicitur *primum Cephæ, deinde τοῖς δώδεκα*, apparuiſſe, cum tamen revera Undecim tunc tantum eſſent Apoſtoli. Vide hac de re Scalig. *ad Euſeb. An.* 1734. Rutgers. *Var. Lect.* I. 8. & Uſſer. *Annales An.* 2265. Erat autem Socrates tunc temporis in Senatu Quingentorum, & quidem inter Prytanes: quorum hoc erat munus Athenis, ut Senatum & Populum convocarent, reſque ſingulas ad populum ferrent. IDEM.

Οὔτε ἐψήφισεν Αθηναίοις τὸν τῶν] Ita edidi obſecutus utrique MS. & prorſus aliud egiſſe videtur Vir Doctus, dum ſcribit MSS. Codices τὸ Αθηναίοις rejicere poſt θάνατον. Αθηναίοις autem idem valet, quod σὺν Αθηναίοις, vel potius hic notat *in gratiam Athenienſium*, quæ dativi conſtructio apud Græcos & Romanos ſcriptores frequentiſſima eſt. Vid. Cl. Periz. *ad lib.* VII. *cap.* 7. Ceterum hoc Socratis factum laudat quoque Themiſtius in *Orat.* 20. & Diog. Laertius in *Socrate lib.* II. *Segm.* 24. cujus verba erronee admodum vertit Interpres ἀλλὰ καὶ μόνος ἀποψηφισάμενος τῶν δέκα στρατηγῶν. *ſoluſque adverſus decem potentiſſimos duces ſententiam ferre auſus eſt.* Vertendum omnino, *ſed & ſolus decem duces ſuffragio ſuo abſolvit.*

18 τῶν δέκα στρατηγῶν] Cornelius Nepos *vita Thraſib. cap.* 3. *Prætores*, Juſtinus *lib.* V. *cap.* 10. *electos, qui rempublicam regerent.* Xenophon. *lib.* II. *Hiſt. Græc.* ἄρχοντας appellant. Videndum igitur, utrum eo ſenſu etiam στρατηγῶν vocabulum à Græcis uſurpetur. Mihi profecto gloſſema eſt, ab inepto aliquo interprete textui appoſitum. Nam, ut τοὺς τριάκοντα elliptica locutione, ſic τοὺς δέκα Græci dicunt, ut vel ex Suida manifeſtum eſt. Vide Diodorum *lib.* XIV. SCHEFF. Fallitur Schefferus, hic enim de iis agitur ducibus, qui ad Arginuſas cum viciſſent, corpora militum, vi tempeſtatis impediti ſepelire non potuerunt; unde illis, poſtquam Athenas reverſi ſunt, exitium creatum, quod ex Xenophonte in *Hiſtor. Græc.* & Diodoro *lib.* XIII. notiſſimum eſt. Uterque autem illos vocat στρατηγὸς, ut & erant, ſed pro τῶν ἑ στρατηγῶν, (id eſt *decem*) ſcripſiſſe Ælianum puto τῶν ὀ στρατηγῶν (id eſt *octo*) totidem enim damnatos auctor eſt Xenophon. FABER. Rectè Faber de Hiſtoria, ſed emendationem non probo. Quamvis enim conſtet, octo duces damnatos & ex iis ſex, qui Athenas redierant à prælio, interemptos eſſe, nihilominus Græci ſemper rotundo numero δέκα στρατηγὸς nominant, quia totidem ducibus rei ſumma à populo ante commiſſa erat. Plato in *Apologia.* Laërt. in *vita Socrat.* &c. δέκα στρατηγὸς habent. Valer. Max. *lib.* I. *cap.* 2. *Dicmedon unus ex decem ducibus, qui eadem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi vero damnationem peperierunt* &c. Ariſtides Sophiſta orationem ſcripſit hâc inſignem ἐπιγραφῇ: ὁ ἐπιμὼν Καλλιξένῳ ἐπὶ τῷ μὴ θάψαι τοὺς δέκα. *Objurgatoria in Callixenum, quod non ſepeliendos decem illos duces cenſuiſſet.* Solus, quod ego quidem ſciam, Xenophon. *lib.* I. *Memorab.* ἑνὰ στρατηγὸς habet. At *lib.* I. *Hiſt. Græc.* ab octo ducibus iſtam ait pugnam depugnatam

δέκα στρατηγῶν θάνατον, ἀλλ' [19] οὐδὲ τοῖς Τριάκοντα ἐκοινώνει τῶν ἀσεβημάτων.

filius Dionem reduxit in Siciliam, & per ea, quæ ſuaſit ac docuit eum, tyrannidem Dionyſii ſubvertit. At Socrati neutiquam placebat Athenienſium reſpublica: videbat enim democratiam tyrannicam eſſe & monarchicam. Et ideo neque cum Athenienſibus ſuffragio ſuo decem duces morti adjudicavit, neque cum Triginta *Tyrannis* quicquam ſcelerum commune habuit. Quan-

των. Ενθα ἢ ἐχρῆν ὑπὲρ τ πατρίδ ἀγωνίζεσθαι, ἀλλ' ἐνταῦθά γε ἀπροφάσιστ ἐκεῖ τ στρατιώτης ἦν. Ἐστρατεύσατο δὴν [20] ἐπὶ Δήλιον, καὶ εἰς Ἀμφίπολιν, ᾗ εἰς Ποτίδαιαν. [21] Ἀριστοτέλης ὁ τὴν ἑαυτῦ πατρίδα, ὃ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, [22] εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα, ἀνέστησεν αὖθις. [23] Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, καὶ Ἀθηναίων ἐν τοῖς μάλιστα ἐπιεικὴς γενόμενος, ἐπὶ τοῦ Κασσάνδρου τὰ πολλὰ τῆς πόλεως διοικήσας, ἐπὶ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀπονοίας, ὡς καὶ ἀνδριάντας ἑαυτῷ κατασκευάσαι τριακοσίους καὶ ἑξήκοντα, ἐνιαυσίους ἀριθμόν, ἵνα ἕκαστος ἡμέρᾳ μιᾷ τῶν ἐνιαυσίων ἐπὶ τοῦ βήματος ἑστὼς ἐπιδείκνυται τοῖς Ἀθηναίοις.

Quando autem pro patria decertare oportebat, tunc utique ſine ulla exceptione militem agebat. Geſſit itaque arma apud Delium, Amphipolim & Potidæam. Ariſtoteles vero patriam ſuam, non illud quod dicitur, in genua prolapſam, ſed in os, erexit denuo. Demetrius autem Phalereus, & Athenis ſumma cum gloria rempubl.

tam eſſe, quia *Conon* & *Leo* non interfuerant prælio ad Arginuſas. KUHN.

19 Οὐδὲ τοῖς Τελάκωσι ἐκεινώνει] Reſpicit aliud æque illuſtre conſtantiæ Socraticæ exemplum, quod etiam ſolent illius Laudatores priori ſubjicere. Nempe quod XXX. Tyranni, quum ſuis ſceleribus quam plurimos Civium vellent habere implicitos, mandaverint quinque Civibus, inque iis Socrati, ut Leonem Salamine ducerent Athenas, morte iſtic mulctandum; ſolus autem Socrates iis non obtemperaverit. Vide Platon. *Apol. Socr. p.* 32. & Diog. Laërt. in *ejus Vita*, & Xenoph. *Memorab. Socr. lib.* IV. *p. m.* 486. Hinc ergo proprie hic dicitur, nullo eum modo fuiſſe τῶν Τελάκωσι *participem Scelerum*, κοινωνὸν τῶν ἀσεβημάτων, quod erant illi quatuor Cives, & multi alii aliis occaſionibus. Ipſe Socrates *Epiſt.* 7. ab Allatio edita de eadem re, ἦν ἡ γνώμη αὐτῶν (τῶ Τελάκωτα) ἐμὲ κοινωνὸν ποιεῖσθαι τῆ ἀδικήματ. PERIZ.

20 Επὶ Δῆλον] Imo ἐπὶ Δήλιον. Athenæus *lib.* V. ὁ Πλάτων φησὶ τρεῖς στρατείας στρατεύσασθαι Σωκράτη, τὴν μὲν εἰς Ποτίδαιαν, τὴν δὲ εἰς Ἀμφίπολιν, τὴν δὲ εἰς Βοιωτούς. ὅτε καὶ συνίδη τὴν ἐπὶ Δήλιον μάχην γενέσθαι. Sic hic locus legendus eſt, vulgati habent ἐπὶ Δηλίῳ. Idem auctor *præcedenti libro*: ὕστερον δὲ πάντας τοὺς ἰσοτελεῖς τ ἐπὶ Δήλιον στρατείας &c. Laërtius *vita Socratis*, Xenophontem ſervavit ὡς τῇ κῷ Δήλιον μάχῃ. Vide Ciceronem *lib.* I. *de Divin.* Libanium *dec.* 29. Simplicium *ad Epictet. cap.* 31. denique Socratem ipſum *epiſt.* 1. non ita pridem edita a Leone Allatio. SCHEFF. Hoc ante me omnes viderunt, legendum Δήλιον. Id enim paſſim Græci referunt. Vide Laertium & alios. FABER. Certum quidem eſt in Noſtro legendum ἐπὶ Δήλιον, ſed apud Athenæum loco à Cl. Scheffero laudato omnia quam maxime ſana exiſtimo. conſtanter enim de hoc prælio Græci dicunt, ἡ ἐπὶ Δηλίῳ μάχη, *pugna ad Delium commiſſa*, niſi ratio conſtructionis aliud exigat. Tum enim ἐπὶ Δήλιον longe aliud ſignificat, quam τὸ, ἐπὶ Δηλίῳ. Exempla dabunt hujus locutionis Thucydides *lib.* IV. *Hiſt. p. m.* 328. Lucian. II. *de Ver. Hiſt.* Plato in *Apolog.* Plut. in *Alcib.* Suidas in ἐπὶ Δηλίῳ. Unius Heſychii verba adducam, quia rem ipſam breviter exponunt. ἐπὶ Δηλίῳ μάχη, Δήλιον, τὸ ὂν Βοιωτίᾳ τ Ἀπόλλωνο ἱερὸν, ὃ ἐτείχισαν Ἀθηναῖοι, καὶ φρὶ αὐτῦ Βοιωτοὶς μαχέσθησαν ἡττήθησαν, Ἱππονικάτους στρατηγοῦντ, *Delium, in Bœotia templum Apollinis, quod muro cinxerant Athenienſes, & de illo cum Bœotiis prælium ineuntes victi ſunt, duce Hippocrate.* Cæterum, quæ Noſter ex Platonis *Sympoſio* de Socrate habet, quod ſcilicet in bellum profectus non ſemel ſit, ea Athenæus *lib.* V. rationibus convellere conatur. KUHN. Primus, quod quidem ſciam, Leo Allatius, Vir Doctiſſimus, *ad Socratis Epiſt.* I. hunc emendavit locum, docens legendum Δήλιον, non Δῆλον, quæ conjectura eſt certiſſima, licet in contrarium eant MSti, quorum Lugd. habet ἐσρ. γῶν ἐπὶ Δῆλον. Cæterum Auctor inverſo ordine has Expeditiones memorat. Prima enim fuit ad *Potidæam*, Urbem Thraciæ ad mare Ægeum, quæ ab Athenienſibus obſeſſa cauſam vel prætextum dedit Bello Peloponneſiaco. Altera ad *Delium* oppidum Bœotiæ, juxta Tanagram, ubi victi ſunt Athenienſes à Bœotis & Thebanis. Vide Leon. Allat. *ad d. l.* & Holſtein. *ad Stephanum.* Tertia ad *Amphipolin* juxta Fl. Strymonem, in quo prælio periit Braſidas Dux Lacedæmoniorum, & Cleon Athenienſium. Vide de his expeditionibus Diodor. Sic. *lib.* XII. & Thucyd. *lib.* I. &c. Rejicit autem omnem hanc Socratis militiam Athenæus *lib.* V. *cap.* 15. ſed quem egregie refutat Caſaubonus. Unum miror, quod Athen. dicat, *Thucydidem tradere, nullam plane pugnam accidiſſe ad Potidæam*, καθόλε (ſic enim diſtinguo) μάχης μηδεμιᾶς συμπεσούσης, ὡς Θουκυδίδης: cique argumento nihil reponat Caſaubonus; quum non tantum Diod. Siculus, ſed & ipſe Thucydides *lib.* I. *cap.* 62. ad *Potidæam*, antequam obſideretur, acri prælio pugnatum referat. PERIZ.

21 Αριστοτέλης] Nam hoc unicum laboris præmium pro inſtitutione filii à Philippo rege petiit & tulit, ſi Laertio, Plutarcho in *vita Alexand.* & *lib. adverſ. Colot.* credimus. Plinius *lib.* VII. *cap.* 29. Ammonius *vita Ariſtotelis.* & Maximus Valerius *lib.* V. *cap.* 6. ad Alexandrum referunt. SCHEFF. Quod Valerium attinet, mendo non uno videtur laborare iſto loco. *Ariſtoteles*, inquit, *ſupremæ vitæ reliquias ſenilibus ac rugoſis membris in ſummo literarum otio vix cuſtodiens, adeo valenter Patriæ ſaluti incubuit, ut eam ab hoſtilibus armis ſolo æquandam in lectulo Athenienſi jacens, equitum Macedonum manibus, quibus objecta erat, eriperet. Ita urbs non tam ſtrata atque everſa Alexandri, quam reſtituta, Ariſtotelis notum eſt opus.* Quis non videat his verbis vitium ſubeſſe? Pighius locum ita reſtituendum cenſet. *Itaque non tam urbs Stagira everſa Alexandri quam reſtituta Ariſtotelis n. e. o.* Quam lectionem ſtudioſos non rejecturos ſperat. Johannes Sarisberienſis in *Polycratico lib.* VII. *cap.* 6. hunc Valerii locum ſuo è codice hunc in modum deſcripſit; *ut eam ab hoſtibus armis ſolo æquatam, in lectulo Athenis jacens, quidam Macedonum manibus, quibus adjecta erat, eriperet. Ita urbe ſtrata atque deverſa Alexandrique familiaritate qua reſtituta eſt Ariſtotelis &c.* ex his ruderibus hanc lectionem eruerem, *ut* &c. *in lectulo Athenis jacens quaſi Macedonum manibus, quibus dejecta erat, erigeret. Ita urbs ſtrata atque everſa, non tam Alexandri familiaritate reſtituta, quam Ariſtotelis notum eſt opus.* Judicet eruditus lector, utram malit correctionem. Cæterum poſtquam *Ariſtoteles* à Philippo pariter & Alexandro reſtaurationem patriæ impetraſſet, malevoli quidam jam olim Stagira exulantes obſtiterunt, ὥστε μὴ ἀναβῆναι τὸ κωμίον εἰς ἀξίωμα πόλεως. καὶ νῦν ἔτι ἀοίκητόν ἐσι, *quo minus viculus ad urbis dignitatem aſſurgeret, & etiamnum deſertus eſt.* inquit Dion Chryſoſtomus in *concione habita in patria*, ex *epiſtola* quadam ipſius Ariſtotelis. KUHN.

Αριστοτέλης δὲ τὴν ἑωυτῦ πατρίδα &c.] Plutarchus in *Alex.* à Philippo impetraſſe Ariſtotelem ait, ut Stagira, patria ejus, Urbs veteris Thraciæ ad ſinum Strymonium maris Ægei, bello everſa, reſtitueretur. Sed alii diſerte, Urbem à Philippo, qui bella iſtis in partibus atrociſſima geſſit dirutam, at ab Alexandro poſtea precibus Ariſtotelis exorato reſtitutam tradunt. In qua certe ſententia & Noſter fuit; Vide *infra* XII. 54. Reſtitutæ autem Urbi Leges quoque ſcripſit Ariſtoteles, Laërt. in *ejus Vita.* Et Plutarch. φῶς Κολώτην *extr.* Atque ita etiam inter Νομοθέτας à Noſtro referri potuiſſet. Locutionem hanc, εἰς γόνυ πεσεῖν, abunde hic illuſtravit Doctiſſ. Kuhnius. At εἰς στόμα πεσόντες habes apud Noſtrum *Hiſt. Anim.* V. 49. *init.* Plutarchus in *lib. Non poſſe ſuav. vivi ſec. Epicurum*, de Ariſtotele ait, τὴν πατρίδα κειμένην ὑπ' ἰδάφες ἀνέστησεν, *patriam in ſolo jacentem ſuſcitavit.* PERIZ.

22 Εις γόνυ πεσοῦσαν] εἰς γόνυ πεσεῖν, *in genua* labi dicitur civitas, cujus opes bello vel alia calamitate fractæ labefactatæque ſunt: at τὸ, εἰς στόμα πεσεῖν notat παντελεθρίαν urbis, ſumpta metaphora ab iis, qui in acie aut vulneribus confecti linquente animo in genua ſe ſubmittunt, aut plane moribundi & in ora proni concidunt. Herod. in *Erato.* ἡ ναυμαχίη εἰς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε, *hæc pugna navalis urbem in genua ſubſidere coegit vel graviſſime afflixit*, Appianus in *Libycis.* Σκιπίων Διὶ μεγίσῳ τ δὲ νίκης εἰς γόνυ τὴν τ Καρχηδονίων καθῆκε &c. *Scipio hac unica victoria res Carthaginenſium in genua dejecit & labefecit.* & paulo poſt, ἐξ ἀσεβείας εἰς γόνυ πεσόντας, *ex impietate male mulctati & excepti.* KUHN.

23 Δημήτριος] Vide Laërtium in *ejus vita.* Suidam. Strabonem *lib.* IX. *p.* 398. Cicero-

Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο, ἕως ἂν αὐτὸν ὁ συνήθης Ἀθηναίοις φθόνος ἐξέωσε· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὢν, συνὼν τῷ Πτολεμαίῳ, [24] νομοθεσίας ἦρξε. Τίς ἂν ἀντιφήσει, καὶ Περικλέα τὸν Ξανθίππου φιλόσοφον γενέσθαι, καὶ Ἐπαμινώνδαν τὸν Πολύμνιδος, καὶ Φωκίωνα τὸν Φώκου, καὶ Ἀριστείδην τὸν Λυσιμάχου, καὶ [25] Ἐφιάλτην τὸν Σοφωνίδου· καὶ ἔτι κάτω δὲ χρόνου [26] Καρνεάδην καὶ Κριτόλαον· [27] εἶγε καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκοντο καὶ ἐκεῖνοι ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων πρεσβεύοντες, ἀλλ' ἔπαυσε τὸν φθόνον ἡ ἐκείνων ἀποδημία.

bl. rexit, usque dum solita Atheniensibus invidia eum expulit: & in Ægypto apud Ptolemæum scribendis legibus præfuit. Quis vero inficias iverit, etiam Periclem Xanthippi filium philosophum fuisse, & Epaminondam Polymnidis, & Phocionem Phoci, & Aristidem Lysimachi, & Ephialtem Sophonidæ *Filios:* & seriori quoque tempore Carneadem & Critolaum: siquidem & illi Romam perrexerunt pro Atheniensibus legationem obeuntes, salutemque ii impetraverunt.

ron. *or. pro Rabirio.* SCHEFF. *Demetrius* præfuit Atheniensibus, dante Cassandro Macedonum Rege, per decennium, postea, eo mortuo, Antigonum metuens, in Ægyptum se contulit ad Ptolemæum Soterem. KUHN.

24 Νομοθεσίας ἦρξε] Demetrius hic, Theophrasti auditor, post mortem Cassandri profectus est in Ægyptum ad Ptolemæum Soteram, seu Primum, à quo propter eruditionis famam, haud dubie etiam, quia Ptolemæus erat Antigoni & Demetrii Poliorcetæ, à quibus Phalereus fuerat ejectus ex Urbe patria, inimicus, benigne prorsus fuit exceptus, adeo ut non ipse tantum abundaverit omnibus copiis, sed & amicis Athenas munera miserit luculenta, ut ait Plut. *de Fuga.* Non temere autem hic dicitur *legibus scribendis præfuisse*, cum Ptolemæus iste Regum Alexandrinorum fuerit primus, & ideo haud dubie, firmato jam sibi post bella civilia regno, Ægyptiis leges Novas dedit suæ Monarchiæ congruas, easque ad componendas Demetrium hunc adhibuit, Virum Eruditum, & qui præcipue de rebus Politicis quamplurima scripsit, veluti de *Legibus Atheniensium*, de *Demagogia*, de *Politica* &c. quæ videri possunt apud Laertium. Neque dubito, quin & sub hoc Ptolemæo Bibliothecam curaverit Alexandrinam. Nam hujus Ptolemæi tempore jam exstitisse illic Bibliothecam, diserte satis docet Suidas in Ζηνόδοτος, quem ait floruisse *sub Ptolemæo Primo, ejus liberos eruditisse, & Alexandrinis præfuisse Bibliothecis.* Jam vero Plut. in *Apophth. Regum & Ducum*, Demetrium hunc tradit *Ptolemæo suasisse, ut compararet sibi, & legeret, libros de Regno & Ducatu*, περὶ Βασιλείας καὶ Ἡγεμονίας. Quin immo etiam ille *Ptolemæus Primus*, h. e. Soter, *constituisse* dicitur, teste Plutarcho in *lib. Non posse suav. vivi sec. Epic. p.* 1095. *Museum* Alexandrinum, quod male itidem Casaubonus atque alii Interpretes *ad Suetonium Claudio* 42. ex conjectura referunt ad Ptolemæum Philadelphum, ipsi etiam Interpretes Plutarchi in incerto relinquunt, dum Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος, συναγαγὼν τὸ Μουσεῖον, &c. sine distinctione legunt, & ideo perperam vertunt, *Ptolemæus, qui primus Musicos conduxit*, Lectorem ita à Museo illo Alexandrino semel in perpetuum constituto abducentes, quasi res istic designaretur, quæ Variis & sæpe factitata esset. Sed & hinc ortum putem, quod in Historia Versionis LXX. Interpretum sub Philadelpho factæ, Demetrius hic, tanquam cujus ex consilio res gesta sit, memoretur. Quamvis enim Philadelpho gravissimis de causis, quas memorat Laërtius, fuerit jam ab initio ejus regni invisus, & ideo relegatus ab eo, ac ad mortem aspidis morsu adactus, tamen, quum constet aliunde, Demetrium hunc fuisse tunc in Ægypto, & Philadelphi patrem in plerisque, in Legibus, & Libris, ejus consilio usum, non temere prorsus Phalerei mentionem in hac Historia fieri, credendum est. Censeam itaque rem cœptam ex consilio Demetrii sub Ptolemæo Sotere, & ejus extremis annis. Sed quia aliquantum temporis inter initum consilium ac perfectum intercedere debuit, dum literis arcessebantur ex Judæa Interpretes, vel certe Exemplaria petebantur, idcirco rem, quæ apud Judæos magnæ fuit sine dubio deliberationis, sub Philadelpho demum perfectam, & ea de causa illius temporibus tribui. Mirum etiam videri alicui posset, hunc Demetrium à Pausan. in *Atticis* dici *Tyrannum Atheniensibus datum* à Cassandro, sed *Tyrannide dejectum* à Dem. Poliorcete; & à Phædro *lib.* v. similiter *Tyrannum* vocari, qui *imperio improbo occupaverit Athenas:* quum cæteri, Strabo, Diod. Sic. Cicero, aliique, ejus administrationem certatim laudent, immo Strabo *lib.* IX. *pag.* 398. diserte affirmet, *non mod. eum Democratiam non sustulisse, sed & meliorem reddidisse.* Verum tamen, quia erat Urbi datus ἐπιμελητὴς à Cassandro, & ita facto ipso præcipuam istic obtinebat potestatem atque auctoritatem, immo pene plus, quam ipse populus, videbatur posse, ideo, licet sua illa potestate minime abuteretur, *Tyrannus* tamen Atheniensium, æque ac Lindiorum Cleobulus, & Civitas hoc ejus *imperio improbo*, quia non à Populo acceperat, & Populus id invitus ferebat, oppressa dicitur. PERIZ.

25 Ἐφιάλτου] Non Trachinium, qui dux Persis extitit ad Thermopylas. Vide Pausaniam *Att.* Sed Atheniensem, qui adversus Macedones fortissime defendit Halicarnassum. Meminit Diodorus *lib.* XVII. *p. m.* 506. SCHEFF.

Ἐφιάλτου τοῦ Σοφωνίδου] De hoc *Ephialte* egimus jam *supra ad* II. 43. ubi æque ac hic jungitur *Aristidi*, *Phocioni*, *Epaminondæ*, &c. Unum hoc addendum est, graviter hic in eo describendo erasse Schefferum, dum ait, fuisse *Non Trachinium, qui dux Persis exstitit ad Thermopylas, Vide Pausan. Atticis. Sed Atheniensem, qui adversus Macedones fortissime defendit Halicarnassum, Diod. lib.* XVII. Recte prius, at vero posterius perperam prorsus affirmatur. Etenim ille, qui Halicarnassum defendit, meruit sub Dario Codomanno contra Alexandrum, post victoriam ad Granicum jam reportatam, inque ea defensione pro Persis fortiter pugnans interiit Anno Mundi 3672. Vide Diod. Siculum *lib.* XVII. *p.* 505. . . . . 508. At hic *Ephialtes Sophonidæ F.* memoratur à Diod. *lib.* XI. *An. M.* 3512. quo anno occisus traditur. Sed & æqualis hic fuit Cimoni, & Pericli, ut constat ex Plutarcho in *Utriusque Vita.* Ut adeo plus sesquiseculo antiquior fuerit illo, quem nobis hic obtrudunt Notæ. PERIZ.

26 Καρνεάδην καὶ Κριτόλαον] Meminit Cicero *lib.* II. *de Oratore*, tertiumque addit, *Diogenem. Atque ego*, inquit, *ex istis sæpè audivi, cum dicerent, pergratum Athenienses & sibi fecisse, & multis principibus civitatis, quod, cum ad senatum Legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius ætatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem & Critolaum & Diogenem.* Idem tradit *lib.* IV. *Quæst. Tusc.* & confirmat Gellius *lib.* XVII. *c. ult.* atque M. Catonis ætate accidisse scribit. Plinius *lib.* VII. *c.* 30. *Cato Censorius in illa nobili trium sapientiæ procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quam primum legatos eos censuit dimittendos, quum illo viro argumentante, quid veri esset, haud facile discerni posset.* SCHEFF. Macrobius hic Nostro facem allucet *l.* I. *Saturn. de trium*, inquit, *philosophorum ingeniis nostra antiquitas gloriata est. Illos dico, quos Athenienses quondam ad Senatum legavere impetratum, uti mulctam remitteret, quam civitati eorum fecerat propter Oropi vastationem, ea mulcta fuerat talentum fere quingentum. Erant isti Philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus, quos ferunt seorsim quemque ostentandi gratia, per celeberrima urbis loca magno conventu hominum disertavisse. Fuit, ut relatum est, facundia Carneades violenta & rapida: scitâ & tereti Critolaus, modestâ Diogenes & sobria. Sed in senatum introducti, interprete usi sunt Cælio Senatore.* Hinc etiam lux Ciceroni *lib.* XII. *Epist. ad Att. quibus COSS. Carneades & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali. Hæc nunc quæro, quæ causa fuerit?*

28 καὶ † αὐτοὶ σωτηρίαν εὕροντο. Οἱ περὶ τοῦ 29 εἰς τοσοῦτον ἐνέτειναν τὴν σύγκλητον βουλήν, ὡς εἰπεῖν αὐτούς· Ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι πρεσβεύοντας, 30 οὐ τοὺς πείσοντας, * ἀλλὰ γὰρ τοὺς

runt. Qui in tantam negandi verecundiam Senatum adegerunt, ut dicerent *Senatores:* Miserunt Athenienses legatos, non qui persuaderent, sed qui cogerent nos facere, quæ-

† αὐτοῖς. * ἀλλὰ καὶ.

rit? *de Oropo opinor. Sed certum nescio, &, si ita est, quæ controversiæ*? *Epist.* 24. Controversiam vide apud Pausaniam in *Achaicis p.* 216. & 17. confer Gellium *lib.* VII. *cap.* 14. quem Macrobius ad verbum exscripsit. Ciceron. *lib.* II. *de Orat.* & *l.* IV. *Academ. Quæst.* Lactant. *lib.* V. *divin. Instit. c.* 15. & 17. KUHN.

Καρνεάδην καὶ Κριτόλαον] Horum ille fuit Academicus secta, immo, secundum Suidam & Lucianum in *Macrobiis*, τὴν νεωτέραν Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, alter Peripateticus. Recte autem dicit Auctor, ἔτι κάτω τοῦ χρόνου, *inferiori adhuc tempore*. Floruerunt enim demum post Regnum Macedonicum, & ejus ultimum Regem Persea, debellatum triumphatumque. Certe tunc Romam venerunt cum Diogene Stoico legati ab Athenienſibus, ut mulcta *quingentorum talentorum*, h. e. nongentorum millium Carolinorum, nostrate pecuniâ, ipsis remitteretur, in quam ad Oropiorum, quorem urbem & agros diripuerant, querelas, à Sicyoniis, quos quasi recuperatores dederat illis Senatus Romanus, erant damnati. Sed hi Philosophi legati, qui omnium tunc temporis erant eloquentissimi, diverso licet Eloquentiæ genere pro diversitate sectarum, impetrarunt ab Senatu, ut hæc mulcta ad *centum talenta* redigeretur, h. e. 180000 Carolinos, quam neque ipsam postea persolverunt. Vide Pausan. in *Achaicis p.* 216. *extr.* & Gell. VII. 14., Aldobrandinus *ad Laërtium in Carneade*, putat ex hoc Æliani loco, alia de caussa fuisse missos, seu ut ait, *pro impetranda salute*, quia sc. Ælianus Oropi nullam facit mentionem, sed id tantum dicit, καὶ αὐτοὶ (ubi prorsus assentior Gesnero, Fabro, Scheffero, legentibus αὐτοῖς) σωτηρίαν ἔυραντο, & *illis salutem obtinuerunt*. Sed profecto in remissione tam grandis mulctæ *summa salus* sita tunc erat Athienienſibus, qui, ut diserte ait Pausanias, *per bella Macedonica præ cæteris. Græcis maxime afflicti* πενίας εἰς τὸ ἔσχατον τηνικαῦτα ἦκον, *in extremam paupertatem tunc devenerant*. De Legatione hac & Legatis Vide etiam Schefferum & Kuhnium, ut & Jonsium *de Scriptoribus Hist. Philos.* II. 14. PERIZ.

27 Εἰγε καὶ] Mediceus οἵγε καὶ. nec male.

28 Καὶ αὐτοὶ σωτηρίαν] Alii αὐτοῖς, ut & post paulo pro αὐτοὺς πείσοντας legerunt οὐ τοὺς πείσοντας. Utrumque bene. FABER. Scribendum αὐτοῖς, quod miror Fabrum omisisse notare. SCHEFF. Pro αὐτοὶ legit Gesnerus αὐτοῖς, quod attinet τοὺς αὐτοὺς πείσοντας &c. vitium ibi non agnosco, cum hic inde sensus emergat. *Athenienses legatos, qui nos suada in suam adducerent sententiam, imo vero qui nos cogerent decernere quæ volunt.* ἀλλὰ γὰρ est ejus quod dictum est ἐπίπληξις, quasi non ad suadendum venerint legati, sed ad cogendum. Ita dicit textus majori cum emphasi, quod correctio voluit. KUHN.

29 Εἰς τοσοῦτον ἐνέτειναν] Non sola hic *reverentia aut pudor* significatur, nedum *gravitas dicendi*, sed *ex verecundia negandi id.* quod rogabatur ab hisce legatis, facta *prioris sententiæ mutatio*: Nam & *verecundia* huic verbo inest, ut notum, & liquet ex sequenti μιασομένους, & *mutatio*. Unde etiam pro simplici mutatione vel facti vel consilii sæpe ponitur. Vide Suidam in ἐντρεπομένους, quod interpretatur de *versis in fugam*, ἐγκλίνοντι. Sic Hesych. ἐντρέπεται, exp. μετατρέπει λαμβάνει, ἐπιστρέφεται, κάμπτεται Lucianus *de Morte Pereg.* ὃδ' ὅσον ὀλίγον ἐντρέψαντες ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς καταλύσεως sc. ἑαυτούς h. e. *avertentes se, declinantes se*. PERIZ.

30 Αὐτοὺς πείσοντας] Legendum est ὁ τοὺς quod & Gesnerus monuit. Firmant idem MSS. omnes. SCHEFF.

Αὐτοὺς πείσοντας, ἀλλὰ γὰρ τοὺς βιασ.] Hic vero miror, quare tandem admittere noluerit Kuhnius in Addendis emendationem omnium aliorum Interpretum facillimam simul & certissimam, quum insuper agnoscat *ab omnibus eam MStis firmari*. Quapropter quum & de meis idem testari debeam, & sensus ita exoriatur planissimus, nihil hæsitans eam in textum recepi. Quid enim aliud consequimur hac difficultate admittendi alienam crisin, & identidem novum quid excogitandi, quam ut Lectores nimia illa sententiarum varietate fatigemus, & Criticum commentandi genus reddamus plane invisum, ut cui nullus sit modus, nulla certi species, aut veri fides. Neque vero illud ἀλλὰ γὰρ ab Æliano adhibetur, tanquam emphatica superiorum correctio, ut vult Vir Doctus, neque respondet hic affirmanti locutioni, sed, ut solet ἀλλὰ solum, neganti. Sic IV. 5. ἐχ' ἑαυτῷ σωφρόνων τὸν γάμον, ἀλλὰ γὰρ τῇ τῆς Πειθοῦς χάριτι τοῦτο δράσας. IV. 8. ὡς τὰς Θηβαίους μὴ μόνον εἰς Πελοποννησίους ἀφικέσθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν Εὐρώπην διελθεῖν. XII. 1. ἀφίκετο ἢ ἐχ ἑκόντα, ἀλλὰ γὰρ ἀεὶς βίαιον. Vide & II. 42. & XIV. 5. In quibus omnibus intendit emphasin, & notat, *sane, enimvero*. Plane ut in *extr. hujus Cap.* ἐγὼ μὲν γὰρ, *ego quidem certe*. PERIZ.

31 Βιασομένους] Propter vim orationis atque eloquentiæ, quæ in Carneade præsertim fuit maxima. Patet ex allato Plinii loco, & Cicerone, nullam unquam in suis disputationibus rem defendisse scribit, quam non probarit, nullam oppugnasse, quam non everterit. SCHEFF.

32 Περσαίου, εἴγε Αντίγονον] Haud immerito *Persæum* Philosophis adscribit πολιτικοῖς, siquidem non tantum docuit Regem, sed & *de Rep. Lacedæmoniorum* scripsit, (Vide Athen. IV. 8.) immo & in bello Antigoni contra Achæos, Corintho & ejus præsidio præfectus, periit. *Antigonus* autem iste est Gonatas, cujus tempore illum floruisse ait Suidas, & ad quem Zenonis audiendi studiosum à Zenone grandævo Persæus est missus. At Pausanias in *Corinth. pag.* 51. hunc Persæum, Zenonis discipulum, Corintho præfectum, & ibi cæsum ab Achæis, ad Antigoni tempora Φιλίππου ἐπιτροπεύοντος, qui *Tutor fuit Philippi*, refert, sed falsi arguitur à Polybio II. 43. & Plut. in *Arato, pag.* 1034. & 1037. ubi is insuper Persæum, non periisse Corinthi, sed *evasisse Cenchreas* ait. Malim hic autem, quemadmodum legit Sluisk. ἐγὼ δ' πολιτείαν φαίην καὶ τὸ Περσαίου, pro ἐγὼ καὶ πολ. nisi quis utrumque censeat retinendum, ἐγὼ δὲ καὶ πολ. PERIZ.

33 Καὶ τὸ Ἀλεξοτίλους &c.] Audi Plut. *de Alexandri Virtute*, πλείονας ὠφελῆσαι Ἀλεξάνδρους τῶν ἡγεμόνων, ἢ ὠφελῆσαι τὸν πατρὸς ἀφορμὰς ἔχων, διέθηκεν ἐπὶ Πέρσας. *pluribus ab Aristotele præceptore, quam à Philippo patre, stimulis excitatus, transiit contra Persas*. Sed & ibidem paulo post Aristotelem ei suasisse ait, ut Græcis uteretur ἡγεμονικῶς, quasi *Dux* eorum esset & *Præses*, at Barbaris δεσποτικῶς, quasi *Dominus*. IDEM.

34 Λύσις ὁ γνήσιος ὁ Πυθαγόρου] Cornelius Nepos, in *Epaminonda: Philosophiæ præceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pythagoræum.* Diodorus Sic. *Excerp. lib.* VI. Λύσις ὁ Πυθαγόρου διδάσκαλος Ἐπαμινώνδα. Consule Laertium. de genere locutionis vide Ind. in ὁ. SCHEFF. Et Iamblichum *p.* 163. & 209. KUHN.

Λύσις ὃ ὁ γνήσιος &c.] Celebris hic fuit inter discipulos Pythagoræ, cujus post mortem quia Pythagorei male habebantur, vel potius gravissime infestabantur, ædibus, in quas convenerant, inflammatis à contraria Cyloniorum factione, Lysis ex incendio evadens excessit ex Italia, & ita Thebas venit, ut notissimum est vel ex Nepote. Erat autem tunc, quando Italiam reliquit, adhuc juvenis, ut docet Plutarch. *de Socratis Dæmonio*, periisse tradens Pythagoreos, qui erant

Πυθαγόρου, καὶ αὐτὸς Ἐπαμινώνδαν ἐξεπαίδευσεν. Εἴ τις οὖν [35] ἀπράκτους λέγει τοὺς φιλοσόφους, ἀλλὰ εὐήθη γε αὐτοῦ καὶ ἀνόητα ταῦτα. Ἐγὼ μὲν γὰρ τὴν σὺν αὐτοῖς ἀπραγμοσύνην, καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας ἔρωτα, καὶ ἁρπάσαιμι ἐπιδραμών.

fis, Pythagoræ discipulus, Epaminondam erudivit. Si quis igitur nihil rerum agere philosophos dicit, ille vero stulta dicit & inepta. Certe Ego quidem hanc cum ipsis inertiam, & tranquillitatis studium, etiam accurrens raperem.

Metaponti, πλὴν Φιλολάου καὶ Λύσιδος, νέων ὄντων ἔτι, ῥώμῃ καὶ κουφότητι διασωθέντων τὸ πῦρ, *præter Philolaum & Lysidem, adhuc juvenes, robore & agilitate per ignem ruentes*, vel saltu *trajicientes*. Hinc jam explic. Jamblichus *de Vita Pyth. p.* 208. qui tamen Crotone id factum narrat, nominatque Archippum & Lysidem; eos autem dicit τελειοτάτους ὄντας καὶ ἐυρωστοτάτους h. e. *ætate integerrimos*, in flore ipso ætatis, & *robustissimos*. PERIZ.

35 Ἀπράκτους] Hoc est otiosos, sicut vocat Fabius *declamatione* CCXLVIII. contemplationi tantum deditos, & imperitos rerum, atque ideo ineptos ad publica negotia & non idoneos. Sic enim multi veterum de Philosophia statuebant, nullum facientes discrimen inter hominem pallidum & tristem, & numerantem syllabas, verborumque monstra parturientem, & inter verum aliquem philosophum. Sed quam absurda hæc sit sententia, patet ex propositis exemplis, elegantissimaque disputatione inter Musonium & regem quendam Syriæ, descripta apud Stobæum *serm.* XLVI. Item integro Plutarchi *libro* Πῶς μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸ φιλόσοφον διαλέγεσθαι. *Plato* dicit apud Ciceronem *lib.* I. *Epist. ad Q. Fratrem ep.* 1. qui locus integer hic pertinet, *tum demum fore beatas respubl. si aut docti & sapientes eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent.* Adde Nostrum *infra* VII. *cap.* 13. SCHEFF. Vide Ciceronem *lib.* I. *Officiorum*, ubi ait, *atque illi, quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est* (ἄπρακτοι describuntur) *tamen ab augendis hominum utilitatibus & commodis non recesserunt.* &c. *Nos certe sumus, qui dicimus, & Zenonem & Chrysippum majora egisse, quam si duxissent exercitus, gessissent honores, leges tulissent, quas non uni civitati, sed toti humano generi tulerunt*, inquit Seneca *de Vita Beata sub finem*, ubi de *Otio Sapientis* prolixius agit. confer eundem *de Tranquill. Animi cap.* 3. huc etiam faciunt, quæ disputat Aristoteles *lib.* X. *Ethic. cap.* 7. & ibidem Eustratius, & Thomas. II. 2. *q.* 182. de vita contemplationi dedita, quod scilicet præferenda sit vitæ, quæ in rerum actu versatur. KUHN.

ΚΕΦ. ιη'.

Περὶ συνουσίας Μίδου τοῦ Φρυγὸς, καὶ Σειληνοῦ, καὶ τῶν ὑπὸ τούτου ψευδόξως λεχθέντων.

CAP. XVIII.

De colloquio Midæ Phrygis & Sileni, & de iis quæ incredibiliter ab hoc dicta sunt.

Περιηχεῖταί τινα [1] Θεόπομπος συνουσίαν [2] Μίδου τοῦ Φρυγὸς, καὶ

Narrat Theopompus, colloquium quoddam inter Midam Phry-

1 Θεόπομπος] Hoc vero festivissimum commentum est, cujus etiam Strabo *lib.* VII. sed pauciſſimis verbis mentionem facit. vide & quos ibi laudat Casaubonus. Inquit quoque Dio-

§ 3 Σειληνοῦ. [4] Νύμφης δ' παῖς ὁ Σειληνὸς

Phrygem & Silenum *interceſſiſſe*. Hic

Dionyſius *epiſt. ad Pomp.* Adde Photium *p. m.* 37. ubi ait, Theopompum hæc habere eo in libro, qui *Thaumaſia* inſcribitur. SCHEFF. Hoc commentum iisdem fere coloribus expinxit Theopompus, quibus Poëtæ aureum ſeculum. Ideoque bene Noſter *ſub finem capitis* eum vocat μυθολόγον, *Fabulatorem*. citat autem ſubinde Θαυμάσια *Theopompi* Apollonius in *Hiſtoria commentitia cap.* 1. & 10. ubi notas Meurſii vide ſis. KUHN.

2 Μίδου τοῦ Φρυγὸς] Traditur hic Midas ex Thracia, ubi ab Orpheo ſacris erat initiatus, veniſſe, & occupaſſe Phrygiam, ut refert Conon apud Photium, *variis Artibus*. Violentam memorat Polyæn. VII. 5. qua ſuos quaſi ad ſacra cum cymbalis & tympanis produxerit, & ita elicuerit veteres incolas ad ea ſpectanda, ſed quos tunc à ſuis occultos enſes gerentibus occidi juſſerit. Alii tradunt, eum, *Gordii* Phrygum jam Regis *Filium*, (Vide *infra* IV. 17.) ut Romam Numa, ſic *Phrygiam religionibus impleviſſe*, *quibus tutiorem ſe omni vita, quam armis reddiderit*, Juſtin. XI. 7. quæ certe Ars primis fuit gentium conditoribus maximè ſolita. Neque tamen neglexit ille civium de ſe rumores aut ſuſurros, atque ideo traditur habuiſſe multos ὠτακουστὰς, ſeu delatores, qui, quæcunque viderant aut *audierant*, ad ipſum deferrent, unde ortam putant Scholiaſtæ Fabulam de longis ejus ſeu Aſininis Auribus, eodem accipiendis ſenſu, quo *longæ Regibus* tribuuntur *Manus*. Sed & Opulentia ejus, forſan & Avaritia, deſignata fuit per fabulam, quadicebatur à Baccho impetraviſſe, ut quicquid contingeret, in aurum verteretur, ut & qua formicæ traduntur infanti in os ingeſſiſſe frumentum. Vide *infra* XII. 45. & Val. Max. I. 6. *ext.* 2. Cæterum ad religioſas illas Artes retulerim hoc quoque colloquium cum Sileno, quem ſomno vinoque ſepultum apud fontem vino infectum in ſuam redegiſſe traditur poteſtatem, & ab eo varia edoctus, maxime de vitæ humanæ miſeria, & longe beatiore Hominum poſt ſua fata conditione: Vide Plutarchi *Conſol. ad Apollon.* Sed & multa alia de Origine rerum ac Naturali Philoſophia Silenus ipſe interroganti Midæ reſpondiſſe fertur. Unde & Virgilius *Ecloga* 5. Silenum inducit vinctum, & ita adactum ad id, ut caneret, quomodo ex ſeminibus primis *magnum per inane coactis, ipſe tener mundi concreverit orbis*. Nullus ergo dubito, hunc Silenum, qui Divinæ dicitur naturæ fuiſſe particeps, certe Homine major & auguſtior, jactatum callido conſilio à Mida, tanquam qui ſibi eſſet Auctor ſuarum legum atque inſtitutorum, plane ut Numa ſibi ferebat eadem ratione nocturnos eſſe congreſſus cum Nympha Egeria, & pene omnes Primi Legum conditores commercium aliquod cum Diis prætulerunt, ut non modo reciperentur tanto facilius, ſed & ſanctius ſervarentur, ſuæ Leges. Sive jam Midas revera aliquod animal extraordinariæ formæ ceperit idque oſtentaverit, quaſi Divini quid in eo ineſſet, ut Sertorius ſuam Cervam, ſive ſimulaverit tantum, à Sileno, inter Semideos tunc jam noto, ſe de omnibus admoneri. Certe Fons ille, apud quem Silenus iſte captus dicebatur, Xenophontis tempore appellabatur *fons Midæ*, uti refert ille *Cyri Exped. lib.* I. *init.* Hiſtoriam Midæ pluribus expoſuit Simſonius An. 2308. quem vide. PERIZ.

3 Σειληνοῦ] MSti & heic & deinceps, Σιληνοῦ, ſed utrumque dixiſſe liquet cum ex vario etymo, quod huic vocabulo dederunt ipſi Veteres, (Vide *infra cap.* 40. & Suidam ac Etymol. Magnum) tum ex Vario itidem (Vide Caſaub. *de Satyr. Poëſi pag.* 55.) Metro primæ ſyllabæ apud Poëtas. Hæc ipſa Varietas ſuſpectam reddidit qualemcunque Græcam hujus vocabuli originem: quapropter Doctiſſ. Bochartus *Geogr. Sac. Canaane*, I. 18. ex Hebr. שילה *Siilo*, & Jacobi prophetia de eo, *Sileni* vocabulum, & ſimul omnem ejus Hiſtoriam, ſi non vere, certe ingenioſe prorſus & ſcite, deducit. Mihi tamen veriſimilius videtur ex obſoleto vocabulo, vel potius a Græco σείω. Vide *infra ad caput* 40. unde & Latinorum *Silus*, (nam & Latina pene omnia Græcæ ſunt originis)

λητὸς οὗτος, θεῷ μὲν ἀφανέστερος τὴν φύσιν, ἀνθρώπου δὲ κρείττων

Hic Silenus erat Nymphæ filius, & Deo

illud esse formatum, quum nihil Sileno magis proprium fuerit, quam quod naribus esset *Simus* vel *Silus*. Unde & Plautum *Rud.* II. 2. 11. eo alludere vix dubito, quando servum inducit, qui suum herum ita describit, *Recalvum ac Silonem senem, statutum, ventriosum, Tortis superciliis, contracta fronte.* Priora enim prorsus conveniunt cum Sileni descriptione, quam facit Lucianus in *Concilio Deor.* dicens eum *Calvum senem & simum naribus.* Reliqua cum eâ, quam facit Idem in *Baccho*, ubi appellat eum βακχὺν πρισθύτην, ὑπόπαχυν, εὐγάστορα, μιτόσιμον, ὅπου μεγάλα ὄρθια ἔχοιμι, νάρθηκι ἐπιρεδόμενον, *parvum Senem, obesulum, ventriosum, simis naribus, aures habentem magnas & arrectas, thyrso nitentem.* Sed magis etiam cum ipsa Figura Sileni, prout nobis illa occurrit in variis gemmis vel sculpturis, quarum unam ex Leon. Augustini *Parte* I. hic exhibemus.

Vides Silenum cum Satyro, quasi puero. Vides uvam, & thyrsum, quæ Bacchi Comitem designant. Vides vincula, quibus fingitur ligatus apud Virgil. *Ecl.* 6. ut & in hac Midæ historia, id quod diserte istic Servius tradit. Sed quod nunc maxime agimus, vides *senem*, qui nares habet superiori parte depressas, qui proprie *Sili*, vel *Silones*, dicuntur. Adi Festum. Vides *Statutum*, quod non accipio de statura justa, ut volunt Plautini Interpretes, quum passim dicatur fuisse senex brevis staturæ, βραχὺς περισθύτης, σμικὸς γεγόνως, ut Lucianus ait, sed de eo, qui amplis & firmis subnixus est pedibus, nisi quando titubant mero, qui, ut Lucianus *d. l.* ait, est ὑπόπαχυς h. e. *corpusculo obesiore.* Denique vides *Ventriosum*, h. e. εὐγάστορα, *Tortis superciliis, & contracta fronte*, tum *aures habentem arrectas*, seu *longas & magnas*, & νάρθηκι ἐπιρεδόμενον, *thyrso nitentem.* Calvities non satis apparet, nescio an vitio pictoris, certe alibi magis est conspicua. Vide Caput *Sileni* apud eundem August. *n.* 17. & in *Thesauro Brandeb.* Begeri *pag.* 16. Fingitur autem ab Antiquis fuisse Educator & Præceptor, ac Custos & Perpetuus Comes, Bacchi. Unde Diod. Siculus *lib.* III. *p.* 212. eum dicit παιδαγωγὸν καὶ τροφέα Διονύσου; immo εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον μυήσεων τῶν καλλίστων ἐπιτελουμένων, καὶ μεγάλα συμβάλλεσθαι τῷ Διονύσῳ εἰς ἀρετὴν τε καὶ δόξαν. *Doctorem præstantissimarum artium, multa Baccho contulisse ad virtutem & gloriam.* Inde ergo est, quod inducitur Silenus à Veteribus, Cicerone, Virgilio, Plutarcho, Æliano, differens ex interiori philosophia de rebus naturalibus ac moralibus. Sed & hinc interpretor *gemmam* 320. ex Gorlæi *Dactyliothecæ*, auctius nuper à Cl. Collega editæ, *Parte* II. in qua *Xenocratis* Nomen exhibetur, sed Sileni Asino vecti Figura. Fuit enim Xenocrates celeberrimus philosophus, & primi nominis ac ordinis inter Discipulos Platonis, ut liquet ex *Cap. seq.* Nihil itaque mirum, in ejus Gemma conspici Silenum, Philosophum antiquissimum. Dein Xenocrates hic inter φιλοπίτας, *bibendi cupidos*, refertur *supra* II. 41. immo ex certamine bibendi in festo Bacchi, quod *Congiorum* dicebatur, discessisse victor traditur. Quis non videat, quam pulchre ergo & hac in parte conveniat illi cum Sileno? Denique Plato Aristotelem & Xenocratem. ut in *hujus Vita* testatur Laërtius, comparans, illum Equo, hunc *Asino* assimulabat, haud dubie, quia continuo quidem, sed tardo, gradu procedebat, secus quam Aristoteles,

τὴν φύσιν, ἢ ἀνθρώπου ὃ κρείττων ἦν

Deo quidem inferior naturâ, at Homine

les, quem fræno indigere idem censebat. Etiam hinc similitudo quædam Xenocratem inter & Silenum elici potest, siquidem Silenus *Asino* vehi solebat. Unde & Lucian. *d. l.* ἐπ' ὄνου τὸ πολλὰ ἰππαζόμενος ait, & ille in Gemmis ita plerumque conspicitur. Menagius vero *ad Laërt.* memorat Gemmam à Chifflet. inter Socraticas editam, in qua *Xenocrates* appareat Asino insidens. Forsan hæc ipsa

Cæterum crediderunt Multi Veterum, *Silenos & Satyros* fuisse eosdem, nisi quod *Sileni* appellentur proprie, qui inter Satyros sint Vetuli Senes; Alii *Silenos* appellatos antiquissimo tempore, qui postea dicti sint *Satyri.* Hinc passim *Sileni* & *Satyri* vocabula confundi, & de iisdem promiscue adhiberi videas. Ita Silenus hic à Mida captus, *Satyrus* vocatur ab Himerio apud Photium *p.* 1128. Contra vero Marsyan, quem alii *Satyrum* dicunt, Herodotus VII. 26. *Silenum*, quasi appellativo nomine, vocat. Quin ideo etiam *Silenos* in plurali crebro legas. Plutarchus *de Discrim. Adul. & Am.* Ἡρακλῆς Κέρκωψί τισι, καὶ Σειληνοῖς ὁ Διόνυσος ἐτέρπετο, *Hercules Cercopibus quibusdam, & Silenis Bacchus delectabatur.* Ubi manifeste *Sileni* ponuntur pro Satyris. Vide & *infra ad Caput* 40. ut & Casaubon. *de Satyr. Poesi pag.* 64. 65. Sed præterquam quod Gemmæ ac Scalpturæ diversos illis tribuant pedes, Sileno humanos, æque ac Lucianus & alii, at Satyris caprinos: ut & quod eos distinguat diserte non tantum Lucianus, sed & Euripides in *Cyclope*, ubi Silenum inducit Satyrorum Patrem, tum Plato, ac Diodorus, aliique: crediderim itaque, *Silenum* fuisse unicum, & Hominem, Dionysi seu Bacchi educatorem, qui dein, ut nutrices solebant suas alumnas, sic ipse Bacchum ubique sit secutus, quasi comes ejus & custos. Diversum porro fuisse ab *Satyris*, sed tamen, postquam hi quoque in comitatum Bacchi fuerunt adsciti à Poëtis, sæpissime cum iis confusum, tanto magis, quoniam illis fingebatur præfectus: *Satyros* autem fuisse animalia ex maximo Simiorum genere, Hominem proxime referentia, & feminas appetentia, Vide omnino Pausaniam in *Atticis p.* 21. qui tamen & ipse *Silenos* cum *Satyris* confundit, ut & quæ *infra* notavi *ad Caput* 40. *not.* 5.

IDEM.

4 Νύμφης παῖς] Satyri atque adeo Sileni, Satyrorum magistri patresque Nymphis dicuntur geniti. Strabo ex Hesiodo id probavit *lib.* X. *p.* 325. Quidam à Deucalione genus paternum Satyrorum accersiverunt. unde Hesychius, τὸ Δευκαλίδαι, interpretatur Σάτυροι. alii Centauris originem Satyrorum vindicant,

καὶ θανάτου ἦν. Πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα ἀλλήλοις διελέχθησαν, καὶ ὑπὲρ τούτων ὁ Σειληνὸς ἔλεγε πρὸς τὸν Μίδαν· τὴν μὲν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ασίαν, καὶ τὴν Λιβύην νήσους εἶναι, ἃς περιρρεῖν κύ-

mine & Morte ſuperior. Multa vero alia ſunt inter ſe colloquuti, tum hæc Silenus aliquando Midæ retulit: Europam, Aſiam, & Libyam inſulas eſſe, quas undique Oceanus cir-

ut videre eſt apud Caſaubonum *lib.* I. *de Sarica poëſi.* Sunt etiam, qui Silenum cum Pane & Sylvano confundunt, *Gloſſ.* Philoxeni. *Silbanus*, Πὰν, Σιληνός. Plato autem *de Legibus* VII. Πάνας καὶ Σιληνοὺς καὶ Σατύρους diſtincte recenſet. KUHN.

5 Ανθρώπου ὄντος κρείττονος] Quod genus *dæmonas* appellare ſolebant veterum paganorum theologi. B. Auguſtinus *lib.* VIII. *de Civ. Dei cap.* 14. ex ipſorum mente. *Dæmones medii, quemadmodum diis, quibus inferius habitant, poſtponendi, ita hominibus ſuperius, quibus præferendi ſunt. Habent enim cum diis communem immortalitatem corporum, animorum autem cum hominibus paſſiones.* Adde Apulejum *de Deo Socrat.* & Platonem in *Convivio.* Cæterum an & Silenus iſtiuſmodi fuerit dæmon, in incerto eſt. Illud plane conſtat, captum à Mida rege ſive vi, ut *Cicero* innuere videtur *lib.* I. *Tuſc. Quæſt.* ſive vino & ebrietate, uti placet Athen. *lib.* II. & Maximo Tyrio *diſſert.* XXX. multa eum ſapienter docuiſſe, fuiſſeque, ſi judicium Ger. Johan. Voſſii ſequimur, virum pro temporibus illis & naturæ & antiquitatis omnis ſcientiſſimum. Vide ipſum *lib.* I. *Theol. Gent. cap.* 21. Tertullianum *de Pallio. cap.* 2. *lib. adverſ. Hermog.* & *de Anima.* Cononis διήγημα apud Photium, Plutarchum *lib. de Conſol. ad Apoll.* SCHEFF. Maximus Tyrius *diſſert.* XXX. Silenum vocat Σάτυρον καὶ δαίμονα φίλοινον, *Satyrum & vinoſum dæmonem.* Apud Poëtas audit *Silenus Pater* & inter ſemideos ἡμιθέους cenſetur, ut Satyrorum tota natio. Suidas monet Σειληνὸς per ει ſcribendum, cum *Silenum* ſenem notat, quod tamen non perpetuum eſt. Cæterum *Silenus* ille, ut dudum ab aliis obſervatum, veteribus ubique introducitur, divinæ & humanæ ſapientiæ rerumque graviſſimarum doctrina præditus, quod vel ex iſto Bacchylidis patet: ὡς ἀπὸ Σειληνοῦ εἰρημένον, *quaſi à Sileno pronunciatum*, eâdem ſignificatione, quâ trito proverbio ajunt, *ex tripode dictum.* Hanc ῥῆσιν laudati Auctoris, neglecta interpunctione, cum ſequentibus malè conjungit Scaliger in *Auſon. Lection. lib.* II. *cap.* 18. de *Sileno* vid. Syneſium *de calvitii encomio pag.* 68. Xenoph. *lib.* I. *de Exped. Cyr.* & Etymologicum in Σειληνός. Euſeb. *lib.* III. *de Præp. Evangel. pag.* III. de varia ſcriptione vocis Σειληνός. Caſaub. *lib.* I. *de Poëſ. Satyr.* KUHN.

6 Καὶ θανάτου ἦν] MS. A. κρείττων ἐστὶ καὶ θανάτου ἦν. MSS. B. & C. κρείττων ἐι καὶ ἀθανάτου ἦν. Suſpicor legendum κ. ὁ καὶ ἀθανάτου ἦ SCHEFF. Videtur irrepſiſſe in codices illos gloſſema, quo quis in margine explicaverat, τὸ κρείττων θανάτου per ἀθανάτου. Vulgata ſane longe præferenda omnibus aliis lectionibus. nec aliter locum laudavit Caſaub. *lib.* I. *de Poëſi Satyr.* De Silenorum immortalitate aliquid habet Pindarus, dum Silenum cum Olympio ita colloquentem exhibet. ὦ πάτερ, ἐφήμερε, νήπιε, βαδίζεις χρήματά μοι ἀμπωλῶν, *ô miſer, unicum vivens diem, infans, venis pecuniam mihi oſtentans.* ἐφήμερον i. e. *mortalem* vocat Olympium, ſeque ipſum mortalitatis exſortem hoc pacto inſinuat. vide Scholiaſtem *Ariſtoph. in Nubibus.* Pauſanias contra II. *Eliacor.* ait: Θνητὸν δὲ εἶναι τὸ σῶμα τὸ Σιληνῶν εἰκάσαι τις ἂν μάλιστα ἐπὶ τοῖς τάφοις αὐτῶν. ἐν γὰρ τῇ Εὐρωπίων χώρᾳ Σιλλοῦ μνῆμα, καὶ ἄλλο Σιληνοῦ Περγαμηνοῖς ἐστίν. *Mortale autem genus Silenorum eſſe maxime aliquis ex ſepulchris ipſorum colligere poſſit. Nam in Hebrorum regione Sileni monumentum extat, & alterius Sileni apud Pergamenos.* Hic merito diſquirendum, quinam *Silenus* ille ſit, cujus monumentum apud Hebræos Pauſanias noverat? Iſaacus Voſſius *Obſervationibus ad Me-*

κλῳ τὴν Ωκεανόν. 7 Ηπειρον δὲ μόνην εἶναι

circumfluat. Continentem vero unicam

lam. lib. I. *cap.* VIII. credit, *hanc fabellam exinde ortam eſſe, quia Moſes cum cornibus pingebatur. Quid mirum autem*, inquit, *Si homini cornuto etiam auriculæ acutæ ab aliis fuerint additæ, quo plane eſſet Silenus.* KUHN.

Ανθρώπου ὄντος κρείττων καὶ θανάτου ἦν] MS. Sluisk. κρ. ἢ καὶ θανάτου ἦν. at Lugd. plane, ut Pariſ. B. &. C. ἐι καὶ ἀθανάτου ἦν. Videtur legendum, ἐι καὶ θανάτου ἦν, hoc ſenſu, *Homine major, ſiquidem & Morte major erat.* Et ita ſimpliciter ponitur pro *ſiquidem, quoniam.* Sic in *Actis Ap.* IV. 9. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς, ἐν τίνι οὗτος σέσωσται; γνωστὸν ἔστω ὑμῖν h. e. *quandoquidem.* *Infra* IV. 9. οἱ δὲ ἐξεπλάγησαν, εἰ τὸν ἄνδρα ἴσχυεν μεθ' ἑαυτῶν τὸ τοσοῦτον ἡγνόησαν· h. e. *propterea quod.* Diis autem adſcitum opera Bacchi Silenum cum Pane & Satyris dicit vel queritur Momus apud Lucian. in *Concil. Deor.* ὁ δὲ ὅλην φρατρίαν ἐιστοπίησεν ἡμῖν, καὶ Θεὸς ἀπέφηνε τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν Σιληνόν, καὶ Σατύρους Et hinc in hoc ipſo Midæ colloquio Silenus apud Plut. in *Conſol. ad Apollon.* ſe ab Hominibus plane diſtinguit, eoſque appellat δαίμονος ἐπιπόνου, καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, *Dei ærumnas afferentis, & Fortunæ adverſæ Mortale Semen.* Sed tamen habebatur, ut Noſter ait, Diis inferior, atque adeo ablegandus ad Semideos, ſeu Dæmonas, qui ex ſchola Platonica proprie erant Miniſtri Deorum præcipuorum. De ortu autem ejus res eſt incertiſſima apud Veteres. Noſter, qui tantum *ex Nympha natum* dicit, ſequitur extra controverſiam Heſiodum, qui & ipſe, ut refert Strabo *lib.* I. *p. m.* 471. Satyros ex *Nymphis ortos* tradidit. PERIZ. Mediceus adſtipulatur Codici Sluiskiano.

7 Ηπειρον] Quidam *Atlantidem* Platonis, aut, ſi mavis, eam orbis partem, quæ *America* vocatur, innui à Sileno exiſtimant. vid. quæ Clar. Rupertus *ad Val. Max. lib.* IV. *cap.* 6. *diſſert.* 2. obſervat. cætera, quæ Silenus tradit, fabulis involuta ſunt. KONIG.

Ηπειρον δὲ μόνην &c.] Fabuloſa hæc ducit, & fabulis accenſet *Meropida* hanc terram tum Noſter, tum Apollodorus apud Strabon. *lib.* VII. *p. m.* 299. Et merito. Nullus tamen dubito, quin Veteres aliquid crediderint vel ſciverint, ſed quaſi per nebulam & caligi nem, de America, partim ex antiqua traditione ab Ægyptiis vel Carthaginienſibus accepta, partim ex ratiocinatione de forma & ſitu Orbis terrarum, unde colligebant, ſupereſſe in hoc Orbe etiam alias terras præter Aſiam, Africam, & Europam. Diſertiſſime Ariſtot. *de Mundo cap.* 3. *Terram Habitatam pleraque Hiſtoria in Inſulas & Continentes diviſit; ignorans, omnem hanc eſſe unam Inſulam Atlantico mari circumdatam. Probabile autem, multas etiam alias huic obverſas (ἀντιπέρημους) procul ſitas jacere, quaſdam hoc noſtra majores, quaſdam minores: nobis autem omnes, præter hancce, ignotas*, vel *inviſitatas.* Mox iterum: *quod Inſulæ in mari Mediterraneo ſint, id hanc Οικουμένην eſſe in mari Atlantico, & alias, magnas illas Inſulas, in Univerſo Oceano.* Quia vero Græci in Occidentali parte cogniti orbis habitabant, nec ita procul à freto Gaditano & columnis Herculis, ubi finis erat Europæ & Africæ, ac vaſtum exoriebatur mare, quod appellabant Atlanticum, hinc in eo potiſſimum, & primum forſan ex conjectura, locabant ignotas haſce inſulas. Sed quum dein inſulas ibi revera tandem inveniſſent, & quidem fecundiſſimas, certius illud crediderunt, appellaruntque eas *Fortunatas*, ſed quas diverſo plane numero memorabant, (Vide Voſſ. *ad Melam.* III. 10.) haud dubie, quia omnes, quas unquam iſtic repererant terras, communi hoc nomine vocarunt. Multa vero de iis, utpote procul ſitis, liberius fabulati ſunt, atque ideo, ſicuti Theopompus in hac *Meropide* Homines beatiſſimos, & altero tanto nobis majores ac longæviores, ita plerique in iis Animas Heroum locarunt. Euſebius *Chron. Gr. p.* 13. ait ſolitos Veteres divinis honoribus afficere Viros meritis illuſtres poſt eorum mortem, ac dicere, τὰς αὐτῶν ψυχὰς εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους ἰέναι, *animas eorum in inſulas beatorum ire.* Diſertius Heſiod. ἔργ. 166. Heroas fabularis Hiſtoriæ poſt mortem *habitare apud Oceanum in Beatorum inſulis, ubi terra ipſis ter quotannis fructus dulces ferat.* Vide *ibi* Tzetzen. Adde & Horat. *Epod.* 16. Immo vero etiam *Elyſium campum*, & *ſedem Piorum*, τῶν εὐσεβῶν χῶρον, illic ideo

εἶναι ἐκείνην. [8] τὴν ἔξω τούτου γ κόσμου. Καὶ

cam esse illam, quæ extra hunc mun-

locavisse videtur Homerus *Odyss.* Δ. 563. cui adde interpretem Strabonem *lib.* I. *p.* 3. & *lib.* III. *p.* 150. Ex quo liquet, secutos dein Poetas Elysium campum diserte *ad insulas Beatorum*, τὰς τῶν Μακάρων νήσους, retulisse, Unde & Eustathius *ad d. l.* Ἠλύσιον πεδίον φασί τινα τὴ κῃ Δύσιν πέρατα τῆς γῆς, ὃ καὶ Νῆσοι Μακάρων φασὶ τοῖς ὕστερον λέγεται. Νῆσοι μὲν, ἅς φασὶ τὴν ἔξω θαλάσσαν εἶσιν, ὅ ἐστι, φασὶ αὐτὸν τὸν Ὠκεανὸν· Μακάρων δ, διὰ τὸ τὸ πᾶν εὐδαίμον, καὶ μακάριον, ὃ τοῖς πᾶσι πεθρύλληται. *Elysius campus fuit apud Occidentales totius Terræ Fines, qui à posterioribus dicitur etiam Insulæ Beatorum. Insulæ quidem, quia sunt in Extero mari*, h. e. *in ipso Oceano: Beatorum vero, propter loci felicitatem & beatitudinem quæ etiam per omnes est divulgata.* Sed & inde Lucianus quoque in *Jove Confut. p.* 185. conjungit in utrumque locum animas Heroum seu Beatorum, οἱ Μακάρων νήσοις πίνειν μετὰ τῶν Ἡρώων οἱ πὶ Ηλυσίῳ λειμῶνι κῶμακείμενοι, *in insulis beatorum bibere cum Heroibus accumbens in prato Elysio.* Sed vel maxime huc pertinent, quæ Plato in *Timæo* & *Critia* memorat credita etiam Posidonio & Straboni (quem vide *lib.* II. *pag.* 102.) de *Atlantide* insula, quam Solon ab Ægyptiis Sacerdotibus acceperit esse sitam *extra Columnas Herculis in mari Atlantico*, sed *Africa simul & Asia majorem*, quæ *bis quotannis fructus ferret*, & *opulentissimos ac potentissimos aleret populos*, sed *quæ tandem gravissimis terræ motibus ac diluviis subsederit, adeo ut dein inveniri non potuerit, & Oceanus copioso istic luto obsessus navigari nequeat.* Conveniunt posteriora hæc cum eo, quod inter Fortunatas memoratur à Ptolemæo ἀκρόσπλῳ νῆσῳ, *inaccessa insula*, seu quæ adiri non potest: cujus appellationis ratio haud dubie ex hac traditione de Atlandide submersa, petenda est. Haud minori, opinor, specie, quum qua Eustathius *ad Hom. Odyss.* A. *p.* 18. ad eam refert *insulam Calypsûs*, haud dubie, quia hæc ab Homero fingitur Filia Atlantis, & ejus insula ab eodem dicitur istic esse ὅθι τ' ὀμφαλὸς ἐστι θαλάσσης, *ubi umbilicus est maris*, h. e. ex sententia Eustathii, quæ in medio Oceani Atlantici sit sita, atque ideo ipsa illa *Atlantis*, quæ ex Solonis & Strabonis traditione, ποτὲ ἔσα, ὕστερον ἠφανίσθη, *olim vere existens postea esse desierit*, seu evaserit insula Καλυψὼς, q. d. *Occultationis:* Concludens inde, Poetam non plane, πλάττειν h. e. *fingere eam* Calypsûs insulam. Sed & quod illuc navigantes luto dein inhibitos tradiderunt Ægyptii, etiam hoc firmatur aliquatenus ex Aristotele de *Mirabil. Audit. p. m.* 1165. ubi narrat *Gaditanos quosdam aliquando ventis jactatos devenisse in quædam loca deserta, alga & juncosa sita, quæ minima exundatione mergerentur.* Verisimile prorsus, illos, qui Ægyptiis retulerunt Atlantidem à se inveniri non potuisse, & luto ac cœno inhibitam suam navigationem, in eadem appulisse loca. Accedit his jam certior traditio de Carthaginiensibus, seu Phœnicibus Gaditanis, qui invenerint in mari Atlantico insulam Magnam, multorum dierum navigatione remotam ab Africa versus Occidentem, fertilem adeo, ὡς τε δοκεῖν ταύτην ἀστὶ θεῶν ἴσων, ἢ ἀνθρώπων, ὑπάρχειν ἐμβιωτήριον, *ut videatur illa Deorum quorundam, non Hominum, esse Domicilium*, ut ait Diodorus, *lib.* V. *p.* 299. quem videas velim, ut & Aristot. *de Mirabil. Aud. p.* 1157. Respexit eam haud dubie quoque Virgilius, notissimis illis versibus, *Æn.* VI.

——— ——— *jacet extra sidera Tellus*
Extra Anni Solisque vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Vide etiam, præter Rupertum *ad Val. Max.* IV. 6. Erasm. Schmidii *Dissert. de America*, Pindaro ejus adjectam, & Bernecc. *Quæst. Mijcell. in Tac. Quæst.* 882. Cæterum ex his narrationibus de tali Fortunata adeo regione, eâque amplissima, in Oceano Atlantico, ortæ sunt sine dubio hæ quoque fabulæ, quas ex Theopompo hic refert Ælianus, qui δεικλιῶς ait Ἐκείνη τ ἴῃ τῆδε τῆ κόσμῳ, quasi certum plane sit, extra notum illis Orbem aliam fuisse Terram. Neque obstat, quod hi *Meropes* ex sua regione ad *Hyperboreos* primum venisse traduntur, quum adeo amplam statuerint eam regionem, ut

Καὶ τὸ μὲν μέγεθος αὐτῆς ἄπειρον διηγεῖτο· [9] τρέφειν δὲ τὰ ἄλλα ζῶα μεγάλα, [10] καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ τῶν ἐνταῦθα διπλασίονας τὸ μέγεθος· καὶ χρόνον ζῆν αὐτοὺς, οὐχ ὅσον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνον διπλοῦν. Καὶ πολλὰς μὲν εἶναι καὶ μεγάλας πόλεις, καὶ βίων ἰδιότητας, καὶ νόμους αὐτοῖς τετάχθαι ἐναντίως κειμένους τοῖς παρ' ἡμῖν νομιζομένοις. Δύο δὲ εἶναι πόλεις ἔλεγε μεγέθει μεγίστας, οὐδὲν δὲ ἀλλήλαις ὁμοίας· καὶ τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Μάχιμον, τὴν δὲ Εὐσεβῆ. Τοὺς μὲν οὖν Εὐσεβεῖς ἐν εἰρήνῃ τε διάγειν καὶ πλούτῳ βαθεῖ, [11] καὶ λαμβάνειν τοὺς καρποὺς ἐκ τῆς γῆς [12] χωρὶς ἀρότρων καὶ βοῶν· [13] γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐ-

dum existit. Et magnitudinem ipsius immensam esse narrabat: alere autem reliqua animalia grandia, & homines duplo majores iis, qui hanc habitant: & vivere eos non tantum temporis, quantum nos, sed etiam illud duplum. Et multas quidem esse magnasque civitates, ac vitæ peculiares rationes, & leges apud eos plane nostris contrarias esse constitutas. Duas vero urbes esse magnitudine maximas dixit, nihil verò sibi invicem similes: & alteram quidem nominari *Bellicosam*, alteram *Piam*. *Pios* igitur in pace vitam agere, & amplissimis divitiis, fructumque ex terra capere, sine aratris & bubus, ne-

ut ad nostræ terræ fines utrinque extendere se deberet. Tzetzes vero *ad Hesiod. d. l.* & maxime *ad Lycophronem v.* 1204. apud Britanniam, vel in eâ, collocat loca, in quæ animæ defunctorum mittantur. PERIZ.

8 Ἔξω γ κόσμου] Tertullian. *cap.* 2. *de Pallio. viderit Anaximander, si plures* (mundos) *putat: viderit si quis alius ad Meropas, ut Silenus penes aures Midæ blattit, aptas sane grandioribus fabulis.* KUHN.

9 Τρέφειν δὲ ἄλλα ζῶα μεγάλα &c.] In ultimas Schefferi, Fabri, Kuhnii Edd. irrepsit hoc vitium, quo omittitur τὰ, quum priores, ipsa etiam Romana, immo & MS. uterque legant pariter, τρέφειν δὲ τὰ ἄλλα &c. quod, quia certissimum est, & quia per incuriam vocula isthæc videtur excidisse, restitui. Miror autem Interpretes, etiam Priores integram adhuc lectionem, adeo perperam reddidisse, vertendo *alere diversa animalia grandia*, quum liquido plane alius sit sensus: nempe, *alere autem reliqua animalia in præcipuam magnitudinem. Reliqua*, scil. omnia præter *Hominem*, de quo separatim agit. PERIZ. Mediceus & Sluisk. τρέφειν τε τὰ ἄλλα ζῶα. & paulo post Iidem τῶν ἐνταῦθοῖ.

10 Καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ τῶν ἐνταῦθα ἓν διπλασίονας] Nescio unde illud ἓν in hunc devenerit locum. Reperio in prima Ed. atque ideo & in seqq. sed in neutro Codicum MS. quorum Sluisk. habet τῶν ἐνλαυθοῖ διπλ. Lugd. τῶν ἐνλαῦα διπλ. Priorem prætulerim, & forsan inde orta est Vulgata, ex qua illud ἓν, obscutus MStis, ejeci. PERIZ.

11 Καὶ λαμβάνειν τοὺς καρποὺς ἐκ τῆς γῆς χωρὶς ἀρότρων] MSti pariter inserunt φασὶ ante χωρὶς. Mallem φησὶ scil. Σιληνός. Sed neutro opus. Mox, ut MSti B. & C. sic & Lugd. καὶ διαλελεῖπεν ὑγιεῖς καὶ ἄνοσοι. Sed vulgatam tuentur tum Prima Ed. tum MS. Sluisk. Et est illud ἦ δ' ὅς usitata dialogorum & narrationum parenthesis. Vide *infra* X. 13. & passim apud Platonem, Homerum, aliosque. IDEM.

12 Χωρὶς ἀρότρων &c.] Ita Poëtæ ὡξὶ χρυσῆ γένος·

——— ἐσθλὰ δ' πάντα
Τοῖσιν ἔλω· καρπὸν δ' ἔφερεν ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη, πολύντε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
Ἡσυχοι ἔργ' ἐνέμοντο σὺν ἐσθλοῖσιν, πολέεσσιν. KUHN.

13 Γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι] Ver-

αὐτοῖς ἔργον εἶναι. 14 Καὶ Ἀγαπελοῦσιν (ἢδ' ὃς) ἡ ἄνοσοι, καὶ καταφρόνουσι τὸν ἑαυτῶν βίον γελῶντες εὖ μάλα, ἡδόμενοι. Οὕτω δὴ ἀναμφιλόγως εἰσὶ δίκαιοι, ὡς μήτε τοὺς θεοὺς πολλάκις ἀπαξιοῦν ἐπιφοιτᾶν αὐτοῖς. 15 Οἱ δὲ τὸ Μαχίμου πόλεως, μαχιμώτατοί τέ εἰσι καὶ αὐτοὶ, καὶ γίνονται μεθ' ὅπλων, ἡ ἀεὶ πολεμοῦσι, καὶ καταστρέφονται τοὺς ὁμόρους, καὶ παμπόλλων ἐθνῶν μία πόλις κρατεῖ αὕτη. Εἰσὶ δὲ οἱ οἰκήτορες οὐκ ἐλάττους διακοσίων μυριάδων. Ἀποθνήσκουσι δὲ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον νοσήσαντες, σπάνιον δὲ τοῦτο, ἐπεὶ τάγε πολλὰ ἐν τοῖς πολέμοις, ἢ λίθοις, ἢ ξύλοις παίσμενοι· ἄτρωτοι γὰρ εἰσι σιδήρῳ. Χρυσοῦ δὲ ἔχουσι καὶ ἀργύρου ἀφθονίαν, ὡς ἀτιμότερον εἶναι παρ' αὐτοῖς τὸ χρυσὸν ἢ παρ' ἡμῖν σιδήρου. Ἐπιχειρησαι δέ ποτε καὶ Ἀγαθῆναι τούτους εἰς τάσδε τὰς ἠμεδαπὰς νήσους ἔλεγε, καὶ Ἀγαπλεύσαντάς γε τὸν Ὠκεανὸν μυριάσι χιλίαις τῶν ἀνθρώπων, ἕως Ὑπερβορέων ἀφικέσθαι· καὶ πυθομένους τῶν παρ' ἡμῖν τούτους εἶναι τοὺς εὐδαιμονεστάτους, καταφρονῆσαι 16 ὡς φαύλους, ἢ ταπεινῶς πράττοντας, καὶ Ἀγ' ταῦτα ἀτιμάσαι πρελθεῖν περαιτέρω. 17 Τὸ δὲ ἔτι θαυμασιώτερον, προσετίθει· Μέροπάς τινας οὕτω καλουμένους ἀνθρώπους οἰκεῖν παρ' αὐτοῖς ἔφη πόλεις πολλὰς καὶ μεγάλας· ἐπ' ἐσχάτῳ δὲ τὴς χώρας αὐτῶν τόπον εἶναι ἡ ὀνομάζεσθαι Ἄνοστον, ἐοικέναι δὲ χάσματι, κατειλῆφθαι δὲ ὅτε ὑπὸ σκότους, ὅτε ὑπὸ φωτὸς, ἀέρα δὲ ἐπικεῖσθαι ἐρυθήματι μεμιγμένον θολερῷ. Δύο δὲ ποταμοὺς 18 ῥεῖ τοῦτον τὸν τόπον ῥεῖν, καὶ τὸν μὲν Ἡδονῆς καλεῖσθαι, τὸν δὲ Λύπης· καὶ παρ' ἑκάτερον τούτων ἑστηκέναι δένδρα τὸ μέγεθος πλατάνου μεγάλης· φέρειν δὲ καρπὸν τὰ μὲν περὶ τὸν τοῦ Λύπης ποταμὸν, 19 τοιαύτην ἔχοντα τὴν φύσιν· ἐάν τις αὐτῶν ἀπογεύσηται, 20 τοσοῦτον ἐκβάλλει δάκρυον,

ὅσον ἂν ἐν ἑνὶ κοτύλῃ χωρήσειεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ τῆς Ἡδονῆς ποταμοῦ τὸν καρπὸν ἐκπίπτειν ἐλαιῶδες, καὶ ἐπιπολάζειν τῷ ὕδατι, καὶ ἐπιφέρεσθαι τοῖς κύμασιν. Ἐπὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Λύπης ἐπιπολάζειν μὲν καὶ τὸν καρπὸν, καὶ ἐπιφέρεσθαι τοῖς κύμασιν, ἐλαιῶδες δὲ οὐδὲν ἐκπίπτειν· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπιπολάζειν, τὸν δὲ ἐν τῷ βυθῷ κεῖσθαι. Ἐπὶ δὲ τοῦ τῆς Ἡδονῆς ποταμοῦ τὸν καρπὸν ἐκπίπτειν ἐλαιῶδες, καὶ ἐπιπολάζειν τῷ ὕδατι, καὶ ἐπιφέρεσθαι τοῖς κύμασιν. Ἐπὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Λύπης ἐπιπολάζειν μὲν καὶ τὸν καρπὸν, καὶ ἐπιφέρεσθαι τοῖς κύμασιν, ἐλαιῶδες δὲ οὐδὲν ἐκπίπτειν· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπιπολάζειν, τὸν δὲ ἐν τῷ βυθῷ κεῖσθαι.

neque solere eos agrum colere, neque serere. Et semper sunt (ajebat ille etiam à morbis immunes, ac vitam cum morte commutant ridentes prorsus ac lætantes. Adeo vero sine controversia justi sunt, ut neque Dii dedignentur sæpe ad eos accedere. Qui verò *Bellicosam* urbem incolunt, bellicosissimi quoque sunt, & nascuntur cum armis, ac bella semper gerunt, finitimosque in suam potestatem redigunt, atque in plurimas gentes hæc una civitas imperium tenet. Incolæ vero ejus sunt non pauciores ducentis myriadibus. Moriuntur autem aliâs quidem ægrotantes, sed tamen raro id *accidit*, siquidem in bellis plerumque *moriuntur*, lapidibus aut fustibus percussi: nam ferro vulnerari nequeunt. Auri argentique maximam possident copiam, ita ut minoris apud ipsos æstimetur aurum, quam apud nos ferrum. Eos verò dicebat quondam etiam in hasce nostras insulas transire conatos, & trajecto Oceano cum mille myriadibus hominum ad Hyperboreos pervenisse: quumque audivissent hos populos inter

ter nostrates esse beatissimos, contempsisse eos tanquam viles, humilique fortunâ agentes: & idcirco indignum duxisse progredi ulterius. Quod vero etiam mirabilius, adjecit: *Meropas*, homines quosdam ita vocatos, habitare apud eos dixit multas magnasque Urbes: in extremo autem regionis illorum locum esse, & nominari, (*Irremeabilem*) similem voraginì, neque vero tenebris illum, neque lumine circumdari, sed aërem ei incumbere spisso, vel obscuro, rubore mixtum. Circa eum vero locum duos labi fluvios, & quidem alterum *Voluptatis* vocari, alterum *Tristitiæ:* & ad utrumque arbores sitas esse magnitudine platani magnæ: quæ autem

---

tunt *agriculturæ seminationeque nihil eis opus esse.* Sed sensus est, *neque solere eos agrum colere, neque serere.* Aliquid enim dicitur alicui ἔργον εἶναι, quod facere solet. Sic IV. 29. de Democrito, ᾧ ἔργον τοῦτο ἦν, scil. γελᾶν, *qui ridere solebat, id maxime agebat.* VIII. 2. ἔργον ἦν ἄρα τοῦτο τῷ Ἱππάρχῳ ἢ οἷον τὸν παιδαγωγὸν σοφὸν, *solita erat quam maxime huic Hipparcho cura Eruditorum, hoc unum maxime agebat, ut coleret Eruditos. Supra* III. 14. ᾧ τὸ ἔργον αὐτοῖς αὐλεῖσθαι ἐστι, *habent pernes se quotidie tibicines, præbent iis semper aures.* PERIZ.

14 Καὶ Ἀγαπελῶσιν (ἢδ' ὃς) ἡ ἄνοσοι] MSS. B. & C. Ἀγαπελῶσιν ὑγιεῖς καὶ ἄνοσοι, quæ lectio optima videtur. SCHEFF.

15 Οἱ δὲ τὸ Μαχίμου] Hic in MS. C. fit novum caput, cujus titulus: ὡβὶ τὸ οὐ Μαχίμῳ κωλοικήτων. sine ratione. IDEM.

16 Ὡς φαύλους ἢ παπεινῶς πρᾶττοντας] Sluisk. φαύλως. Sed perinde est, utrum eligas. Refertur autem utraque locutio ad Fortunam & conditionem hominum. φαῦλοι sunt hic *viles*, nec digni, quos bello tibi acquiras. Ταπεινῶς πρᾶττειν dicuntur, qui *tenui utuntur fortuna.* Conjunxit utrumque etiam Dio Chrysost. Τρωικοὶ de Græcis abs Troja reversis, ἄπαντες γὰρ ἦσαν ταπεινοὶ, ἢ φαύλως ἔπραττον οἱ τὸ στρατιᾶς μέλαχρῶτες, ubi tamen maxime Animus notatur abjectus, sed propter Adversam Fortunam. Paulo ante Sluisk. μυριάσι χιλίαις ἀνθρώπων omisso τῶν, quod neque desiderem ego, si absit. PERIZ.

17 Τὸ δὲ ἔτι θαυμασ. &c.] Jam ante monui, in Sluisk. Codice nulla exhiberi Capitum argumenta, quod vetustatis est signum, sed exhiberi ea in Lugd. A quo idcirco Caput hoc, æque ac à Regiis B. & C. dividitur in tres partes, quæ singulæ suum habent titulum seu argumentum. Secunda pars incipit hisce verbis Οἱ δὲ τῆς Μαχίμου &c. Et præscriptum habet, ὡβὶ τὸ οὐ Μαχίμῳ κωλοικήτων. At tertia pars hic loci statuitur cum hoc Indice, ὡβὶ τοῦ τόπου τοῦ κωλυμβῶν Ἀνόστου. Uti legenda hæc monuerat Kuhnius. Subjicitur autem hisce verbis separato versu, non solum σημείωσαι, sed uberius, σημείωσαι παραδοξον ὅλον h. e. *nota rem, quæ tota est paradoxa.* Cæterum ex his jam liquido colligimus, librarios superiorum temporum distraxisse Auctorem nostrum pro arbitrio in Capita, quanto seriores, tanto in plura, & sæpe inepte prorsus separavisse, quæ ille conjunctim scripserat. PERIZ.

18 Περὶ τὸν τόπον τοῦτον] Mediceus & Gesn. Ed. ὡβὶ τὸν τόπον τοῦτον.

19 Ἔχοντα τὴν φύσιν] Lege ἔχοντως. Nam refertur ad καρπὸς, non ad δένδρα. FABER. Recte monet Faber ἔχοντας legendum, cum ad præcedens καρπὸς, non δένδρα referatur. SCHEFF.

Τοιαύτην ἔχοντα τὴν φύσιν] Adeo certum puto, quod monuit Faber, legendum ἔχοντως, sc. καρπὸς, ut non veritus sim flagitante id sensu recipere in textum, licet MSti vulgatæ lectioni assentiantur. Mox etiam malim δακρύων, quod voluit Brunnerus, probante Scheffero PERIZ.

χρυσον, ὥστε κατατήκεσθαι, πάντα τ' ἑαυτῆ βίον τ' λοιπὸν θρηνοῦντα, καὶ οὕτω τελευτᾶν. Τὰ δ' ἕτερα τὰ φιλοψυχότατα τῷ τ' Ηδονῆς ποταμῷ, ἀντίπαλον ἐκφέρειν καρπόν. Ος γὰρ ἂν γεύσηται τούτων, τῶν μὲν [21] ἄλλων τ' πρότερον ἐπιθυμιῶν παύεται· ἀλλὰ καὶ εἴ του ἥρα, καὶ αὐτοῦ λαμβάνει λήθην, καὶ γίνεται χθὲς βραχὺ νεώτερος, καὶ τὰς ἤδη διελθούσας ἀναλαμβάνει ὀπίσω. Τὸ μὲν γὰρ γῆρας ἀπορρίψας, ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ὑποτρέφει, εἶτα ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν ἀναχωρεῖ, εἶτα παῖς γίνεται, εἶτα βρέφος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξανάλωθη. Καὶ ταῦτα, [22] εἴ τῳ πιστὸς ὁ Χῖος λέγων, πεπιστεύσθω. Εμοὶ δὲ δεινὸς εἶναι δοκεῖ μυθολόγος, καὶ ἐν τούτοις, καὶ ἐν ἄλλοις δέ.

autem ad flumen Triſtitiæ ſunt, ferre fructus, tali indole præditos: ſi quis eos guſtet, tantum emittit lacrymarum, ut contabeſcat ejulans per univerſum vitæ ſuæ reliquum tempus, & ſic moriatur. Alteras vero, fluvio Voluptatis adſitas, contrarium ferre fructum: qui enim hunc guſtat, ab reliquis priſtinis cupiditatibus abſiſtit: ſed & ſi quid amavit, ejus quoque oblivionem capit, paulatimque fit junior, ac ſuperiores ætates, & jam tranſactas, recipit rurſus. Abjecta enim ſenectute in robur ipſum revertitur, deinde in adoleſcentium ætatem redit; tum puer, dein infans evadit, & poſtea exſtinguitur. Et hæc, ſi cui fide dignus videtur ea narrans Chius ille, credantur. Mihi vero egregius eſſe fabulator tum in his, tum in aliis, videtur.

ΚΕΦ.

CAP.

20 Τοσοῦτον ὠκεάλλει δάκρυον] Mallet Ampliſſ. D. Brunnerus δακρύων, propter præcedens τοσοῦτον. Nec eſt dubium, quin ſic legi debeat. SCHEFF. At ſimilis loquutio occurrit apud Plutarchum in *Alcibiade p. m.* 209. πολὺ δ' ἦν τὸ δάκρυον τῆς χαίρουπος τῆς πόλεως ἀνενίκητον. Δάκρυον autem apud Græcos eſt nomen collectivum, perinde ac vox דמעה apud Hebræos, quam per δάκρυον etiam vertunt Græci Interpretes *Eccleſiaſt. cap.* IV. 2. ἰδὲ δάκρυον τῶν συκοφαντημάτων.

21 Αλλων τ' πρότερον] MSS. B. & C. habent πρωτέρων. SCHEFF.

Τῶν πρώτερον ἐπιθυμιῶν] Diſerte ita Sluisk. At Lugd. videtur voluiſſe, ſed per ſcripturæ compendium, πρωτέρων, quod ex Regiis B. & C. adfert Schefferus. Verior ſine dubio eſt vulgata, & melioribus codicibus nixa. PERIZ.

22 Εἴ τῳ πιστὸς ὁ Χῖος.] Intelligit *Theopompum*, qui patria *Chius* fuit, diſcipulus Iſocratis, ſcriptor rerum ſui temporis, ſeu inde ubi deſiit Xenophon & Thucydides: ſed potiſſimum rerum à Philippo patre Alexandri geſtarum. Diligentiam ejus laudant quam maxime Athenæus, & Dionyſ. Hal. in *Epiſt. ad Pompejum*, eumque nec ſumptibus pepercíſſe ajunt, quo minus ſedulo & coram in omnia prius inquireret, antequam ea traderet memoriæ. Sed & collegiſſe eum ait Dionyſius, *ſi quid θωμασὸν, ἢ παράδοξον, unaquaque terra vel mare ferat.* Hinc ergo & ortus videtur libellus, quem θωμασίων, *Admirabilium*, nomine ſcripſit, & in quo, teſte Servio *ad Ecl.* VI. hanc fabulam de Sileno retulit. Cæterum incuſant ejus digreſſiones ac parabolas, (Dion. Hal. *d. l.*) *ut non ſatis tempeſtivas*, & *multum ludicri continentes*, qualis ſit illa *de Sileno in Macedonia viſo.* Forſan ea occaſione de Phrygio egit. Si ita, videtur tunc & ille plures ſtatuiſſe Silenos, atque eos etiam pro Satyris habuiſſe. Maledicentiam ejus cum alii, tum maxime arguit Polybius in *Excerptis de Virt. & Vitiis ex Lib.* VIII. PERIZ.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ διαφορᾶς Αριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα.

Λέγεται τὴν διαφορὰν Αριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα [1] τὴν πρώτην ἐκ τούτων γενέσθαι. Οὐκ [2] ἠρέσκετο αὐτοῦ τῷ βίῳ ὁ Πλάτων, οὐδὲ τῇ κατασκευῇ τῇ περὶ τὸ σῶμα. [3] Καὶ γὰρ ἐσθῆτι ἐχρῆτο [4] περιέργῳ ὁ Αριστότελης, καὶ ὑποδέσει. Καὶ [5] κουρὰν ἣν ἐκείρετο καὶ ταύτην ἀπὸ Πλάτωνι. Καὶ

CAP. XIX.

De diſſidio Ariſtotelis à Platone.

Diſſidium Ariſtotelis adverſus Platonem ex his fertur initium cepiſſe. Non probabat ejus vitam Plato, neque corporis ornatum. Nam Ariſtoteles & veſtibus & calceamentis nimii ac ſupervacui ornatus utebatur. Tonſura etiam tondebatur, & ipſa Platoni inſolita. Annulos quo-

1 Τὴν πρώτην] Ambigui hæc ſunt ſenſus, certe idonea ad Lectores non ſatis attentos vel peritos in errorem inducendos, quaſi ἐμφατικῶς hæc ita dicerentur de diverſis diverſi temporis diſſidiis, quorum hocce fuerit *primum*, quum tamen Ariſtoteles, poſtquam ſemel à vivo Platone defecit, ſimul in perpetuum defecerit, & Plato poſt hocce tempus, quo jam *annos* LXXX. vixiſſe dicitur, mox fuerit mortuus, ſiquidem plerique eum deceſſiſſe tradunt *annos* LXXXI. *natum*. Vide Menag. *ad Laërt. in Platone num.* 3. Et tantum abeſt, ut ſæpius Ariſtotelem à Platone vivo defeciſſe affirmaverint Veteres, ut ne ſemel quidem id feciſſe ſerio contendat Ammonius, qui illius vitam exſecutus eſt. A pleriſque tamen diſſidium hoc memoratur, certe à Noſtro, etiam IV. 9. Laërt. in *Ariſtotele*, Aliiſque, ut de eo dubitandum vix ſit. Ejus autem Originem, cauſas, & initia hoc Capite expoſuit Auctor, atque adeo de *primis ejus Initiis* verba hæc accipienda. Sic X. 19. καλῷ ὄντι καὶ νέῳ καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ h. e. *cui primum incipiebat lanugo ſuboriri.* Vide & *ſupra ad Cap.* 24. Adjectiva ſimiliter Adverbiorum modo vel ſenſu poſita. PERIZ.

2 Ηρέσκετο] Uterque Codex ἠρέσκετο, quæ forma eſt uſitatior in hoc verbo. Sic II. 13. ὁ δὲ αὐτοῖς ἐκ ἠρέσκετο. III. 17. Σωκράτης τῇ Αθηναίων πολιτείᾳ ἐκ ἠρέσκετο. Et *alibi.* PERIZ. Edidi ἠρέσκετο obſequutus Codicibus MSS.

3 Καὶ γὰρ ἐσθῆτι] Hæc omnia notæ habebantur effeminati & delicatioris animi, ſicut ipſe ſtatim indicat. SCHEFF.

4 Περιέργῳ] Vertebatur *pretioſioribus.* Sed non id proprie voluit Auctor, neque ſane illud hac voce denotatur, verum quicquid eſt nimii ac ſupervacui laboris in inanes ornamentorum delicias impenſi. Sic IV. 11. περιεργάσθαι τὸν Σωκράτην τῷ οἰκιδίῳ, *nimis delicatum fuiſſe in curanda & ornanda domo*, h. e. inania ejus generis nimium curaſſe. Vide me *ſupra ad* II. 44. Studium hoc ſui, ſupra quam Philoſophum decet, ornandi memorat etiam Laërtius in *Ariſtotele*, eadem enumerans, ἐσθῆτι ἐπισήμῳ χρώμενον, καὶ δακτυλίοις, καὶ κυρᾷ, *inſigni uteus Veſte, Annulis, Tonſura.* PERIZ.

5 Κουρὰν ἐκείρετο] Conſentit Laërtius in *vita Ariſtotelis.* Erat hoc autem contra morem hominis, duritiem vitæ, patientiam & ſimilia profeſſi, hoc eſt, Philoſophi. Qui & vulgo propterea, ut barbam, ſic capillos intonſos geſtare ſolebant. Seneca *Epiſt.* V. *Illud te admoneo, ne facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum cultum, & intonſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum. Satis ipſum nomen*

Καὶ [6] δακτυλίους ἢ πολλοὺς φορῶν ἐκαλλύνετο ἐπὶ τούτῳ. Καὶ μωκία δέ τις ἦν αὐτῷ περὶ τὸ πρόσωπον· ἢ ἄκαιρος γωμυλία λαλοῦντος κατηγόρει καὶ αὕτη τὸ τρόπον αὐτοῦ. Πάντα ἢ ταῦτα ὡς ἔστιν ἀλλότρια φιλοσόφου, δῆλον. Ἅπερ οὖν ὁρῶν ὁ Πλάτων οὐ προσιέτο τὸν ἄνδρα· προετίμα ἢ αὐτοῦ [7] Ξενοκράτην, ἢ Σπεύσιππον, ἢ [8] Ἀμύκλαν, καὶ ἄλλους, τῆτε λοιπῇ δεξιούμενος αὐτοὺς τιμῇ, ἢ ὧν ἢ τῇ

quoque complures geſtans eo ipſo ſe efferebat. Sed & in vultu ejus inerat quædam *aliorum* irriſio: & intempeſtiva garrulitas loquentis, etiam illa ingenium ejus arguebat. Hæc autem omnia quam ſint philoſopho indigna, manifeſtum eſt. Quæ videns Plato, non probabat Virum: ſed præferebat ei Xenocratem, Speuſippum, Amyclam, & alios, quos tum reliquis honoribus excipiebat, tum

Philoſophiæ etiamſi modeſte tractetur, invidioſum eſt. Idem alii faciebant, qui duriores volebant haberi. Teſtatur Horatius de Poëta quodam

Nanciſcetur enim nomen pretiumque poëtæ,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit ——

Delicatiores contrà, elegantiæque ſtudioſiores capillos frequenter pectere, & ad certum modum præcidi curare ſolebant. vide Athenæum *lib.* XI. SCHEFF.

Κυρὰν] Solebant enim Philoſophi delicatiorem corporis ornatum aſpernari, atque ideo vix utebantur tonſoribus, comamque habebant naturaliter promiſſam. Hinc Lucianus Peregrinum in formam & habitum Philoſophi tranſeuntem commemorans, ait, ἐκόμα ἤδη, &c. *Comam jam alebat, ſordido veſtiebatur pallio, peram habebat ex humeris ſuſpenſam, & ſcipionem in manu.* Similiter Gellius Philoſophum deſcribens IX. 2. *palliatum* dicit & *crinitum*, *barbaque prope ad pubem uſque porrectâ.* Sed tamen etiam in hac longiore vel ſpiſſiore coma ineſſe quid poterat ſupervacuæ curæ & philoſopho indignæ. Hinc Ariſtoteles *Polit.* II. 6. Hippodamum Mileſium, qui de Republica ſcripſit, accuſatum ait à nonnullis, ut qui viveret περιεργότερον τοῖς τριχῶν πλήθει (*crinium multitudine*) καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ Inde factum dein, ut Philoſophi quidam in contrarium abeuntes comam penitus ſibi demerent. Certe Juvenalis II. 15. hujuſmodi ſeveris tribuit *breviorem ſupercilio comam.* Et apud Noſtrum XI. 10. Zoilus traditur *barbam* quidem *habuiſſe prolixam, ſed caput uſque ad cutem raſum.* PERIZ.

6 Δακτυλίους πολλοὺς] Luxurioſorum hoc erat, plures ſimul annulos geſtare, immo complures ſæpe uno in digito. Seneca *Nat. Quæſt.* VII. 31. *Exornamus annulis digitos, & in omni articulo gemma diſponitur.* Vide Meurſium *de Luxu cap.* 5. Qui tamen in eo, quod ex Martialis V. 11.

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, jaſpidas, uno
Verſat in articulo Stella, Severe, meum,

colligit, *plures etiam in ſingulis articulis* geſtatos, me ſibi aſſentientem non habet. Dicere enim voluit Martialis, Stellam uno in annulo unius articuli plures habere gemmas. Memorabile etiam eſt, quod Ariſtot. *Polit.* VII. 2. de Carthaginienſibus tradit, *totos*, vel *tot annulis ornari, quot ſtipendia fecerint.* IDEM.

7 Ξενοκράτην, καὶ Σπεύσιππον, καὶ Ἀμύκλαν] Priores duo ſatis ſunt noti, quorum idcirco Vitam, tanquam præcipuorum inter Platonis diſcipulos, & ejus Succeſſorum in curanda Academica Schola & ſecta Platonica, expoſuit proxime poſt *Platonis* Vitam Laërtius. *Speuſippus* inſuper erat ex ſorore Platonis natus. At *Xenocrates* fuit Chalcedonius, de cujus virtute & fama apud Athenienſes vide illuſtre exemplum, quod ex Cicerone refert Val.

τῇ κοινωνίᾳ τῶν λόγων. [9] Ἀποδημίας δέ ποτε γενομένης τῷ Ξενοκράτει εἰς τὴν πατρίδα, ἐπέδετο τῷ Πλάτωνι Ἀριστοτέλης, χρόνῳ τινὰ τῶν ὁμιλητῶν τοῦ ἑαυτοῦ περιησάμενος, ὧν ἦν [10] Μνάσων τε ὁ Φωκεὺς, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. Ἐνόσει δὲ τότε ὁ Σπεύσιππος, καὶ διὰ ταῦτα ἀδύνατος ἦν συμβαδίζειν τῷ Πλάτωνι. Ὁ δὲ Πλάτων ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐγεγόνει, ὁμοῦ † τι καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν [11] ἐπελελοίπει τὰ τῆς μνήμης αὐτόν. Ἐπιθέμενος οὖν αὐτῷ καὶ ἐπιβουλεύων ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ φιλοτίμως πάνυ τὰς ἐρωτήσεις ποιούμενος, καὶ τρόπον τινὰ καὶ ἐλεγκτικῶς, ἀδικῶν ἅμα καὶ ἀγνωμονῶν ἦν δῆλος. Καὶ ἀφ' ταῦτα ἀποστὰς ὁ Πλάτων [12] τοῦ ἔξω περιπάτου, ἔνδον ἐβάδιζε σὺν

tum diſſertationum ſuarum communione. Xenocrate vero quondam in patriam profecto aggreſſus eſt Platonem Ariſtoteles, circumdans eum ſuorum diſcipulorum caterva, inter quos erat Mnaſon Phocenſis, & alii ejuſdem indolis. Laborabat tunc ex morbo Speuſippus; & ideo Platonem comitari non poterat. Plato autem octoginta annos erat natus, ſimul etiam propter ætatem eum defecerat aliquantum memoria. Intendens igitur in eum, & meditans inſidias Ariſtoteles, magnaque cum ambitione quæſtiones proponens, & quodammodo etiam reprehendens eum, injurium ſimul & ingratum ſeſe declarabat. Proinde abſtinens deambula-

† τε.

Val. Max. II. 10. 2. *ext. Amyclas* vero minus fuit celebris, ſed tamen ab Laërtio inter Diſcipulos Platonis in *Hujus Vita* memoratur, & dicitur *Amyclus Heracleota.* IDEM.

8 Ἀμύκλαν] Ἀμυκλον, ſcribit Laërtius, *prædicto loco.* SCHEFF.

9 Ἀποδημίας ὄ ποτε] Totum hoc, ut falſum confictumque, negat Ammonius in *vita ejus.* IDEM.

10 Μνάσων ὁ Φωκεὺς] MS. Lugd. Φωκαεὺς, quaſi ex *Phocæa* eſſet ortus, ſed *Phocenſem* etiam Athenæus dicit VI. 18. addens *mille habuiſſe eum ſervos*, & ideo *male audiviſſe apud Phocenſes.* Nihil itaque mirum, etiam hic eum notari, ut perverſæ indolis hominem, inter diſcipulos Ariſtotelis. PERIZ.

11 Ἐπελελοίπει] Verbo monendum cenſui, utrumque hic Codicem legere ἐπιλελοίπει, prout ſæpe Pluſquam perfectum Tempus ſolo Perfecti Augmento inſtruitur, non modo apud Poëtas, ſed & Hiſtoricos, etiam Noſtrum. Sic πεφοίνικο XIII. 1. νενόμιστο Plut. in *Inſt. Lac.* IDEM.

12 τοῦ ἔξω περιπάτου] Vertebatur *exteriore deambulatione*, quaſi intelligeretur certus locus, qui ex pluribus ambulationi idoneis, & Academiæ circumjectis, eſſet exterior. Sed ſine dubio ſimpliciter intelligitur ambulatio in quocunque publico loco, unde opponitur ὁ ἔξω περίπατος, & βαδίζειν ἔνδον, quod ἔνδον exponitur deinde οἱ περὶ κήπῳ περὶ ἑαυτόν. Plane ut II. 10. Platoni Timotheus dicitur obviam factus βαδίζοντι ἔξω τὸν τείχους. Ut adeo ὁ ἔξω περίπατος notet hic *ambulationem extra ſuas ædes aut hortos.* Vel ſic tamen certo loco plerumque factam, nullus dubito, quum in *extremo Capitis* dicatur Plato per Xenocratem recepiſſe τὸ σύνηθες χωρίον, *locum conſuetum*, ſed & mox legatur Xenocrates rogaſſe quendam τῶν οἱ περὶ περίπατον, *eorum qui in illo ambulationis loco tunc præſentes erant.* Erat autem Academia, ubi habitavit & mortuus eſt Plato, extra urbem, προάστειον ἀλσώδες *ſuburbanum prædium, nemoroſum*, ut Suidas ait, ſeu, ut Plutarch. in *Sulla*, δενδροφορώτατον. Vide & Meurſ. in *Ceramico*, *cap.* 20. & 27. Iſtic ergo quin multæ fuerint amœnæ *ambulationes*, περίπατοι nullum eſt dubium. Sed & Philoſophi maxime Ambulando diſſerebant & docebant. Hinc περίπατος pro philo-

σὺν τοῖς ἑταίροις. Τριῶν δὲ μηνῶν διαγενομένων, ὁ Ξενοκράτης ἀφίκετο ἐκ τῆς ἀποδημίας, καὶ καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλη βαδίζοντα, οὗ κατέλιπε τὸν Πλάτωνα. Ὁρῶν δὲ αὐτὸν μὴ τῶν γνωρίμων, οὐ πρὸς Πλάτωνα ἀναχωροῦντα ἐκ τοῦ Περιπάτου, ἀλλὰ [13] καθ' ἑαυτὸν ἀπιόντα εἰς τὴν πόλιν, ἤρετό τινα τῶν ἐν τῷ Περιπάτῳ, [14] ὅποι ποτε εἴη Πλάτων· ὑπώπτευε γὰρ αὐτὸν μαλακίζεσθαι. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, Ἐκεῖνον μὲν οὐ νοσεῖ, ἐνοχλῶν δὲ αὐτὸν Ἀριστοτέλης ἀφαχωρήσαι πεποίηκε τοῦ Περιπάτου, καὶ ἀναχωρήσας ἐν τῷ κήπῳ τῷ ἑαυτοῦ φιλοσο-

latione extra ædes ſuas Plato, domi cum familiaribus ambulabat. Exactis vero tribus menſibus, Xenocrates à peregrinatione reverſus, invenit Ariſtotelem deambulantem, ubi relinquerat Platonem. Videns autem eum cum familiaribus non ad Platonem redire ex illa Ambulatione, ſed in urbem ſeorſum abire, interrogabat quendam ex iis, qui erant in Peripato, ubinam eſſet Plato; exiſtimabat enim eum infirma uti valetudine. At ille reſpondit: Non male habet, ſed Ariſtoteles ei moleſtiam faceſſens effecit, ut Peripato deceſſerit, & ita fece-

ſophiæ ſtudio, vel Schola ſeu Philoſophantium Cœtu, ubicunque is eſſet. Sic Athenæus VIII. 13. ἀναπεπταμμένῃ τῇ Πλάτωνος περιπάτῳ, *aperta Platonis ſchola. Infra* V. 9. Ariſtoteles dicitur *primum caſtra ſecutus, dein pharmacopolam egiſſe*, παρεισρυεὶς ὑ εἰς τ περίπατον, καὶ παρακέων τ λόγων, h. e. *cum veniſſet in Peripatum, & audiviſſet iſtius loci diſſertationes, evaſiſſe Philoſophus.* IV. 9. de Eodem, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ (Πλάτωνι) διαλεξῶν, καὶ ἀντιπαρεξήγαγεν οὐ τῷ περιπάτῳ ἑτέρους ἔχων. non utique *in Peripato* Platonis, ſed in qualicunque alio: nam *Peripatus* Platonis & Ariſtotelis diverſo erant Loco, ut adeo nequeat vere dici, niſi ad breve tempus, de quo *hoc Capite* agitur, Ariſtotelem in eundem Locum *contra Platonem ſuos eduxiſſe diſcipulos:* quum diſerte teſtentur omnes, qui Illum ab Hoc defeciſſe narrant, Eum Academiam reliquiſſe & ceſſiſſe Platoni, & abiiſſe in alium Locum. Vide Suidam in Ἀριστοτέλης. Atque ideo videtur iſtic (IV. 9.) notare *Peripatus* non Locum, ſed ipſum Philoſophiæ docendæ actum & modum. Hæſit autem dein *Peripati* vocabulum maxime in Schola Ariſtotelis, unde & Ariſtotelicorum ſecta proprie Περιπατητικὴ fuit dicta, ut notum. Unde Plutarchus *Sympoſ.* II. 2. Λαμπρίᾳ δὲ ἀνάγκη ᾠδὴ τῇ κήπῳ κυδαίτοιλι τ Περίπατον ᾗ τὸ Λύκειον ἔργῳ μᾶλλον τοῖς Ἀριστοτέλει, *Lampriæ vero neceſſeeſt, præferenti Peripatum & Lyceum* h. e. Ariſtotelicam Philoſophiam, Horto, h. e. Epicureæ Philoſophiæ *reipſa declarare ſe Ariſtotelicum.* Habuit vero & Ille & ejus dein ſucceſſores in Lyceo ſuum *Peripatum*, à perpetuo iſtic ambulandi docendique uſu ſic proprie dictum. Sed tamen etiam Aliorum Scholis vel Auditoriis tributum hocce vocabulum, liquet ex ſuperioribus. Quin inde forſan explicandum erit, quod Antiſthenes Cynicæ ſectæ Princeps, Socratis diſcipulus, Ariſtotele paulo antiquior, *vocatus primum* (πρῶτος) *Peripateticus*, à Suida dicitur, h. e. Philoſophus ex Peripato Socratis. Certe enim ab Ariſtotelica diſciplina nomen illud habuiſſe nequit. Ita vero etiam *Academia* pro qualicunque loco Philoſophiam docendi diſcendive extra Athenas ponitur. Sic Plut. *de Aud. Poëtis*, ubi adverſus luctum præcipit, φιλοσοφεῖν, πολιτεύεσθαι, σχεδίαν εἰς ἀγορὰν, καταβαίνειν εἰς Ἀκαδημίαν, γεωργίαν ἐρέπειν. IDEM.

13 Καθ' ἑαυτὸν ἀπιόντα] *Ad ſua, ad ſuas ipſius ædes.* Sic *Act. Apoſt.* XXVIII. 16. τῷ Παύλῳ ἐπιτρέφαι μένειν καθ' ἑαυτόν. IDEM.

14 Ὅποι ποτε εἴη Πλάτων] MS. Lugd. ὁ πλάτων. Sic paulo ante ἐπέθετο τῷ Πλάτωνι ὁ Ἀριστοτέλης. Et mox, εἶδεν ὅτι εἶπαι ὡς τ Πλάτωνα ὁ Ξενοκράτης, ubi in Vulgatis & MS. Sluisk.

λοσοφεῖ. Ὁ δὲ Ξενοκράτης ἀκούσας, ᾠδήχρημα ἦκε πρὸς Πλάτωνα, καὶ κατέλαβε διαλεγόμενον τοῖς σὺν ἑαυτῷ. Ησαν δὲ μάλα συχνοὶ, καὶ ἄξιοι λόγου, καὶ οἱ μάλιστα δοκοῦντες τῶν νέων ἐπιφανεῖς. Ἐπεὶ δὲ ἐπαύσατο ὁ ὁμιλίας, ἠσπάσατό τε, [15] ὡς τὸ εἰκὸς, τ Ξενοκράτην φιλανθρώπως, καὶ αὖ πάλιν ὁ Ξενοκράτης ἐκεῖνον ὁμοίως. Διαλυθείσης δὲ τ συνουσίας, οὐδὲν οὔτε εἰπὼν πρὸς τὸν Πλάτωνα Ξενοκράτης, οὔτε ἀκούσας, συναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, καὶ τῷ Σπευσίππῳ πάνυ ἰσχυρῶς ἐπέπληξε, ᾠδήχρησαντι ᾗ τοῦ Περιπάτῳ Ἀριστοτέλει, αὐτός τε ἐπέθετο τῇ Σταγειρίτῃ χῇ τὸ καρτερὸν, καὶ εἰς τοσοῦτον περιῆλθε φιλοτιμίας, ὡς ἐξελάσαι αὐτὸν, καὶ ἀποδῦναι τὸ σύνηθες χωρίον τῷ Πλάτωνι.

ſeccdens in horto ſuo philoſophiam docet. His auditis Xenocrates confeſtim ſe ad Platonem contulit, & offendit eum diſſerentem ad eos, qui ipſi aderant. Erant autem frequentiſſimi, & memorabiles, & maxime illuſtres habiti inter adoleſcentes. Ille vero quum diſſerendi finem feciſſet, humaniter, ut credibile eſt, Xenocratem ſalutavit, rurſumque illum ſimiliter Xenocrates. Soluto autem congreſſu nihil *hac de re* cum Platone loquutus, neque *ex Eo* audiens, collectis ſuis commilitonibus, & prorſus vehementer objurgavit Speuſippum, quod Ariſtoteli ceſſiſſet Peripato, & ipſe, quam potuit maximis viribus, Stagiritam aggreſſus eſt, & eo uſque contentionis pervenit, ut eum ejiceret, & conſuetum locum Platoni reſtitueret.

Sluisk. articulus ὁ prætermittitur. IDEM.

15 Ὡς τὸ εἰκὸς] Vertebatur *pro more ſolito.* At neutiquam illud hæc phraſis ſignificat, ſed, *ut veriſimile eſt*, ſeu, *ut rationi conſentaneum & par eſt.* Sic XIV. 18. Ποιμὴν ᾗ βοῦς ὡς τὸ εἰκὸς, εἶναι ὅμοιον. h. e. *ut* ex facto ipſo *liquet*, ſeu *probabile eſt. Supra* I. 24. ἦν ἔν, οἷα εἰκὸς, πολέμιος τῇ Ἡρακλεῖ. Vide & III. 27. IDEM.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Λυσάνδρου, ᾗ δώρων ἀνακομιδέντων αὐτῷ.

[1] Λυσάνδρῳ τῷ Σπαρτιάτῃ εἰς Ἰωνίαν ἀφικομένῳ [2] οἱ κατ' τὴν Ἰω-

CAP. XX.

De Lyſandro, & allatis ei muneribus.

Lyſandro Spartiatæ, quum in Joniam veniſſet, hoſpites per Jo-

1 Λυσάνδρῳ] Videtur memoria lapſus noſter hæc ſcripſiſſe. Nam à luxu Lyſander non fuit alienus. Vide *infra lib.* XIII. *cap.* 8. & alii plerique Ageſilao tribuunt. Conſule Athenæum *lib.* XIV. *cap.* 21. Plutarch. in *Apophtheg.* & *vita Ageſilai.* SCHEFF. Hæc de

Ιωνίαν ξένοι πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀπέπεμψαν, ἀτὰρ οὖν καὶ βοῦν, καὶ πλακοῦντα. Ὁ δὲ ἀπιδὼν εἰς τὸν πλακοῦντα, ἤρετο, τί βούλεται τὸ πέμμα ἐκεῖνο εἶναι; ὁ δὲ κομίζων ἀπεκρίνατο, ὅτι ἐκ μέλιτος, καὶ τυροῦ, καὶ ἄλλων τινῶν 3 κατεσκεύασται. Ὁ δὲ Λύσανδρος,

Joniam, multa quidem etiam alia, sed & bovem & placentam dono miserunt. Ille vero placentam intuitus, rogabat, quidnam illud cupediarum esset? Cui quum is, qui attulerat, responderet, ex melle, caseo, & aliis quibusdam confectum esse:

Lysandro nondum oblito patriæ disciplinæ, à quâ deinde in gratiam Jonum sæpius in diversa abiit, multumque sibi indulsit. vide Plutarchum in *Vita ejus* & *infra notata ad lib.* XIII. *cap.* 8. KUHN.

2 Οἱ κ τὴν Ιωνίαν ξένοι πολλὰ &c.] Ex More illorum temporum, quibus solebant Hospites sibi invicem, sed maxime adventantibus peregre, hospitalia mittere munera. Homer. *Il.* Z. 218.

Οἱ δὲ κ ἀλλήλοισι πόρον ξεινήϊα κλυτά,
Οἰνὸς μὲν ζωστῆρα δίδε φοίνικι φαεινὸν,
Βελλεροφόντης δ χρύσεον δέπας ἀμφικύπελλον,

Qui alter alteri dederunt pulchra hospitalia, Oeneus quidem cingulum purpura splendens, Bellerophon vero aureum poculum, utrinque patens. Vide alia ex eo tempore apud Feyth. *de Antiq. Homer.* II. 11. Sic etiam in Historiis Cypselus Rex Arcadum, Heraclidis, Peloponneso jam occupata, Arcadiam quoque bello petentibus, jussit apud Polyæn. I. 7. fruges in via adventantibus disponi, quibus cum vescerentur milites Heraclidarum, dixit eos ξένια παρ' αὐτῶν ἔχειν, quia oraculum præceperat Heraclidis, ut pacem cum Arcadibus facerent, si ξένια παρ' Ἀρκάδων λάβοιεν, *hospitalia munera ab Arcadibus accepissent.* Sed & apud Terent. *Phorm.* I. 2. 18. Hospes in Cilicia ad se invitaverat Demiphonem, *modo non montes auri pollicens:* ubi Donatus, *More Veterum*, ait, *quia Hospites Hospitibus multa donabant.* Neque privati tantum, sed & Populi, hospitii jure invicem contracto, muneribus excipiebant aliòs advenientes. Sic Armenii per Legatos Corbuloni *Hospitale donum, coronam auream, tradebant*, Tac. *An.* XIV. 24. Et hinc Legatis amicorum seu fœderatorum munera ab eo Populo vel Rege, ad quem missi erant, dabantur. Certe Romani apud Liv. XLV. 24. non Masinissæ tantum, sed & Carthaginiensium Legatis, *Munera ex instituto dedere utrisque, aliaque hospitalia comiter conservavere.* Ipsorum contra Legati queruntur *Ibidem, cap.* 25. à Perseo Macedonum Rege *nihil sibi aut venientibus aut manentibus hospitaliter aut benigne factum.* Cæterum hisce, quæ de Lysandro narrat Auctor, similia plane referuntur ab aliis de Agesilao, non tantum, quum ejusmodi munera à Thasiis insulanis in Mari Ægeo prope Thraciam ipsi ingererentur, (Vide Athen. XIV. 11.) sed & quum à Tacho Ægyptiorum Rege. Vide Nepot. *Ages. cap. ult.* Neque tamen idcirco *memoria lapsus Noster.* Nam certe multos Lysander per Asiam habuit hospites: unde vix quisquam dicitur à Nep. in *Lysandro cap.* I. admissus in δεκαδαρχίαν ab illo passim constitutam, *nisi qui Hospitio ejus contineretur.* Et licet et continuo cum Iönibus commercio potuerit tandem Lysander etiam διαστρέφεσθαι τὸν βίον, *vitam egisse luxuria diffluentem*, ut *infra* Æl. XIII. 8. ait, tamen reliqua certe vita *temperantissimus* fuit *ex institutis* Laconum, ἐναντίως πρὸς τὰς ἐθισμούς, immo κρείττων χρημάτων, καὶ πάσης ἡδονῆς, *supra cupiditatem pecuniæ, omnisque voluptatis*, ut in *Ejus Vita* Plutarchus. Qui & in Comparatione Lysandri ac Sullæ, illum tradit ubivis declarasse σάφρονα καὶ κεκολασμένην τὴν δίαιταν, *victum frugalem & Laconicum & continentem*, atque ideo illi tribuit, τὴν ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης τὸ πρωτεῖον, *continentiæ & frugalitatis primas.* PERIZ.

3 Κατεσκεύασται] Uterque MS. διεσκεύασται; quod idcirco haud dubie verius. Sic XII. 1. de Virginibus *pulcherrime ornatis*, ἦσαν ᾗ κάλλιστα διεσκευασμέναι. Etenim σκευασθῆναι de ornatu corporis & apparatu ciborum æque dicitur,

δρος, ἀλλὰ τοῦτο μὲν (εἶπε) 4 δότε τοῖς Εἵλωσι· ἐλεύθερου γὰρ οὐκ ἔστι βρῶμα. Τὸν δὲ βοῦν προσέταξε κατὰ τὰ πάτρια σκευασθῆναι, καὶ ἐδείπνησεν ἡδέως.

esse: At illud quidem, inquit Lysander, date Helotibus. Non enim est liberi hominis cibus. Bovem vero patriis moribus apparari mandavit, & *ex eo* cum voluptate comedit.

citur, Ita XI. 12. de *Placenta*, plane ut hîc, πλακοῦντα κάλλιστα ἐσκευασμένον. IX. 37. σκευασθῆναι ῥόφημα, *surbitionem parari.* At Lucian. *de Morte Peregr.* καὶ ὅλως, μάλα τραγικῶς ἐσκεύαστο, & *breviter, prorsus Tragicum in modum erat ornatus.* IDEM.

4 Δότε τοῖς Εἵλωσι] Secuti sumus Genevensem editionem, quam firmant, quæ Plutarchus habet de Agesilao. Gesneriana, & Romana habent εἰδόσι. Unde Interp. *iis date, qui noverunt.* Quia delicatorum & gulæ deditorum hic cibus, enervans & emolliens fortes animos. Hæc igitur *Helotibus*, hoc est servis, dari vult, quo facilius eis luxuria corruptis imperaretur. Plutarchus de Agesilao in *apopht. Lac. Cum eum Thasii omnibus precibus orarent, ut acciperet omnis generis esculenta, anseres, bellaria, & placentas, jussit helotibus distribuere. Cujus rei causam cum quærerent, respondit, eos qui fortitudinem sectarentur & colerent, non oportere tales delicias recipere.* SCHEFF. Lectio Εἵλωσι omne fert punctum. ita Corn. Nep. de *Agesilao:* unguenta, coronas, secundamque mensam servis dispertiit, quod Plutarchus dixit: πέμματα, τραγήματα, καὶ μύρα ἐπέλευσε τοῖς Εἵλωσι διδόναι. KUHN. Quod Perusci, Gesnerus, & Tornæsius superiori seculo ediderunt, δότε τοῖς εἰδόσι, idem exhibent MSti, sed alio ordine. Nam Sluisk. legit τοῖς εἰδόσι δότε. Lugd. τοῖς εἰδόσι δὴ τότε. Recepta nunc lectio profecta est, non ex Genevensi Stœriana Ed. ut putat Schefferus, sed ex Tornæsianis, quæ in præfatione Casauboni Emendationes jactant. Inde Parisina Liberti, & illa Genevensis ac aliæ eam hauserunt. At undecunque profecta sit, verissima est, quantumvis in contraria euntibus MStis, & ideo probatur à Scheffero & Kuhnio. *Helotes* autem recte opponuntur *Liberis*, quia publici erant Lacedæmoniorum servi, sic dicti ab oppido Lacedæmoniis vicino, cui nomen *Helos.* Ejus enim incolas quum Heraclidæ in societatem recepissent Civitatis, & mox secundi eorum Reges Sous & Agis exclusissent ac tributa iis imposuissent, rebellarunt illi, sed victi sunt & in servitutem redacti, ita ut non licuerit eos manumittere, aut in exteras vendere oras. Vide Plutarch. in *Lycurgo*, & Strabonem *lib.* VIII. tum Corn. Nep. in *Pausan.* atque ibi Interpretes. Adde Cragium *de Rep. Lacedæm.* I. 11. Quam dura in servitute, ὑβριστικῶς πάνυ, fuerint habiti, docet Athen. XIV. 21. Vide & *infra* XII. 19. PERIZ.

ΚΕΦ. κα'.

Περὶ μεγαλοφροσύνης Θεμιστοκλέους.

CAP. XXI.

De magnanimitate Themistoclis.

Ἐπαινεῖ ποτὲ 1 ἐκ διδασκαλείου 2 παῖς ἔτι ὢν Θεμιστοκλῆς. Εἶτα

Puer adhuc Themistocles quodam tempore è ludo literario re-

1 Ἐκ διδασκαλείου] Habebant Veteres quoque ludos literarios, quos cujusvis generis pueri frequentabant, etiam Illustrium Virorum liberi, qui à pædagogis servis ducebantur in ludum, ac reducebantur, ut hîcce Themistocles. Sic apud Thucyd. VII. 29. dicuntur Thraces, occupata Micalesso, occidisse etiam omnes pueros in Schola, ἐπιπόν-

τα προσιόντι. [3] Πεισιστράτου, ὁ παιδαγωγὸς ἔφη τῷ Θεμιστοκλεῖ, μικρὸν ἐκχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ, προσάγοντι τῷ τυράννῳ.

redibat: ita tunc obvio Pisistrato, pædagogus dixit Themistocli, de via decederet paululum, tyranno accedente.

τες διδασκαλείῳ παίδων, ὅπερ μέγιστον ἦν αὐτόθι, *irruentes in ludum puerorum, qui maximus erat istic.* Notum est Alcibiadis factum, in ejusmodi διδασκαλεῖον παίδων ingredientis, & petentis librum Homeri. Vide *infra* XIII. 38. Adde & de Clazomeniis, XII. 9. Sed & in hisce ludis literariis, qui Athenis videntur plures fuisse, & variorum Magistrorum, recitabant etiam Sophistæ quandoque suas Dissertationes variis de rebus. Sic apud Platonem in *Hippia Majore*, *pag.* 286. ille ipse Hippias se Orationem *de Pulchro*, rogatu Adolescentis cujusdam, recitaturum ait tertio post die, ὡς τοῦ Φειδωστράτου διδασκαλείῳ *in Phidostrati magistri ludo literario*, invitatque Socratem, ut ad se audiendum eo veniat, & alios secum adducat. Erant etiam Puellarum Scholæ. Hinc jam apud Terent. *Phorm.* I. 2. 36. de Lenonis puella, *in quo hæc discebat ludo*, & illuc ab amatore *ducebatur reducebaturque*. Nam & Puellæ in publicas ducebantur Scholas à Nutricibus suis, etiam apud Romanos. Sic enim Virginia, quam suæ libidini destinaverat Decemvir Appius, dicitur à Livio III. 44. *cum Nutrice venisse in forum: namque ibi in tabernis literarum ludi erant.* Quod Dionys. Hal. *lib.* XI. ait, Appium vidisse *legentem* ὡς γραμματικῶς, *in ludo Grammatici: ἦν δὲ τὰ διδασκαλεῖα τῶν παίδων τότε περὶ τὴν ἀγορὰν, Erant autem ludi literarii puerilis ætatis tunc apud forum.* Sic & Falisci à Camillo obsessi κοινῇ ἐχρῶντο τῷ διδασκάλῳ, ὥσπερ Ελληνες, sc. παίδων, *communi*, vel *publico*, *utebantur puerorum Magistro*, *sicut Græci*, quibus itaque usitatum hoc fuit, seu perpetuum. Adde Plutarch. in *Camillo*, qui item ait, τὰς παῖδας αὐτῶν εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτᾶν, *pueros ipsorum in ludos itare:* Hinc Afranius apud Festum in v. *Remeare: Vetuit me sine mercede prosum Paccius Remeare in ludum.* Quæ verba sunt alicujus pueri de Præceptore suo. Quin & ipsis in Castris habuere aliquando hujusmodi ludos, unde Sueton. in *Calig.* 45. istic *obsides abductos è literario ludo* memorat. Scilicet inter obsides sumebant etiam, & vel maxime, Pueros, ut ex Historia Porsennæ satis constat, quos tamen liberaliter educabant, & ideo in Castris quoque ludo dabant literario. Adolescentes vero suos mittebant sæpe in alias Urbes, ut liberales perciperent disciplinas. Ita Romani suos ablegabant primum in Etruriam, postea ad Massilienses, denique in Græciam, potissimum Athenas, sed & Rhodum, & Apolloniam. Græci vero undique ad celebres contendebant philosophos, Pythagoram, Platonem, &c. quorum *Discipuli*, Ετᾶιροι, variis ex Locis totius Græciæ orti, passim memorantur. Ipsi quoque Transalpini sæpe in unam aliquam Urbem mittebant ex tota Regione studiorum gratia suos Adolescentes: Sic *Augustodunum Caput gentis* Æduorum *nobilissimam Galliarum subolem*, *liberalibus studiis ibi operatam*, habuit, Tac. *Ann.* III. 43. In Oriente vero jam olim apud Persas, οἱ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες διάγειν μανθάνοντες δικαιοσύνην, *pueri ludos frequentantes*, *agunt istic*, *ut discant justitiam*, Xenophon *Cyripæd. lib.* I. Et additur mox, licere omnibus Persis, mittere suos liberos εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα, *in communes justitiæ scholas*, quarum διδασκάλους δημοσίους, *publicos Doctores*, ibidem dicit. Apud Hebræos munus id docentes adolescentes in publica veluti schola, sustinebant ipsi Prophetæ, ut liquet ex Elisæi discipulis, novam ædificaturis scholam propter prioris angustiam II. *Regum* VI. 1. &c. *Sedebant* autem in iis, ut istic dicitur, & ad pedes quidem magistri, unde usitata & propria hæc phrasis evasit de magistro & Discipulis. Vide Lucæ X. 39. & *Act. Ap.* XXII. 3. ubi miris modis & incassum se torquent Vir Eruditissimi, Scaliger, & Petitus, quum simplicissima sit locutio, solitam discipulorum sessionem declarans. Distinguendum tamen illic putem hoc modo, ἀναπεφυμμένῃ ὡς τῇ πόλει ταύτῃ, ὥσπερ τὰς πέδας Γαμαλὴλ παιδοτριβῶν. &c. PERIZ.

[3] Πεισιστράτου] Exempla alia ex quibus liquet, & mature & celeriter incipere, quod ad ultimum sui finem perventurum est, extant apud Valer. Maxim. *lib.* VIII. *cap.* 7. Ful-

ράννῳ. Ὁ δὲ ἅμα πάνυ ἐλευθερίως ἀπεκρίνατο· αὕτη γὰρ εἶπεν αὐτῷ ἐχ ἱκανὴ ὁδός;

accedente. At ille prorsus libere respondit: nunquid, enim ait, hæc ei via

Fulgosium *l.* III. *c.* 1. Benè Vopiscus in *Probo*, neminem, (inquit) perveniisse unquam ad virtutem *summam jam maturum*; *nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid inclytum designasset.* In *fine cap.* 3. KUHN.

[3] Πεισιστράτου] Vel hæc narratio arguit liquido satis perversam quorundam Chronologiam, qui Pisistrati mortem locant in anno LV. ante pugnam Marathoniam: qua ratione Themistocles, qui & huic pugnæ interfuit, sed tanquam juvenis, quem deinde Miltiadis tropæa somno identidem & lecto excitaverint, LX. tunc annos attigisse jam debuisset, quandoquidem ex hac Historia minimum illi quinque vel sex annos ante Pisistrati mortem tribuere par est. Sed & ita post LXX. demum ætatis annos victoriam ad Salamina reportasset. Quid plura? Certus satis est ille Error. Et tamen Doctiss. Simsonius An. M. 3459. qui est, ut dixi, LV. ante Marathoniam Pugnam, mortuum tradit Pisistratum, idque *certum esse* asseverat. Decepit eum Auctor Ισοριῶν Συναγωγῆς, seu Ολυμπιάδων Ανα-γραφῆς, cum Eusebio Scaligeri editus, qui initia *Pisistratidarum*, ut ait, conjicit in Annum primum Olymp. 50. Idem enim facit Simsonius, tribuens dein ipsi Pisistrato, ab hoc initio usque ad ejus Mortem, 33. annos ex Aristotele & Aliis. Porro autem ejus filiis adscribere videtur tyrannidem 36. annorum, siquidem eo demum anno post Patris mortem, qui A. M. est 3495. Athenis expulsos refert Pisistratidas. In quo potest videri (nam locum non allegat) secutus auctoritatem Herodoti, *lib.* V. *cap.* 65. ubi is ait de Pisistratidis Urbe ejectis, ἄρξαντες μὲν Αθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τεσσεράκοντα, *quum imperassent Atheniensibus annis* 36. Cæterum quum post hanc ejectionem Pisistratidarum anno demum XX. ut diserte ait Thucyd. VI. 59. vel XXV. ut ille Auctor *Olympiadum*, accidérit pugna Marathonia, eique interfuerit etiam Hippias Pisistrati Filiorum natu maximus, qui tamen ante Patris, *decrepiti* senis, ut ait Valer. Max. VIII. 9. mortem, provectæ jam erat ætatis, nemo non videt, huic Chronologiæ non modo Themistoclis, sed neque Hippiæ ætatem satis congruere. Deinde vero Aristot. *Polit.* V. 12. accurate agens de tempore Patris & Filiorum, hisce tantum 18. annos diserte tribuit. Quod si verum est, ut videtur, tum sane Themistocles puer facile ultimos Pisistrati annos attigisse potuit, ut ita in prœlio ad Marathonem habuerit ipse annos 43. vel 44. ad Salamina 54. Hippias vero, qui jam in Exilio Patri fuerat comes, & Consiliorum particeps, immo Auctor, (Vide Herod. I. 61.) & cui idcirco, Patre mortuo, minimum 30. annos tribuere debemus, pugnam Marathoniam obierit jam senex tamen, & minimum 67. vel 68. annorum. Superior autem ille Herodoti locus explicandus est omnino ex Aristotele, qui *d. l.* de Pisistrato ait, *in illis tribus & triginta annis tantum septendecim regnavit*, *Filii vero* 18. *ut ita omnes fuerint anni* 35. Nempe hoc ipsum est, quod Herodotus tradit, *Pisistratidas*, h. e. Pisistratum & Filios ejus, *Atheniensibus præfuisse in annos* 36. Nam discrepantia unius anni in his, & maxime in summis, quæ conficiuntur ex Annis diversorum Regnantium, nullius est momenti, quum in iis plerumque Annum cœptum pro Absoluto accipiat Hic, Ille omittat. *Olympiadum* vero Auctor in statuendis *Pisistratidarum* initiis fine dubio erravit, eaque cum Simsonio anticipavit annis duodeviginti. Causa erroris fuerit forsan etiam hæc, quod *Pisistratidarum* appellationem apud Herodotum acceperint nonnulli tantum de Liberis Pisistrati, quum ea contineatur etiam ipse *Pisistratus*, idque usitatum sit apud Græcos in hujusmodi locutionibus. Sic apud Aristotelem *d. l.* ὁ τῶ Κυψελιδῶν Τυραννὶς duravisse dicitur annos 73. ex quibus dein 30 ipsi *Cypselo* adscribuntur, reliqui ad explendum numerum 73. Filio & Nepoti ejus. Quin ipsum hoc *Pisistratidarum* nomen ibidem eodem accipitur modo, & in Patrem ac Filios dividitur. Vide & Nostrum V. 13. & VI. 13. Maxime tamen in istum errorem induxere illum. Historiarum per Olympiadas Collectorem (sive is ipse fuerit Scaliger, sive alius) Tatianus

ὁδός; οὕτως ἄρα εὐγενές τι καὶ μεγαλόφρον ἐνεφαίνετο τῷ Θεμιστοκλεῖ καὶ ἐξ ἐκείνου.

via non ſufficit? Adeo generoſum quiddam & magnanimum in Themiſtocle refulſit jam ex illo tempore.

ΚΕΦ.

CAP.

contra Græcos, & Clemens Alex. *lib.* 1. *Strom.* Nam uterque *Onomacritum* Athenienſem, qui compoſuiſſe creditur carmina Orpheo tributa, *fuiſſe* vel *inveniri* dicunt, ſimul καὶ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, & ὡδὲ τὴν Πεντηκοστὴν Ολυμπιάδα. Sed nullus dubito, ſi numerus Olympiadis à librariis non eſt vitiatus, quin illi duplicem & diverſi temporis deſignationem, à diverſis Auctoribus factam, temere conflaverint in unam unius deſignationem. Nam potuit ſane Onomacritus à quibuſdam fuiſſe relatus ad *Olympiadem* 50. licet male, (nam ſæpe in his erratum) ab Aliis vero rectius ad *tempora Piſiſtratidarum*, ſiquidem ab Herodoto VII. 6. dicitur ab Hipparcho Urbe ejectus, ſed poſtea poſt mortem Hipparchi Piſiſtratidis, qui ſupererant, ſe iterum junxiſſe, & una cum iis aſcendiſſe ad Xerxem, eumque ad bellum contra Græcos incitaſſe. Sic æqualis ejus, Laſus Hermionenſis, à Scholiaſte Ariſtoph. *ad Veſpas p.* 531. dicitur γεγονὼς καὶ τὴν ΝΗ Ολυμπιάδα, ὅτε Δαρεῖος ὁ Υστάσπεως, *exſtitiſſe Olymp.* LVIII. *quandofuit Darius Hyſtaſpis.* Atqui Darius ille demum ad regnum pervenit anno ultimo Olymp. LXIV. Diverſi igitur etiam hæc eſt Temporis deſignatio, ſed in unum male conflata. Ceterum illos, ut dixi, potiſſimum ſecutus eſt Collector iſte Olympiadum, ſiquidem in eundem Annum 1. Olymp. L. conjecit ſimul *Onomacriti* ætatem, & *Piſiſtratidarum* Tyrannidem, cujus initium referendum erat ad ultimum annum Olymp. LIV. Inde enim, ſi conjungamus 33. annos Piſiſtrati, quibus tamen modo tyrannidem tenuit, modo in exilio egit, & 18. annos Filiorum ejus, habebimus 51. annos ab initio Tyrannidis uſque ad ejus Finem. Quos etiam, ſed rotundo numero, tribuit ei Eratoſthenes, male in eo reprehenſus à Scholiaſte Ariſtoph. *ad Veſpas, p.* 464. δοκεῖ δὲ ἡ Τυραννὶς κατασῆναι, ὥς φησιν Ερατοσθένης, ἐπὶ ἔτη Ν. τῶν ἀκριβῶς διαμαρτάνων, Αριστοφάνης μὲν τεσσαράκοντα καὶ ἓν φήσαντος, Ηροδότου δὲ ἓξ καὶ τελέοντα. *Videtur hæc Tyrannis duraviſſe uſque ad annos L. ut ait Eratoſthenes, à vero aberrans, quum Ariſtophanes* (Byzantinus, illius Diſcipulus) *XLI. dicat, Herodotus vero XXXVI.* Non multum profecto erravit Eratoſthenes, niſi ſi erroris accuſari debeat, quod rotundo numero L. ſcripſit pro LI. ſed & cum Herodoto facillime in concordiam redigi poteſt, quum is in iſta computatione, ut ex Ariſtotele liquet, omiſerit Annos Exilii Piſiſtratei, Eratoſthenes addiderit, quo obſervato pulchre ſatis inter ſe conveniunt. Sed quid Ariſtophane Byz. faciemus? Nihil reperio, niſi quod ille forſan oſtenderit præceptorem ſuum Eratoſthenem, τῷ ἀκριβῶς ἁμαρτάνειν, *à veriſſimo*, ſeu *ab exactiſſima veritate*, *aberraſſe*, h. e. Tyrannidem iſtam non annos L. ſed LI. duraſſe: atque adeo legendum in illis Scholiis ſit πεντήκοντα καὶ ἓν, ſeu NA. pro MA. facillimo in his librariorum lapſu: quod etiam Meurſius faciendum cenſuit in *Fort. Athen. cap.* 10. Sed idem ille Meurſius ibidem mira prorſus confidentia omnes hoſce Scriptores erroris inſimulat. *Errare omnes*, ait, *oſtendam.* At quo argumento? Nempe unico hoc, quod ille Olympiadum Collector ad Olymp. L. referat *Piſiſtratidarum Tyrannidem*, eique favere videtur Tatianus. Tribuit ergo iſti Tyrannici annos LXVIII. At vero iniquiſſimum eſt, tam putido argumento explodere conſenſum tot illuſtrium Auctorum, Herodoti, Ariſtotelis, Eratoſthenis, Ariſtophanis, Iſocratis. Et præterea certiſſimus eſt Meurſii error, atque illorum, quibus nititur. Nam revera demum ultimo Olymp. LIV. anno, *Comia Archonte*, cœpiſſe Piſiſtrati Tyrannidem docet nos diſertiſſime Epocha Attica Marmoris Arundeliani. Eundem Archontem memorat Plutarchus in *Solone.* Accedit etiam Euſebius, qui ad An. III. Olymp. LIV. adſcripſit Πεισίστρατος Αθηναίων ἐτυράννησε. Quæ ſequuntur, καὶ εἰς Ιταλίαν παρῆλθε, haud dubie corrupta ſunt, ſive exciderit Ἀδαμις, de quo duobus annis ante præceſſerat veniſſe eum in Græciam, ſive pro Ιταλίαν legendum ſit Αἰγιλίαν, vel Αἰθαλίδας, quæ ſunt Nomina Populorum (Δήμων) Atticæ. Sed & Idem ad Olymp. LVIII. an. 1. adſcripſit Πεισίστρατος Αθηναίων τὸ Β. ἐτυράννευσε, nempe poſt prius exilium. Meurſius errore illo, quem dixi, occupatus, omnia hæc turbat, & priora Euſebii ad poſterius Piſiſtrati exilium, & poſteriora ad reditum ejus ultimum refert, perperam prorſus, in *Piſiſtrato cap.* 5. Denique Chronologiæ huic convenit omnis Hiſtoria tum hæc Themiſtoclis, tum illa eorum, qui iidem Piſiſtratum juvenes, & Periclem ſenes audiverunt, teſte Plutarcho in *Pericle* & Valerio Max. VIII. 9. 2. tum etiam illa Chilonis, Unius ex ſeptem Sapientibus, & Ephori Laced. qui quum referatur ad Olymp. LV. vel LVI. monuiſſe dicitur Patrem Piſiſtrati, ne uxorem duceret fecundam, quo tamen ille neglecto Uxorem dein duxerit, & Piſiſtratum genuerit, ut narrant nobis Herodotus, & Diogenes Laertius. Quæ omnia jubent, ut Piſiſtrati initium, & mors, ſerius collocetur, quam voluerunt Meurſius, Simſonius, Aliique: utque Filiis ejus, non XXXVI. ſed XVIII. tantum tribuantur anni, quibus Athenas tenuerint. PERIZ.

ΚΕΦ. κβ'.

Περὶ τῆς τοῦ Αινείου εὐσεβείας, καὶ τοῦ τῶν Ελλήνων ἐλέους πρὸς τοὺς Τρῶας.

Ὅτε ἑάλω τὸ Ιλιον, οἰκτείραντες οἱ Αχαιοὶ τὰς τῶν ἁλισκομένων τύχας, [1] καὶ πάνυ Ελληνικῶς τοῦτο ἐκήρυξαν, ἕκαστον τῶν ἐλευθέρων ἓν, ὅ, τι καὶ βούλεται, τῶν οἰκείων ἀποφέρειν [2] ἀράμενον. Ο οὖν [3] Αινείας [4] τοὺς

CAP. XXII.

De pietate Æneæ, & Græcorum miſericordia in Trojanos.

Quum captum eſt Ilium, Achivi, captivorum fortunas miſerati, hoc Græcis vel maxime dignum per præconem pronunciarunt, ut ſinguli ex liberis civibus, quod vellent, unum aliquod rerum ſua-

1 Καὶ πάνυ Ελληνικῶς] Sicut Barbaris tribuebant Græci, quicquid inhumanum erat & ſervile, ſic ſibi propria jactabant omnia humana, liberalia, & decora, atque ideo illa Βαρβαρικὰ, hæc Ελληνικὰ dicebant. At vero in hac Hiſtoria conſtanter leguntur Græci iſtius temporis Trojanos, non Viros tantum, ſed & Matronas, neque illas ex plebe, ſed ex Regia Familia, ſine ulla miſericordia abduxiſſe in ſervitutem. Credibile eſt ergo, conceſſiſſe hoc eos Æneæ, & qui circa eum erant, vel quia una cum Antenore prodiderat ſibi Trojam, ut Menecrates Xanthius tradidit apud Dionyſium Hal. vel, ut Alii apud Eundem, quia capta jam inferiore Urbe in ſuperiorem ſe receperat cum multis aliis, atque inde acriter Græcis reſiſtebat, uſque dum iſtic, vel in monte Ida, data tandem fuit Æneæ & Comitibus ejus diſcedendi, quo vellent, copia cum iis rebus, quas ſecum aſportare poſſent. Proditio ejus, quæ vulgo fertur, valde mihi ſuſpecta eſt, quum non Romani tantum, ſed & Græci antiquiſſimi, immo ipſe Homerus, laudibus eum ornent, proditores autem ne quidem à victoribus laudari ſoleant. Crediderim ergo inde rem ortam, quod, ut ait Livius, *pacis reddendæque Helenæ ſemper auctor fuerat.* PERIZ.

2 Ἀράμενον] Hujus vocabuli in Verſione ratio habita erat nulla, quum tamen Emphaſis in eo hæreat vel præcipua. Etenim id vult Auctor, Græcos permiſiſſe Trojanis, ut ſecum auferrent, non, quæ quoquo modo poſſent, ſed ea tantum, quæ ſinguli ſuis manibus vel humeris *ſublata* aſportare poſſent. Ea enim gratia additur hoc ἀράμενον verbo ἀποφέ-

4 τοὺς πατρῴους θεοὺς βαστάσας ἔφερεν, ὑπερειδὼν τῶν ἄλλων. Ηδέντες οὖν ἐπὶ τῇ Αἰνείου εὐσεβείᾳ οἱ Ἕλληνες, καὶ δεύτερον αὐτῷ κτῆμα συνεχώρησαν λαβεῖν. Ο ὁ τὸν πατέρα πάνυ σφόδρα γεγηρακότα ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν. Υπερεκπλαγέντες οὖν ἐπὶ τούτῳ οὐχ ἧκιστα, 6 πάντων αὐτῷ τὸν οἰκείων κτημάτων ἀπέστησαν· ὁμολογοῦντες, ὅτι πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς τὸν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς γεννα μένους δὶ αἰδοῦς ἄγοντας, καὶ οἱ φύσει πολέμιοι ἥμεροι γίνονται.

ΚΕΦ.

suarum in humeros sublatum secum auferrent. Æneas igitur, cætera negligens, deos patrios humeris portans ferebat. Græci pietate viri oblectati, permiserunt ipsi etiam alteram rem sumere. Ille vero patrem prorsus senio confectum humeris impositum ferebat. Obstupescentes igitur etiam hoc facto non minimum, ei omnibus suis bonis cesserunt: declarantes ita, erga pios homines, qui Deos & parentes reverenter colunt, etiam natura inimicos fieri mites.

CAP.

πφέρειν. Unde & mox dicitur βασάσας ἔφερεν, & ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν. Sic Herodian. VII. 10. 15. ἀραμένοι τὸ παιδίον ἐπὶ τὸν ὦμον, ἀνάγεσι. & IV. 2. 8. τὴν μὲν κλίνην ἀράμενοι κατακομίζουσι. Matth. IV. 6. Επὶ χειρῶν ἀροῦσί σε. Eadem est vis vocis βασάσας, ut vel ex Lexicis est notum. IDEM.

3 Αινείας] Autorem Gentis Romanæ. vide Lycophronis *Cassandram vers.* 1260. Xenophontem in *Cyneg.* Senecam *de benef. lib.* III. *cap.* 37. item qui laudantur in Bigotiani codicis notis. Virgil. *lib.* II. *Æneid.* Calabr. XIII. *Ep. Græc. lib.* I. εἰς φιλοστοργίαν, ibique Brodæum. Alciat. *embl.* 82. Constant. Land. in *Numism.*

tanis. PERIZ.

5 Πατίρας] Hinc *Æneas* apud Virgilium passim audit *pius.* in fratribus Catanensibus eadem pietas laudatur apud Photium *p. m.* 232. Stobæum *Serm.* 77. KUHN. Appian. Alexandr. *lib.* IV. *Bell. Civ.* οἷόν πω καὶ τὸν Αινείαν

SCHEFF. Adde Hellanicum in Τρωϊκοῖς apud Dionys. Halicarn. *lib.* I. *Antiq. Rom. p.* 28. & 29. & *seq.* Peiresc. *excerpta. p.* 223. KUHN.

4 Τὸς πατρῴους θεὸς] Intelligit potissimum *Deos Penates*, qui passim cum *Patriis* junguntur. Cic. *pro Sulla cap.* 31. *Dii Patrii Penates, qui huic Urbi atque imperio præsidetis.* Sic Liv. I. 47. & Nepos *Themist.* 7. Sed præter hos Penates etiam Palladium ab Ænea in Italiam deportatum ferunt, quod idcirco gens Julia ipsis in Nummis Æneæ tribuit, manibus id præferenti, sicuti humeris Patrem. Damus hic ejusmodi Nummum ex Arschot.

γράφεσιν εὐδόκιμον τοῖς πολεμίοις γενέσθαι φέροντα τὸν πατέρα.

6 Πάντων αὐτῷ,] Non improbo. suspicor tamen non scripsisse Nostrum αὐτῷ. SCHEFF. Αὐτῷ hîc ἐμφαλκώτερον est. *illi* tam pio & laudato viro. KUHN.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Αλεξάνδρου.

1 Καλὰ μὲν ἓν Αλεξάνδρου τὰ ἐπὶ Γρανίκῳ, καὶ τὰ ἐπὶ Ισσῷ, καὶ πρὸς Αρβήλοις μάχη, καὶ 2 Δαρείου ἡρημένου, καὶ Πέρσαι δουλεύοντες Μακεδόσι. 3 Καλὰ ὁ, καὶ ἡ ἄλλης ἁπάσης Ασίας νενικημένης, καὶ Ινδοὶ ὁ καὶ ὅτοι Αλεξάνδρῳ πειθόμενοι. Καλὸν καὶ τὸ πρὸς τῇ Τύρῳ, καὶ 4 τὰ ἐν Οξυδράκαις, καὶ τὰ ἄλλα αὐ-

CAP. XXIII.

De Alexandro.

Præclara vero sunt Alexandri illa ad Granicum, & illa ad Issum *gesta*, & pugna ad Arbela, & Darius debellatus, & Persæ servientes Macedonibus. Præclara vero, etiam reliqua Asia omni devicta, Indi quoque & ipsi Alexandro parentes. Præclarum etiam, quod ad Tyrum *est gestum*, & quæ in Oxydracis, & reliqua ejus. Quid

1 Καλὰ μὲν ἓν Αλεξάνδρῳ] Restitui Αλεξάνδρῳ: postulantibus id MStis, qui per compendium scripturæ ita exhibent & hic, & quando mox iterum Αλεξάνδρου etiam in editis occurrit, quum Αλεξάνδρῳ in sequentibus scribant integrum. Sed & sic solet loqui Noster. Mox, καὶ τὰ ἄλλα αὐτοῦ. Item, ἐκεῖνα ὁ ἐκ ἔτι καλὰ Αλεξάνδρου. *Supra* II. 16. Φωκίωνα δὲ καὶ τοῦτο ἔγωγε ἔγνων καλόν. Vide etiam *ad* I. 4. PERIZ.

2 Δαρεῖος ἡρημένος] Vertitur *Darius captus.* At captus ab Alexandro non fuit, sed sæpius victus, & fugatus, inque fuga à suis occisus. Sensus ergo est, *Victus & debellatus.* Sic mox *cap.* 29. Οτε καὶ Ινδοὺς ἐλών, *quando & Indos domuit.* VIII. 7. Αλέξανδρος, ὅτε Δαρεῖον εἶλε, εἰσία γάμους, h. e. *postquam Darium debellavit.* Polyæn. I. 1. 3. Διόνυσος Ινδοὺς ἐλών, αὐτὸς τε Ινδὸς ἄγων συμμάχους εἰς τὴν Βακτρίων ἐνέβαλεν. Hesiod. Θεογ. 325. de Chimæra,

Τὴν μὲν πῆγας ἕλε, καὶ ἐδμὸς Βελλεροφόντης,

h. e. non *cepit*, sed *occidit*, *vicit.* Vide & *supra ad* II. 25. IDEM.

3 Καλὰ ὁ καὶ ἡ ἄλλης] Elliptice, καλὰ ὁ καὶ τὰ ἡ ἄλλης, quanquam alibi hoc genus non observaverim, credamque particulam τὰ hic excidisse. SCHEFF. ἡ ἄλλης hîc refertur ad νενικημένης, absolute. *pulchrum vero hoc quoque, quod reliqua Asia devicta, Indi etiam Alexandro erant dicto audientes.* Ita apte cohæret oratio, commate simul post νενικημένης adhibito, & majori interpunctione postposita τῷ πειθόμενοι. KUHN.

4 Εν Οξυδράκαις] Gentis nomen. Vide Curtium *lib.* IX. *cap.* 4. quoque ibi Clar. Johan. Freinshemius, locos ex aliis Scriptoribus adducit. SCHEFF. τὰ ἐν Οξυδράκαις *res in Oxydracis gestæ*, cum scilicet Alexander è muro in urbem hostibus plenam præcipiti saltu se immitteret &c. apud Curtium *lib.* IX. Nam Auctor sequitur vulgatam opinionem eorum, qui hæc in oppido Oxydracarum contigisse volunt. At enim Arrianus notat falso hoc jactitatum, αὐτίκα, inquit, ἐν Οξυδράκαις τὸ πάθημα τοῦτο γενέσθαι Αλεξάνδρῳ ὁ πᾶς λόγος κατέχει· τόδε ἐν Μάλλοις, ἔθνει αὐτονόμῳ Ινδικῷ, συνέβη, καὶ ἥτε πόλις Μαλλῶν ἦν, καὶ οἱ βαλόντες Αλέξανδρον Μαλλοὶ. οἱ ὁ ἐγγώκησαν μὲν συμμίξαντες τοῖς Οξυδρήκαις, καὶ ἔτω ἀμφανίζεσθαι. ἔφθη ὁ ἀμφὶ τὰ ἀνδρεῖα ἐπ' αὐτὸς ἐλάσας, πρίν τινα ὠφέλειαν αὐτοῖς ἐκ τῶν Οξυδράκων γενέσθαι, ἢ αὐτὸς ἐκείνοις τι ἐπωφελῆσαι. *primum* (enim) *vulgo jactatur hoc Alexandro usu eveniſſe in Oxydracis, quod tamen in Mallis, libera Indorum*

αὐτοῦ. Τί γὰρ δεῖ νῦν τηνοχωρίαν λόγῳ περιλαμβάνειν τοσαύτην ἀνδρὸς εἰς ὅπλα ἀρετήν; Εγω ᾗ καὶ ἡ τῆς Τύχης Αλεξάνδρου ἀγαπώσης τὰ πλεῖστα, εἴτις εἴη δύσερις. Καλὸς ᾗ οὖν Αλέξανδρος, ὁ μὴ ἡττώμενος τῆς Τύχης, μηδὲ πρὸς τὴν ἐξ αὐτῆς

Quid enim opus est verborum angustia complecti nunc tam late patentem Viri in armis virtutem? Immo sint sane etiam pleraque illa Fortunæ *opera*, quæ Alexandrum dilexerit, si quis litigiosus ita velit. Præclarus tamen est Alexander, non victus à Fortuna,

gente, contigit, & tum ipsa urbs Mallorum erat, tum ii, a quibus vulnus inflictum Alexandro, Malli quoque: qui quidem statuerant Oxydracis se jungere atque ita pugnæ subire discrimen. Alexander autem per steriles arenas raptim ducto exercitu eos occupavit, priusquam aut Malli Oxydracis aut Oxydracæ Mallis auxilio venirent. confer epitom. Stephan. *de Urbibus* in Οξυδράκῃ. KUHN.

Τὰ δὲ Οξυδράκαις] Populus est Indiæ, inter fluvios Indum & Hydaspen, vicinus Mallis: Strabo *lib.* XV. *p.* 701. Hinc, quod alii *in Mallis*, id alii, inque iis & Noster, *in Oxydracis* accidisse memorant. Illud autem Alexandri facinus hocce est, quod, oppidum alterutrius populi oppugnans, in murum ascendit solus, inque Urbem hostibus plenam desiluit, atque ibi contra omnes pugnans, cum præsentissimo vitæ discrimine, vix vivus, irrumpentibus tandem suis, evasit, nec nisi gravissime vulneratus. Vide Curtium IX. 4. Stephanus Byz. Ptolemæum Regi succurrisse, & inde Σωτῆρος appellatum ait. Assentitur ei Plutarchus *de Fort. Alex.* & Alii. Sed ex ipso Ptolemæo refutat id Curtius *d. l.* & Arrianus *lib.* VI. PERIZ.

5 Τῆς τύχης Αλεξάνδρῳ] Cui quidam apud veteres omnia Alexandri præclare facta tribuebant. Patet ex *libello* Plutarchi περὶ τῆς Αλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς. In quo accurate integrum hoc argumentum tractatur. Addenda tamen ad meliorem rei intellectum, quæ vir Clarissimus, J. H. Bœclerus subtiliter de singulari heroum fortuna disput. in *Charact. Politicis Vellejanis cap.* 2. §. 71. SCHEFF. Respicit Auctor sine dubio libellos Plutarchi, περὶ τῆς Αλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, *De Alexandri Fortuna, an Virtute.* Nam inusitata Alexandri facinora tam brevi temporis & ætatis spatio perpetrata, materiem præbuerunt Sophistarum Dissertationibus, in quibus illa modo

Virtuti ejus adscribebantur, modo *Fortunæ*, ἴδιον γὰρ μόνης αὐτῆς ἔργον ἀποφαινομένη Αλέξανδρον, *proprium & sui solius opus pronunciantis Alexandrum*, ut loquitur Plutarchus, qui tamen ejus *Virtutem* potissimum laudat. At Curtius X. 5. *Fatendum est tamen, quum plurimum Virtuti debuerit, plus debuisse Fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit.* PERIZ.

6 Μὴ ἡττώμενος τῆ τύχῃ] Vertebatur, *quod fortunæ non succubuit.* Sed vel sic ambigua est eorum sententia, quum diversis plane modis & Græca & Latina exponi queant. Etenim *succumbunt fortunæ*, ἡττώμενοι τῇ τύχῃ, quos aut *quorum animum vel prospera fortuna afflatu suo nimium effert, vel adversa infringit*, ut loquitur Livius XLV. 41. qui vel ab Adversa victi animum despondent, vel Secunda elati in insolentiam, temperare sibi nequeunt, quo minus in pessima ruant vitia præcipites. Neutrum convenire in hunc locum res ipsa clamat, quia Alexander Adversam non est expertus, at ab Secunda in varia vere præcipitatus est vitia, qualia *fortunæ* ejus *vitia* commemorat Curtius X. 5. 33. immo & Noster *hoc* in *ipso capite*. Deinde ἥσσων, vel κρείττων τύχης dicitur etiam, qui patet vel non patet telis Fortunæ: quo sensu Curtius *d. l.* ait de Alexandro, *fortunam solus omnium mortalium in potestate habuit*, h. e. potuit cogere suum in obsequium. Paulo aliter Vellejus II. 35. de Catone, *semper fortunam in sua potestate habuit*, ne scilicet ullam in partem nocere ei posset, quasi supra fortunam esset positus. Cæterum neque illud voluit Ælianus. Quid ergo? Nimirum, quod nunquam fatigatus fuit Alexander à Fortuna, quo minus sua Virtute eam subsequeretur, seu quod Fortunæ non cesserit ejus Fortitudo, neque ullam ab ipsa oblatam prætermiserit occasionem rei bene gerendæ. Confirmant hanc interpre-

τῆς εἰς αὐτὸν προθυμίαν ἀπαγορεύων.

tuna, neque ad Ejus erga se studium defe-

Exeῖ- tationem proxima, quæ sequuntur, μηδὲ πρὸς τὴν ἐξ αὐτῆς εἰς αὐτὸν προθυμίαν ἀπαγορεύων, h. e. *neque animum aut spem abjiciens sequendi pronum ejus favorem.* Sic Plut. *de Fort. Alex. Or.* II. Καὶ δὴ διηρείδετο πρὸς τὴν Τύχην, ἐκ ἂν ἔκαμε καὶ ἀπηγόρευσε προθυμούμενος. *Et, firmabatur* (virtute) *adversus Fortunam, non autem fatigabatur, aut animum dejiciebat quasi contra eam in acie positus.* Julian. *Or.* I. *p.* 46. Αλλοι δὲ πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύοντες. Sed disertissimum habemus Interpretem hujus sententiæ Apulejum I. *Florid. p. m.* 221. *Nam solus* (Alexander) *à condito ævo inexsuperabili imperio orbis auctus, FORTUNA SUA MAJOR fuit, successusque ejus* (Fortunæ) *amplissimos & provocavit, ut strenuus, & æquiparavit, ut Meritus, & SUPERAVIT, ut MELIOR*, scil. Virtute. IDEM.

7 Δῖ ᾧ μηνὸς] Videtur deesse nomen mensis. Δῖος quidem est mensis quidam Bithynis. *Dystrus* vero Aprilis Macedonibus. GESN. Locus, si quis alius in hoc auctore fœde depravatus. Cui utrum medicinam afferam, judicent eruditi. mihi satis est, sententiam de eo meam quoquo modo aperuisse. Ea igitur hæc est: videri hoc capite partim de virtutibus & vitiis, partim etiam de morte Alexandri agi, eorumque proponi sententiam, qui ipsum non veneno, sed crapula periisse prodiderunt. Indicant quodammodo ea verba; Αλέξανδρος κακῶς τοσαύτας ᾗ μέλιος ἡμέρας ἑαυτὸν ζημιοῖ ἀφ' ἧς τὸ οἶον. Nam κακῶς ἑαυτὸν ζημιοῦν nil aliter hoc loco significare arbitror, quam sibi ipsi malum, pernitiem, & exitium afferre. Deinde, quod de singulari mense noster, plane convenit in illum, quo extinctus est. Eo enim multa instituit convivia & cum maximo potatore Protea, etiam certamen πολυποσίας iniit. Auctor Ephippus apud Athenæum *lib.* X. Curtius *lib.* X. *cap.* 4. & alii. Respondet tertio dierum numerus, quorum mentio fit *hoc capite*, si cum iis conferatur, quibus Alexander & convivia adornavit & extinctus est. Nominat enim noster diem vigesimum, quo cœnavit apud Bagoam, & sequentem quo quievit. Idem facit Plutarchus in *ipsius vita*, ex diariis regiis, quæ non Eumenes modo Cardianus, sed & Deodatus Erythræus composuit, teste Athenæo *lib.* X.

Ut proinde nihil valeat, si quis Plutarchum Bagoæ nil meminisse dicat. Nam & Plutarchus nomen Bagoæ prætermisisse, & Noster alio auctore usus esse potuit. Quæ cum ita sese habeant, pro Δῖ ᾧ, id est ineptis vocabulis, nomen mensis scriberem, & Δαισίῳ, non tam mutatione literarum, quam substitutione earum, quæ in MS. codice forsan exoleverant, hic legerem. Aristobulus apud Plutarchum: τελευτᾷ τεταρταῖος Δαισίῳ μηνός. &c. Atque ita ante me Schottum quoque video hunc locum emendasse *lib.* III. *observ. Histor.* 34. nulla tamen ratione adjecta. Quo magis in sententia mea persto, eamque haud ineptam visum iri confido. SCHEFF. Verba Δῖ ᾧ in mendo cubare extra controversiam est, levi autem mutatione restitueretur locus, si male divulsa vox coalesceret in Δίῳ. Δῖος mensis Macedonici nomen esse negari non potest. Noster etiam hoc loco nihil aliud agit, quam ut ex ephemeridibus doceat, quot dies Alexander decurrente mense *Dio* inter pocula decoxerit, atque irreparabili temporis ζημίᾳ se ipsum mulctaverit, aut multa falsissima de Alexandro in ephemeridas esse relata necesse est. Verum *toto hoc capite* ne γρῦ quidem invenias de morte illius Regis, quæ in mensem Dæsium incidit: adde quod ea hoc mense ab Alexandro acta dicuntur, quæ in ægrotum minimè cadunt. Primum enim à compotatione apud Eumæum Alexander postridie diem fere totum somno dedit, nisi quod paulisper surgens iter in crastinum pronunciavit. At Dæsio mense Alexander febrili jactatus æstu σμικρὸν ὕπνωσε, *paululum dormitavit.* Deinde Noster ait Alexandrum summo mane (πρωΐ) castra movisse. *Dæsio* mense nihil tale gestum. Ad ultimum septi- & vigesimo die mensis Dii Alexander apud Bagoam cœnaturus per decem stadia ad domum Eunuchi contendit. At eodem *Dæsii* mensis die Alexander tam male se habuit, ut postridie animam efflaret circa vesperam. His & aliis argumentis, quæ quilibet paulo diligentior ex Nostro & Plutarchi *Alexandro* haurire poterit, adductus, Δίῳ malui legere quam Δαισίῳ. Et nullam plane, ut dixi, vel morbi vel mortis mentionem *hoc capite* fecit Auctor, sed male sibi confiluisse Alexan-

Ἐκεῖνα ᾗ οὐκ ἔτι καλὰ Ἀλεξάνδρου.

drum inquit, quod jacturam tot dierum, quos inter perpotandi dormiendique vices consumpsit, suo sibi jumento accersivit, nisi Ephemeridum fidem in dubium vocemus. huc pertinet quod Plutarchus *lib.* I. *Sympos.* notat, in regiis ephemeridibus Alexandri συνεχέστατα, καὶ πλειστάκις scriptum fuisse, ὅτι τῷ δὲ τῷ ἡμέραν οὐκ ἔγραψε πολὺ κωθωδῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν ἑφεξῆς, *quod hoc vel illo die dormiverit à compotatione, nonnunquam etiam, quod insequenti.* Cur igitur ad Dæsium mensem restringere volumus, quod sæpius & aliis quoque mensibus ab Alexandro perpetratum constat. *Dii* Macedonum mensis meminit Suidas in *hac voce.* Joh. Tzetzes *Schol. in Hesiod. Op. & Dies.* confer & Valesium *notis in Euseb. Hist. Eccles. p.* 137. *edit. Mogunt.* KUHN.

Δαὶ δ' μηνὸς] Eâdem syllabarum vel vocum distinctione MSti. Sed vel sic corrupta hæc sunt haud dubie, ut monuit jam dudum Gesnerus, cui vera suboluit lectio. Nam *videri excidisse nomen Mensis* præfatus, addit, Δῖον *esse mensem quendam Bithynis, & Dystron Macedonibus.* Schottus tamen & Schefferus maluerunt legere Δαισίου μηνὸς, quia illo mense Alexander traditur mortuus ex crapula, apud Plutarchum. Sed recte censuit Kuhnius, non hic agi de morte Alexandri, immo referri talia, quæ in Mensem, quo ille mortuus, neutiquam conveniant: Verius itaque esse, & propius, ut legamus Δίου μηνὸς. Neque Ego dubitem, quin ita sit faciendum. Nam non *Bithynis* tantum, sed & Macedonibus primus fuit Anni, respondens Romanorum Octobri. In ejus initium incidit æquinoctium autumnale, ut testatur Galenus *Epidem.* I. Vide Petav. *ad Epiphan. Hæres.* LI. *pag.* 139. & Vales. *ad Euseb. Hist. Eccl. pag.* 173. PERIZ.

8 Εὐμαίῳ] An Εὐμόλπῳ? Nam *Eumæum* neminem illis temporibus vixisse reperio. In MS. B. est φύλαῳ. Sed φύλαξ amnis est, qui se immittit Tigri, apud Arrian. *lib.* VII. Εὐμόλπῳ ideo placet, quia in fine, ubi ejus fit mentio, additur καὶ ἐκείνῳ, quod non haberet locum, si de eo nihil præcessisset. SCHEFF. Ut MS. B. sic & Lugd. ἑυλαίῳ. At Sluisk. ΩΔῌ ἑυμαίῳ. Schefferus, quia *Eumæum neminem illis temporibus reperit*, mavult Εὐμόλπῳ, quoniam *Ejus* etiam *in fine Capitis fit mentio*, cum hac emphasi, καὶ ἐκείνῳ, quod *locum non habere putat, si nihil de eo præcesserit.* At nulla hæc est ratio. Neque alia ejus emphaseos est causa, quam quæ adegit Ælianum, ut unum *Eumenem* ex tot Scriptoribus nominaret. Ea vero est Celebritas Viri. Si quid hic mutandum, crediderim legendum ΩΔῌ Μηδίῳ. Apud *Hunc* enim, non apud *Eumenem* severum & bellicosum virum, commessari & potare solebat Alexander, idque fecit etiam ultimo vitæ mense, ut liquet ex Plutarcho & Arriano. Sed & Hic Eum idcirco τῶν ἑταίρων σὺν τῷ τότε τὰ πιθανώτατον, *amicorum tunc temporis maxima auctoritate præditum*, dicit *lib.* VII. *p.* 497. additque Regias Ephemerides scribere eadem locutione, qua Noster utitur, Alexandrum πίνειν ΩΔῌ Μηδίῳ κωμάσοντα. PERIZ.

9 Τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν] MSS. B. & C. ἡμέρας ἔξωρᾳ. SCHEFF. Etiam hic Lugd. congruit MStis Gallicanis B. & C. legentibus ἔξομεν. Sed recte vulgatum tuentur alii & Sluisk. Nam eleganter dicuntur homines tantum *vivere*, quantum vigilant, & res serias agunt. Sic Plin. *Præfat. Nat. Hist.* quum dixisset eam scriptam *horis nocturnis: hoc solo præmio contenti*, addit, *quod dum illa musinamur, pluribus horis VIVIMUS. Perfecto enim Vita Vigilia est.* Ipse Alexander apud Curt. IX. 6. 22. *Ea stirpe sum genitus, ut Multam prius, quam longam, Vitam debeam optare.* Valer. Max. VIII. 7. 3. de Varrone, *non annis, quibus seculi tempus æquavit, quam stylo Vivacior fuit.* Sed & hinc somnus *Mortis Frater* frequenter dicitur. Vide *supra* II. 35. PERIZ.

10 Τετράδι μὴ εἰκάδα] h. e. non *Vigesimo quarto*, sed *Vigesimo septimo*: Sicuti mox εἵκῃ τῇ τελίτῃ vertendum est *Vigesimo octavo*: neutiquam *tertio*, ut fecerat Vultejus. Offenderat ad hæcce etiam Gesnerus, suspicans pro τελίτῃ legendum πέμπτῃ. Sed nihil mutandum. Solent enim Græci in suis mensibus dies ultimæ Decadis, minuendo semper numero ad exemplum decrescentis Lunæ, designare. Plutar. in *Solone p. m.* 92. Τῆς δὲ ἱστα-

δρου. ἡ Δίου μηνὸς, φασὶ, πέμπτῃ ἔπινε παῤ Εὐμαίῳ· εἶτα ἕκτῃ ἐκάθευδεν ἐκ ᾗ πότου, καὶ τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔζησεν, ὅσον ἀναλῶσαι χρηματίσαι τοῖς ἡγεμόσιν ὑπὲρ τοῦ αὔριον πορείας, λέγων, ὅτι ἕωθεν πρωΐ. Καὶ ἑβδόμῃ εἰστιᾶτο παῤ Πεδίκκᾳ, καὶ ἔπινε πάλιν, καὶ ὀγδόῃ ἐκάθευδε. Πέμπτῃ δὲ ἐπὶ δέκα ᾗ αὐτοῦ μηνὸς καὶ ταύτῃ ἔπινε, καὶ τῇ ἑπομένῃ τὰ εἰθισμένα ἔδρα, τὰ ἐκ ᾗ πότου. Παρὰ Βαγώᾳ δὲ ἐδείπνησε τετράδι μὴ εἰκάδα. Ἀπεῖχε τῶν βασιλείων ὁ Βαγώα οἴκησις δέκα σταδίους· εἶτα τῇ † τελίτῃ ἐκά-

† πέμπτῃ.

ειν ἔπαυσε, ὡς ἀπόπληκτος, ἀλλ' ἀφαιρῶν καὶ ἀναλύων, ὥσπερ τὰ φῶτα τῆς Σελήνης, ἕως ἑώρᾳ, μέχρι τελευταίας ἡμέρας ἐπεῖδε μηνός: *Dies à Vigesimo, non addendo, sed detrahendo & retexendo, velut lumina Lunæ, quam videbat, usque ad Trigesimum numeravit.* Exemplum rei Vide apud Eund. in *Alexandro extr.* & adde inprimis, quæ hic notavit Kuhnius. IDEM.

11 Δέκα σταδίους] Interpres habet, *stadiis decem.* Quicquid sit, unum & viginti stadia abfuisse domum Bagoæ à regia, Græcus ait, si modo integer sit numerus & incorruptus. SCHEFF. In qua hoc extet editione, quod Vir doctissimus dicit, non excogito. Romana certe legit δέκα, nec aliter Gesneriana, Genevensis, quas merito Interpres secutus est. KUHN.

Δέκα σταδίους] Nota hic insigne specimen indecoræ μεπωφέλας in scribendo, qua usus est Schefferus in omnibus suis edd. Tradit enim, *Interpretem habere, Stadiis Decem. Quicquid sit, Unum & Viginti Stadia abfuisse domum Bagoæ à Regia, Græcum dicere, si modo integer sit numerus & incorruptus.* Haud injuria miratur Kuhnius, ex qua tandem editione ille hæc habeat, quæ de *Græco* affirmat, cum *Romana, Gesneriana, & Genevensis legant* δέκα. Addo omnes Alias, ipsas etiam, quod magis mireris, Schefferianas. Sed certum est amplius laudanda. Dii mensis quinta die, ut ferunt, perpotavit apud Eumæum, deinde sexta crapulam edormivit, neque plus illo die vixit, quam ut surgens cum ducibus de crastina profectione ageret, dicens, eam summo mane futuram. Septima deinde die convivio acceptus est apud Perdiccam, seque rursus vino ingurgitavit, & octava dormivit. Decimo quinto autem die ejusdem mensis, etiam tunc potavit, ac sequenti fecit, quæ potationem sequi solebant. Vigesimo septimo cœnavit apud Bagoam. Distabat à regia Bagoæ domus stadiis decem:

reperi, at ridiculam prorsus, tantæ socordiæ originem. Secutus est Schefferus in prima sua Editione, ut jam ante monui, textum Stœrianæ Genevensis, eamque ante oculos habuit, cum Notas componeret. Istic autem vox δέκα in duos dividitur versus, ut posterior hoc modo incipiat, κα σταδίους. Hæc temere prorsus accepit ille pro *XXI. Stadiis*, non respiciens priorem voculæ syllabam. Ne dubites, etiam in Notis Primæ & Secundæ Ed. quasi verba textus, quæ expositurus est, exhibet, non δέκα, sed κα σταδίους: licet in illis ipsis editionibus, inque ipso earum contextu, librarii rectius, &, ut oportebat, expresserint Stœrianam. Scilicet hi sunt fructus multæ & festinatæ scriptionis. Cæterum de Bagoa hoc, qui antea Dario, dein Alexandro in deliciis, & apud eum potentissimus fuit, vide Curtium VI. 5. & X. 1. & Athen. XIII. *p.* 603. PERIZ.

12 Τῇ τελίτῃ] Scilicet μὴ εἰκάδα, vel φθίνοντος ex præcedentibus. Interpres locum ita reddidit, quasi Alexander vigesimo quarto die mensis Dii cœnatus apud Bagoam, postea tertio dormivisset, quod nimis ridiculum est. Vidit rei absurditatem Gesnerus, ideoque in margine suæ editionis apposuit πέμπτῃ, ut vigesimus quintus inde exoriretur dies. Verum enim vero nec interpretatio admitti potest nec

ἐκάθευδε. Δυοῖν οὖν θάτερον, ἢ Ἀλέξανδρῳ κακῶς τοσαύτας ᾗ μηνὸς ἡμέρας ἑαυτὸν ζημιοῖ διὰ τὸν οἶνον, ἢ οἱ ταῦτα γεγράφαντες ψεύδονται. Ἔξεστι δὲ ἐκ τούτων ἐννοεῖν, καὶ [13] ᾗ λοιποῦ χρόνῳ τὰ ὅμοια αὐτοὺς λέγοντας, ὧν καὶ [14] Εὐμενὴς ὁ Καρδιανὸς [15] καὶ ἐκεῖνός ἐστι.

correctio. Attici enim, cum ad vigesimum mensis diem numerando pervenerunt à vigesimo nono die ἐξ ὑποστροφῆς retro numerant hoc modo. εἰκὰς *dies vigesimus*, ὑστέρα δεκὰς, *vigesimus primus*, ἐνάτη μεθ' εἰκάδα, *vigesimus secundus*, ὀγδόη, *vigesimus tertius*, ἑβδόμη, *vigesimus quartus*, ἕκτη, *vigesimus quintus*, πέμπτη, *vigesimus sextus*, τέλειος, *vigesimus septimus* &c. Ex his liqueret potest, τελείᾳ μὲν εἰκάδα apud Nostrum non esse die *vigesimo quarto*, ut Interpres & cum eo Simson *Chronico p.* 4. *p.* 110. sed *septimo*, nec τὸ, τῇ τετάρτῃ ἐκάθευδε reddi debere, *vigesimo tertio dormivit*, sed potius *octavo*. vid. Demosthen. in *de Falsâ Legat.* & ibi Ulpianum. cujus verba ascribam, ut pro viribus emendem, εἶτα ἐκ τῆς πρώτης καὶ εἰκάδος ἐξ ὑποστροφῆς (οἱ Ἀθηναῖοι βούλονται) τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν εἰκάδα, ὑστέραν δεκάτην καὶ τὴν δευτέραν δεκάδα, ἐνάτην, καὶ τὴν τρίτην δεκάδα, ὀγδόην, καὶ ὁμοίως ἕως τῆς τριακάδος, quis dubitet legendum, τὴν πρώτην εἰκάδα, ὑστέραν δ'. ex *Etymologico magno*, quod ita habet: ὑστέρα δεκάτη ἡ ἐξ εἰκάδος ἡμέρα καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν, ὧν ἡμεῖς πρώτην καὶ εἰκοστὴν καλοῦμεν. quibus aperte indigitat non vigesimum secundum, sed primum esse, qui apud Demosthenem audit ὑστέρα δεκάτη. Hesych. δεκάτη φθίνοντος ἡ φθὶς εἰκάδος, ὡς ὑστέρα ἡ μεθ' εἰκάδα. Solent Attici hanc quoque numerandi rationem inire, ut πρώτη φθίνοντος dicatur vigesimus nonus dies mensis, δευτέρα φθίνοντος *octavus* &c. uti videre est apud Iulium Pollucem *lib.* 1. *cap.* 7. ubi pro εἰκοστάδος omnino legendum εἰκάδος. Plutarcho autem in *Alexandro* δεκάτη φθίνοντος est *vigesimus primus*, ἐνάτη φθίνοντος *vigesimus secundus* mensis dies & sic deinceps. vide imprimis Phavorinum in πρώτη ἱσταμένου. KUHN.

cem: dein Vigesimo octavo dormivit. Ex duobus igitur alterum *sit oportet:* aut Alexander male tot diebus istius mensis se ipse mulctavit per violentiam, aut, qui hæc tradiderunt, mentiuntur. Ex illis autem colligere licet, eos etiam de reliquo tempore similia dicere, in quibus Eumenes Cardianus ipse est.

13 Τοῦ λοιποῦ χρόνου] Nec enim isto tantum mense, sed & aliis temporibus vino plurimum indulsit, quæ omnia accurate erant in antedictis regiis diariis annotata. Unde & Philinus apud Plutarch. *Symp. lib.* 1. *quæst.* 6. vanitatis eos arguit, qui non tam potando cum amicis, quam differendo Alexandrum tantum temporis consumsisse dicebant. Nam, inquit, ὡς ἐφημερίσι βασιλικαῖς συνεχόμενα πάντα καὶ πλείοσιν, ὅτι τῷ δὲ τῷ ἡμέραν οὐδ' ποτε ἐκάθευδεν. SCHEFF.

14 Εὖ μὲν ὁ Καρδιανὸς] Rectissime Leopardus *lib.* 11. *cap.* 12. Εὐμένης ὁ Καρδιανός. Ipse namque autor hujus rei. Vide Athenæum *loco supra citato.* Consentit quoque in hanc emendationem Clar. Freinshemius in *Catalog. Scriptorum de rebus Alex.* Adde quoque Vossium *lib.* 1. *cap.* 10. *de Hist. Græc.* IDEM.

Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκεῖνος] In omnibus Edd. superioris seculi legitur, ἓν μὲν ὁ καὶ. Atque ita etiam in Sluisk. reperi. Primus fuit, qui reponendum monuit *Eumenis* nomen, Doctissimus ille Leopardus *Miscell.* 11. 12. Secutæ sunt ejus sententiam Tornæsianæ, & Reliquæ hujus seculi; Probant vero non Freinshemius tantum, & Scheffe-rus, sed & Codex Lugd. ut & res ipsa. Scripsit enim Eumenes hic *Ephemeridas* Alexandri. Vide Athen. x. 9. Fuit autem inter Comites seu Duces ejus; Vir plane Illustris, cujus vitam ideo nobis reliquit Nepos & Plutarchus. *Cardianus* dicitur ab oppido Thraciæ in Chersoneso, quod *Cardia* vocabatur. Paulo ante Lugd. legit οἱ τῶν ἀναγεγράψωτες. Quod non temere est, quum pene proprium sit historicis scriptionibus denotandis illud verbum. Sic Arrian. VII. *p.* 496. Αὐτὸν

Αὐτὸν μὲν ἀπαλλάττεσθαι, ἔσεσθαι οἱ ἀνέγραψαν. *p.* 499. Οὕτως οὐ τοῖς ἐφημερίσι τοῖς βασιλείοις ἀναγέγραπται. Athen. *d. l.* ὡς (ἐφημερίδας) ἀνέγραψαν Εὐμένης τε ὁ Καρδιανὸς, καὶ Διόδοτος ὁ Ἐρυθραῖος. Adde Nostrum XII. 19. PERIZ.

15 Καὶ ἐκεῖνος] Forte pro ἐκεῖνος legendum ΕΦΙΣΤΙΟΣ. vide Athenæum. FABER. vide indicem in ἐκεῖνος & quæ notavi superius. SCHEFF. Ita enim Nostri stylus est. sæpe ἐκεῖνος, ὅτος αὐτὸς per pleonasmum vel emphasin nominibus, quæ præiverunt, subjiciuntur, ut, Εὐαγόρας ὁ Λάκων ᾗ ἐκεῖνος &c. KUHN.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ φιλοκαλίας Ξενοφῶντος.

[1] Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων σπουδαίων, ᾗ οὖν ᾗ [2] ὅπλα καλὰ ἔχειν. Νικῶντι γὰρ, ἔλεγε, τοὺς πολεμίους [3] τὴν καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν· καὶ [4] ἀποθνήσκοντα ἐν τῇ μάχῃ

1 Ξενοφῶντι] Historiam habes apud Xenophontem ipsum *lib.* III. *exp. Cyri p. m.* 130. SCHEFF.

2 Ὅπλα καλὰ ἔχειν] Idem Annibalis ingenium. De quo Livius *lib.* XXI. *cap.* 4. *vestitus nihil inter æquales excellens, arma atque equi conspiciebantur.* Idem optimi cujusque ducis. IDEM.

3 Τὴν καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν] Verterat Vultejus, *elegantissima quoque se stola indutum iri.* Rectius Gesnerus, *elegantissimo quoque se ornatu dignum esse.* Egregius enim hic est locus, ex quo liquet, στολὴν, non de *Vestibus* omnino, nec de *certo genere vestis* tantum, sed de toto *ornatu & cultu corporis*, etiam eo, qui unice in *armis* consistit, adhiberi. Thomas Magister in *v.* ἐσθὴς differentiam quoque memorat inter ἐσθῆτα & στολὴν nam ait, τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς σὺν ὑμάτων πίπτεσθαι, τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων τῆς ἐσθήτων, οἷον, ἄλλη στολὴ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἄλλη τῶν Βαρβάρων. *Vestem dici simpliciter de indumentis, at Stolam de diversis vestium figuris, veluti, alia est Stola Græcorum, & alia Barbarorum.* Videtur velle, designari ea voce præcipuum *vestimenti* genus, quod diversæ fuerit formæ apud alios aliosque populos. At vera vocis

CAP. XXIV.

De Xenophontis pulchritudinis amore.

Xenophonti cum alia honesta curæ fuerunt, tum ut haberet arma pulchra. Ajebat enim, si vicisset hostes, elegantissimum se decere ornatum: & si vitam amitteret in prælio,

significatio est qualecunque corporis *ornamentum* ad aliquam rem peragendam, à verbo στέλλεσθαι, quod proprie *mitti*, sed dein etiam *ad aliquid parari* vel *ornari* notat, & vel maxime *armis* ad pugnam vel certamen ineundum. Hinc Achilles apud Homer. *Il.* Υ. 285. in funere Patrocli exhortans Græcos ad certamen Equestre, Ἄλλοι δὴ στέλλεσθε καὶ ῥώετον, *Alii vero per exercitum parate vos*, & ita mittite vos ad certamen: ubi Eustath. id exponit, ἐντρεπίζεσθε εἰς ἀγῶνα, καὶ, ὡς εἰπεῖν, κοσμεῖσθε. Addens, *tale quid significare* τὸ στέλλεσθαι, & *derivata ejus*, inter quæ memorat & στολὴν. Inde jam στολὴ apud Dionys. Halic. *lib.* VI. de Castore & Polluce, nunciantibus victoriam, ad Regillensem lacum partam, πολεμικὰς ἐνδεδυκότας στολὰς, disserte pro *Lorica* ponitur. At apud Nostrum omnem *armaturam* seu *ornatum militarem* notat, ut liquet ex *seqq.* in quibus tantum de Armis agitur. Dignissimus etiam est locus Xenophontis ipsius *lib.* III. Ἀναβ. qui conferatur, quoniam voculæ illius vim hoc in loco vel maxime illustrat. Sic ergo ibi de se loquitur, ἐσαλπίσας εἰς πόλεμον, ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, νομίζων, εἰ μὲν νίκην διδοῖεν οἱ Θεοὶ, τὸν κάλλιστον κόσμον τῇ νικῇ πρέπειν, &c. *ORNATUS*

χη κεῖσθαι ⁵ καλῶς ἐν καλῇ τῇ πανοπλίᾳ. Τῷ γὰρ ἀνδρὶ τῷ γενναίῳ ταῦτ' εἶναι τὰ ἐντάφια, τὰ ὡς ἀληθῶς κοσμοῦντα αὐτόν. Λέγεται οὖν ὁ μὲν Γρύλλου τὴν μὲν ⁶ ἀσπίδα Αργολικὴν ἔχειν, τὸν δὲ θώρακα Αττικόν, τὸ δὲ ⁷ κράνος Βοιωτιουργές, τὸν δὲ ⁸ ἵππον Επιδαύριον. Φιλοκάλλου δὲ ἔγωγε ἂν εἶναι φαίην τὰ τοιαῦτα ἀνδρὸς, καὶ ἀξιοῦντος ἑαυτὸν τῶν καλῶν.

lio, jacere se decore in armatura splendida. Nam hæc esse strenuo viro ornamenta funebria, quæ vere ipsum ornent. Dicitur igitur hic Grylli *filius* habuisse clypeum quidem Argolicum, loricam vero Atticam, galeam autem Bœotici operis, equum porro Epidaurium. Talia vero, ego dixerim, viri esse elegantiæ studiosi, seque dignum his, quæ pulchra sunt, judicantis.

TUS in Bellum, quam potuit pulcherrime, existimans, si quidem victoriam dederint Dii, pulcherrimum ORNATUM convenire victoriæ, sin &c. Plane ut hic τὴν καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν. Similiter vero de aliis quoque ornamentis tótius corporis vox ea adhibetur. Sic *infra cap.* 43. *Citharœdus* dicitur *canens in certamine publico*, exorta subito seditione, *confugisse σὺν αὐτῇ στολῇ in aram*, h. e. *cum omnibus ornamentis*, quibus citharœdi solebant ornari quum se in sacrum certamen dare vellent. Sic totus vestitus Silenorum *cap.* 40. dicitur itidem collective ἡ στολή. PERIZ.

4 Ἀποθνήσκοντα] Uterque MS. ἀποθνήσκοντι, qui consensus facit, ut pene putem id ab Auctore profectum. Primus Editor id videtur mutasse, quia Syntaxin non inveniebat, & sequens Infinitum credebat desiderare Accusativum. At repeti poterat ex proximis superioribus ἐκμόσθειν, quo facto constructio erit satis salva. IDEM.

5 Καλῶς ἐν καλῇ πανοπλίᾳ] Alibi jam monui Græcos morituros pretiosissima vestimenta induere consuevisse. Quemadmodum autem, qui in pace erant, vestimentis, pallio puta & similibus, ita qui in bello, armis sese exornabant. Exemplum est apud Curtium *lib.* V. *cap.* 8. ubi Artabazus ad suos, qui mortem animo jam præconceperant: *Nos vero pretiosissimam vestem induti, armisque quanto maximo cultu possumus, regem in aciem sequemur, ea quidem mente, ut victoriam speremus, mortem non recusemus.* SCHEFF. Audiamus ipsum Xenoph. *lib.* III. Ἀνάβ. *pag.* 236. ἐπὶ τούτοις Ξενοφῶν ἀνίστατο, ἐσαλπίσας εἰς πόλεμον ὡς ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ λαμπρὸν ἐπὶ νίκῃ διδοὺς τοὺς θεοὺς, ἅτε καλλίστου κόσμου τοῦ περὶ καὶ πρέπειν. εἴτε τελευτᾷεν δέοι, ὀρθῶς ἔχειν, τὸν καλλίστων ἑαυτὸν ἀξιώσαντα, ἐν τούτοις τῆς τελευτῆς τυγχάνειν, *Postea surgit Xenophon, ad bellum quam potuit elegantissime adornatus. Existimabat enim, si victoriam Dii annuerent, cultu victores pulcherrimo dignos esse: sin moriendum, bene secum agi, quod cultu cohonestatus quam maxime decoro caderet.* vide Eundem *de Instit. Cyri. l.* VI. *p. m.* 134. KUHN.

6 Ἀσπίδα Αργολικὴν] Quæ hic nominantur arma, pro optimis habita apud Græcos veteres. Consule Pollucem *lib.* I. *cap.* 10. §. 13. SCHEFF. Equum quidem, quem Noster Epidaurium dicit, Xenophon se Lampsaci ex inopia fatetur vendidisse quinquaginta Daricis: amici autem, cum valde eo delectatum Xenophontem inaudivissent, redemptum à se equum gratis ei restituerunt. *lib.* VII. ἀνάβ. KUHN. Quæ memorantur hic arma, in iis Gentibus, quarum Epitheto illa ornantur, fuerunt præstantissima. Unde Pollux *lib.* I. *cap.* περὶ ἱπλοποιῶν ait, ἐνδύσασθαι δὲ θώρακ Αττικηργὲς, κράνος Βοιωτιουργὲς, ἀσπὶς Αργολικὴ, &c. Ἀσπίδες autem seu *clypei* ab Argivis etiam primum orti traduntur & inventi, immo leguntur adhibiti primum in prælio, inter fratres Acrisium & Prœtum commisso. Apollod. *lib.* II. de iis, καὶ πολεμίοις ἰσχυρὰς ἀσπίδας πρῶτοι, *Et belligerantes inveneruni primi clypeos.* Adde Plinium *Nat. Hist.* VII. 56. & Pausan. in *Corinth. pag.* 52. *ed. Ald.* Quin & ludi Argis celebrabantur, qui dicebantur, Ἀσπὶς ἐν Αργει, quibus victori præmium non corona, sed *clypeus*, dabatur. Vide Hyginum *fab.* 170. & 273. Neque tamen credas velim, eam, quam ille refert, fuisse horum ludorum originem, seu, quod inde sequeretur, tempore Danai, qui proavus fuit Acrisii & Prœti, clypeos jam fuisse in usu. Nam seriori etiam tempore pelles animalium adhuc pro clypeis adhibitas, vel ex Herculis insignibus patet, quæ erant *clava* pro telo, & *pellis leonina*, non in spolii tantum ostentationem, (nam sic multa alia potuisset circumferre) sed & in usum clypei. Sic *exsectum tergus Elephanti* fuisse dicitur *parma Antæi*, antiquissimi Herois & Gigantis, apud Pomp. Melam I. 5. sed ex traditione posteriorum oppidi Tinge accolarum, quod abeo fertur conditum. Verum hæc & similia sunt incertissimæ fidei. Cujus generis etiam est, quod Phoroneus ipso Danao longe vetustior, dicitur arma seu clypeum jam paravisse & dedisse Junoni apud Hyginum *fab.* 274. Ubi Vide Munkerum. Erant autem hi clypei Argolici prorsus rotundi. Hinc Virgil. III. *Æn.* 638. de Polyphemo,

Lumen, quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar.

Sed & Homerus passim ἀσπίδας, ἐυκύκλες & ὀμφαλοέσσας dicit. Differebant ergo à θυρεοῖς, *scutis*, quippe quæ erant oblonga, atque id circo videmus apud Livium & Dionys. Halic. classi Romanorum civium primæ Servium Tullium dedisse Clypeos & loricas, Ἀσπίδας Αργολικὰς, καὶ θώρακας, at reliquis *ademisse loricas*. & *dedisse* ἀντὶ τῶν ἀσπίδων θυρεὰς, *pro clypeis scuta*, quia scilicet, qui longioribus illis scutis utebantur, non indigebant loricis. Adde Illustriss. Spanhemium *ad Juliani Orat.* I. *p.* 242. PERIZ.

7 Κράνος Βοιωτιουργὲς] Ipse Xenophon περὶ Ἱππικῆς *in extr.* commendat ejusmodi galeam, quia *muniat omnia, quæ eminent ex lorica, nec impediat prospectum.* Κράνος γε μὴν, ait, κράλιστον εἶναι νομίζομεν τὸ Βοιωτιουργές. Τοῦτο γὰρ καὶ σκέπει μάλιστα πάντα τὰ ὑπερέχοντα τοῦ θώρακος, ὁρᾶν δὲ οὐ κωλύει. Cæterum ut hic Βοιωτιουργὲς κράνος dicitur, sic XII. 58. Χρυσᾶν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς. Et χαλκώματα Κορινθιουργῆ apud Strabon. *lib.* VIII. *p.* 382. Eustath. *ad Il. B. p.* 219. *ed. Basil.* Ἦν δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς κιόνων Κορινθιουργὴς λεγομένων. *Erat & figura quædam columnarum, Corinthica dicta.* IDEM.

8 Ἵππον Επιδαύριον] Hi quoque Equi erant celebres, unde & Virgilius de Equis acturus *Georg.* III. 44. ab *Epidauro* se vocari ait, eamque appellat *Equorum domitricem.* IDEM.

ΚΕΦ. κέ.

Περὶ Λεωνίδου, καὶ τῶν τριακοσίων ἐθελοντὶ ὑπὲρ τῆς Ελλάδος ἀποθανόντων.

Ὁ Λεωνίδης ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ¹ τριακόσιοι, ἅτε ² μαντευσάμενοι

CAP. XXV.

De Leonida, & trecentis illis, qui ultro pro salute Græciæ se morti obtulerunt.

Leonides Lacedæmonius, & qui cum ipso erant trecenti, ad Pylas

1 Τριακόσιοι] Sic Seneca *Suasor.* II. & Cicero *de finibus*, alii *quingentos* & *sexcentos habent.* Vide, quos *ad Justini l.* II. *c.* II. notat Vir Cl. Matth. Berneggerus. SCHEFF. Trecenti fuerunt Lacedæmonii, quos κρισίμους, i. e. *jam consistentis ætatis* filiisque auctos Leonidas elegerat, & ipse pater Plistarchi. vide Herodotum *lib.* VII. *cap.* 205. qui numerum *trecentorum* excedunt, Thespienses & Thebani fuerint, qui partim volentes, partim inviti prælio interfuerunt. Herod. *l. c. cap.* 222. de ipso Leonidâ Sto-

τευόμενον αὐτοῖς θάνατον εἵλοντο 3 ἐν Πύλαις, καὶ ὑπὲρ τ Ελλάδ@ εὖ καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι τέλους ἔτυχον εὐκλεοῦς, καὶ δόξαν ἑαυτοῖς ἀθάνατον ἀπέλιπον, καὶ φήμην ἀγαθὴν δι' αἰῶν@.

las mortem vaticinio sibi denunciatam sponte subierunt, & pro Græcia bene & pulchre pugnantes illustrem sortiti sunt finem, ac perpetuam sibi gloriam & nomen optimum in sempiternum reliquerunt.

ΚΕΦ. κϛ'.

Περὶ Πινδάρου τ τυράννου.

1 Πίνδαρ@ ὁ Μέλαν@ υἱὸς 2 Αλυάττου ἢ θυγατριδοῦς τ Λυδοῦ, διαδεξάμεν@ τὴν Εφεσίων τυραννίδα, πρὸς μὲν τὰς τιμωρίας πικρὸς ἦν καὶ ἀπαραίτητ@, 3 τά γε μὴν ἄλλα

CAP. XXVI.

De Pindaro tyranno.

Pindarus Melanis filius, Alyattæ vero Lydi ex filia nepos, suscepta Ephesiorum tyrannide, in suppliciis quidem *sumendis* asper & inexorabilis erat, in reliquis vero *rebus* filii

1 Πίνδαρ@.] Historiam hanc habet Polyænus *lib.* VI. SCHEFF.

2 Αλυάττ@ δὲ θυγατριδοῦς τ Λυδ@.] Eodem modo, quo in *Libro* Danielis Δαρεῖ@ ὁ Μῆδ@, & Κύρ@ ὁ Πέρσης. Rex enim *Lydiæ* Alyattes fuit, æque, ac isti suarum Gentium, & illustris quidem Rex per causam bel-

bæum. vid. *serm.* VII. KUHN.

2 Μαιλενώμφων.] Respicit Auctor oraculum, quo Lacedæmoniis de belli eventu interrogantibus responsum: *aut Regi Spartanorum, aut urbi cadendum esse.* quod vide apud Herodot. *lib.* VII. *cap.* 220. simulque vaticinium Megistiæ, ὃς ἐσιδὼν ἐς τὰ ἱρὰ, ἔφρασε τ μέλλοντα ἔσεσθαι ἅμα ἠοῖ σφι θάνατον, *qui exta inspiciens indicavit mortem Græcis ad Thermopylas collectis primo mane imminere.* Valla legit ἅμα, redditque, *illis pariter ac sibi impendere.* IDEM.

3 Εν Πύλαις.] Portæ Urbium sic proprie dicebantur, cum ædium dicerentur θύραι, ut monet Scholiastes *ad Thucydidem* II. 14. Hinc jam angusti aditus regionum per montes similiter πύλαι appellantur. Curtius III. 4. *Aberat ea regio L. stadia ab aditu, quo Ciliciam intramus. Pylas incolæ dicunt, arctissimas fauces, munimenta, quæ manu ponimus, naturali situ imitante.* Ut Cilices illi, sic & Græci suæ regionis aditum per Oetam dicebant simpliciter *Pylas*, unde conventus Græcorum illo in loco *Pylæa* vocabatur, & Legati *Pylagoræ*. Vide Suidam in *v.* πύλαι. Ustatius tamen, certe apud Latinos, *Thermopylæ* appellatur. Optime omnium locum hunc describit Livius XXXVI. 15. *Extremos ad Orientem montes Oetam vocant, quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur, in cujus valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius quam* LX. *passus. Hæc una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Ideo* Pylæ, *& ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt,* Thermopylæ *locus appellatur, nobilis Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili, quam pugna.* PERIZ.

ἀλλὰ ἐδόκει 4 φιλόπαις εἶναι καὶ 5 σώφρων, καὶ ᾧ μὴ δουλεῦσαι τὴν πατρίδα τοῖς Βαρβάροις πολλὴν πρόνοιαν ἔθετο. Εδειξε ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐκεῖνα δήπου. Επεὶ γὰρ Κροῖσ@ ὁ πρὸς μητρὸς αὐτοῦ θεῖ@ καταστρεφόμεν@ τὴν Ιωνίαν, καὶ πρὸς τ Πίνδαρον πρεσβείαν ἀπέστειλεν, ἀξιῶν Εφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι· 6 ὡς δ' οὐκ ἐπείθη, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν Κροῖσ@. Επεὶ δέ τις τ πύργων ἀνετράπη, ὁ κληθεὶς ὕστερον προδότης, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὸ δεινὸν, συνεβούλευσεν ὁ Πίνδαρ@ Εφεσίοις, ἐκθήσαντας ἐκ τῶν πυλῶν καὶ 7 τ

filii amans & moderatus esse videbatur, magnamque curam adhibuit, ne Barbaris serviret patria. Hæc ita se habere, illa utique declarant. Quum enim Crœsus, ipsius avunculus, Joniam occupans, legationem etiam ad Pindarum mitteret, Ephesios sibi subjici postulans: ille vero quum non pareret, Crœsus obsedit urbem. Quum autem turrium quædam subversa concidisset, quæ postea Proditrix appellata est, & præ oculis discrimen cerneret, consilium dedit Ephesiis Pindarus, ut ex portis & mœnibus funes ad

τάγε μὴν ἄλλα γὲ ἐδόκει.

4 Φιλόπαις.] Festivus, facilis ac moderatus. Videtur & alibi Ælianus φιλόπαις pro φιλοπαίγμων dixisse. GESNER.

Φιλόπαις καὶ σώφρων.] Sic quidem & MSti. Nihilo tamen minus suspecta mihi est hæc lectio. Quæ enim in his idonea satis oppositio, *Asper erat in suppliciis sumendis, at in aliis rebus erat filii amans*? Deinde quid, obsecro, in *hoc Capite* habemus, quod insolitum quendam aut notabilem adeo in Liberos amorem declaret, quos utique etiam acerbissimi Tyranni amare solent & fovere, modo novercali odio à secundis uxoribus non exasperentur. Quid multa? Legendum putem, Vel φιλόκαλ@, h. e. *honesti amans:* Unde Cassius Epicureus *ad Cicer. Famil.* XV. 19. *Qui a nobis* φιλόκαλοι *vocantur, sunt* φιλόκαλοι καὶ φιλοδίκαιοι, *omnesque virtutes & colunt & retinent*; Vel φιλόπαλις, h. e. *Patriæ Amans.* Sic apud Sponium *Itin. Tom.* II. *p.* 411. in Lapide Attico inter Elogia Honorum ac Laudum φιλόπαλιν habemus. Et apud Reinesium *pag.* 508. Sardiani laudant quosdam juvenes φιλοπάτριδας καὶ φιλοπάτριδες, *patriæ & patris sui amantes.* Plutarchus in *Timoleonte p.* 237. cum similiter φιλόπατριν καὶ πρῶον διαφερόντως fuisse ait. Immo apud Lucianum in *Peregrino* plebs dicitur eum vocasse ἕνα φιλόσοφον ἕνα φιλόπατριν, *unicum Philosophum, unicum patriæ amantem.* Sed & idem Lucianus, sive quicunque Alius, *Dialogum*, in quo inducit *Patriæ Amantissimum* inscripsit itidem φιλόπατριν. Certior foret hæc conjectura, absque sequenti esset commate, in quo demum hujus vocabuli vis, & disertius, exprimitur. Jensius tamen & ipse ita scripsisse Ælianum conjecit, ut literis ad me datis significavit. Vel denique φιλάνθρωπος, *humanus.* Plane sicuti II. 4. Phalaridis celebratæ crudelitati opponitur itidem illustre ejus φιλανθρωπίας exemplum. Scribitur autem hoc vocabulum ex more Librariis usitato in MStis, immo & in primis Edd. ut jam *supra* II. 33. ostendi, φιλᾶνος, vel etiam φιλανῶπος, quod forte, quia posterioribus non videbatur satis Græcum, vel non satis intelligebatur, corruptum ideo fuit in vulgatum φιλόπαις, tanto magis, quia Filii mentio in sequentibus occurrit. Gesnerus quoque, ut deprehendi, postquam hæc jam eram commentatus, vidit & ipse, ex vulgata oriri absurdam sententiam, nisi inusitata juvetur interpretatione, atque ideo, quum versum esset à Vultejo simpliciter *benignus ac sapiens*, (quod reliquæ tamen Versiones, licet manifeste alienum à Græco, retinuerunt, haud dubie, quia nihil inveniebant melius) ille in margine notavit hæc ipsa, *Festivus, Facilis ac Moderatus. Videtur & alibi Ælianus* φιλόπαις *pro* φιλοπαίσμων *dixisse.* Posterius hoc notat *jocandi* vel *ludendi studiosum:* quo sen-

7 τ̃ † τειχῶν 8 θώμιγγας συνάψαι 9 τοῖς κίοσι ᾧ τ̃ Ἀρτέμιδ& νεὼ, οἰόμενοι τὴν πόλιν ἀνάθημα ἐῶντας εἶναι τῇ Ἀρτέμιδι, ἀσυλίαν διὰ τούτων ἐπινοῶν

† θριγκῶν.

su mihi certe nusquam occurrit τὸ φιλόπαις, nec putem occurrisse Gesnero. Solet cæteroquin, & vel maxime, notare, *Deditum amoribus puerorum*, ut notum est, sed quod tamen hic voluerunt neque illi, qui Ælianum nobis corruperunt. PERIZ. Pro φιλόπαις legendum φιλόπατρις in privatis scholis monuit Avus noster: & sane similis earundem vocum confusio per scripturæ compendium contigit in Aristenæti *Epist.* 15. *lib.* 1. ὁ ᾧ Φεύγιος τῆς φιλόπαιδος (leg. φιλοπάτριδος cum Mercero) γυναικὸς ὅλον καπνίσῃς τ̃ σωφρόν· ὡς ἀφ' τούτων ἐκείνη σπουδὰς πρὸς Μιλησίους πραγματεύσεται τῇ πατρίδι. At præferenda omnino videtur conjectura, quam Vir Eruditissimus J. Corn. de Pauw in familiari sermone mecum communicavit, πᾶσι φίλος εἶναι καὶ σώφρων. Paulo post pro ὡς ᾧ οὐκ ἐπείσθη Avus malebat ὁ ᾧ ἐκ ἐπείσθη.

5 Σώφρων] Videtur interpres σοφὸς legisse, sed alterum melius & propius ab auctoris mente. In MS. A. est σώφων. perperam. SCHEFF.

6 Ὡς δ' ἐκ ἐπέσθη] Jensius noster malit, ὁ δ' ἐκ ἐπείσθη. Ut ita oratio ipsa & constructio evadat paulo rotundior, & hoc ipsum pendeat ex superiori ἐπεί. Sed dubitem, quia nihil mutant MSti, & Veteres sæpe variant una in Periodo constructionem. *Infra* v. 17. Ἐλέγετο δ ἀκουσίως, οἱ δὲ μεμηνὼς, τοῦτο δ ἔφασαν. Quin ipsa hæc vocula ἐπεὶ apud Græcos in transitione sæpe notat *nam*, *siquidem*, vel etiam abundat. *Supra cap.* 10. Ἐπεί τοι Λακωνικὸς καὶ ὅπως νόμος, ὅταν &c. *Est vero & hæc Lex Laconica*, & 11. 41. ἐπεί τοι καὶ Ἡρόδοτος ἐκφανὲς τεκμηριῶται, *siquidem*, vel *nam*. Sic ergo & hæc, quia insuper illud ᾧ adest, verti possent simpliciter, *Crœsus enim*, vel *siquidem Crœsus* &c. ut ita Auctor per ἐπεὶ incipiat exponere rationes, & rerum documenta ad probandum id, quod modo affirmaverat. Sed & sicuti hic ἐπεὶ & ὡς in priorem Periodi partem junguntur, sic UT & QUUM apud Livium 1. 29. *UT vero jam Equitum*

ad columnas templi Dianæ alligarent, quasi urbem sinerent Dianæ esse anathema, per hæc id Epheso, ne spoliaretur, commentus. Tum vero fuisset,

clamor exire jubentium instabat, &c. *raptim quibus quisque poterat elatis, QUUM* larem *ac penates tectaque relinquentes exirent, jam continens agmen migrantium impleverat viam.* Possit etiam Verbum Substantivum ἦ intelligi in Participio καταγρεφόμενος, ut fit II. 4. Ita sensus foret; *Quum enim Crœsus Joniam vastaret, tunc etiam ad Pindarum misit legationem* &c. *Ut vero non auscultavit* Pindarus, *urbem obsedit Crœsus.* PERIZ.

7 Τῶν τειχῶν] Est, qui corrigit θριγκῶν. Nobis placet veterem scripturam propius sequi & τειχῶν substituere. Herodotus in *Clio.* ἐνθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες ἐκ ἓν κοινὸν ἐς τὸ τεῖχος. Atque sic & Polyænus, qui habet etiam reliqua pæne ad verbum. firmat quoque MS. B. SCHEFF.

Τῶν τειχῶν] Reposui τειχῶν, ut jubet MS. Lugd. & Schefferi B. In Sluisk. compendiaria, & ambigua ideo, est scriptura. Herodotus quoque & Polyænus, eandem referentes Historiam, τεῖχη in eâ itidem memorant. Vide Schefferum. Gesnerus tamen minime inepta conjectura legerat θριγκῶν, qua voce significantur pinnæ murorum; sed simplicius & propius est prius illud, rectiusque ita simpliciter cum *portis* junguntur *muri.* PERIZ.

8 Θώμιγξας] Non multum abit, quod Cylon ejusque socii fecerunt, cum, Tyrannide frustrà affectatâ, ad Minervæ simulachrum supplices confugissent. Nam suasu Megaclis Archontis ad dicendam causam in Areopagum ab arce descenderunt, ὡς ἴδοις τ̃ θεὸν ἐξάψαντες τὴν ἱκετηρίαν· ἣς ἀφῆρεισαν, κλάδους αὐτὰς ἔβαλλον οἱ Ἀθηναῖοι, *ramumque olivæ supplicem alligarunt Deæ simulachro, quo dissoluto, Athenienses lapidibus eos petebant*, ac si Dea nollet supplices admittere. Supplices, ipsam ἱκετηρίαν manibus tenentes, antequam ex arce ad judicium descenderent, eam ex simulachro Minervæ religarant: quæ tamen inter descendendum abrupta miseros destituit, lapidibusque Athenienses exposuit. quid ἱκετηρία in *indice* v. KUHN.

9 Τοῖς

νοῶν τῇ Ἐφέσῳ. 10 Ὁ ᾧ συνεβούλευε προσελθόντας δεῖσθαι τ̃ Λυδοῦ. 11 Προσαλλομένων ᾧ τὴν ἱκετηρίαν τ̃ Ἐφεσίων, γελάσαντά φασι τὸν Κροῖσον, ᾗ δεξάμενον πρᾴως τὸ στρατηγηθὲν, τοῖς μὲν Ἐφεσίοις συγχωρῆσαι 12 τὴν μέν ἐλευθερίας † φυγὴν· τῷ ᾧ Πινδάρῳ προστάξαι τ̃ πόλεως ἀπαλλάττεσθαι. Ὁ ᾧ οὐκ ἀντεῖπε· τῶν φίλων ᾧ τοὺς συναπαίρειν αὐτῷ βουληθέντας ἀφελόμενος,

† ζωὴν, vel σωτηρίαν.

9 Τοῖς κίοσι τὸν τ̃ Ἀρτ. νεὼ] *Columnæ* erant in Veterum templis quamplurimæ, unde & frequentes circum illa porticus. Hoc autem Dianæ Ephesinæ templum habuit 127. *columnas*, & *altitudine* quidem 60. *pedum*, teste Plinio *Nat. Hist.* XXXVI. 14. At in Nummis ornatur illud quatuor tantum columnis, quarum in medio Dianæ statua visitur. (Vide Nummum Claudii inter Arschotanos *Tab.*



tæ ac mœnia Urbis per funiculos columnis templorum quasi alligari potuerint. PERIZ.

10 Ὁ δὲ συνεβούλευε] An τότε ᾧ συνεβ.? Certe talem nexum postulat sententia. Viderint, quibus plurium MStorum est copia. IDEM.

11 Προσαλλομένων ᾧ τὴν ἱκετηρίαν] Vertebatur, *exponentibus igitur preces Ephesiis.* Neutiquam accurate. Sensus est, *præferentibus autem supplicum insignia.* Ea vero apud Græcos maxime consistebant in *ramis oleæ.* Livius XXIX. 16. *Obsiti squalore & sordibus, velamenta supplicum, ramos oleæ, ut Græcis*

XIX.) Sed hæ sine dubio fuerunt quatuor Angulares. Nam quadratum fuit Templum, sed in oblongum, ut nuper etiam ex ipsis ejus ruderibus & fundamentis deprehendit Sponius. Vide eum *Itin. Tom.* 1. *p.* 253. Ex cujus *Tom.* 11. *p.* 109. exhibemus hic Templum Minervæ Atticæ, ut liqueat tanto clarius, quomodo templa columnis ab exteriori parte fuerint circumdata, & por-

mos est, porrigentes. Et XXIV. 30. *ramos oleæ, ac velamenta alia supplicum porrigentes.* Unde apud Eurip. in *Supplicibus*, modo *v.* 10. ἱκτὴς θαλλὸς, modo *v.* 102. ἱκέσιοι κλάδοι. Cæterum ille ipse etiam *oleæ ramus* dicebatur ἱκετηρία, quia potissimum erat, ut dixi, supplicum insigne. Harpocration, ἱκετηρία καλεῖται ἐλαίας κλάδος σίμμαν ἐστεμμένος, *appellatur oleæ ramus lana involutus.* Hinc Dionys. Halic. utrumque conjungit *lib.* VI. Legati advenerunt ἱκετηρίας ᾗ σίμμασι στεφανούμενοι. Et passim ἱκετηρίαι ἱκέται dicuntur apud eum Supplices, h. e. *sumpsisse in manus,*

ϛὼν, τ υἱὸν ϗ τ ϑσίας τὸ πλεῖϛον τῇ πόλει ϖαραϰαταθέμενος, ϗ ἕνα τ συνήθων Πασιϰλέα ἀποδείξας ἐπίτροπον, ϗ ϛ παιδὸς, ϗ τ χρημάτων, ἀπῆρεν εἰς Πελοπόννησον; τυραννιϰοῦ βίου φυγὴν αὐθαίρετον ἀλλαξάμενος, ὑπὲρ ϛ μὴ ποιῆσαι τὴν πατρίδα ὑποχείριον Λυδοῖς.

mam rerum ſuarum partem civitati concredidit: unoque ex familiaribus Paſicle, tum filii, tum bonorum, conſtituto curatore, deceſſit in Peloponneſum, regiam vitam cum exilio voluntario commutans, tantum ne patriam ſub jugum Lydorum mitteret.

nus, & ita prætendiſſe. Longus quoque *Paſtoral.* II. *p.* 47. Καὶ ἱϰετηρίας θέντες ἱϰέτευον τιμωρίας ἀξιωθῆναι. *Et ſupplicum inſignia* in concione omnium oculis *exponentes*, *rogabant*, &c. Maxima autem ſupplicum habebatur ratio, ut pene nefas, certe nimis ſuperbum, exiſtimaretur, rejicere eos. Hinc Heſiod. Ἐργ. 325. Hoſpitibus æquiparat,

Ἶσον θ᾽ ὅς τ᾽ ἰϰέτην, ὅς τε ξεῖνον ϰαϰὸν ἔρξει,

Par eſt, ſive quis Supplici, ſive quis Hoſpiti male fecerit. Immo ſicuti erat Ζεὺς ξένιος, (*infra* IV. 1.) *Jupiter, qui injurias hoſpitum vindicabat:* ſic & ἱϰετήσιος, (Hom. *Odyſſ.* N. 213.) *qui ſupplices curabat.* PERIZ.

12 Τὴν μεῖ᾽ ἐλευθερίας φυγὴν] Geſnerus, ζωὴν vel σωτηρίαν. Et certe liquet vel Paſiclis exemplo in ſequentibus, manſiſſe in urbe. Sed & Polyænus fœdus ſcribit Crœſum feciſſe cum eis. ϗ ϖερὶ Ἐφεσίους ἐπὶ ἐλευθερίᾳ συνθήϰας ἐποιήσατο. quid ergo ſi credamus ſcripſiſſe Noſtrum φιλίαν? SCHEFF. Φυγὴ hoc loco idem eſt quod ἀποφυγὴ, *effugium*, *liberatio à malis*, ut Crœſus Epheſiis *conceſſerit una cum libertate ſolutionem obſidii & à belli calamitatibus liberationem.* an excidit è textu ἀπὸ? ut ſcripſerit *Noſter* ἀποφυγὼν eo, quo dixi, ſenſu. Idem vitium in Euſebio mihi videor obſervaſſe lib. IV. *de Præpar. Evangel. p.* 169. verba ita ſe habent: ὧν ἐξ αἰῶνος ἀδεὶς, ἡ μόνος ὁ Σωτὴρ ϗ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριϛὸς ὁ υἱὸς ϛ Θεοῦ, πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν φυγὴν (l. ἀποφυγὴν) ϖεϖεϰήϱιϰεν. τὸ ἀποφυγὴν hîc reſtituendum eſſe ex alio gemmigermano loco aſtrui poteſt. Nam *lib.* III. *p.* 122. ejuſdem *Præparat.* ita loquitur: ὃς (ἡμῖν ϖρὸς Σωτὴρ) ὃν ϖαλαιὰς ἀλλάϛης ϖάντ᾽ ϰτίσιν ἐϱϱύσατο ϖεϖεϰέναι. &c. ἐν ἐϱϱύσατο ἀποφυγὴν, non φυγὴν; *promulgare libertatem*, *liberationem.* Sin aliquis lectionis vulgatæ ϖεθήμαχος, τὸ φυγὴν pro ἀπόφυγὴν accipiat, me non adeo repugnante id faciet. KUHN.

Τὴν μεῖ᾽ ἐλευθερίας φυγήν.] Ineptiſſimus in his eſt ſenſus, & menti Auctoris plane contrarius, quaſi *Crœſus indulſerit Epheſiis exilium*, ſeu *fugam*, *cum libertate*, quum ex re ipſa liqueat, datam illis facultatem manendi in patria, utendi ſua libertate, ac fruendi bonis: Pindarum vero juſſum eſſe ſolum migrare ex patriâ. Kuhnius quidem φυγὴν accipere videtur pro ἀποφυγὴ, h. e. *effugio*, *liberatione à malis.* Sed neque prius hîc locum habet, quia non coacti ſunt *effugere* è patria, neque poſteriori ſenſu φυγὴ occurrit, niſi ſi forte adſit Genitivus, quo deſignentur mala, quæ quis effugerit, aut à quibus liberatus ſit, ut liquet vel ex ipſo Euſebii loco, quem adfert. Aſſentior itaque Eruditis, qui hæc corrupta cenſent. Geſnerus conjecit ζωὴν, vel Σωτηρίαν, Scheffero φιλίαν. Longius hæc videntur ſecedere, quam par eſt, à vulgata Lectione. Sed tamen, fateor, vix quidquam habeo melius. Neque juvant me multum MSti, quorum Sluisk. liquido exhibet vulgatum. At Lugd. unicam tantum dubiæ vocis literam. Scribit enim τ μεῖ᾽ ἐλευθερίας φ. Quid inde eliciendum ſit, viderint, qui ſunt in conjectando ſagaciores. Senſus poſtulat, ut dixerit Auctor, vel quod voluit Geſnerus, *conceſſam Epheſiis cum libertate vitam*, aut *ſalutem*, vel forte *Bona*, aut etiam, ut directa magis ſit oppoſitio inter Pindarum, & reliquos Epheſios, *Patriam*, qua Pindarus, qui Vitam ac Bona retinebat & ipſe, ejectus fuit. An ergo τὴν μεῖ᾽ ἐλευθερίας Πόλιν, vel ἐφ᾽ h. e. Ἐφεσον, vel Οὐσίαν? Sed nihil affirmo: nam potuit etiam aliquid excidiſſe, ut conceſſerit iis Crœſus facultatem *diſcedendi vel manendi.* Prætulerim tamen hiſce

hiſce omnibus, quod proximum vero videtur, ut pro φυγὴν legamus μονὴν, *manſionem*, quod maxime ſenſus requirit. Sic Ariſtophanes in *Avibus p.* 561. Οὐ γὰϱ τι ϰέϱδος ὠφελεῖ᾽ ἄξιον μονῆς; *ſpectat ne aliquod lucrum, dignum cur hic maneat?* Thucydides I. 131. ϗ ἐϰ ἐπ᾽ ἀγαθῷ τὴν μονὴν ϖοιούμενος, *neque iſtic ita manens & habitans publico bono.* In *extremo capitis* illa ὑπὲϱ τ μὴ ποιῆσαι &c. malim in Præterito, quam, quod Editores fecerunt, in Futuro, vertere, *eo quod patriam ſ. j. L. mittere noluiſſet*, vel *non miſiſſet.* Sic *cap.* 47. ὑπὲϱ ϛ ὧν ἐϰαμνόϱγει &c. ὑπὲϱ τούτων διέφθειϱε τὴν χάϱιν. At in ſenſu Futuri *infra* IX. 10. PERIZ. Parens meus ſuſpicabatur Ælianum ſcripſiſſe τὴν μεῖ᾽ ἐλευθερίας εὐχήν, ut Crœſus illis conceſſerit votum cum libertate, vel potius τὴν μεῖ᾽ ἐλευθερίας φειδώ, *veniam cum libertate.* quam poſteriorem conjecturam certiſſimam eſſe apparet ex Polyæni *lib.* VI. *Stratag. cap.* 5. Κροῖσος ἡμῶν τὴνδεὶ ἐφείσατο τ πόλεως, ὥσπεϱ ἀναδήμασς.

ΚΕΦ. ϰζ᾽.

Περὶ Πλάτωνος ϖενίας, ϗ ϖῶς φιλοσοφίας ἐπεχείρησεν.

Πέπυσμαι ϗ τοῦτον τὸν λόγον, εἰ ϛ ἀληθής ἐϛιν, [1] οὐϰ οἶδα· ὃ δ᾽ οὖν πέπυσμαι, ἐϰεῖνό ἐϛι. Πλάτων ὁ Ἀϱίϛωνος [2] ὑπὸ ϖενίας (φασὶ) ϰαταπονούμενος [3] ἔμελλεν ἐπὶ ϛϱατείαν ἀποδημήσαι. Καταληφθεὶς ὑπὸ Σωϰϱάτους ὠνούμενος ὅπλα ὁ Πλάτων, ἀνεϛάλη τὴν ὁϱμὴν, διαλεχθέντος αὐτῷ ϛ Σωϰϱάτους, ἃ εἰϰὸς ἦν, ϗ πείσαντος φιλοσοφίας [4] ἐπιθυμῆσαι.

CAP. XXVII.

De Platonis paupertate, & quomodo ad philoſophiæ ſtudium acceſſerit.

Hoc etiam audivi, ſed an verum ſit, neſcio: quod igitur audivi, illud eſt. Plato filius Ariſtonis, afflictus paupertate, ut ajunt, profecturus erat in militiam. At deprehenſus à Socrate, dum arma emit, retractus eſt ab illo impetu, diſſerente apud ipſum Socrate, quæ oportebat, & ſuadente, ut Philoſophiæ ſtuderet.

1 Οὐϰ οἶδα] Bene. Nam alii quidam etiam diligentiſſimi vitæ ejus ſcriptores nihil meminere, quod ſciam. SCHEFF.

2 Ὑπὸ ϖενίας] Satis ſane nobilis erat Plato, ortus quippe per patrem à Codro, per matrem à Solonis fratre: at non opulentus. Suidas: Πλάτων ὁ φιλόσοφος ϖένης ἦν, ϗ μόνον τ ϖὺ Ἀϰαδημίᾳ ἐϰέϰλητο ϰῆπον. Sed & inde, quum Choragus eſſet, Dio ſubminiſtravit ei pecuniam. Dicit quidem Laërtius illum fuiſſe εὐ ἐυποϊᾳ, ſed neutiquam id fuit per Patrem ſuum, verum per Dionyſium, à quo acceperat ſuper 80. talenta, h. e. 144000. Carolinorum. Cæterum militavit ſane etiam Plato, & ter quidem; aliam autem occaſionem, vel momentum temporis, quo primum quaſi captus fuerit à Socrate, relicta non *Militia*, ſed *Tragœdia*, retulit Noſter *ſupra* II. 30. PERIZ.

3 Ἔμελλεν ἐπὶ ϛϱατείαν ἀποδημῆσαι] MSS. B. & C. ἀποδημήσειν. SCHEFF. Lectio MSS. elegantior eſt vulgatâ propter præcedens ἔμελλε, quod Grammatici negant conſtrui temerè debere cum Aoriſto; μέλλω ποιήσειν dicendum, non vero μέλλω ποιῆσαι. vide *Eclog.* Thom. Mag. KUHN. Lugd. ἔμ. ὑπὸ ϛϱατίαν ἀποδημήσασθαι, quod poſterius etiam Pariſienſes B. & C. præferunt, teſte Scheffero, & probat Kuhnius, nec male. Sic in ſimili plane narratione II. 30. Καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι. Et

Et alibi passim. Nolim tamen prorsus explodere constructionem hujus verbi cum Aoristo. Certe enim Noster v. 20, Καὶ μελόντων ἀλῶνες λιμοῦ. Ant. Lib. *fab.* 5. Οἱ ἕμποροι τῶ παιδὸς ἀφελέσθαι τὰς ὄψεις. PERIZ.

4 Ἐπιθυμῆσαι] Mediceus ἐπιθυμεῖν.

ΚΕΦ. κή.

Πῶς ὁ Σωκράτης τὸν τῦ Αλκιβιάδου τύφον ἀνέτειλεν.

Ὁρῶν ὁ Σωκράτης τὸν Αλκιβιάδην τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ, καὶ μέγα φρονοῦντα [1] ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς, ἤγαγεν αὐτὸν [2] εἴς τινα τόπον, ἔνθα ἀνέκειτο [3] πινάκιον ἔχον γῆς περίοδον, καὶ προσέταξε τὴν Αττικὴν ἐνταῦθα ἀναζητεῖν. Ὡς δὲ εὗρε, προσέταξε [4] τοὺς ἀγροὺς τοὺς ἰδίους λαθρῆσαι. Τοῦ δὲ εἰπόντος, ἀλλ' οὐδαμοῦ γεγραμμένοι εἰσίν. Ἐπὶ τούτοις, εἶπε, μέγα φρονεῖς, οἷς γε οὐδὲν μέρος τῆς γῆς εἰσίν;

1 Ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς] Stobæus, qui ad verbum cætera retinet, in quibusdam ita variat, ut non ex suo ingenio variasse, sed in meliore Æliani codice sic reperiisse videatur. Nam post verbum ἐπὶ, commode hæc interponit τῇ εὐβιοσίᾳ καὶ τ. α. pro ἐπί τινα τόπον, habet ἑς τινα τῆς πόλεως τόπον, quibus verbis morem Mathematicorum veterum exponit, publice suspendendi tabulas hujusmodi, cujus *infra* etiam vestigia extant, ubi de Metone aliisque astronomis agit. Idem post προσέταξε, scribit, τῷ Αλκιβιάδῃ, post τέτοις, ἔν. Sed & pro οἷς γε, quod est apud nostrum, habet οἱ περί. Quæ lectio haud dubie melior. οἱ enim respicit antecedens ἀγροί: περὶ δὲν vero eleganter Græcis dicitur. Quemadmodum ex *Lysia* & aliis constare potest. SCHEFF. Plato in *Alcibiad.* 1. dictum ab eo refert, ἱκανὸς ἀνθρώπων εὐδενὸς εἶναι εἰς ἐδὲν· τὰ γὰρ ὑπάρχοντά σοι μεγάλα εἶναι, ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι ἀπὸ τῦ σώματος ἀρξάμενον τελευτῶντα εἰς τὰ τῆς ψυχῆς. *& in omnibus opis humanæ neutiquam indigum esse, & opibus tam magnis se abundare, ut nec corpori nec animo adjumento quisquam posset esse*, hæc inflatum divitiis hominem sonant! qui tamen, ut ibidem Socrates ait, habuit tantum, γῆς πλέθρα ἐδὲ τριακόσια, *agri jugera non plane trecenta in pago Echiade*, & tantilla terræ portio merito in tabula Geographica nusquam apparuit. KUHN.

2 Εἴς τινα τόπον] Exscripsit hoc Caput Stobæus *Serm.* XXII. iisdem plane verbis, nisi quod partim ex alio codice, partim de se, sententiæ, ut videtur, illustrandæ gratia, voculam subinde addidit, aut aliter exhibuit. Hic habet εἴς τινα τῆς πόλεως τόπον, ubi quod additur, τῆς πόλεως, haud dubie à Stobæo est: at illud εἰς, pro vulgato ἐπὶ, videtur esse Æliani. Certe enim Sluisk. quoque legit εἴς τινα τόπον. Sed & res gesta *in* illo loco, non *ad* locum illum, quod proprie est ἐπὶ. Sic οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. PERIZ. Ex Mediceo, Sluisk. & Stobæo restitui εἴς τινα τόπον.

3 Πινάκιον &c.] Tabulam Geographicam intelligit, qualem *Anaximander* Milesius edidit primus, teste Strabon. *lib.* I. Herodot. *lib.* V. prodit ejusmodi tabulam æneam, cui totius terræ ambitus erat incisus, ab Aristagora, Mileti tyranno, ad *Cleomenem* Lacedæmonium allatam. v. Voss. *de Philol. c.* 11. KUHN.

Πινάκιον ἔχον γῆς περίοδον] h. e. *Tabulam, quæ ambitum*, vel *itinera, terræ continet.* Solebant hoc titulo uti, qui Geographica scribebant. Celebris est apud Veteres Eudoxi Cnidii Γῆς περίοδος. Vide Vossium *de Hist. Græcis.* Noster IV. 20. distinguit τὴν περίοδον, & τὸ περίπλεν, ita ut ad maritima itinera posterius, ad terrestria prius referat. Sed & Suidas in *v.* Σκύλαξ, tanquam diversos ejus libros memorat, Περίπλεν τῦ ἐκτὸς τῦ Ηρακλέους σηλῶν, & γῆς Περίοδον. Cæterum Strabo *lib.* I. Homerum facit ἀρχηγέτην τῦ γεωγραφικῆς ἐμπειρίας, *primum Auctorem Scientiæ Geographicæ.* Anaximandrum vero Milesium, Thaletis discipulum, circa tempora Cyri, ἐκδῦναι ait πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, *edidisse primum Tabulam Geographicam*, at Eustathius *præfat. ad Dionysii* Περιήγησιν, hujus Scientiæ & Tabularum originem refert ad Sesostris tempora. Ille enim πολλὴν, ut ait; ἐξιελιλυθὼς γῆν, πίναξί τε δέδωκε τὴν ἐξοδον, καὶ τῆς τῦ πινάκων ἀναγραφῆς ἐκ Αιγυπτίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ Σκύθαις εἰς θαῦμα μεταδῦναι ἠξίωσεν, *quum multum terræ circumiisset, in Tabulas contulit hunc circuitum, & istam Tabularum scripturam non modo Ægyptiis, sed & Scythis tradere quasi in admirationem voluit.* In Mercurii quoque Ægyptii libris feruntur fuisse scripta περὶ τε τῆς κοσμογραφίας, καὶ γεωγραφίας, sed & χωρογραφία τῆς Αιγύπτῦ. Vide Clementem Alex. στρωμ. *lib.* VI. PERIZ.

4 Τὰς ἀγρὰς τὰς ἰδίας διαθρῆσαι] Stobæus, καὶ τὰς ἰδίας ἀγρὰς αὐτῦ διαθρῆσαι. Quod non temere est. Nam & Lugd. τὰς ἀγ. τὰς ἰδίας αὐτῦ διαθρῆσαι. Sed & frequens est Græcis τὰ ἴδια αὐτῦ. Theognis *v.* 439.

Νήπιος, ὃς τ' ἐμὸν βῦν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσι,
Τὸν δ' αὐτῦ ἴδιον ἐδὲν ἐπισρέφεται.

Stultus est, qui meum quidem observat animum, suum vero ipsius nihil curat. Et ita passim. IDEM.

CAP. XXVIII.

Quomodo Socrates fastum Alcibiadis retuderit.

Socrates quum videret Alcibiadem ob divitias inflatum, & ob agros superbientem, adduxit eum in locum, in quo tabula quædam, ambitum terræ complexa, erat reposita, & jussit Atticam ibi requirere. Quam quum inveniisset, suos fundos eum jussit oculis indagare. Quum vero responderet ille, at nusquam picti sunt. Iis ergo, inquit, te effers, qui nulla pars sunt terræ?

ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ Διογένους πενίας καὶ τύφου.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτῦ, ὅτι [1] τὰς ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει. [2] Εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πῖωχος, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον.

1 Τὰς ἐκ τῆς τραγῳδίας ἀρὰς] Frequentissimæ enim erant in Tragœdiis diræ, & imprecationes, veluti ex persona Thyestis, Oedipi, Medeæ &c. PERIZ.

2 Εἶναι γὰρ πλάνης] Mallem ἄπολις. Ita enim scribitur apud Julian. in *epist. ad Themistium*, ubi hujus dicti fit mentio. Quanquam & ibi corruptus locus videatur. SCHEFF. Mallet Vir doctus ἄπολις pro πλάνης. Sed ratio emendationis nulla apparet: ideoque πλάνης rectè suo loco manserit. Laert. in *Diog.* utrumque conjungit, dicitque eum profiteri solitum, diras Tragicas in se recidisse, εἶναι γῦν ἄπολις, ἄοικος, παλαιὸς ἐστερημένος, πῖωχος, πλανήτης, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον, *esse enim se sine urbe, lare, patria, mendicum, errorem,*

CAP. XXIX.

De Diogenis mendicitate & fastu.

Diogenes Sinopensis continuo dicebat de se ipso, explere se & sustinere *usitatas* tragœdiæ exsecrationes. Nam erronem se esse, domo & patria carentem, pauperem, male vestitum, & in diem vivere. Et tamen

ρον. Καὶ ὅμως ἐπὶ τούτοις μέγα ἐφρόνει οὐδὲν ἧττον, ἢ Αλέξανδρος ἐπὶ τῇ τῆς οἰκουμένης ἀρχῇ, ὅτε καὶ Ινδοὺς ἑλὼν εἰς Βαβυλῶνα ὑπέστρεψεν.

men in his nihilo sibi minus placedat, quàm Alexander in terrarum orbis imperio, quando subactis etiam Indis Babylonem erat reversus.

nem, & *in diem vivere*. Arriani *Epictet. l.* III. Cynicum bonum fuisse ait, γυμνὸν, ἄοικον, ἀνέστιον, ἀῦχμῶντα. ἄδηλον, ἄπολιν, ἀκτήμονα, χαμαὶ κοιμώμενον, ὁ γυνὴ, ὁ παιδία, ὁ πραιτωρείδιον, ἀλλὰ γῆ μόνον καὶ ἐρανὸς, *nudum, sine domo & lare, squalidum, sine servo, urbe, possessionibus, humi cubantem, non uxor illi, non liberi, non prætorium, sed terra tantum & cælum*. Nihil enim Diogenes habuit præter illa quatuor Empedoclis elementa, & magistrum suum *Antisthenem* solebat veluti vituperando laudare. *ipse me*, ajebat, *mendicum fecit ex divite, & pro domo ampla fecit habitare in dolio*. Macrob. *lib.* VII. *Satur. cap.* 3. ultima verba eo ordine locavi, quo Sarisber. in *Polycrat.* ea allegavit. Vitam Diogenis *torosulis* illis & *formosulis* nepotibus eleganter exhibet exprobratque Hieronym. *lib.* II. *adversus Iovin.* quem suo quodam more Sarisberiensis descripsit *l.* v. 17. qui etiam ex Hieron. emaculandus, in voce *emorathios*. legendum enim ἡμερόβιος. quod Noster effert, *βίον ἔχων τὴν ἐφήμερον. in diem vivens*. de πλάνης *Iudic.* vid. de superba Diogenis paupertate Dionem Chrysost. *orat.* IV. *de regno*. KUHN.

ΚΕΦ. λ'.

Περὶ σωφρόνων τινῶν.

1 Ἀμοιβέας ὁ κιθαρῳδὸς 2 σωφρονέστατος ἐλέγετο, ἢ γυναῖκα

CAP. XXX.

De quibusdam continentibus.

Amœbeas citharœdus maxima continentia præditus fuisse dicitur:

1 Ἀμοιβέας] Lege, Ἀμοιβεύς. Sic enim Aristeæ nominatur apud Athenæum *lib.* XIV. Clementi *lib.* III. *Strom.* imo Ælianoipsi *lib.* VI. *Hist. Anim. cap.* I. ubi etiam cætera hujus capitis invenias. SCHEFF. Ἀμοιβέας æque ac Ἀμοιβεὺς rectè dixeris, ut Αντιφάτης & Αντιφατὴς, Γηρυόης καὶ Γηρυονεύς, Eustath. *in Odyss.* Nam hujusmodi nomina, quæ vocant propria, varias quandoque κλίσεις sortiuntur. vid. Etymolog. Magnum in ἀλιεύς. KUHN.

Ἀμοιβέας] Noster *Hist. Animal.* VI. I. tum Plutarchus, Athenæus, Clemens Alex. & Ovidius scribunt hujus Citharœdi nomen Ἀμοιβεύς. Sed cum uterque Codex diserte heic præferat Ἀμοιβέας, assentior Kuhnio, nihil hic mutandum, quod voluerat Schefferus. Solent enim eorundem Nominum diversæ plerumque usurpari formæ diversis in locis. Sic vulgo *Proteus*, at Πρωτέας *infra* XII. 26. Ἀτρεὺς Athenæo & aliis. Nostro I. 26. &

Callimacho Ἀτρέας. *Aristeus* Liberi Patris Filius apud Cicer. *Verrina* IV. *Aristeas Proconnesius* Gell. IX. 4. Sic Ἰφικλεύς, & Ἰφικλέας. Immo sic Ἡρακλεύς, Ἡρακλείης, Ἡρακλῆς, Ἡρακλέας, Ἡρακλᾶς: *Perseus, Perses, Persa: Achilleus, Achillas*. Vixit autem hic Citharœdus tempore Zenonis Stoici, qui cum discipulis suis eum audire solebat, ut refert Plut. in *lib. de Morali virtute*. Meminit ejus & Ovidius *de Arte Am.* III. 299. tanquam præcipui Citharœdi.

Tu licet & Thamyran superes & Amœbea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.

Vide ibi Nic. Heinsium Virum Illustrem, & mihi Venerandum, quippe qui quum viveret, meam adolescentiam suæ amicitiæ ornamento comiter cohonestavit. PERIZ.

κα ὡραιοτάτην ἔχων 3 μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ. 4 Καὶ 5 Διογένης ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής. 6 Κλειτόμαχος ὁ παγκρατιαστὴς, εἴποτε καὶ κύνας εἶδε συμπλεκομένους, ἀπεστρέφετο. 7 Καὶ ἐν συμποσίῳ εἴ τις ἀφροδισίῳ λόγῳ παρεῤῥύη, ἀναστὰς ἀπηλλάττετο.

tur, quumque venustissimam uxorem haberet, non coivisse cum ea. Item Diogenes tragicus histrio. Clitomachus vero pancratiastes, si quando etiam canes videbat coëuntes, sese avertebat. Et in convivio, si quis de rebus venereis sermo incidisset, surgens discedebat.

ΚΕΦ.

CAP.

2 Σωφρονέστατος ἐλέγετο &c.] Lugd. σωφρονέστατος ἐγένετο, καὶ γυναῖκα ὡρ. ἔχ. μὴ ὁμιλεῖ αὐτῇ. Haud male, modo legas ὡμίλει. Res vero tanto magis memoranda, quia erat νεόγαμος, ut ait Clem. Alex. *lib.* III. *p.* 447. Solebant autem Citharœdi & Cantores abstinere Venere, ne vocem corrumperent. Quo respexit Ælius Lamia, cui Domitianus uxorem abduxerat, quando apud Suet. *Dom. cap.* 10. Imperatori laudanti suam vocem respondit ἐυπακλῶ, ut verissime istic legendum monuit Felicissimus Criticus, Joh. Fr. Gronovius. Sensus enim est, *continenter vivo*, nec ruo præter modum in Venerem, quia uxore careo. Sic Epictetus *cap.* 35. Θέλεις Ολύμπια νικῆσαι; δεῖ σ' ἐυλακτεῖν. *Vis Olympia vincere? Debes ergo continenter vivere*. IDEM.

3 Μὴ ὁμιλεῖν αὐτῇ] Noster in *adducto loco* addit, ὥσθ' πάντα τ' χρόνον, παρ' ὃν ἀγωνιᾷ μὲν ἐς τὰ θέατρα ἤει. Merito. vide *quæ notamus ad lib.* X. *cap.* 2. SCHEFF.

4 Καὶ Διογένης &c.] Videtur aliquid excidisse, & id quidem, quod de hoc Diogene prædicari debebat, æque ac de Amœbea & Clitomacho quædam prædicantur. Sed & Auctor *Hist. An.* VI. I. ejus mentionem faciens, neutiquam solo defungitur nomine, sed ait, Διογένης δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς τὴν ἀκόλαστον κοίτην. ἀπεῖπατο παντελῶς πᾶσιν, *repudiavit omnino omnem Veneris concubitum*. Cætera, quæ de Clitomacho hic sequuntur, *ibidem* quoque iisdem pene verbis narrantur, ut vix dubitem, inde explendum, quod hic in Diogene memorando desideratur. PERIZ.

5 Διογένης] De hoc à Philosopho hujus nominis diverso vide Suidam, in ipsius nomine. SCHEFF.

6 Κλειτόμαχος δὲ ὁ παγκρατιαστὴς] Celeberrimus hic Pancratiastes, patria Thebanus, de quo vide omnino Pausan. *Eliac.* II. 192. 193. *Pancratiastæ* vero dicebantur, qui pugilatu & lucta certabant. Vide Oct. Falconerii *Inscript. Athleticas, pag.* 72. Aversabatur autem tantopere hic Clitomachus ipsam Venereæ rei mentionem non castimonia quadam animi, sed studio cavendi, ne minueret ad eam pellectus vires corporis, qua ratione omnes Athletæ solebant ἐγκρατεύεσθαι, ut ait Paulus I. *ad Corinth.* IX. 25. Vide & *infra* Scheffer. *ad* X. 2. & XI. 3. PERIZ.

7 Καὶ ἐν συμποσίῳ] Meminit Plutarchus in *Symposio lib.* VII. *quæst.* 7. SCHEFF.

ΚΕΦ. λα'.

Περὶ Νικίου σπουδῆς ἣν εἶχε περὶ τὴν ἰδίαν τέχνην.

[1] Νικίας ὁ ζωγράφος τοσαύτην περὶ τὸ γράφειν σπουδὴν εἶχεν, ὡς ἐπιλαθέσθαι πολλάκις αὐτὸν τροφὴν προσενέγκασθαι [2] προσετηκότα τῇ τέχνῃ.

1 Νικίας] Nicomedis filius, præstans imprimis in pingendis animalibus, uti scribit Pausanias in *Atticis*. Plutarchus *lib. An sit gerenda resp.* Νικίας ὁ Ζωγράφος οὕτως ἔχαιρε τοῖς τῆς τέχνης ἔργοις, ὥστε τὰς οἰκέτας ἐρωτᾶν πολλάκις, εἰ λέλουται, ἢ ἠρίστηκεν. Adde eundem *lib. Non suaviter vivi* &c. Et Stobæum *serm.* XXVII. & XXIX. SCHEFF. *Niceam* vocat Plin. *lib.* XXXV. *cap.* 3. at ex *seq. cap.* 5. patet legendum esse *Nicias* vid. & M. Antoninum *lib.* V. *de Vitâ suâ*, & ibi Gattakerum *p.* 185. KUHN.

Νικίας &c.] Vixit tempore Alexandri, & Ptolemæi, qui Ptol. teste Plutarcho in *lib. Non posse suaviter vivi sec. Epic.* talentis 60. emere voluit ipsius νεκυίαν, sed quam illi patriæ suæ, Urbi Athenienſi, donare maluit. Certus enim est error Plinii *Nat. Hist.* XXXV. 11. referentis, tot talenta obtulisse Niciæ Attalum Regem, quippe cujus nominis primus Rex minimum 100. annis serius vixit.

CAP. XXXI.

De Niciæ diligentia, quam in artem suam contulit.

Nicias pictor tanto tenebatur pingendi studio, ut sæpenumero cibum capere oblivisceretur, arti impallescens.

Ipse Plinius *ibid.* Niciam Praxitelis æqualem facit: at ejus ætas omnino ad tempora Alexandri est referenda. De ipso *Nicia* Vide potissimum Fr. Junii *Pictores*. PERIZ.

2 Προσετηκότα τῇ τέχνῃ] Vertebatur minus proprie, *intentum arti*. Malim *impallescentem arti*. Sic Plutarchus *de Exilio*, σφιγγόμενον καὶ τηκόμενον τοῖς ἀνιαροῖς, *in cogitatione rerum tristium esse defixum & intabescere*. Proprie enim τήκεσθαι dicitur, quod quasi tabe quadam consumitur. Hinc qui Amore ardent & deperent, dicuntur κατατήκεσθαι, *infra* XII. 1. Καὶ ἐδεδίδαχεῖτο ὁ Ἀλεξάνδρου ἐφιλίζατο, καὶ κατετήκετο. Sed & Luctu, *supra cap.* 18. Τοσοῦτον ἐκάθαρε δακρύων, ὥς τε κατατήκεσθαι θρηνοῦντα. Cæterum simile prorsus de Carneade, ita *cogitationibus inhærente, ut manum ad mensam porrigere obliviscereturcum cibi capiendi causa recubuisset*, tradit Valer. Max. VIII. 7. *ext.* 5. IDEM.

ΚΕΦ. λβ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Ἡρακλέους κιθαρίζειν μανθανόντων.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, πῶς ἂν οὕτω πρόσηθες, ἐμάνθανε κιθαρίζειν. Τῷ δὲ διδάσκοντι [1] κρῦσαι

1 Κρῦσαι χορδήν τινα σὺν μέλει καὶ ἣν ἀπ.] Lugd. σὺν μίλει καὶ ἁρμονίᾳ, ἣν ἀπ. Sed nihil addiderim, quin potius deleverim insuper καὶ, si quid in his foret mutandum. Μέλος proprie est

CAP. XXXII.

De Alexandro & Hercule citharam pulsare discentibus.

Alexander Philippi filius, puer necdum pubertatem attingens, cithara discebat psallere. Magistro autem jubente chordam quandam pulsare modulis convenientem, & quam postulabant cantica: & quid interesset, inquit, si hanc pulsavero? aliam ostendens. Ille vero nihil interesse dixit regnaturi, sed non eodem modo nihil interesse ejus, qui ex arte psallere velit. Timuit nimirum hic, quum non indoctus esset homo, ne sibi

σαι κελεύσαντος χορδήν τινα σὺν μέλει, καὶ ἣν ἀπῄτει τὰ κιθαρίσματα· καὶ τί διοίσει, ἔφη, ἐὰν ταύτην κρούσω; ἑτέραν δείξας. Ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη διαφέρειν τῷ [2] μέλλοντι βασιλεύσειν, [3] ἀλλὰ οὐκ ἐπὶ τέχνῃ κιθαρίζειν μέλλοντι. Εἶδεσε δὲ ἄρα οὕτως, [4] μὴ ὢν ἀπαίδευτος, τὸ δέος Λίνου πάθος. Τὸν δὲ Ἡρακλέα ὁ Λίνος ἔτι

est cantus. Hesych. Μέλος, ἦχος ᾠδῆς, ἆσμα, ῥυθμὸς, ἀλαλαγμός. Hinc distinguebant Græci inter ῥυθμὸν & μέλος. Illa voce *modos* certi Temporis seu Spatii, hac *cantum* seu *sonos* diversæ Altitudinis notabant. Vide *Politica* Aristot. VIII. *cap.* 5. 6. 7. ubi identidem μέλη καὶ ῥυθμοὺς distinguit. Idem facit Aristides Quinctil. *de Musica lib.* I. Sed & Linus hic apud Diod. Sic *lib.* III. dicitur *inventor* fuisse ῥυθμῶν καὶ μέλους. Disertius exponit ea Quinctilianus *Instit. Orat.* I. 10. *Vocis rationem Aristoxenus musicus dividit in* ῥυθμὸν & μέλος, *quorum alterum Modulatione, alterum Canore ac Sonis constat.* Mox ad Orationes hæc transferens, dicit *alterum* (ῥυθμὸν) *ad collocationem verborum, alterum* (μέλος) *ad flexus vocis pertinere*. Vide & IX. 4. Hinc jam exponendum, quod Gellius ait XVI. 18. Κανονικὴ (Geometria) *Longitudines & Altitudines vocis emetitur, Longior mensura vocis* Ρυθμὸς *dicitur, Altior* Μέλος. Liquet ex his, quid proprie sit Μέλος in cantu. Cæterum facit forsan ad hunc locum etiam alia apud eundem Aristot. *Pol.* VIII. 5. distinctio Musices in Ψιλὴν ᾠδὴν, καὶ μετ' ᾠδῆς, h. e. quando tantum citharâ psallitur, & quando simul ad citharam cantatur. Qui illud faciebant, κιθαρισταὶ dicebantur, & Φιλοκιθαρισταὶ, qui hoc Κιθαρῳδοὶ. Vide *infra* IV. 2. & maxime Athenæum XIV. 9. Sensus itaque loci hujus esse queat, *Magistrum jussisse eum simul cum cantu pulsare chordam quandam, quam postulabant cantica*: tanto magis quia certe Apollodorus *lib.* II. ait Herculem non Ψιλὴν κιθάρισιν, sed κιθαρῳδεῖν didicisse ab Lino. Sed tamen vel sic putem, non male χορδὴν σὺν μέλει, ab interprete verti, *chordam convenientem* (nisi malis *convenienter*) *modulis*, seu *metris*. Simile est hoc sensu, sed ad res alias translato, ἐκ ἔξω μέλος. *Infra* XII. 60. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ἐκ ἔξω μέλος. PERIZ.

2 Μέλλοντι βασιλεύσειν] Sunt qui putent legendum βασιλεύειν, quia scilicet μέλλω futuri significationem habet. sed falluntur: nam apud Lucianum est μέλλω φιλοσοφήσειν; apud Demosthenem ἔμελλον κελεύσειν. addo amplius legi apud Lucianum alicubi, μελλήσων πέσειν τῷ ὕσπλῳ. FABER. Aliæ editiones habent βασιλεύσειν, quod ex Luciano & Demosthene probat Faber. Sed βασιλεύειν est in ipso ejus textu, & quia sequitur καθαιρεῖσθαι, rectius fuerit hoc saltem loco nihil mutari. SCHEFF. βασιλεύσειν habet & Romana editio, quam hic sequendam existimo. Non tamen falluntur qui μέλλω etiam cum præsenti βασιλεύειν construunt. Xenophon enim *eodem loco*, μέλλων κλωπεύειν & μέλλων λήψεσθαι dixit in *de Lucedæm. Rep.* KUHN.

3 Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ &c.] Error gravissimus ex re nihili legendum ἀλλ' οὖν. ὃ si scribere vacaret &c. FABER. Faber ἀλλ' ἔν ἐστι. Bene. SCHEFF. ἀλλ' οὖν scilicet διαφέρει ἐδέν, *sed non item parum refert, sed maxime ejus interest, qui ex arte cytharam velit tractare*. Sic non opus est manu medica. KUHN.

Ἀλλὰ ἐκ ἐπὶ τέχνῃ] Explicari hæc possunt quidem per Ellipsin repetendæ etiam Voculæ Negantis, uti fit à Kuhnio: sed multo est elegantius, atque aptius, quod voluit Faber, & probavit Schefferus, ἀλλ' ἔν, h. e. *at certe, attamen*. IV. 20. Λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα τὸν Ἱπποκράτην, ἀλλ' ἔν γε τῷ Δημοκρίτου χρέων τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα. Adde XIV. 22. Theoph. *Instit. de Adoptionibus, in extr.*

ἔτι παῖδα ὄντα κιθαρίζειν ἐπαίδευεν. Ἀμουσάτερον δή τι ἁπτομένου τοῦ ὀργάνου, ἐχαλέπηνε πρὸς αὐτὸν ὁ Λίνος. Ὁ δὲ ἀγαναχτήσας ὁ Ηρακλῆς, τῷ μὲν πλήκτρῳ τοῦ Λίνου καθίκετο, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν.

sibi eveniret, quod Lino evenit. Nam Herculem puerum adhuc Linus fidibus canere docuit. Verum quum imperitius ille instrumentum tractaret, objurgavit eum Linus. At Hercules incensus ira, plectro Linum percussit & interfecit.

Ἡ δὲ θέσις, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ὡς θέσις ἂν ἔῤῥωται, ἀλλ' ὅμως τὸν οἰκέτην ἐλεύθερον ἀποδείκνυσι, *Hæc autem Adoptio, etiamsi maxime tanquam adoptio non est rata, at certe servum illum facit liberum.* PERIZ.

4 Μὴ ὂν ἀπαίδευτος τὸ τοῦ Λίνου πάθοι] Isthæc verba ὂν ἀπαίδευτος omnino delenda. quod apud Schefferum est, nihil ad rem. FABER. Locus hic videtur vitiosus, licet libri omnes ita habeant, etiam editio Romana, quæ est prima; scribendum autem πάθος. Ita namque Noster ipse *infra cap.* 36. τὸ περὶ Σωκράτην πάθος ἀνιτιλόμβρος. Interpretatio esset talis: *Timuit nimirum, ut qui vir esset non plane imperitus, id quod Linus passus est, &c.* Faber verba ὂν ἀπαίδευτος, expungit. at videtur *Noster* dare voluisse causam, cur de *Lino* cogitare potuerit citharœdus, scilicet, quod esset μὴ ἀπαίδευτος, sicut nempe vulgo esse solebant. SCHEFF. Bene ista quidem Schefferus: at quod τὸ πάθοι mutatum ivit in πάθος, infectum vellem. ita enim locus elegantissimus male conturbatur. res in vado est, si post μὴ interpunctio minor reponatur, & subintelligatur πάθος. Timuit enim citharœdus, ne, si inficetum Alexandro responsum dedisset, sibi contingeret, quod Lino quondam. ille enim ab Hercule interfectus est, quod male cytharam pulsantem ἀγροικότερον καὶ ἀμουσότερον, *asperius* & *subrustice* increpasset. vide Pausan. in *Bœoticis*. Apud Plautum in *Bacchid.* discipulus ad pædagogum

Eja, inquit, *nunc esse ego opinor Herculem, tu autem Linus.*

confer Suidam in ἐμβαλόντα & quos codex Konigianus habet Diodor. *l.* IV. Loënsem *lib.* X. *cap.* 30. KUHN. Verissime hunc locum explicuit, immo & emendavit Scheffer. Et miror, quî fiat, ut, quæ tam liquida & clara sunt, approbare se tamen nequeant aliis Interpretibus. Legit ille πάθοι pro πάθοι, in quo assentientem sibi habet Codicem Lugd. Sed & ita Noster, non tantum *cap.* 36. Τὸ περὶ Σωκράτην πάθος ἀνιτιλόμβρος: verum etiam V. 19. Ἐπεὶ δὲ εἶδεν οἱ δικασταὶ τὸ ἀνδρὸς τὸ πάθος, & alibi sæpius. Faber tamen, *nihil ad rem*, pronunciat, *quod apud Schefferum est*, & *omnino deleri* jubet ὂν ἀπαίδευτος, satis pro imperio urens & secans. Kuhnius distinctione juvare vulgatam nititur, scil. μὴ, ὂν ἀπαίδευτος, τὸ τοῦ Λίνου πάθοι. Ut sensus sit illorum, ὂν ἀπαίδευτος, *si asperius & subrustice ageret* cum Alexandro. At quam neutiquam commodum certe Faber in his verbis vulgatæ lectionis, quomodocunque distinctis, invenire potuerit sensum, liquet ex eo, quod prorsus illa ejecerit. Dein ἀπαίδευτος ita absolute positum notat simpliciter *indoctum*, qui nihil legit, didicit, novit rerum ad animi cultum pertinentium: cæteroqui vero notat *imperitum* istius artis, de qua agitur. *Supra* I. 7. Ἰατρικῆς ἐκ ἀπαίδευτον. Contrarium illi est πεπαιδευμένος. VIII. 2. Ἡ περὶ τὰς πεπαιδευμένας σπουδή, h. e. *studium in Doctos*. Nisi ergo exciderit alterum μή, ante τὸ τοῦ Λίνου, vera est haud dubie Schefferi lectio, qua Magister hic dicitur *non indoctus fuisse*, nec ignarus rerum antea gestarum, unde exemplum sibi capere posset. PERIZ.

5 Ἁπλῶς ὀργάνῳ] Restitui ex MStis, & priscis Edd. Articulum, qui ex Schefferi, Fabri, Kuhnii Edd. exciderat. IDEM.

6 Πλήξειεν τοῦ Λίνου &c.] Infelix ille Herculis præceptor, Linus, patria fuit Thebanus, filius Isinenii, ut refert Pausan. in *Bœoticis*. Sed plures fuere Lini, de quibus vide Eustath. *ad Il.* Σ. *p.* 1222. 1223. *Ed. Basil.* & Nicol. Loëns. *Miscell.* X. 3. Eorum autem postremus fuit hic ab Hercule occisus, qui præceptor etiam *Thamyris* & *Orphei* fuisse dicitur à Diodoro *lib.* III. *p.* 201. Unde arguitur error Nicomachi Gerasseni *Enchir. Harmonici lib.* II. *init.* à quo *Orpheus* traditur *docuisse Amphiona*, *Thamyrin*, & *Linum*, *Linus vero Herculem*. At Orpheus ex plerorumque sententia æqualis fuit Herculis, & una cum eo particeps expeditionis Argonauticæ. Dicitur idem Linus à Diod. εὑρετὴς πρῶτος ῥυθμῶν καὶ μέλους, quod Suidæ est quasi per modum expositionis, τῆ λυρικῆς μέσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών. Sed & *literas*, à *Cadmo* in Græciam *allatas ex Phœnicia*, fertur *in Græcam contulisse linguam*, *aptando iis figuram & appellationem*. Sic enim Diod. *d. l.* Ἔτι δὲ Κάδμον κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα, πρῶτον εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταθεῖναι διάλεκτον, καὶ τοῖς φθόγγοις ἑκάστῳ τύξαι, καὶ τὰς χαρακτῆρας διατυπῶσαι. Quæ perperam prorsus accepit & vertit Rhodomannus: *Et quod Cadmus literas, è Phœnicia allatas, primus ad Græcorum enuntiationem transtulerit, suum cuique nomen attribuens, & characterem effingens.* Etenim, ut patet ex re ipsa, pendet constructio ex superioribus, Διονύσιος φησὶ, Λίνον γενέσθαι &c. Atque adeo sensus est non *Cadmum*, sed *Linum* ea feciisse, *quum Cadmus* ipsas *literas* vel literarum scientiam *jam attulisset*. Inane tamen est, quod istic traditur. Appellatio enim literarum Græcarum est eadem, quæ Phœniciarum. Figura quoque non nisi tractu temporis paulatim mutata fuit. Si quid veri habet hæc traditio, accipienda est de figura literarum inversa ab sinistra in dextram, secus quam exarantur Phœniciæ, quæ sola in literis ex Phœnicia allatis facta est mutatio à Græcis. Videtur certe aliquid circa literas factum à Lino: quum etiam Suidas, licet minus recte, ipsum *Linum è Phœnicia ad Græcos literas attulisse* tradat. Cæterum Apollod. *lib.* II. dicit Linum κιθάρᾳ πληγέντα ὑφ' Ηρακλέους ἀποθανεῖν, ipsa ergo *citharа percussum*. Utcunque sit, oportet & *citharam & plectrum* primis illis temporibus fuisse satis incondita & gravia, ut alterutro percuti quis tam duro ictu potuerit, quo periret. De *Cithara* nihil mirum est, si consideretur ejus forma, quam exhibeo ex Gemma *Thes. Brand. p.* 56. præferente Apollinem cum Cithara vel Lyra, ut & ex Boissardi *Part.* IV. *p.* 82.



Cl. Begerus censet in priori gemma Apollinem sinistra manu tenere plectrum. Sed dubitem, an si ita sit, satis, integre illud in gemma conspici & ex ea exprimi potuerit. Putem enim plectrum habuisse aliquid pectinis, quo veluti radebatur cithara. Hinc apud Athenæum IV. 7. πάσας ἅμα τῷ πλήκτρῳ τὰς χόρδας ἐπιτρέχοντες, *qui omnes chordas simul plectro percurrebant*. Sed & ideo à Græcis κρέκειν, & κρηπὶς, κερκίζειν dici videntur simul de textorum *pectine*, & Citharistarum *plectro*. Et habemus certe speciem plectri, non tam pulsantis, quam radentis fides, apud Leon. August. *Parte* I. *p.* 144.

Sed & crediderim tanto facilius, pectinis aliquid, ſeu exiles quaſi dentes, habuiſſe prima Plectra, quia ſuſtinuiſſe videntur vices manus & digitorum, quibus maxime olim utebantur in fidibus. Certe enim & Plectrum *Pectinis* voce deſignabatur, & Cithara promiſcue *Digitis* ac *Plectro pulſata* legitur. Liquet utrumque ex Virgil. VI. *Æn.* 645.

Nec non Thrëicius longa cum veſte Sacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum
Jamque eadem Digitis, jam Pectine pulſat eburno.

Similiter Martialis XIV. 165. de promiſcuo *digitorum* ac *plectri* uſu:

Fervida ne trito tibi Pollice puſula ſurgat,
Exornent (al. *Exorent*. an *Exercent*?)
docilem garrula Plectra lyram.

Adde his Athenæum *lib.* X. *cap.* 9. *p.* 637. Διείρας τὴν ἰνώνυμον χεῖρα πρὸς τὴν ἐπιβολὴν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ χρησόμενος τῷ πλήκτρῳ, *extendens ſiniſtram manum ad tractandas fides, & dextra uſurus plectro.* Niſi tamen hic locus ſit intelligendus potiſſimum de ejuſmodi organis, quæ ſimul tractabantur digitis in ſuperiori parte, ſimul plectro pulſabantur. Sic videre licet feminam, ſine plectro tamen, utriſque Digitis ludentem teſtudine apud Boiſſardum *Parte* IV. *p.* 145. Sed & eo ducit nos Ovidius *Metam.* XI. 169. ubi Apollo *lyram Suſtinet à læva, tenuit manus altera plectrum. Artificis ſtatus ille fuit, tum ſtamina docto Pollice ſolicitat.* Vide & Auctorem *Carm. ad Piſonem. Sive chelyn digitis & eburno verbere pulſas.* Sæpiſſime tamen ſolis plane Digitis pulſabantur: unde Gellio IX. 7. *Nervos in fidibus digito* dicuntur *pulſari.* Et Pollux IV. 9. Epigonum primum pulſaſſe ait ἄνευ πλήκτρου, *ſine plectro.* Antiquius ergo fuerit *Plectro* uti, & ideo Lacedæmonii Pſaltem mulctarunt, ὅτι δακτύλοις κιθαρίζει, *quod non* plectro, ſed *digitis citharam pulſaret*, atque adeo ab antiquis moribus deſciſceret. Sed tamen antiquiſſimum vere & ſimpliciſſimum fuit digitis pulſare fides, atque ideo etiam Sappho demum dicitur prima inveniſſe *plectrum* apud Suidam. Quod quamvis neutiquam pro vero habeam, & antiquiorem longe plectri uſum ſciam, memorati quippe jam vetuſtiſſimis Poetis, atque ipſi Homero, id tamen inde colligo, ex ipſorum veterum ſententia Citharam vel Lyram prius exſtitiſſe ſolam ſine plectro, atque adeo tunc rudiore, ut ita dicam, Minerva, tantum digitis pulſatam. Poſtea vero plectrum quoque adhibitum loco Digitorum, idque ideo formam habuiſſe primum quaſi manus, ſeu *Pectinis*, Κερκίδος. Sed tandem invaleſcente arte magis etiam invaluiſſe, & artis tunc fuiſſe, ut ſolis Digitis ſine Plectro pulſarentur fides. Quamobrem etiam ipſis in Nummis, Gemmis, Statuis, occurrunt paſſim citharæ Digitis potiſſimum pulſatæ, rarius Plectro. Vide Urſini *Familias* in *Pompeia Gente*, Boiſſard. *Parte* III. *p.* 144. & Leon. Auguſtinum *Parte* II. *Tab.* 10. Adde II. Spanhemium in *Eruditiſſimis Obſervationibus ad Callimachum pag.* 470. Sed, ut redeamus ad figuram *Plectri*, reperitur illud etiam, ſed rarius in Gemmis, Nummis, Marmoribus & forma quidem oblonga, imo etiam forma quaſi ferulæ vel crucis cujuſdam; Prius apud L. Auguſt. *P.* II. *Tab.* 9. Poſterius apud Sponium in *Miſcell. p.* 21.

Convenit prius cum veteri Onomaſtico P. Danielis apud Turneb. *Adverſ.* XXVIII. 6. ubi *Plectrum* exponitur *Haſtella, unde citharæ modulatus.* Neque vero mirum, diverſam nobis exhiberi Plectrorum formam, cum & Citharum diverſa fuerit, licet & illæ pariter uno ſui generis vocabulo, vel certe diverſis promiſcue, deſignentur, etiam a Grammaticis & Lexicographis. V. Heſych. & Suidam. Hinc Noſter XIV. 23. τὴν Λύσιν ἁρμοσάμενον κιθάρᾳ. Dionyſ. Halic. VII. *p.* 476. Καὶ Κιθαριστὴ Λύσις ἐπαλαχόδους ἐλεφαντίνας κρίκοντες. Nec enim ex ejuſmodi locutionibus conficiendum eſt, quod volebat Feithius *Antiq. Homeric.* IV. 4. *Citharam* & *Lyram* fuiſſe unum idemque, cum revera diverſæ aliquantum fuerint, ut notum jam eſt. Vide Scaligerum *ad Manilium lib.* V. & Hyginum *Poet. Aſtronom.* II. 7. Cæterum ex his omnibus id tamen patet, Plectra citharum non fuiſſe ejus formæ, ut facile quis iis alium occidere potuerit. Quare crediderim ferme, veriora dicere illos, qui Linum ipſa *citharæ* tradunt ab Hercule occiſum: tanto magis, quia omne id, quo quis alium dicitur *percuſſiſſe*, appellari poſſit πλῆκτρον, quæ forte error fuit cauſa. PERIZ.

ΚΕΦ. λγ'.

Περὶ Σατύρου τοῦ αὐλητοῦ.

Σάτυρος ὁ αὐλητὴς [1] Ἀρίστωνος τοῦ φιλοσόφου πολλάκις ἠκροᾶτο, καὶ κηλούμενος ἐκ τῶν λεγομένων, ἐπέλεγεν·

[2] Εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην;

[3] τοὺς

CAP. XXXIII.

De Satyro tibicine.

Satyrus tibicen ſæpe Ariſtonis philoſophi erat auditor, & his, quæ dicerentur, mire affectus, ajebat:

Cur ego non igni trado hoc nihil utile telum?

ſigni-

1 Ἀρίστωνος] Chius fuit ille, Stoicæque philoſophiæ. Laert. in *Zenone* eum *Siren* cognominatum refert, quia πειστικὸς ὢν καὶ ἡδὺς πιπτούσῃ, *Suada in ejus ſeſſitabat labris, & ad demulcendum populum factus erat.* Ideoque & Satyrum tibicinem eloquentiæ ſuæ dulcedine adeo cepit, ut Philoſophiæ amore incenſus tibias ſe exuſturum minaretur. KUHN.

Ἀρίστωνος] Fuit hic patria Chius, diſcipulus Zenonis, dictus *Siren*, quia facultate perſuadendi valebat, & quaſi ab natura factus erat ad conciones apud Populum habendas, ut ex Laërtio docuit jam Kuhnius. Sed & lubens apud quoſvis diſſerebat ſemper de rebus ad virtutem pertinentibus. Quapropter à Sophiſtis reprehenſus, *Utinam*, dixit, *etiam bruta intelligerent ſermones ad virtutem excitantes*, ut refert de eo Plutarchus *de Exilio, init.* Vixit tempore Antigoni Gonatæ. PERIZ.

2 Εἰ μὴ ἐγὼ] Mallem τί μὴ ἐγὼ. SCHEFF. Non vellet Vir doctiſſimus, ſi proverbialem ἀποσιώπησιν, quæ dicto omnem gratiam conciliat, animadverteſſet. Dabo ex Homeri *Iliad.* Σ. integrum locum; ut res eo magis eluceſcat. Pandarus apud Poëtam, cum ſæpius tela ſua, quæ in hoſtem emiſerat, irrita caderent, tandem iratus, ni domum, inquit, reverſus, tela iſta manibus meis confracta in ignem conjecero, ſtatim mihi hoſtis caput amputet opto: verba hæc ſunt:

Εἰ δέ κε νοστήσω γε ἰφθίμοιμι ὀφθαλμοῖσι
Πατρίδ' ἐμὴν, ἄλοχόν τε καὶ ὑψηρεφὲς μέγα δῶμα,

3 τοὺς Αυλοὺς αἰνιττόμενος, ἢ τρόπον τινὰ τὴν τέχνην ἐκφαυλίζων ὡς δεύτερον τῇ πρὸς φιλοσοφίαν.

Αυτίκ' ἔπειθ' ἁπ' ἐμοῖο κάρη τάμοι ἀκόντεος ὠκὺς,
Εἰ μὴ ἐγὼ τάδε πάντα φανείη σὺν πυρὶ θέλων.

ex his versibus ultimum Satyrus suum fecit more veterum, quo Homeri versus, ut notissimos tum temporis, cum quodam scriptionis compendio vel ἀποσιωπήσει citare solent. confer Aristoclem apud Euseb. *Præp. Evang. p.* 757. KUHN.

Εἰ μὴ ἐγὼ &c.] Pulchre hunc locum vindicavit & expedivit Kuhnius, male tentatum significans Tibias, & quodammodo suam artem ad Philosophiæ studium comparatam extenuans.

à Scheffero. Est enim Homeri *Il.* E. 21[5]. qui, ut solent Homerica, ad aliam rem, ab *Sagittis* ad *Tibias*, à Tibicine translatus est. PERIZ.

3 Τὰς αὐλοὺς] Vertebatur *Tibiam*, sed perperam. Nec enim proprium hoc est linguæ Græcæ, pluralem in Tibiis adhibere, quando una tantum intelligitur. Usitatum autem erat Veteribus, duas simul tibias inflare, ut ex multis statuarum & sacrificiorum monumentis liquet, quæ apud Bartholinum *de Tibiis* videri possunt. IDEM.

ΚΕΦ. λδ'.

Νόμος Λάκωσι, καὶ Ρωμαίοις κοινός.

Ὅτι [1] Λάκωσι, καὶ Ρωμαίοις νόμος ἦν [2] μὴ ἐξεῖναί τινι ὀψωνεῖν, μήτε ἃ βούλεται, μήτε ὅσα βούλεται. Προσέταττον γὰρ ἀφ' τε τ' ἄλλων σωφρονεῖν τοὺς πολίτας, καὶ δὰ τ' τραπέζης οὐχ ἥκιστα.

CAP. XXXIV.

Lex Romanis & Lacedæmoniis communis.

Lacedæmoniis & Romanis lex erat, ne cui licitum esset obsonare, quicquid, vel quantum, ipsi liberet. Nam civibus quum in aliis *rebus* temperantiam præceperunt, tum non minime in mensa.

1 Λάκωσι καὶ Ρωμαίοις] De Lacedæmoniis habes *infra*, XIV. 7. quæ huc pertinent. Scilicet non admitti in eorum Urbem *Coquos præterquam carnis*, qua de re vide Cragium *de Rep. Laced. lib.* III. *Tab.* 5. *Instit.* 3. Hinc Agesilaus Thasiis offerentibus ipsi, præter boves & oves, etiam bellaria, πέμματα καὶ τραγήματα, respondit, ἃ νόμιμον ἔστιν Λακεδαιμονίοις, χρῆσθαι τούτοις τοῖς ἐδέσμασι, *non esse jus Lacedæmoniis, uti ejusmodi cibis*, apud Athenæum XIV. 21. Confer & Nostrum *supra cap.* 20. & Plutarchum in *Agesilao*. Romanorum vero leges sumptuariæ satis notæ sunt ex Gellio & Macrobio, sed & passim citantur à Festo, Plinio, & Cicerone, qui *Famil.* VII. 26. *terrâ nata* dicit *esse Lege excepta*. Scilicet *olera & poma* concedebantur convivis etiam ex lege Licinia. Sed maxime huc facit Æmilia lex, *quâ*, ut ait Gellius II. 24. *non sumptus cœnarum*, ut reliquis ferme legibus, *sed ciborum Genus & Modus præfinitus est*. Lata hæc lex à Consule Lepido, qui post mortem Sullæ turbavit Remp. Cæsar dein rerum potitus *legem præcipue sumptuariam exercuisse* dicitur à Sueton. *cap.* 43. *positis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent*. Non temere autem duos hos populos conjungit Noster, quippe cum *Leges sumptuarias ex Rhetris Lycurgi & Axonibus Romam translatas* diserte tradat Amm. Marcell. lib. XVI. PERIZ.

2 Μὴ

2 Μὴ ἐξεῖναί τινι ὀψωνεῖν] De Laconibus testatur Dicæarchus apud Athenæum *lib.* IV. De Romanis, censoriæ leges ac sumptuariæ, & inter eas Lex Æmilia præcipue, qua Gellius non modo sumptum cœnarum, sed ciborum genus & modum definitum fuisse tradit. Vide eum *lib.* II. *cap.* 24. SCHEFF. Adde Sarisburiens. *Polycrat. lib.* VIII. *cap.* 7. aut Macrobium potius *lib.* II. *Saturn. c.* 3. unde sua descripsit Sarisbur. Tertullian. *Apologet. c.* 3. KUHN.

ΚΕΦ. λε'.

Οτι ἐν τῇ Ακαδημίᾳ γελᾶν οὐκ ἐξῆν.

Λόγος δέ τις ἀμφρεῖ, καὶ οὗτος Αττικὸς, ὃς λέγει, πρότερον ἐν [1] Ακαδημίᾳ μηδὲ γελάσαι ἐξουσίαν εἶναι. Υβρει γὰρ καὶ ῥαθυμίᾳ ἐπειρῶντο τὸ χωρίον ἄθικτον [2] φυλαχθῆναι.

CAP. XXXV.

Quod in Academia ridere non licebat.

Fama etiam percrebuit, & ea quidem Attica, quæ refert, ne ridendi quidem potestatem in Academia olim fuisse. Nam lasciviæ & ignaviæ inaccessum hunc locum servare conabantur.

ΚΕΦ. CAP.

1 Ακαδημίᾳ] A loco feriis consecrato risum Antiqui abesse voluerunt, quemadmodum nec in templis spuere aut emungi licuit. Arrian. *Epictet. lib.* IV. ad hominem sordibus obsitum: ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἱερὸν ἡμῖν συνέρχῃ πωϊστος, ὅπου πλύσας ὁ νενόμισται, ἔδει ἀπομύξασθαι, ὅλος ὢν πλύσμα καὶ μύξα, *imo etiam nobiscum, templa ingrederis, ubi nec spuere fas est nec emungi, cum tu, quantus quantus es, sputum & mucus sis*. Rabbini etiam risum suis Synagogis exesse jubent his verbis: אין נוהגים בבית הכנסת קלות ראש כגון שחוק ושיחה בטלה ואין אוכלין בהן ואין שותין בהן: *Non solent exercere in Synagogis lasciviam petulantiam, vel ridendo vel otiosa verba deblaterando. nec ibi comedunt aut bibunt. Col-bo* in קדושת ממורה. Locum Romæ, ubi non licuit despuere, Varro dabit *de LL. lib.* IV. *p. m.* 26. Nazianzenum adde, qui in *Epitaph. Patris* laudat in Nonnâ matre suâ, τὸ σιωπῇ πιεῖσθαι τὸ ἄγμα, τὸ μήποτε νῶτα δοθῆναι τῇ σεσωσμένῃ τραπέζῃ, μηδὲ καταπτυθῆναι θεῖον ἔδαφος, *quod silentio honoravit sanctæ, quod nunquam terga obvertit mensæ venerabili, nec sacrum conspuit pavimentum*. KUHN.

2 Φυλαχθῆναι] MSS. B. & C. habet φυλάττειν. SCHEFF. Ut MSS. B. & C. ita Lugdun. φυλάττειν. Sluisk. retinet vulgatum. Cæterum lascivia ab Academia prorsus erat aliena, unde & *infra* IX. 29. Οἱ ἐν λυκείῳ, ἢ ἐν Ακαδημίᾳ, opponuntur νεανίσκοις ἀκολάστοις, *adolescentibus lascivis*. & *intemperanter viventibus*. Sed & Aristoph. Νεφελ. *p.* 181. tribuit Academiæ σώφρονας ἡλικιώτας, *æquales*, vel potius *juvenes, modestos*, seu *temperantes*. PERIZ.

ΚΕΦ. λϛ'.

Διά τι ὁ Ἀριστοτέλης ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας.

Ἀριστοτέλης ὅτε ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας [1] δέει τ῀ κρίσεως, [2] πρὸς τ῀ ἐρόμενον αὐτὸν, τίς ἐστιν ἡ τ῀ Ἀθηναίων πόλις; ἔφη, παγκάλη· ἀλλ᾽ ἐν αὐτῇ

[3] Ὄχνη ἐπ᾽ ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ᾽ ἐπὶ σύκῳ,

τοὺς Συκοφάντας λέγων. Καὶ πρὸς τ῀ ἐρόμενον, διά τι ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας;

CAP. XXXVI.

Cur Aristoteles reliquerit Athenas.

Aristoteles quum judicii metu Athenas reliquisset, interroganti ipsum, qualis esset civitas Athenienſium? respondit, Pulcherrima: sed in ea

Ut pyra quæque pyri, sic ficus ficubus ipsæ
Succedunt,

Sycophantas intelligens. Et interroganti, cur reliquisset Athenas? respon-

1 Δέει τ῀ κρίσεως] MSS. B. & C. ἀφ᾽ τὼ κρίσιν. alterutrum ex gloſſa eſt. SCHEFF. Puto lectionem MSS. ſapere explicationem τὸ δέει τῆς κρίσεως, *metu judicii.* Ariſtoteles Athenis Chalcidem demigravit. Nam Eurymedon Cereris hierophanta impietatis dicam philoſopho impingere volebat, ut Laërtius in *vita ejus* tradit. alii impietatis reum fuiſſe volunt ob pæana Hermiæ Eunucho ſcriptum. Origenes *lib.* I. *contra Celſum* τὸ ὠδὴ Ἀριστοτέλους ἱεροφάμιον hunc in modum recenſet. ὅτος ἰδὼν συγκρούεσθαι μέλλον καὶ αὐτὸς δικαστήριον ὡς κατὰ ἀσεβῶς, ἀφ᾽ τίνα δόγματα τ῀ φιλοσοφίας αὐτῦ, ἃ ἐνόμισαν ἀσεβῆ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀναχωρήσας ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων, εἰ Χαλκίδι τὸν διαλεξᾶς ἐποιήσατο, ἀπολογησάμενος τοῖς γηραιόμοις καὶ λέγων· ἀπίωμεν ἀπὸ τ῀ Ἀθηνῶν, ἵνα μὴ φθάσαι δῶμεν Ἀθηναίοις δεύτερον ἔγκλημα ἀναλαβεῖν φιλοσοφίαν τῷ κ῀ Σωκράτης. κ῀ ἵνα μὴ δεύτερον εἰς φιλοσοφίαν ἀσεβήσωσι. *hic* (Ariſtoteles) *judicium ſibi jamjam parari videns, ut impio, propter quædam philoſophiæ ſuæ dogmata, quæ Athenienſes putabant impia, Athenis diſcedens, Chalcidem ſcholam tranſtulit, ita diſcipulis ſuum excuſans abitum: abeamus Athenis, ne anſam demus Athenienſibus iterum ſcelus piaculare, illi, quod in Socratem commiſerunt, ſimile perpetrandi, & ne ſecunda vice in Philoſophiam ſint impii.* confer etiam Athenæum *l.* XV. *p.* 696. Chalcide autem hauſto veneno mortuum Suidas in Ἀριστοτέλης ait. Heſychius Mileſius ſcribit κατακεκριμένα πιεῖν ἀκώνιτον, *condemnatum eſſe* Ariſtotelem *ad bibendum cicutam.* quâ arte Plato Socratis poculum declinarit, vide apud Euſeb. *de Præp. Evangel. p.* 650. KUHN.

Δέει τ῀ κρίσεως] Etiam hic MStis B. & C. paria facit Lugd. legens itidem ἀφ᾽ τὴν κρίσιν. Utrum ex gloſſa & interpretatione librariorum ſit ortum, decernere nequeo. Putem tamen ſcriptam illorum Codicum lectionem eſſe genuinam. Solet enim ita Noſter. Sic *cap.* 23. Διὰ τ῀ οἶνον. Et *alibi.* Κρίσις hic notat καθ᾽ ἑξοχὴν *judicium capitale.* XIV. 43. δίδωσι μ῀ πεῦτα κυβεύων ὑπὲρ τ῀ ἀνθρώπε κρίσεως ἡκειν. *Nunquam poſt illa inter aleam capitalem hominis cauſam cognovit.* Matth. V. 21. ἔνοχος ἔσῃ τῇ κρίσει, *reus erit judicii capitalis.* Metuebat autem Ariſtoteles accuſationem ἀσεβείας, quod *Pæana*, h. e. hymnum ſacrum, compoſuerat in Eunuchum Hermiam, quo crimine eum accuſabat, vel accuſatorem immittebat, Eurymedon Sacerdos. Vide Laërt. in *Ejus vita.* Athenæus XV. 16. negat illud carmen fuiſſe *Pæana.* Contulit autem Ariſtoteles relictis Athenis ſe Chalcidem Eubœæ, unde fabula videtur orta inter Chriſtianos Patres, & dein alios, quod in Euripum ſe præcipitaverit, quia ejus reciprocationis naturam aut cauſam cognoſcere non potuerit. Vide Tan. Fabri *Epiſt.* I. 14. Accidit autem illa accuſatio & fuga Ariſtotelis ſtatim *poſt mortem Alexandri*, ut diſerte ait Dionyſ. Halic. in *Epiſtola ad Ammæum de Demoſthene*, quaſi eam unice exſpectaviſſent Accuſatores. Chalcide vero, vel, vexatus etiam iſtic ab accuſatoribus ejuſdem criminis, aconitum ultro bibit, ut tradunt (Vide Laërtium, & hic Kuhnium) nonnulli: vel morbo paucis annis poſt deceſſit, ut tradit Dionyſius. PERIZ.

2 Πρὸς τ῀ ἐρόμενον] Antipatrum regem intelligit. Vide Ammonium in *vita ejus*, ubi eadem. SCHEFF.

Πρὸς τ῀ ἐρόμενον] *Antipater* is fuit, ut ex Ammonio jam docuit Schefferus, qui & vivo Alexandro, & poſt ejus mortem, Macedoniæ & Græciæ præfuit, quemque Ariſtoteles teſtamento conſtituit ἐπίτροπον πάντων, *curatorem ſupremum omnium ſuorum*, teſte Laërtio, qui & Novem eum Epiſtolas ad Antipatrum ſcripſiſſe ait, quarum unam citat Noſter XIV. 1. PERIZ.

3 Ὄχνη] verſus ſunt Homeri, quos leviter inflectit. Extant autem *Odyſſ.* H.

Ὄχνη ἐπ᾽ ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ᾽ ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ᾽ ἐπὶ σύκῳ.

Ita prior legitur in melioribus, non ὄχνη, ut eſt apud Noſtrum. SCHEFF. Utraque lectio, ὄγχνη & ὄχνη apud autores recepta eſt. vide Laërt. in *Vita Ariſtot.* Heſychium in *hac voce*, Diodorum *lib.* II. *Hiſt. pag.* 139. KUHN.

Ὄχνη] Homer. *Odyſſ.* H. 120. ὄχνη (vel ὄγχνη) ἐπ᾽ ὄχνῃ &c. quo declaratur, maximam fuiſſe eorum fructuum multitudinem in Hortis Alcinoi, de quibus ibi agit Homerus. Ariſtoteles vero alludens ad *Sycophantas*, eorumque multitudinem, quæ erat Athenis, & ſimul Vocis originem, expoſteriori verſu tranſtulit mentionem *Ficuum* in priorem, in quo ineſt Verbum γηράσκει, unde ſenſus pendet. Vide omnino Euſtath. *ad d. l. Homeri. Sycophantæ* autem à *ficubus*, quæ contra legem exportabantur, *deferendis* ſunt dicti, ut tradit Athenæus III. 2. Alique. Hinc paſſim poni videas pro delatoribus & calumniatoribus apud Græcos & Latinos, ut vel ex Comœdiis Plauti & Terentii notum eſt. Ipſæ ejus generis accuſationes dicuntur eadem ratione συκοφάσεις ἄδικοι, à Laërtio v. 8. De re autem ipſa, de Sycophantarum multitudine Athenis, de damnatione Socratis, & fuga Ariſtotelis vide etiam *infra* XII. 52. 3. PERIZ. Mediceus ὄγχνη ἐπ᾽ ὄγχνῃ, quomodo legitur apud Homerum.

4 Τὸ ὠδὲ Σωκράτην πάθῳ] Uterque ſcriptus Σωκράτες. At Editi omnes Σωκράτην: quod rectius videtur. PERIZ.

5 Καὶ τ῀ καθ᾽ αὐτὸν κίνδυνον] Lege καθ᾽ αὐτὸν. FABER. in MSS. B. & B C. legitur ἑαυτῷ κίνδυνον, quod præfero. SCHEFF. Cæterum de multitudine Sycophantarum ἐπιπολαζόντων Athenis vide Noſtrum *l.* XII. *c.* 52. Theopompus ſcripſit, κ῀ τῶν κ῀ λωποδυτῶν, ἔτι δ᾽ ψευδομαρτύρων κ῀ συκοφαντῶν κ῀ ψευδοκλητήρων, *Athenas plenas eſſe ſcenicis, nautis, graſſatoribus. inſuper & falſis teſtibus, ſycophantis, & iis, qui cauſas falſis advocatis teſtibus tœbantur.* Dalecampius ψευδοκλητῆρες apud Athen. interpretatur *p.* 258. *apparitores, qui falſa renuntiant.* & iterum *notis in h. l.* ea dicit, quæ nihil ad rem. Nam in foro Attico ψευδοκλητεύειν erat *falſos ſubornatoſque ad cauſam probandam advocare* teſtes, & qui hujus criminis accuſatus convictuſque erat, ψευδοκλητείας damnabatur. vide Pollucem *l.* VIII. *c.* 6. *Onomaſt.* KUHN. Vereor, ut ſatis recte inſpexerint Codices B. & C. qui ex iis proferunt ἑαυτῷ κίνδυνον. Etenim Lugd. noſter, qui illis congruere ſolet, clare & diſerte legit τ῀ καθ᾽ ἑαυτὸν κίνδυνον, quod tamen genuinum eſſe vix putem, quum καθ᾽ ἑαυτὸν & Noſtro & Aliis ſignificet *per ſe ſolum, ſeorſim.* Καθ᾽ αὐτὸν hic ferri poſſe, & notare *Ipſum*, de quo agitur, ut certius liqueat: vide Vigeri *Idiotiſmos Cap.* IV. *Reg.* 6. PERIZ.

ſpondit: nolle ſe *committere*, ut Athenienſes bis peccarent in philoſophiam: id quod Socrati accidit, innuens, & ſuum ipſius periculum.

CAP.

ΚΕΦ. λζ'.

Νόμος Κείων χτ' γερόντων.

[1] Νόμος ἐστὶ Κείων· οἱ πάνυ παρ' αὐτοῖς γεγηρακότες, [2] ὥσπερ ἐπὶ ξενίᾳ προκαλοῦντες ἑαυτοὺς, ἢ ἐπί τινα ἑορταστικὴν θυσίαν [3] ἀνελθόντες, καὶ στεφανωσάμενοι, πίνουσι κώνειον, ὅταν ἑαυτοῖς συνειδῶσιν, ὅτι πρὸς τὰ ἔργα [4] τὰ τῇ πατρίδι λυσιτελοῦντα ἄχρηστοί εἰσιν, ὑπολῃρύσης ἤδη τι αὐτοῖς καὶ τῆς γνώμης διὰ τὸ χρόνον.

1 Νόμος ἐστὶ] Habet Heraclides in *Rebuspubl.* sed ibi nominantur Κῶοι, prava forsan scriptione. Adde Strabonem *l.* x. *p.* 486. & ibi Menandrum. vide quoque *notas* Jos. Scalig. *in Varronem de LL.* Ait porro etiam in eos valuisse hanc legem, qui annum quadragesimum excessissent, qui numerus minor videtur, quam ut cum Nostro conveniat, qui γεγηρακότι tantum ait scriptam fuisse. Vide *infra l.* IV. *c.* 1. SCHEFF. Forsan Dn. Schefferus incidit in versionem latinam Strabonis quæ habuit XL. annos. Græca aliud sonant, nempe πρεσείζεσθαι, ὡς ἔοικεν, ὁ νόμος τὸς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κωνειάζεσθαι (ita enim pro κωνειάζεσθαι legit Casaubon.) ἢ ἀφαιρεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν, *videtur autem lege cautum, ut qui sexaginta annos excesserant, cicutæ haustu necarentur, ne aliis deessent alimenta.* Valerius tamen vidit etiam *nonagenariam* & summæ dignitatis feminam veneno sumpto obiisse *Julide.* vid. locum *l.* II. *c.* 1. in *externis.* Cæterum quæ ratio cicutam bibendi ab Auctore subjungitur, ea Stoicum dogma refert. Stoici enim λόγον ἐξαγωγὴν existimabant, si senectus *cœperit concutere mentem, partesque ejus convellere, si corpus ministeriis fuerit inutile.* Seneca *epist.* 58. 70. Cato etiam sapienti censet è vita excedendum, cum *plura sunt aut fore videntur, quæ officia secundum naturam obeunda impediant.* apud Ciceron. *lib.* III. *de Finibus.* vide & Laërtium in *Zenone.* Alexandr. Aphrodis. *lib.* II. *de Anima*, ubi disputat contra Stoicos, *quod virtus non sufficiat ad beatitudinem fol.* 150. *Venet. edit.* Quod autem locum Strabonis supra laudatum attinet, Stephanus *de Urbibus* pro κωνειάζεσθαι legit ἀγωνίζεσθαι, *quem satis mirari nequeo: videtur enim legisse apud* Strabonem κωνίσασθαι *vel* κωνίζεσθαι, *quæ vox* ἀγωνιζεσθαι *significat.* Sunt verba Casauboni. mihi, quod aliorum pace dixerim, videtur legisse Stephanus ἀκονίζεσθαι ab ἀκόνιτον vel ἀκόνιτος, quod notat herbam venenatam, de qua Poeta,

Miscent aconita novercæ.

esset itaque ἀκονίζεσθαι idem quod κωνειάζεσθαι, aconito scilicet vel cicuta expugnare Spiritum. vid. Stephan. *de Urbibus* in ἄκονα. KUHN.

Νόμος ἐστὶ Κείων] Sluisk. Κόων. Lugd. Κῶοι. Sed rectum est, quod editur. De more hoc *Ceorum* Vide Stephanum Byz. in *v.* Ἰουλὶς, quosque hic allegant Schefferus & Kuhnius. PERIZ.

2 Ὥσπερ ἐπὶ ξενίᾳ] *Tanquam qui ad hospitalem mensam se invicem invitant. Infra* II. 15. Ποιοῦντες ὃ θυσίαν ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλει τὸ Ἀτρείωνα καὶ Ὅμηρον. *Hist. Anim.* I. 1. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ ξενίᾳ κληθέντες. Polyæn. I. 7. Κύψελος ἀπαντήσας ἐπὶ ξενίᾳ τὺς Ἡρακλείδας καλεῖ. Ubi male id mutatur in ξένια vel ξενίων: quamvis fatendum sit, etiam hic, at non *lib.* IX. ξενίων præferre Codicem Lugd. quod in Polyæno volebat Casaubonus. Sed & Homerus *Odyss.* Ω. 313. *Ille quidem ita abiit; sed animus nobis sperabat,*

Μίξεσθαι ξενίῃ, ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα διδόσειν,
Misceri hospitali mensa, & præstantia dona dare.

Paulo ante *v.* 285. dixerat, *dimittere vicissim exceptum* δώροις καὶ ξενίῃ ἀγαθῇ. Videtur autem in his intelligi semper τραπέζα. Passim enim ita Homerus

Ἴσθι νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν, ξενίη τε τραπέζη.

sciat nunc primum ex Diis Jupiter, ac hospitalis mensa. Erant vero in tali convivio prorsus læti & festivi, sicuti etiam, quando ad sacrificium festivum ac solenne adscendebant in templa, quod respicit Noster. De *Coronarum* frequenti item usu in rebus lætis, & maxime in sacris, vide *supra ad* III. 3. Hic vero si abesset illud καὶ ante στεφανωσάμενοι, non equidem desiderarem. PERIZ.

3 Ἀνελθόντες] Interpretis Codex συνελθόντες. FABER.

4 Τὰ τῇ πατρίδι λυσιτελοῦντα] Lugd. λυσιτελῇ. PERIZ.

CAP. XXXVII.

Lex Ceorum de senibus.

Lex est apud Ceos, ut ii, qui senio plane confecti sunt, tanquam ad hospitalem mensam se invitantes, aut ad quoddam solenne sacrificium adscendentes, & coronati, cicutam bibant, quando sibi ipsis conscii sunt, se ad curanda patriæ commoda inutiles esse, animo jam ob ætatem aliquantulum delirante.

ΚΕΦ. λη'.

Ευρισκόμενά τινα πρῶτον ἐν Αθήναις.

[1] Ὅτι ἐν Αθήναις εὑρεθῆναι λέγουσι πρῶτον [2] τὴν Ελαίαν, καὶ [3] τὴν Συκῆν, ἃ καὶ πρῶτον ἡ Γῆ ἀνέδωκε. [4] Δίκας τε δοῦναι καὶ λαβεῖν εὗρον

1 Ὅτι ἐν Αθήναις &c.] Athenæus XV. 13. Athenienses πάντων τῶν καλλίστων εἰσηγητὰς τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου γενομένους, *omnium præstantissimarum rerum vitæ humanæ inventores fuisse* ait. Vide & Isocratem *Panathenaico.* PERIZ.

2 Τὴν ἐλαίαν] *Oleam* invenisse dicitur vel protulisse Minerva, litigans cum Neptuno de terra Attica. Vide Diod. Sicul. *lib.* V. *pag. m.* 340. & Meursium *de Regno Attico* I. 10. At Plutarchus in *Themistocle* confictam hanc fabulam à primis Regibus putat, ut ita cives suos à mari & Neptuno, forsan etiam à maritimis prædationibus, averterent ad culturam terræ & fructuum collectionem, quos inter Oleæ excellebant, quum frequentissimus fuerit apud Veteres olei in victu humano usus. Unde apud Aristotelem *Polit.* I. 7. Ελαιαγείων fit mentio, & in Congiariis *Oleum* vel maxime inter plebem dividebatur Romæ. IDEM.

CAP. XXXVIII.

Quædam Athenis primum inventa.

Athenis ajunt primum repertam esse Olivam & Ficum, quæ etiam primum ea Terra protulit. Item jus suum alteri dare & accipere, primi

3 Τὴν συκῆν] Hanc inveniisse ac dedisse Phytalo dicitur Ceres, quoniam hospitio eam exceperat, quum filiam quæreret, quod ex ejus Epitaphio tradit Pausan. *in Atticis.* Athenæus III. 3. terram Atticam copiose ferre ficus ait, eamque *arborem hominibus puriori vitæ ducem fuisse*, fructum autem ejus ab Athenienses dici ἡγητήρια, quia ficus prima ex mitioris alimenti fructibus fuerit inventa. Hinc *seq. cap.* Athenienses primis temporibus ante fruges inventas dicuntur *ficubus* se pavisse, ut alii *glandibus*, alii aliis fructibus. Sed & in S. Scriptura passim jungitur *Ficus Viti*, ut quibus se homines maxime oblectent & expleant. Mirum vero, nullam hic nec frumenti, aut *tritici*, nec *Vini* fieri mentionem, quum ea item à plerisque adscribantur Athenienses, ut à quibus in reliquam Græciam fuerint propagata. IDEM.

4 Δίκας τε δοῦναι καὶ λαβεῖν] Interpres *pœnas dare*

εὗρον Αθηναῖοι πρῶτοι. Καὶ ς ἀγῶνα τὸν διὰ τῶν σωμάτων πρῶτοι ἐπενόησαν,

mi Athenienſes invenerunt. Et Certamen, quod fit corporibus, primi

dare & repetere. Sed proprie notat, *jus ſuum alteri dare, & ab altero accipere ex ſententia judicii*, ſive illud jus jam ſit pœna, ſive aliud quid alteri debitum; atque adeo *ſe & lites ſuas judicio permittere.* Sic Thucydides I. 28. Corcyræi δίκας ἤθελον δοῦναι ὑπ Πελοποννήσῳ ᾗ πόλεσιν, αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν: *volebant jus experiri apud eas civitates in Peloponneſo, in quas utrique* (Corcyræi & Corinthii) *convenirent.* Scholiaſtes exp. ἐπιτρέψαι δικαστηρίῳ ᾗ κρῖναι, δίκας ἀμφοτέρους διδόναι ᾗ δικάσασθαι. Et *cap.* 85. Ετοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι· ἐπὶ ᾧ τ διδόντε, ἑ ᾧτέρου νόμιμον, ὡς ἐπ ἀδικοῦντι, ἰέναι: *paratis illis judicium ſubire; Iniquum autem eſt bello prius aggredi eum, qui jure vult agere, tanquam injurium.* Manifeſtum itaque, his locutionibus deſignari ſimpliciter *judicia*, quibus ſuum jus alteri datur, & viciſſim accipitur. Quia tamen, ut injuriæ & actoris petitioni ſatisfiat, ſæpe reus ab Judice puniri debet, hinc illæ phraſes etiam καὶ ἔξοχὴν de *pœna* ſæpe adhibentur. Sic apud Diod. Sicul. *lib.* IV. Minos venit Athenas, δίκας αἰτῶν τ Ανδρόγεω φόνε, *jus & pœnam de cæde Androgei* filii ſui *poſtulans.* Et Oraculum reſpondit Athenienſibus, fore ut liberarentur malis, *ſi de illa cæde* τ Μίνωι δίκας δῶσιν, ἃς ἂν ἐκεῖν- δικάσῃ, *Minoi pœnas dent, quas ille exigeret.* Apud Polyæn. I. 13. Rhodii, quum, quam credebant Helenam, per tumultum occidiſſent, ut Manibus Tlepolemi, qui ad Trojam perierat, ſatisfacerent, ὡς ἱκανὴν δίκην ἐπὶ τ Τληπολέμῳ λαβόντες, τ Ελένης θάνατον, ἀνεχώρησαν, *abierunt, ut qui morte Helenæ idoneam ſatis pœnam ob Tlepolemi mortem cepiſſent.* Cæterum Auctor Noſter, quia Judicia *Legibus* exercentur, potuit ergo iſtis locutionibus Earum originem, ab Athenienſibus quoque repetendam, reſpexiſſe. Etenim Ceres una cum frugibus dedit prima Athenienſibus *Leges, ſecundum quas Homines ſibi invicem JUS TRIBUERE ſolent*, ut ait Diod. Sic. *lib.* V. Λέγουσι δέ τινες, ὅτι ᾗ Νόμους εἰσηγήσαλο, καθ' ὃς ἀλλήλοις τὸ ΔΙΚΑΙΟΝ ΔΙΔΟΝΑΙ συνεθίσθησαν ἄνθρωποι, ᾗ τὴν ᾠδὴν δοῦναι αὐτοῖς Θεαὶ ἀπὸ τέτων Θεσμοφόρον ᾠσησγόρευσαν. Eas vero Triptolemo proprie dediſſe fertur, unde ejus antiquiſſimæ Leges de *Parentibus honorandis, Diis oblatione fructuum colendis, Animalibus non lædendis*, tempore Xenocratis etiamdum exſtabant Eleuſine. Vide Meurſii *Themidem Att.* I. I. Ceres autem ut Græcis & Athenienſibus *Theſmophoros*, & ejus ſacra *Theſmophoria*, ſic Latinis *Legifera*, *invento uſu frumentorum, ex agrorum diſcretione nata eſſe jura* ait, quum *antea paſſim homines ſine lege vagarentur.* Calvus, Vetus Poëta, apud Eundem, de *Cerere*

Et Leges ſanctas docuit, & cara jugavit
Corpora connubiis, & magnas condidit Urbes.

Ovid. *Metam. v.* 342.

Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris,
Prima dedit Leges.

Ab Eâ igitur acceptas Leges Athenienſes Primi in uſum hominum intuliſſe dicuntur. Cicero *pro Flacco cap.* 26. *Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, JURA, LEGES, ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* Iſocrates *Panegyr. p. m.* 94. de Urbe Athen. Πρώτη ᾗ ᾗ Νόμους ἔθετο, ᾗ Πολιτείαν κατεσήσατο. Δῆλον δ' ἐκ τάδε, Οι γὰρ ὑπ ἀρχῇ ᾠδὲ τ φονικῶν ἐκαλέσαντες, ᾗ βληθέντες ὑπ λόγε, ᾗ μὴ μετὰ βίας, διαλυσάσθαι τὰς ᾠδὸς ἀλλήλες, ὑπ τοῖς Νόμοις τοῖς ἡμετέροις τὰς Κρίσεις ἐπιτρέψαλο ᾠδὲ τέτων. *Prima etiam Leges condidit, & Remp. conſtituit. Manifeſtum hoc inde; qui enim in primis rerum initiis de cæde alios incuſabant, & volebant orationi, non vi, controverſias inter ſe dirimere, Judicia ſibi de iis conſtituerunt noſtris Legibus.* Vides hic *Leges*, & *Judicia* conjungi, & utrorumque originem primam ad Athenienſes referri. Neque vero interceſſerim, quo minus Noſter hoc loco etiam proprie, vel potiſſimum, *Judicia* intellexiſſe cenſeatur, tanto magis, quia *Judicia* prius exſtitere, quam *Le-*

σαν, καὶ ἀπεδύσαντο, ᾗ ς ἠλείψαντο,

mi excogitaverunt, & exuerunt ſe, unc-

Leges, apud omnes pene populos, unde *Arbitria Principum*, tanquam Judicum, *pro Legibus* tunc *erant*, teſte Juſtino I. I. Sed res ea eſt notiſſima. Athenis autem *Primum* à Plinio VII. 56. traditur in *Areopago capitis judicium eſſe actum.* Intelligit, opinor, Judicium, quo Mars à Neptuno accuſatus, ſedentibus XII. Diis, cauſam dixiſſe fingitur cædis, quo alluditur *infra* VIII. 12. Hinc jam Val. Max. V. 3. *ext.* Areopagum appellat *divini atque humani certaminis venerabile domicilium.* Poſtea Cephalus dicitur ibi judicatus, quum uxorem Procrin ignarus occidiſſet, dein Dædalus, qui Talaum occiderat, vide Apollod. *lib.* III. *pag.* 200. & 206. & Diod. Sic. *lib.* IV. Denique Oreſtes poſt cædem matris, qua occaſione primum illud Judicium fuiſſe inſtitutum vult Æſchylus *Eumenid.* 685. Sed maxime huc pertinet, & Ælianum illuſtrat locus Demoſthenis *adv. Ariſtocratem p.* 438. de Areopago, ὃν μόνῳ τότῳ τῷ Δικαστηρίῳ Θεοὶ δίκας φόνε καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἠξίωσαν καὶ δικάσαι γενέσθαι διενεχθέντων ἀλλήλοις. *In ſolo hoc judicio Dii voluerunt quidem judicari, & judicare ipſos inter ſe litigantes.* Manifeſtum hinc, phraſi hac ita ſimpliciter poſita denotari ab Aeliano, ut ab initio dixi, ipſa judicia, in quibus Actor λαμβάνει δίκας, Reus δίδωσι: quin ipſum reſpici haud dubie Areopagi judicium, quippe omnium in Græcia vetuſtiſſimum. Et ideo reliqui quoque Græciæ populi antiquiſſimis temporibus ad hoc Judicium aliquando provocarunt adverſarios. Sic Meſſenii apud Pauſaniam *Meſſen. p.* 115. dicuntur voluiſſe ſuas cum Lacedæmoniis controverſias permittere Areopago Athenienſium, ὅτι δίκας τὰς φονικὰς τὸ δικαστήριον τὸ ἐδόκει δικάζειν ὀκ πυλαιᾷ, *quia hocce Judicium jam ab antiquo tempore judicabat cauſam cædis.* Nec dubito, hanc rem aut ſimiles reſpexiſſe Iſocratem *d. l.* PERIZ.

ς Αγῶνα] Hoc apud neminem invenio. SCHEFF. Hippaſus apud Athenæum γυμνάσια Lacedæmoniis deberi tradit *lib.* I. *Deip. p.* 14. Photius ex Anonymo *de Vita Pythag. p.* 716. Αθηναῖοι καὶ στρατηγικοὶ γεγένηνται ἀρχήθεν, καὶ γεωφικῆς εὑρετικοὶ ᾗ πάσης τέχνης βαναύσε τε καὶ πολεμικῆς, ἔτι ᾗ καὶ λόγων καὶ μαθημάτων. *Athenienſes etiam à prima origine boni duces belli, picturæque inventores fuerunt, omniumque artium, tam manuariarum quam militarium, eruditionis etiam & diſciplinarum.* Servius *ad hæc Virgil.* III. *Æn. Exercent patrias oleo labente palæſtras Nudati ſocii*, notat, *palæſtræ uſum primum apud Athenienſes repertum eſſe*, id quod ad Noſtrum apprimè facit. KUHN.

Αγῶνα τ διὰ τ σωμάτων] Hærent hic Interpretes, & diſerte quidem *hoc apud neminem inveniſſe* teſtatur Schefferus. Kuhnius *Gymnaſia* ab Hippaſo apud Athenæum Lacedæmoniis tribui monet, ſed tamen Servio *ad Æn.* III. notari, *palæſtræ uſum primum apud Athenienſes repertum eſſe*, docet. At vero diſtinguendum erat inter Γυμνάσια & Αγῶνας. Illa fuerunt exercitia, quibus exercebantur juvenes roboris ac valetudinis acquirendæ firmandæve cauſa. Vide *ſupra* II. 5. Sed & ſæpe præparabantur iis ad publica certamina, ſeu Αγῶνας. Fiebant autem *nudo* corpore, unde & dicta ſunt Γυμνάσια. Et hæc quidem ipſi Athenienſes, ipſe Plato *lib.* V. *de Rep. p. m.* 452. à Lacedæmoniis & Cretenſibus profecta agnoſcunt, ὅτε ἤρχοντο τ γυμνασίων πρῶτον μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι. *Quando cœperunt iſta nudorum exercitia primum Cretenſes, dein Lacedæmonii.* Nam *Nudorum* ea eſſe & intelligi, liquet ex eo, quod diſerte in proximis ait, & ridet, *nudos homines*, γυμνὺς ἄνδρας, iſtic *cerni.* Sed & hinc apud Eundem in *Theæteto p.* 169. dicuntur Lacones jubere in palæſtris ſuis alios ἀπίναι ᾗ ἀποδύεσθαι, *abire vel ibi etiam exuere veſtes ad certandum.* Nec enim quum ipſorum adoleſcentes, etiam puellæ, iſtic certarent nudi, admittebant, oculos ſpectatorum. Verum diſertiſſime Thucydides I. 6. de iiſdem, ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, *primi*, in his exercitiis, *prorſus nudati ſunt.* Scilicet ἀποδύντε omnes, ſed non plane ἐγυμνώθησαν, quin immo retinebant διαζώματα περὶ τὰ αἰδοῖα, ſed quæ etiam abjecerunt Lacedæmonii, eoſque ſecuti ſunt deinceps reliqui, etiam in Olympicis certaminibus, ut docet ibidem Thucyd. & ejus Scholiaſtes, ac Pauſanias *Atticis p.* 42. Præterea nuſquam frequentior fuit *Gymnaſiorum* uſus, quam La-

τοὺς ἁρ[7] ἵππους ἔζευξε πρῶτος [8] Ερι-
χθόνιος.

unxeruntque: & Equos primus Erichthonius junxit.

cedæmone; unde illis quasi propriæ tribuuntur *Palæstræ*. Vide Platon. in *Theæteto*, *initio*, & Propertium III. 14. At vero ab his *Gymnasiis* longe diversi erant Ἀγῶνες, h. e. *Certamina publica* in festis & solennitatibus maxime fieri solita. Hæc autem Certamina peragebantur quidem ad postremum etiam artibus ingenii, quæ tunc dicebantur *Musica*, at apud antiquissimos tantum consistebant in exercitiis *Corporis*, unde Noster ἐμφατικῶς ait, ἀγῶνα τὸν ἀμφὶ τὰ σωμάτων. Talem autem *Agona* revera tradebantur Athenienses omnium Primi instituisse, scil. eum, qui dicebatur Αθήναια, vel Παναθήναια. Photius ex Helladio, *Biblioth. p.* 1590. Πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνέστη, εἶτα τὰ Ελευσίνια &c. memorat enim porro *Thessalica*, *Peliæ in honorem* instituta, ab Acasto scil. ejus filio, Vide Plin. VII. 56. tum *Isthmia*, tum *Olympia*, dein *Nemea*, denique *Pythia*. Scilicet *Panathenæa* priora (sed quæ proprie dicenda sunt *Athenæa*, cum *Panathenæa* deinceps à Theseo fuerint instituta,) cœperunt sub Erichthonio, ut ex Marmore Atticæ Epochæ liquet, & Harpocratione in Καινηφόροι. at *Eleusinia* sub Pandione II. Reliqua dein ab Helladio memorata circa tempora demum Thesei. Et ne dubites Ælianum istæc *Athenæa* intelligere vocabulo Ἀγῶνος, subjicit mentionem *Erichthonii*, qui *equos primus junxerit*, in isto scilicet Certamine, quod *Equestre* fuit. Nam *Gymnicum* primum fuit Eleusinium. Aristides *Eleus.* Γυμνικὸν γενέσθαι πρῶτον Ελευσῖνι τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὸ ἆθλον εἶναι τῷ καιρῷ τῷ φανέντος, πειρωμένων τῶν ἀνθρώπων, ὅσον εἰς ἰσχὺν ἐκ τῆς ἡμέρας τροφῆς ἐπέδοσαν, *Gymnicum* certamen *primum fuisse factum Eleusine Atticæ*, & *præmium* ejus *esse fruges* recens *ortas*, *experimentum capientibus hominibus*, *quantum profecerint ad robur* corporis *ex miti illo alimento*. Certum itaque, Ἀγῶνα non tantum ἱππικὸν, sed & γυμνικὸν, in Attica primum cœptum & excogitatum, atque adeo & illa, quæ certaminibus his erant perpetua & propria, ἀποδύσασθαι & ἀλείψασθαι. Quin immo quia per gymnasia & palæstram præparabantur homines gymnicis agonibus, ideo post eos Eleusine primum constitutos ipsam quoque artem palæstricam Athenienses ille Theseus reperisse traditur, quum antea homines non arte quadam, sed solis viribus luctarentur. Plane ut Romani sub Romulo quidem bella gesserunt, sed *artem bellandi* à Tullo, dein Hostilio acceperunt. Ita vero exortæ post Agonas jam constitutos demum palæstræ, h. e. Πάλης διδασκαλεῖα. Vide omnino Pausaniam *Atticis cap.* 39. Gymnasia vero & palæstræ ad corpus robore firmandum unice comparatæ, invaluerunt potissimum apud Spartanos, & iis propriæ quodammodo evaserunt. Sed nihil ista illorum Gymnasia ad Agones, de quibus hic agitur, pertinent. Eorum vero gloriam Pausanias in *Arcadicis init.* hanc gloriam Athenienses videtur ereptum ire, siquidem eo tempore, quo *nondum Panathenæa priora*, seu *Athenæa fuerint instituta*, nempe ipsius jam Cecropis primi tempore, à Lycaone Ἀγῶνα, Λύκαια dictum, institutum ait, sed & à quibusdam *Agona Olympicum ante natos homines ab Saturno & Jove luctando*, at à *Curetibus currendo peractum* tradi. Verum hæc quum fabulosa sint prorsus, declarant ergo & ipsa, *primum* omnium ejusmodi ἀγῶνα fuisse Αθηναικὸν, ut ante quem nulli, nisi fabulosi, extitisse dicantur: quamvis & Plinius VII. 56. *ludos Gymnicos in Arcadia à Lycaone* primum institutos affirmet. PERIZ.

6 Ηλείψαντο] Proprium hoc adeo evasit Gymnasiis, & Gymnicis Certaminibus, ut alterum ab altero vix separetur. Ergo Thucyd. I. 6. de Lacedæmoniis, ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες, λίπα πρὸ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο, h. e. *oleo ungebantur*, *quum se nudarent ad certandum*. Athen. XV. 10. ἐλαίῳ χρωμένην τῷ γυμναζομένην. Nero apud Sucton. *cap.* 12. quum instituisset quinquennale certamen Græco more, *dedicatis thermis & gymnasio*, *Senatui quoque & Equiti oleum præbuit*. Quin adeo juncta hæc erant, ut, quum Atticæ leges prohiberent, ne *servi Exercerentur*, vetarent simul, *ne Ungerentur solo oleo*. Æschines κατὰ Τιμάρχου. Δίκαιόν φησιν ὁ νόμος, μὴ Γυμνάζεσθαι, μηδὲ ἐπεγκλήσαι τοῖς Παλαίστραις. Jam vero ut apud Athenienses primum inventa dicitur Olea, sic & regio earum fuit feraciſſima. Hinc Pausan. in *Phocicis*, *Tithoreæ Oleum* ait *abundantia esse infra oleum Atticum & Sicyonium*: certo argumento istic ergo copiosum prorsus esse. Quin & hodie Athenienses oleo conficiendo, & Constantinopolim aliasque in Urbes mittendo, unice vicitant. Vide Meurs. *de Fort. Athen. cap. ult.* Nihil itaque mirum, eos quoque Primos adhibuisse oleum ad hæc certamina. Hinc τὸ ἔλαιον τῶν Παναθηναίων apud Schol. *Aristoph. ad* Νεφελ. *p.* 181. Istis enim Panathenæis, licet primitus essent equestria tantum vel curulia certamina, addita postea sunt etiam *Gymnica*, ut ex Historia Androgei constat, qui Athenas venit, Παναθηναίων συντελουμένων, atque istic vicit οὐ τοῖς ἀγῶσι τοὺς ἀθλητὰς ἅπαντας, ut ait Diod. Sic. *lib.* IV. Sed & Schol. Aristoph. *d. l.* ἔθος δ' ἦν τοῖς ἀσκουμένοις, ἀλειψαμένους ὑπὸ τῷ ἡλίῳ, τρέχειν, *mos erat illis*, *qui exercabant se*, *currere*, *postquam se unxissent in sole*. Quin etiam *victoribus* istic *dabatur hydria olei*, Schol. *Pindari ad Nem. Od.* 10. τοῖς ἀθλητοῖς τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης. Cæterum sicuti *Gymnica* accesserunt Panathenæis, sic tandem & *Musica*. Vide Plut. in *Pericle p. m.* 160. PERIZ.

7 Ἵππους ἔζευξε &c.] Intelligendum hoc de

quadrigis, ex Virgilio & Plinio docuit Scheferus. Addo etiam, de *Agone*. Nam Erichthonius fuit, qui Athenæa, vel Panathenæa, primus instituit, teste Harpocr. & Suida. Id Virgilius quoque respicit, quando ait *rapidisque rotis insistere Victor*. Hygin. *Poet. Astron.* II. 13. *Eum primo tempore adolescentiæ ludos Minervæ Panathenæa fecisse*, & *ipsum quadrigis concurrisse*, *pro quibus factis inter sydera dicitur collocatus*. Alii Trochilum Argivum primum ajunt junxisse quadrigas. Hinc Tertull. *de Spectaculis cap.* 9. postquam Erichthonium memorasset, addit, *si vero Trochilus Argivus auctor est currus*, *Junoni id opus suum dedicavit*. Alii Oenomaum Pelopis Socerum. Nam quod Scheferus *de Re Vehicularia* I. 2. increpat hoc affirmantem Savaronem *ad Sidonium*, eumque *Auctorem veterem pro hac sententia afferre posse nullum*, ipsum vero *Sidonium facere illum peritum aurigandi*, *non quadrigarum auctorem*, in eo humani quid patitur. Nam præter Coripum, quem recte supplevit Savaro, & Sidonium, etiam Cassiod. *Variar.* III. 51. id testatur: *Primus enim hoc apud Elidem*, *Asiæ* (l. *Achaiæ*) *civitatem*, *Oenomaus fertur edidisse*. *Hoc* scil. *Spectaculum* agitandorum curruum. IDEM.

ΚΕΦ. λθ'.

Τί τινες πάλαι ἤδιον.

Ὅτι [1] βαλάνους Ἀρκάδες, Ἀργεῖοι δ' [2] ἀπίους, Ἀθηναῖοι δὲ σῦκα, Τιρύν-

CAP. XXXIX.

Quid olim quidam comederint.

Arcades glandes, Argivi pyra, Athenienses ficus, Tirynthii vero

1 Βαλάνους] Hinc ab Apolline ipso dicti Βαλανηφάγοι. Vide Pausaniam in *Arcadicis*. SCHEFF. Galenus *lib.* II. περὶ τροφῶν δυνάμεως: πολλοῖς τῶν σιτηρῶν ἐδεσμάτων ὁμοίως τρέφουσιν αἱ βάλανοι, καὶ τόγε παλαιὸν, ὡς φασι, ἀπὸ τούτων μόνων διέζων οἱ ἄνθρωποι. Ἀρκάδες γὰρ καὶ μέχρι πολλοῦ χρόνου τῶν ἄλλων ἁπάντων Ελλήνων τοῖς Δημητρείοις καρποῖς χρωμένων, *Glandes æque nutriunt ac multi ex frumento cibi*, & *antiquitus quidem*, *ut ajunt*, *his solis homines vitam tolerabant*, *Arcades vero etiam diutius*, *cum jam omnes Græci frugibus uterentur*. Apollon. apud Philostrat. *lib.* VIII. *cap.* 3. de Arcadibus ἀγροικότατοι, inquit, ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ σύῶδεις πάντα ἄλλα, καὶ τὸ γαστρίζεσθαι τῶν δρυῶν, *homines sunt quam maximè agrestes & cum ob alia suibus simillimi*, *tum vero ob quernas glandes*, *quibus se ingurgitant*. Etymol. Magnum in voce Κραθὴ. οἱ δὲ βαλάνους ἔτρωγον οἱ ἀρχαῖοι, *vastas glandes rodebant antiqui*. KUHN. Artemidorus *lib.* II. *cap.* 25. ὀπώρας. Δρῦς αἰδοίας σημαίνει πλουσίας, διὰ τὸ τρόφιμον· ταύτης γὰρ

γύνθιοι ϑ 3 ἀχραάδας δεῖπνον εἶχον, 4 Ἰνδοὶ κα-

vero pyra comederunt, Indi arundi-

τ καρπὸν ἥσθιον οἱ Ἀρκάδες· ϗ ὁ Ἀρχαῖος φησίν· Ἀρκάδες ἴσασι βαλανηφάγοι.

2 Ἄπιος] ἀχραάδας. Plutarchus in *quæſt. Græcis:* Τὰς πρώτας Ἀργείων ὑπὸ Ἰσάχου καπαχθέντας ἐν τῷ ἀγρῷ εἰς τὰ πεδία ἀχραάσι ἀφιλεαφλῶσι λέγουσι. Heſychius ἀχράδα, ἄπιον, Λάκωνες. Nulla ergo inter hos & Tirynthios differentia. SCHEFF. Vid. Meurſii *Laconica lib.* I. *cap.* 12. Peloponneſus olim *Apia* dicta, ἀφ' τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτὸν, ὃ τὰς ἀπίους φύει, *quod abundaret ibi planta illa, quæ pyra gignit.* Athenæus *lib.* XIV. Phavor. in ἄπιος. hodie *Morea* appellatur, itidem ab arborum, quæ mora ferunt, frequentiâ. KUHN.

Ἀπίους . . . . ἀχράδας] Unum idemque illa ſignificant. Sunt enim diverſa vocabula unius fructus, quorum alterum, ut ferme fit, apud Argivos, alterum apud Tirynthios & Laconas, maxime invaluit. Apud cæteros Græcos promiſcue videtur utrumque fuiſſe in uſu, ſed maxime tamen ἄπιος. Unde quum Ariſtoph. in Ἐκκλησ. *p. m.* 734. Ἀχράς τις dixiſſet, Scholiaſtes exp. ὁ λεγόμενος παρ' ἡμῖν ἄπιος· ἔστω γὰρ καὶ Πλάτων ἐν Νόμοις Ἀπίους εἴρηκεν· ὁ μόνον ϑ, ἀλλὰ παρ' Αἰξιδι, καὶ ἐν Ἀγγείοις Φερεκράτης. Athen. XIV. 27. ex Iſtro in *Argolicis* tradit, Peloponneſum ἀπὸ τ ἄπιον dictam olim Ἀπίαν. At quum inter antiquiſſimos Peloponneſi Reges fuerit Apis, & inde olim regio appellata dicatur ab Aliis, (vide Schol. *Homeri ad Il.* A. 30.) crediderim verius eſſe, quod Plutarch. in *Quæſt. Græc.* 51. ait, *Pyra*, ἀχράδας, *quia primum viſa Græcis fuerint in Peloponneſo, quum ea Regio etiam dum vocaretur Apia, inde* Ἀπίους *fuiſſe dicta.* Vult ergo Pyra primum iſtic inventa, & appellata à Peloponneſiis ἀχράδας: at reliquos Græcos, quum ea in Peloponneſo primum vidiſſent, ea dein appellaſſe Ἀπίους. Et videtur ſane hoc nomen dein præ altero invaluiſſe, ſiquidem Athenæus de *pyris* agens, ἀπίους ſemper vocat, & Grammatici non Ἀπίους, ſed Ἀχράδας, & quidem per Ἀπίους, explicant, tanquam per vocabulum magis tunc notum. Sed & hinc radix vel herba radicem formâ pyri habens, dicebatur ἄπιος. Vide Heſychium. De *Glandibus* Arcadum Vide Meurſ. *ad Lycoph. p.* 220. PERIZ.

3 Ἀχράδας] In MS. B. & C. eſt ἀχρὰς, SCHEFF. *Gl.* Cyrilli ἀχρὰς, *Juniperum.* Gl. Philoxeni, *Pirum. aſtrum* (l. piraſtrum.) ἀχρὰς. Etym. ἀχρὰς, ἀγρία ἄπιος. De his ſylveſtribus pyris cum Galeno *l. c.* dixerit ſuos pauca βρώματα, ϗ τάτων ἐκ ἡμερῶν, ἀλλὰ τοῖς ὄρεσι διατρεφῶν, *ſuum hæc ſunt ciboria, idque non domeſticorum & cicurum, ſed in montibus paſcentium. Cæterum quis ignorat unamquamque gentem non communi lege naturæ, ſed his, quorum apud ſe copia eſt, veſci ſolitam? verbi gratia, Arabes & Saracenos omnis eremi barbaria camelorum lacte & carnibus vivit, quia hujuscemodi animal pro temperie & ſterilitate regionum facile apud eos gignitur & nutritur* &c. *E regione ſeptentrionales populos ſi ad eſum aſinorum, camelorumque compellas, ſimile putabunt eorum veſci carnibus, ac ſi lupum comedere cogantur, aut corvum. In Ponto & Phrygia vermes albos & obeſos, qui nigello capite ſunt, & naſcuntur in lignorum carie, pro magnis reditibus paterfamilias exigit, & quomodo apud nos attagen & ficedula, mullus & ſcarus, in deliciis computantur: ita apud illos lymphæ comediſſe luxuria eſt. Quorſum Orientales & Libyæ populos, quia per deſertum & calidam eremi vaſtitatem locuſtarum nubes reperiuntur, locuſtis veſci moris eſt. Hoc verum eſſe Johannes quoque Baptiſta probat*, &c. *Syri & crocodilis terrenis, Afri etiam lacertis viridibus veſci ſolent. In Ægypto & Paleſtina propter boum raritatem nemo vaccam comedit* &c. *Nomades & Troglodytæ & Scythæ & Hunnorum nova feritas ſemicrudis veſcuntur carnibus. Porro Ichthyophagi, gens errans in littore maris rubri, ſuper petras ſolis calore ferventes aſſant piſces, & hoc ſolo alimento victitant. Sarmatæ, Quadi, Vandali & innumerabiles aliæ gentes equorum & vulpium carnibus delectantur. quid loquar de cæteris nationibus, cum ipſe adoleſcentulus in Gallia viderim, Scottos, gentem Britannicam, humanis veſci carnibus, & cum per ſylvas porcorum greges, & armentorum pecudumque reperiant, paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcindere, & has ſolas ciborum delitias arbitrari.* Hieronymi verba ſunt *lib.* I. *adverſus Jovinian.* KUHN.

4 Ἰν-

καλάμους, 5 Καρμανοὶ φοίνικας, 6 κέγχρον ϑ Μαιῶται καὶ 7 Σαυρομάται, 8 τέρμινθον δὲ καὶ 9 κάρδαμον Πέρσαι.

nes, Carmani palmas, Mæotæ & Sauromatæ milium, Perſæ terebinthum & naſturtium.

4 Ἰνδοὶ καλάμους] Conſule Diodorum Siculum *lib.* II. *Bibl.* qui & *ejuſdem operis primo libro* hunc Ægyptiorum veterum fuiſſe cibum ſcribit. SCHEFF.

Ἰνδοὶ καλάμους] Scil. δεῖπνον εἶχον. Sed minus accurate. Veſcebantur Indi milio, oryza, & ſimilibus: at hiſce calamis ſeu arundinibus exprimebant ſuccum, quem *biberent*, ut notum eſt ex Aliis. Lucanus III. 237.

Quique bibunt tenerâ dulces ab arundine ſuccos.

Hæ autem Arundines ſunt eædem, ex quibus noſtrum exprimitur & dein excoquendo denſatur Saccharum, quam artem Veteres ignorarunt. Vide omnino Salmaſium *Plin. Exercit. pag.* 1018. & qui Virum vere Eruditiſſimum ſtudioſe nimis captat ſemper & inſectatur, Iſ. Voſſium *ad Melam.* III. 7. Nam quam temere Hic ſæpe agat, ſi non mala fide, adverſus Salmaſium, vel hæc ipſa lis indicio ſit. Exiſtimat vitioſi aliquid ineſſe in verſu Varronis Atacini, *Indica non magna nimis arbore creſcit arundo:* Addit, *Auget, non ſanat, ulcus Cl. Salmaſius, cum LEGIT, Indica nam magna* &c. At vero Salm. *d. l.* rogitans ipſe, *An ergo reponendum, Indica nam magna?* reſpondet & ipſe, *Nihil muto.* Tantum abeſt, ut ita *legat*, aut legi voluerit. Sed nec ſatis liquido illius ſententiam refellit Voſſius, quod tamen gloriatur ſolita ſibi magnificentia. Cenſet Salmaſius, Saccharum antiquorum, non quidem eſſe Mannam aut aëreum mel, licet quidam Veterum id credidiſſe videantur, & ex Recentioribus non pauci, ſed quos dilucide jam refutavit Matthiolus *ad Dioſcor. lib.* II. & *Epiſtol. lib.* I. verum eſſe id tamen diverſum à noſtro Saccharo, quod illud ex aliis & majoribus calamis, qui *Bambu* vocentur, proveniat tanquam gummi, durum, at fragile, quum Noſtrum conficiatur ex illo liquore, quem Veteres Indi bibebant expreſſum ex *tenera arundine*, vel *arbore non nimis magna.* Cui ſententiæ nihil obſtat, quod hodie ex hujus quoque generis arundine, ſi forte adoleſcat, exoriatur ſaccharum aliquod concretum Nam ſicuti nunc, qui colunt has arundines, non patiuntur eas adoleſcere, quia ex *teneris* uberiorem aſſequuntur liquorem, ſeu Sacchari materiam, ſic neque Veteres id patiebantur, quia item ex *teneris* exprimebant ſibi potionem. Ut adeo veriſimilius ſit, ex majoribus alterius generis arundinibus collectum tunc Saccharum, quod ad Romanos Græcoſque exportabatur, adhibeturque *tantum ad Medicinæ uſum*, ut ait Plinius, immo de quo dubitabant Veteres, utrum eſſet mel ex rore cœli coactum, an ex ipſius arundinis dulci & pingui humore genitum. Sed quum ipſi Veteres haud ſatis exploratam habuerint ſui Sacchari originem, nihil mirum, & nobis eſſe obſcuram. PERIZ.

5 Καρμανοὶ φοίνικας] Habitarunt illi ad ſinum Perſicum verſus Orientem, & mediterraneum tractum. Vide Dionyſ. *Perieg.* V. 1082. & Alios. Frequens iſtic *palma.* Strabo XVI. *p.* 739. Οὗτος (φοίνιξ) πλεῖστος ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, πολὺς ϑ ϗ ἐν Σούσοις, καὶ ἐν τῇ ὠρθωσίᾳ Περσίδι, ϗ ἐν τῇ Καρμανίᾳ. Vide & *ſupra* I. 31. IDEM.

6 Κέγχρον ϑ &c.] *Mæotæ* ſunt pars *Sarmatarum*, ad paludem Mæotin habitantes. Quod *milio* maxime veſcantur docet Plinius XVIII. 10. ut jam monuit Schefferus. Cæteroquin illud Indis præcipue, ut jam dixi, erat adſcribendum, uti faciunt Diod. Sicul. *lib.* II. *p.* 86. & Dionyſ. *Perieg.* 1126. Quin *ex India in Italiam* ſuo tempore *invectum eſſe milium*, nigrum colore, amplum grano, teſtatur Plin. XVIII. 7. IDEM.

7 Σαυρομάται] Lege Plinium *lib.* XVIII *cap.* II. SCHEFF.

8 Τέρμινθον *Terebinthum.*] Dioſcorides I. 76. fructum ejus edulem dicit, ſed ſtomacho adverſari. Quare vix dubitem, Auctorem Noſtrum intelligere Terebinthum, quam ait Theophraſtus, *Hiſt. Plant.* IV. 5. reperiri in India & Bactriane, quæ fructus ferat amygdalis ſimiles, immo ſuavitate præſtantiores. Deſignare videtur Piſtaceas, quæ etiam *reſinoſæ* ſunt *tactu*, ut Terebinthus ipſa eſt, ut & ejus quoque fructum deſcribit Plinius XIII. 6. cui tamen, æque ac Dioſcoridi,

Terebinthus est arbor Syriæ, Judææ, Arabiæ, non Persidis, aut Indiæ. Utcunque sit, non Noster tantum, sed & Strabo xv. *p.* 734. dicit Persas uti in adolescentia Καρποῖς ἀγρίοις, Τερμίνθῳ, δρυοβαλάνοις, ἀχράδι, *fructibus sylvestribus, Terebintho, glandibus, pyris.* Adde Athenæum II. 25. ubi *oleum* ait in Usum ipsius *Regis* exprimi ex *Terebintho*. Sed maxime XIV. 17. ubi ex Vetustis *Georgicorum* Scriptoribus diserte tradit, Τέρμινθον νῦν Πισάκια οἱ Σύροι Καλοῦσι, *Terebinthum nunc Pistacia Syri vocant.* PERIZ.

9 Κάρδαμον] Lege Xenophontem, Herodotum, & fragmenta Ctesiæ veteris scriptoris rerum Persicarum. Cæterum cur eo cibo usi fuerint, Suidas aperit his verbis in Κάρδαμα. ἐπιχείρημα ἔδρων τὰ κάρδαμα ἢ πτύσματος. ἢ ἀφ' ἑτέρου φασὶ τοὺς Πέρσας χείσθαι. φυλάττονται γὰρ πολλὰ πτύειν, ἢ ἐρᾶν, ἢ ἀπομύττεσθαι. SCHEFF. *Rigidum & parcioris victus, in morem Lacedæmoniorum, regnum Persarum fuit: ita, ut in pulmento sale uteretur & cardamo.* Hieronymus *in cap.* 7. *Danielis.* confer Strabonem *p.* 504. KUHN.

Καρδαμον *nasturtium.*] Schol. Aristoph. Νεφ. *p.* 236. Κάρδαμα εἶδος βοτάνης ἀγρίᾳ παρὰ Πέρσαις, *genus herbæ sylvestris apud Persas.* Vide & Brissonium *de Regno Pers. lib.* II. Utebantur autem eo etiam apud Græcos Philosophi quidam frugaliter victitantes. Unde apud Lucianum *Timone p.* 95. Philosophus inducitur, dicens, μάζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον ἢ κάρδαμον, *Offa mihi satis est in cœnam, suavissimum autem opsonium cæpa aut nasturtium.* Ceterum credunt plerique Græcæ esse originis id vocabulum, dictumque quasi Καρηδαμον, h. e. quod *domet* seu tentet *caput.* Ego vero vix dubitem, ex Persica id repetendum lingua, non tantum, quia istic magna abundabat copia, & frequentissimi fuit usus, adeo ut etiam *cardamo* se oblectare debuerint pueri proconsonio, ut quidem testatur Xenophon: sed vel maxime, quia Strabo nos docet *d. l.* Κάρδα dici istic τὸ ἀνδρώδες ἢ πολεμικὸν, *virile & bellicosum*, atque inde adolescentes appellari Καρδακες, in quorum quotidiano victu memorat quoque illud Καρδαμον. Cui & Plinius XIX. 8. tribuit vim *excitandi torporem*, & XI. 13. *exacuendi animum:* Dioscorides, παρορμᾷν τὰ ἀφροδίσια, *excitandi Venerem.* De illis vero, qui Καρδακες dicebantur, vide & Eustath. *ad Il. B. extr.* qui interpretatur *Milites*, cum quo convenit, quod Hebr. כרדום *Kardom* notat *Securim.* Forsan etiam inde *Carmani*, elisa litera D. æque ac *Carduchi*, quos *Bellicosos* fuisse ait Xenophon *Exped. Cyri*, *lib.* III. *extr.* PERIZ.

ΚΕΦ. μ'.

Περὶ Σατύρων, Τιτύρων, καὶ Σιληνῶν.

Ὅτι [1] οἱ συγχορευταὶ Διονύσου [2] Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἐνίων [3] Τίτυροι ὀνο-

1 Οι συγχορευται] Propria est Baccho χορεία, unde *cap.* 42. de Bacchis Baccho operantibus dicitur, ἐ χορείας ταύτης ἕ Διονύσου, *istius Bacchi chorææ*, hæc. cultus, saltationibus peragendi. Athen. XI. 3. Ἐν ᾠδαῖς ἐμελπον τὸν Διόνυσον χορεύοντες, καὶ ἀναπαλίνας διέψεσμον. Sed & *Chori* Scenici Ejus olim Numen celebrabant unice. Ulpian. *in Demosth. Mid.* ἐν πόσῃ ἡλικίᾳ ἠγωνίζοντο χορεὶ τῷ Διονύσῳ. Ex his choris ortæ sunt Comœdiæ, & Tragœdiæ, quæ ideo etiam ipsi fuerunt sacræ, & ejus festo apud Athenienses agebantur. Vide *supra ad* II. 13. & 30. Quin ideo & Histriones dicuntur eleganter οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται, apud Athen. V. 13. Hinc ergo & ipse dicitur χορεύειν, & Διόνυσος χορεύων, & χορευμανὴς apud Orpheum in *Hymnis:* Satyri vero ei συγχορεύειν, quia perpetui erant ipsius

ἀνομαζόμενοι Ἔχον δὲ τὸ ὄνομα ἐκ τῆς τε-

lant. Hoc autem nomen habuerunt ab

ipsius Comites. Eurip. *Bacchis* 130. Παρὰ δὲ μαινόμενοι Σάτυροι, εἰς ὃν χορεύματα Συνῆψαν Τεγεαίδων, Ἃς χαίρει Διόνυσος. *Juxta sunt furentes Satyri, Ad choreas vero convenerunt Trieteridum, quibus delectatur Bacchus.* Ovid. *Fast.* III. 737. de Baccho,

Ibat arenoso Satyris comitatus ab Hebro.

Sed & inde σατυρικῶν χορεῖ, de quibus vide Dion. Halic. VII. *p. m.* 477. Vide & *infra* X. 6. PERIZ.

2 Σάτυροι] Simiarum genus, teste Plinio *lib.* VIII. *cap.* 54. & Solino *cap.* 40. Has ergo Dionysius in deliciis habebat, sicut & hodie à magnis & principibus viris fieri videmus. Diodorus Sicul. *lib.* III. *Bibl.* Καὶ σατύρους φασὶν αὐτὸν (Διόνυσον) ᾠδιάγεσθαι, καὶ τέττιγας ἐν ταῖς ὀρχήσεσι καὶ ταῖς τραγῳδίαις τέρψιν καὶ πολλὴν ἡδονὴν παρέχεσθαι τῷ θεῷ. Adde reliqua. Plutarchus tamen hos Satyros, adulatores potius Dionysii fuisse censet. Vide eum *lib. de Adul. & Amici discrim.* & Lucianum ᾠδὴ ὀρχήσεως. SCHEFF. Per *Satyros* hoc loco non intellexerim *Simias*, sed illos de plebe deorum infima, quos collusores & thiasotas Baccho dedit Gentilium vanitas. Noster vocat συγχορευτὰς Βάκχῳ, qui lusibus, choreis, jocis, habitu motuque corporum ad risum composito Deastrum oblectabant. Cæterum ridiculum judicat Casaubonus ὁ πάνυ, σατύρους deducere ᾠδὴ τὸ σεσηρέναι, *quod more irridentium detorto ac depravato vultu essent*, quia etymon illud analogia, cujus maxima ratio habenda, destituitur. Probabilius existimat à σάθη Σαθύρους & corruptione literæ unius σάτυρος dici: nec à veritate abluderet, in σάτυρος Dorico verbo, quod *ludere* significat, originationem Satyrorum quærere. Tandem vero in eam desinit sententiam, ut non absurde σατύρους, quasi סתורים esse dictos existimes, *quia in speluncis atque montibus latere putabantur, unde in conspectum hominum raro venirent.* Hæc ille *lib.* I. *de Satyr. Poësi. p.* 52. & *seq.* vide & Voss. *instit. Poët. lib.* II. *cap.* 19. Hieron. in *vita Paull.* Thuanum *lib.* CXXIII. Cuper. *l.* I. *c.* 12. KONIG.

3 Τίτυροι] Vide Appianum in *Lyb.* Anonymus, quem citat Brodæus in *Miscell.* ἀμέλει ὃ κ' πίθηκον θρέψει δεινὸς κ' πτυρον κτήσασθαι. SCHEFF. Anonymus ille est Theophrastus in *Ethic. Character. cap.* 6. in quem locum Casaubonus plusculla congessit de *Tityris.* Hesychio Τίτυρος ἐστὶ σάτυρος, κάλαμος. KUHN.

Τίτυροι ὀνομαζόμενοι] Verum hoc est, ita vocatos etiam Satyros, maxime à Dorien sibus. Eustath. *ad Iliad.* Σ. *pag.* 1214. Παρὰ γὰρ Ἀλεξανδρεῦσιν ἦν μόναυλος κάλαμος, Οσιελδὸς φασὶν εὕρημα, καλούμενος Τιτύρινος τοῖς ὑπ' Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν, ἐξ' ἐν Σατυρικός. Τίτυροι γὰρ Δωρικῶς οἱ Σάτυροι. Sed tamen neque hæc est Grammatica ejus Vocabuli origo, neque quam Noster adfert. Etenim *Tityrus* est rusticum proprie significans: hinc & in Bucolicis usitatum. Servius *ad Virg. Ecl.* I. *Etiam hoc sciendum, & personas hujus operis ex majori parte nomina de rebus rusticis habere conficta, ut* Melibæus *&c.* & Tityrus: *Nam Laconum lingua* Tityrus *dicitur Aries major, qui gregem anteire consueverit.* Sed complures ejus Vocabuli significationes collegit Schol. *Theocriti Idyll.* III. Τὸς ἀργὸς Τιτύρους λέγουσι, νῦν ὃ ὄνομά ἐστιν ἀπόλυε, κ' ἐμφέρειαν τῶ χαρακτῆρος. Ἄλλως, ὄνομα κύριον ὁ Τίτυρος. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι Σικελιώτης ἦς, ἃ Σικελιώτης, Ἄλλοι δὲ τὸς τραγῳδοὺς, Ἕτεροι τὸς Σατύρους· Ἔνιοι ὄνομα πόλεως Κρήτης· Ἄλλοι δὲ τὸς ψευσταύλους τῆ Θεῶν· Τινὲς δὲ κ' Κάλαμον. Οὐκ ἔστι δὲ ἄλλο, ἢ ὄνομα ἀπόλυε ἦνος, scil. hîc loci. Mox *ibid.* Τίτυρος δὲ ὁ Πίθηκος ὁ μικρὸν ἔχων οὐρὰν· σύνταῦθα δὲ ὄνομα κύριον. Et *ad Idyll.* VII. Τίτυρος ὄνομα κύριον ἀπόλυε. Τινὲς δὲ ᾠδὴ Δωριεῦσι τὸς Σατύρους ἀπεδέδωκασι λέγεσθαι. Nempe ergo Τίτυρος proprie notabat *arietem*, vel Τράγον, *Hircum*, forte à Τιτύσκομαι, h. e. ut exp. Suidas, σκοπίζομαι, *collineo*, quia isthæc animalia, quando alium petunt capite, prius quasi speculari scopum solent. Hinc jam adhibetur etiam ad notandos *Simios mitiores.* Theophrastus *Charact. Eth. cap.* 5. πίθηκον θρέψαι κ' Τίτυρον κλήσασθαι, κ' Σικελικὰς ᾠδὰς ᾄσαι. Vides manifeste poni pro animali, quod opulentiores homines voluptatis causa sibi comparant, atque ideo jungi πιθήκῳ *Simiæ.* Porro & hoc inde factum, ut tribueretur tan-

4 τερετισμάτων, οἷς χαίρουσι Σάτυροι.

tanquam proprium nomen *Paſtoribus* apud Græcos & Latinos. Hi vero quia plerumque *otioſi* erant, & *fiſtulis* tempus fallere ſolebant, ideo Schol. *Theocr.* exponit etiam Τιτύρους per τοὺς ἀργοὺς *otioſos*, & per κάλαμον *fiſtulam*. Hinc jam μύωλος ille κάλαμος apud Euſtath. dicebatur in Italia Τιτύριος. Habemus utrumque in *Tityro* apud Virg. *Ecl.* I. primo quidem verſu, *otioſum*, at altero, *monáulo fiſtula ludentem*, ut pene ad eas ſignificationes alluſiſſe putem:

Tityre, tu patulæ RECUBANS ſub tegmine fagi
Sylveſtrem tenui Muſam meditaris AVENA.

Ex his jam facile intelligitur, quomodo hæc vox ad *Satyros* quoque denotandos fuerit adhibita. Ejus enim rei ratio hæc eſſe potuit, quod Τίτυρος etiam ſignificavit *Simium*; ad quod genus prima *Satyrorum* origo videtur referenda. Dein, quum Dorienſes in Sicilia & Italia multa audirent de Satyris Bacchi, videntur etiam illis tribuiſſe hoc nomen *Tityrorum*, propter convenientiam partim Nominum, partim morum cum ſuis illi Paſtoribus, quos, per otium ludicris deditos, æque ac *Satyri* fuiſſe dicuntur, appellabant *Tityros*. Adde quod & Tibicines, qui in pompis ſimul cum cantu ludicros motus & ridiculos ciebant, Itali appellarint Τιτυρισὰς. Appian. *B. Punico p.* 35. de pompa triumphali, Χορὸς κιθαριστῶν τε καὶ Τιτυριστῶν, βαμβύλων τε τάξει μιᾷ ᾠδῆς καὶ μέλους ὀρχήσεως. Addit eos vocari *Lydos*, ut adeo videantur hæc orta ex illo more ſaltandi de quo Livius VII. 2. Conveniebat autem illa Tibicinum ſaltatio cum Satyricâ Græcis uſitata, in primis in Satyrico Dramate, ſed & olim in omni Tragico. v. Etym. Magn. v. Τραγῳδία. Quapropter etiam Dionyſ. Halic. qui omnia Romana ad Græcas origines vult referre, appellat iſtas ſaltationes in pompis Circenſi, triumphali, funebri, Romæ uſitatas, σατυρικὴν παιδίαν καὶ ὄρχησιν, & ipſos ludiones χορὸν σατυρισῶν. Et tamen vel ſic non ita confundebantur *Satyri* & *Tityri* etiam in Bacchico comitatu & cultu, ut non aliquando etiam, diſtinguerentur. Certe ita Strabo *lib.* x. *p.* 468. inter ἀθύρματα Bacchi nominat *Silenos*, *Satyros*, *Bacchas*, *Lænas*, *Thyias*, *Mimallones*, *Naides*, *Nymphas*, & ultimo loco, ut diverſos à prioribus, τὰς Τιτύρους ἀποσαγορευομένας. Similiter *p.* 470. *invenerunt quædam nomina, quibus appellarunt* τὰς ἀποσπόλους, καὶ χορευτὰς, καὶ θεραπευτὰς τῶν ἱερῶν, Καθάρους, καὶ Κορυβαντας, καὶ Πᾶνας, καὶ Σατύρους, καὶ Τιτύρους. Nempe manifeſtum, accipere eum vocem *Tityrorum*, ut quæ ſignificentur etiam ἀπόστολοι θεῶν, & ſpeciatim Bacchi; quam ſignificationem quoque Scholiaſtes Theocriti attulerat, haud dubie inde ortam, quod Paſtores erant olim inter Ruſticos quaſi Deorum ἀποφῆται, quos Hymnis ſuis celebrabant. PERIZ.

4 Τερετισμάτων] Cælius etiam hoc transfert, & τερετίσματα *cantus laſcivos* vertit. GESNER.

Τερετισμάτων] Interpres vertit, *laſcivis & procacibus ſaltationibus*. At certum eſt, denotari ea voce qualiacunque tandem *Cantica*. Etymol. M. Τερετίζειν format ἀπὸ κρουσματικῆς λύρας τῆς μουσικῶν, τῷ λεγομένῳ Τάρειν. Addit, ἀφ' ἧς τερετίζειν λέγεται τὸ ᾄδειν. Recte exponit *Canere*, ſed quam aſſignat voci originem, haud dubie falſa eſt. Vix dubito, eam formatam à ſtridulo cicadarum ſtrepitu, ut multa apud Græcos & Latinos inventa ſunt, verba ex ſonitu, quem edunt animalcula. Sic τίλλω de pullis, de aliis Alia. Suidas certe τερετίσματα deducit ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς τίτλης, ἣν ἡ χελιδὼν, *à ſimilitudine tranſlata à cicada aut hirundine*. Atque ideo Clemens Alex. *Protrept. init.* de *Cicada* in citharam Eunomi inſiliente: ἐτερέτιζεν ὡς ἐπὶ κλάδου, *quaſi ramo inſideret*. Cum his jam convenit quam pulcherrime, quod Suidas Τερετίζομεν exp. τὸ αὐτὸ μέλος ᾄδομεν, *eandem cantilenam canimus*. Verum id conciliare nequeo, quod Τερετίσματα dein exp. ᾠδαὶ ἀπαλαὶ, ἢ ᾄσματα ἁβρὰ, *cantilenæ fallaces, aut cantica effeminata, diſſoluta*. Congruunt Suidæ & Heſychius, qui item exp. ᾠδαὶ ἀπαλαὶ, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα, καὶ τὰ τῶν τετράγων ᾄσματα: & Etymol. M. Auctor, qui eum plane deſcripſit. Sed quid *cantui cicadarum* commune cum

ροι. ὁ Σάτυροι δὲ ἀπὸ τῆς σεσηρέναι. ὁ Σιληνοὶ ἢ ἀπὸ τῆς σιλλαίνειν· τὸν ἢ σιλλὸν ψόγον λέγουσι μετὰ παιδιᾶς ὑσα-

cis, quibus gaudent Satyri. Satyri vero dicti ſunt ab oris rictu. Sileni vero à σιλλαίνειν. Σιλλὸν autem dicunt reprehen-

cantilenis fallacibus? Verterim *cantilenæ inconditæ, à modulis aberrantes*. Nam ἀπαιπαλὸς eſt proprie qui rectam viam non inſiſtit. Vide Euſtath. *ad Il.* Z. *pag.* 494. Heſych. Ἀπαλὸν ψευδὲς. Ἀπαλητικὸν (nam novum hoc eſt Vocabulum, quod in Edito non fuit animadverſum) ψυχαλογιστικὸν. Ἀπαλητὸν τὸ ἀναμάλως συγκείμενον. Convenit hoc cum eo, quod ſequitur apud Suidam, ἄσματα ἔκλυτα, h. e. *ſoluta* ſcil. metro: & quod Simonides apud Athen. XV. 8. πέπλους ἀμίτρους dicit, intelligens, ut docuit iſtic Caſaub. *malos poetas aut cantores*. Ita ergo hic accipio περίσματα, pro *canticis inconditis & ſtridulis Satyrorum*. Reſtitui autem ex Edd. omnibus, οἷς χαιρ. Σάτυροι. Σατ. ὃ &c. Exciderat illud Σάτυροι ex Kuhniana per incuriam haud dubie, Typographo illi nimis quam frequentem. Sed tamen abeſt etiam à C. Sluisk. PERIZ.

5 Σάτυροι &c.] Aliena & pene ridicula eſt hæc Etymologia. Σεσηρέναι ſignificat *labia habere diducta*, ut fit ab hominibus in riſu, & à canibus in ira, de quibus proinde ſæpius id adhibetur. Si quid analogiæ ad *Satyros* in ea Significatione poteſt reperiri, at quæ erit in Grammatica Vocis ipſius Formatione ex illo Verbo? Cæterum adeo varia ſunt & incerta, quæ de *Satyris* traduntur, ut nihil ſit miri, ſi varia quoque ejus vocabuli à Doctis proferantur etyma. Veriſimillimum eſt, quod tradiderunt Alii ex Veteribus, derivatum à voce σάθη, ut ab ἅλμη ἁλμυρὸς. Σάθη notat membrum virile. *Satyri* autem dicuntur fuiſſe maxime libidinoſi, quod affirmant non modo, qui hoc nobis reliquerunt etymon, ſed & Alii paſſim. Nihil oportunius eſt loco Aretæi *de Acutis morbis cap.* 12. οἱ Σάτυροι τῇ Διονύσου ἱεροὶ ἐν τῇσι γραφῇσι καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὀρθία ἔχουσι τὰ αἰδοῖα. Eadem de iis tradit Diod. Sic. I. *p. m.* 79. Immo hinc morbus nimiæ in Venerem pruriginis dictus eſt Σατυρίασις. Quod ſi vocabulum hoc primitus impoſitum fuiſſet qualibuſcunque Comitibus Bacchi, crederem ex Chaldaica & Syriaca dialecto formatum à voce סָטַר *ſetar*, quod *latus* notat, quaſi *latrones*, h. e. perpetui ſatellites Bacchi. Sed vix dubito, nomen hoc primitus datum, ſylveſtribus feris ex Simiorum genere, qui ſunt, ut ait Plinius VIII. 54. *hominis figuræ proximi, & mira ſolertia:* immo etiam in Venerem proniſſimi, ut non tantum hodiernæ teſtantur περίοδοι, ſed & Pauſanias *in Atticis pag.* 21. ac Theocritus *Idyll.* IV. atque ibi Schol. Iſthæc autem animalia habita ſunt olim pene pro Hominibus, unde à Geographis inter populos Africæ referuntur. *Satyri.* Vide Melam. I. 8. & III. 9. & Plin. *v.* I. & 8. Fuerunt certe Comitibus Bacchi, ut pingi hi ſolebant, ſimilia. Docet id Ælianus *Hiſt. Anim.* XVI. 21. in India tradens eſſe ζῷα Σατύροις ἐμφερῆ τὰς μορφὰς, *animalia Satyris quod ad formam ſimilia*. Diſerte autem *Satyros* inter Animalia, ſeu inter *Simias* referunt Plin. VIII. 54. *Efferatior Cynocephalis natura, ſicut mitiſſima Satyris.* Iſidorus *lib.* XII. *cap.* 2. *de Beſtiis: Satyri ſunt facie admodum grata, & geſticulatis motibus inquieti.* Quin tale animal, & ea quidem forma, qua pinguntur à Græcis *Satyri*, qui Comites ſunt Bacchi, juxta Dyrrachium captum & ad Sullam perductum, & variis linguis interrogatum, ſed vocem hircinæ aut equinæ ſimilem edidiſſe, & pro monſtro habitum, refert Plutarchus in *Sulla*. At credula & ſuperſtitioſa Antiquitas Ruſticorum hominum iſthæc abi malia habuit pro Semideis vel Diis ſylveſtribus, eoſque diverſis in locis diverſis inſignivit appellationibus, in Arcadia *Panum*, in Theſſalia & Thracia *Satyrorum*, in Italia *Faunorum*, qui tamen omnes, quanquam diverſi, in unum tandem referebantur cenſum Semideorum. Ovid. *Metam.* I. 192. inducit Jovem ita loquentem,

Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ,
Faunique, Satyrique, & monticolæ Sylvani.

In hunc ordinem Semideorum jam relatos fuiſſe *Satyros* hos *Agreſtes*, ut eos vocat Horatius in *Arte*, antequam in miniſterium Bacchi

δυσαρέστου. Εδὴς δ' ἦν τοῖς Σιληνοῖς ἡ ἀμφίμαλλοι χιτῶνες. Αἰνίττεται ὃ ἡ στολὴ τὴν ἐκ τοῦ Διονύσου φυτείαν, καὶ τὰ τῶν οἰνάδων, καὶ τὰ τῶν κλημάτων δάση.

ΚΕΦ.

henſionem cum ingrato plane luſu. Veſtitus vero erat Silenis, tunicæ utriusque villoſæ. Deſignat autem is veſtitus Bacchi plantationem, & vinearum palmitumque hirſutam denſitatem.

CAP.

chi adſciſcerentur cui ſolæ tunc tribuebantur Nymphæ cum Sileno, erudite docuit Caſaub. *de Satyrica Poëſi* I. 2. Sed poſtea viſum eſt hominibus, Sylveſtres hos *Satyros*, quod erant protervi, petulantes, inquieti, nullius Dei in familiam rectius adſcribi poſſe, quam Bacchi, cujus comites erant ſemper Ebrii, ideoque & ridiculi, laſcivi, libidinoſi. Vide & Diod. Sic. de Oſiride Ægyptiorum *lib.* I. *p.* 16. & de Græcorum Dionyſo *lib.* III. *p.* 213. Cæterum eo jam facto, plura iis dein Poëtæ attribuerunt, quam Natura tribuerat ſylveſtribus illis Satyris aut Simiis: plane ſicuti Sileno longe quoque plura adſcripſerunt poſteriores, quam fecerant primi. PERIZ.

6 Σιληνοὶ &c.] De *Sileno* jam egimus *ſupra ad caput* 18. Eum nonnulli confuderunt tandem cum *Satyris*, atque ideo etiam in plurali nobis obtrudunt *Silenos*. Sed perperam, ſi Hiſtoricam ejus ſpectemus originem, quam iſtic dedimus erutam. Ei vero congruere quum debeat, magis certe, quam iſti confuſioni, ſi quæ eſt liquida ſatis Nominis hujus Etymologia, nemo non videt alienam ergo eſſe, quam ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν derivat Noſter, quod ipſe ita explicat, ut *Satyris*, qui erant vel fingebantur φιλοκέρτομοι, procaces, & prompti εἰς ψόγον, καὶ παιδιὰν δυσάρεστον, conveniat potius illa ſignificatio, quam *Sileno*, ſeni, ebrioſo quidem & hilari, ſed tamen διδασκάλῳ τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων, καὶ μεγάλα συμβαλομένῳ εἰς ἀρετήν τε καὶ δόξαν τῷ Διονύσῳ, ut ait Diod. Siculus. Veriſimilior itaque foret illorum ſententia, qui Σειληνὸν, & hunc Senem, & ipſum Bacchum, credunt dictum ἀπὸ τοῦ σείεσθαι ἐν τῇ λικμῷ, à *motu*. quem faciunt calcantes uvam in *alveo*. Vide Suidam. Sed tamen putem Ego, ejuſdem eſſe hanc Vocem originis, cujus eſt *Silus*, ut *ſupra* dixi. Id autem non eſt à σεμὸς, ut vult Voſſius in v. *Silanus*, quum *Silus* & *Simus* differant, & hoc notet hominem, qui nares habet plane depreſſas, at *Silus* eum, qui ſuperiore quidem parte habet depreſſas, at inferiore repandas & ſurſum reductas (Vide Feſtum & *Gloſſ.* Iſidori) quales tribuuntur Sileno. Rectius ergo derivabitur τὸ *Silus* à σείω *moveo*, quia, qui tales habent nares, eas facilius & frequentius movent, maxime in riſu. Certe Analogia derivationis eſt oportuniſſima. Ut enim à σείω σεισ-*ſilus*, ſic ab ἕλκω ελκ-: à δίω, δεῖσ, δεῖδω, δείσ-, δειλὸς: à δῖω δίω, *invenio*, δῖλο-: (V. Etym. M.) ab ἄνω, *ſicco*, ἀυλὴ: ab ἄω *ſpiro* vel ἀύω reflam ἀυλὸς: à δάω, δαίω *uro* δαλὸς: à βάω, βαίω, βηλὸς &c. Inde ergo σειλὸς, *ſilus*, & σειλανὸς, vel quia *ſilas* habebat nares, vel quia multum ſe movebat, ſive tanquam perpetuus comes Bacchi, ſive etiam, ſi ita vis, ὁ τῇ λικνῷ, Unde certe Bacchus Λικνίτης cognominabatur, ἀπὸ τῶν πατησάντων τοὺς σταφυλὰς ἐν λικνῷ, ut ait Diod. Siculus. IDEM.

7 Ἀμφίμαλλοι χιτῶνες] Aptæ erant tales tunicæ Seni. Dicebantur autem χιτῶνες, haud dubie, quia, ut ait Noſter, ſignificabant τὰ τῶν οἰνάδων δάση, *vinearum denſa*, vel *hirſuta*. Heſych. Χορταῖος, δασὺς χιτὼν, οἷος τῶν Σειληνῶν. Χορταιόδαμος ὁ Σιληνὸς. Diſertiſſime Dion. Halic. VII. *p.* 477. εἶναι δ' αὐτοῖς ἔνιοι, τοῖς μὲν εἰς Σειληνὸς ἐικασθεῖσι μαλλωτοὶ χιτῶνες, ὃς ἔνιοι χοιρίδας καλοῦσι, καὶ ἐξίτηλοι ἐκ παντὸς ἄνθους· *Ornatus ipſis erat, illis quidem, qui Silenis aſſimilati fuerant, villoſæ tunicæ, quas nonnulli χοιρίδας vocant, & pallia ex omni flore confecta.* Adde Suidam. PERIZ. & Caſaubonum *de Satyrica Poëſi lib.* I. *p.* 141.

ΚΕΦ. μα'.

Πολλαὶ τοῦ Διονύσου μετωνυμίαι.

Ὅτι 1 τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαῖοι ὠνόμαζον Φλύειν· ὅθεν τὸν Διόνυσον 2 Φλεῶνα ἐκάλουν, καὶ 3 Προτρύγην,

1 Τὸ πολυκαρπεῖν οἱ Αρχ. ὠν. φλύειν] Sic & MSti. Sed tamen crediderim pene cum Ampl. Cupero *Obſerv.* III. 12. & Henr. Stephano in *Theſauro L. G.* legendum hic φλέειν: tum propter analogiam derivati hinc cognominis φλεὼν, tum propterea, quod φλέειν potiſſimum, non φλύειν, exponitur ab Heſychio γέμειν, εὐκαρπεῖν, πολυκαρπεῖν. Neque aliter Etymol. M. cujus Auctor etiam huic verbo ſubdit φλεὺς, inuſitatum reliquis Græcis (Vide in *v.* Βασιλεὺς) cognomen *Bacchi apud Chios*, ὅθεν τὸ εὐκαρπεῖν, quaſi ergo contractum id eſſet ex φλεσὺς. Videntur tamen dixiſſe etiam φλείω (Suidas in φλοίσθια), & φλίω, (unde φλιὼς apud Heſych. ἡ τῶν καρπῶν ἔκφυσις, & φλίσ- vel φλεί-, quæ etiam notant Bacchum: vide Etymol. in *v.* κελὸς, ſed & φλύω, quod Suidæ eſt ἀναζέω, ἧγον βράζω, *ebullio*, *exæſtuando ejicio*. Heſych. φλύσει exp. λιποψυχεῖ, ἐμέσει, ζέσει, h. e. *ejiciet*, *evomet*, *effervеſcet*. Fiunt hæc à plenis & abundantibus, ſicuti & ab hominibus multi ſermonis effunduntur ſæpe inania, & nugatoria, quod item eſt φλύειν. Sed & hinc de Baccho φλυσὸς apud Schol. Apoll. à Kuhnio citatum. Solent vero à librariis hæc ſæpe confundi. Suidas in φλεδονέα. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ φλύω· ὃ καὶ φλίω λέγεται. Lege, φλῖω, ὃ καὶ φλύω. Nam quum utrumque ſit idem, à φλέω potius venit φλεδονεία, quam à φλύω. Sed & ita diſerte habet Etymol. M. in *v.* φλεδών. PERIZ.

2 Φλεῶνα ἐκάλουν] Etymologicum Magnum aliter ſcribit hoc Bacchi cognomen in *voce* κεῖσ-, τὸ δ' ΦΛΙΣ-, inquit, (σημαίνει δὲ τὸν Διόνυσον) διαφορέτας τινὲς μὲν οὐδὲ ἓν ἔχουσι τὸ γράφεσθαι αὐτὸ πῆχυ· ἔχει δὲ καὶ διφθογγόν. Φλῖος *dupliciter effertur. vel enim ſimplici ῑota, vel diphthongo* ει *ſcribitur.* in *voce* φλῶ autem ita habet: Φλεὺς, ὁ Διόνυσος ἐν Χίῳ ἀπὸ τοῦ εὐκαρπεῖν, *Bacchus dicitur in Chio* Φλεὺς *ab uberitate fructus.* Scholiaſt. *Apollon. in Argon.* non φλεὺς, ſed, quod malim, φλυσὺς legit, vel φλυσὲς ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸ οἶνον, ὅ ἐστιν εὐδαιμονεῖν. Cæterum Cuperus *lib.* III. *Obſ. cap.* 12. cenſet legendum pro φλύειν φλέειν, propter analogiam cum voce Φλεῶνα. ſed φλέειν, φλείειν, φλίειν & φλύειν unum idemque verbum eſt, unde Bacchus Φλεὺς & Φλῖος, Φλέως &c. promiſcue dicitur. Sic Φελὼ urbs Eleatica Homero Φειὼ dicitur. Gentile autem eſt Φιεὺς. KUHN.

3 Προτρύγην] De hac ſcriptione dubito, putoque legendum προτρυγητὴν, aut προτρύγαιον. Pollux *lib.* I. *cap.* 1. 23. inter cognomenta Deorum προτρύγαιοι. SCHEFF. Uti Vir Doctus *cap.* 29. *hujus libri* de lectione vocis πλάνης pro πλανήτης dubitavit; ita ſibi hoc quoque loco ſcrupulum putat injectum à προτρύγης pro προτρυγητὴς. Mihi utraque vox non diſplicet, adeoque προτρύγης Auctori ſervetur intactus: eadem forma in Orphicis Sol Φάνης dicitur, apud Macrob. *Saturnal.* I. *cap.* 20. vel ut alii numerant. 28 qui aliis Φανητὴς. KUHN.

Προτρύγην] Schefferus malit προτρυγητὴν aut προτρύγαιον, ſed obnitente Kuhnio. Si quid hic vitii, crediderim id hærere in Accentu, legendumque προτρυγὴν, ut jam ſuſpicatus eſt Cuperus *d. l.* quia ad eundem modum dicitur ἀτρυγὴς. Adde apud Heſych. προτρυγία, ſed pro quo προτρύγεια legit Meurſius, h. e. ἑορτὴ Διονύσου καὶ Ποσειδῶνος, videri formatum à προτρυγὴς. Sic autem dicebatur Bacchus, ut & προτρύγαιος apud Achillem Tat. *lib.* II. ἣν δὲ ἑορτὴ προτρυγαίῳ Διονύσῳ πότος, haud dubie, quia ille percipiebat primitias vindemiarum. Sic Nepotes illius Ruſtici, quem Saturnus

CAP. XLI.

Multa Bacchi cognomina.

Veteres abundare fructibus nominarunt φλύειν: unde Bacchum Phleonem appellarunt, & Protrygam, &

γην, ᾗ Σταφυλίτην, καὶ Ομφακίτην, ᾗ ἑτέρως πως ἀμφόρους.

& Staphylitam, & Omphacitam, & aliis quibusdam diversis vocabulis.

dicitur docuisse vini conficiendi & vitium curandarum rationem, quum Avo à Vicinis occiso, sibi necem conscivissent, in Astra dein relati, vocati sunt προτρυγητῆες, teste Plutarcho in *Parall. rerum Græcar. & Rom.* §. 9. PERIZ.

ΚΕΦ. μϚ'.

Περί τινων μαινομένων γυναικῶν.

[1] Ελέγη καὶ Κελαινὴ Πρόιτου θυγατέρες· [2] μαχλους ᾖ αὐτὰς ἡ τῆς

CAP. XLII.

De quibusdam amentibus feminis.

Elega & Celæna filiæ erant Prœti: eas Regina Cypri reddidit plane

1 ΕΛΕΓΗ ΚΑΙ ΚΕΛΑΙΝΗ] Longe aliter hæc narrat Apollodorus *lib.* II. *Bibl.* filiasque Prœti, Lysippen, Iphinoen & Iphianassam nominat. SCHEFF.

ΕΛΕΓΗ ᾗ ΚΕΛΑΙΝΗ &c.] Aliter eas appellat non Apollodorus modo, sed & Servius *ad Virgil. Ecl.* VI. Nempe *Lysippen*, *Iphionen*, *Iphianassam*, vel, ut Servius duas posteriores, *Iponoen*, *Cyrianassam*. Neque id mirum, in hisce nominibus quandam reperiri discrepantiam, quum & in mulieribus sit, ac tempore, quo res gesta. Alii enim dicunt, ipsas Prœti filias tempore Prœti in furorem effusas, & fanatas à Melampode: alii Argivas mulieres generatim eo furore percitas tempore Anaxagoræ, qui Prœti fuit nepos vel pronepos, & ab illo Melampode eadem ratione, quam & priores referunt, curatas tradunt. Posterior hæc sententia videtur probabilior & propter ætatem Melampodis & propter auctoritatem Scriptorum, qui alteris diligentiores & fide digniores. Sunt illi, Diod. Sic. IV. *pag.* 271. Pausanias *Corinth. p.* 60. & Eustath. *in Hom. Il. β. p. m.* 218. Ut adeo pene putem, prioris sententiæ errorem ex eo natum, quod istæ mulieres Argivæ sub imperio Prœti ejusque posterorum dictæ fuerint *Prœtides*, haud dubie quia insuper inter eas credibile est exstitisse non tantum, sed & præcipuas fuisse ac duces istius furoris illas, quæ erant ex ipso Præto ortæ. Certe quam Apollodorus dicit *Prœti filiam*, *Iphianassam* Melampodi nuptam, eam Diodorus ait *filiam Megapenthi*, atque ita neptem Prœti. Confer, quæ non de Minyadibus dicemus. Cæterum non tradiderunt Veteres, eas vel totas, vel ex parte, versas in vaccam, sed tantum insanivisse Veneris, ut Noster ait, vel Dionysi, aut Junonis, ut Apollodorus & Servius, œstro percitas. Sic Herodotus IX. 33. Diod. Siculus, Pausanias, Ælianus Noster, tum Callimachus, Stephanus Byz. Apollodorus, Eusthius, Plinius, Vitruvius, & quem ille citat VIII. 3. Epigrammatis Auctorem. Quin neque talis Prœtidum μεταμόρφωσις in Antonino Lib. aut Ovidio reperitur, licet hic quidem Prœtidum furore liberatarum à Melampode meminerit *Metam.* XV. 326. & ab earum purgamine fontem Clitorium accepisse vim abstemiam tradat. Neque vero Virgilius *Ecl.* VI. aliud quid dixit hoc carmine

Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.

quam, ut exponit Servius, quod illæ in furorem datæ *Putarint se vaccas*, atque ideo in *saltus abierint*, *timuerint aratra*, & sic *falso* ediderint *mugitus*; neutiquam vero id voluit, accepisse eas vaccæ formam. Ut adeo non videam causæ satis, quare Nummum Peparethiorum, qui feminam exhibet posteriori parte vaccam, Prœtidum uni adscribam. PERIZ. De Peparethiorum nummo egit Parentius in *Notit. Diss. de Morte Judæ pag.* 17.

τῆς Κύπρου βασιλὶς εἰργάσατο. Επὶ μέρους ᾖ τῆς Πελοποννήσου ᾗ ἔδεσμόν φασι [3] γυμναὶ μαινόμεναι· ἐξεφοίτησαν ᾖ ᾗ εἰς ἄλλας χώρας τῆς Ελλάδος, παράφοροι ὅσαι ὑπὸ τὸ νόσου. Ακούω ᾖ ὅτι ᾗ ταῖς [4] Λακεδαιμονίων γυναιξὶν [5] ἔπεσέ τις οἴστρος βακχικὸς, ᾗ ταῖς τῶν Χίων. Καὶ αἱ τῶν Βοιωτῶν ᾖ ὡς ἐνθεώτατοι ἐμάνησαν, ᾗ [6] ἡ τραγῳδία βοᾷ. Μόνας ᾖ ἀφηνιάσαι τῆς χορείας ταύτης λέγουσι ᾗ Διονύσου [7] τὰς Μινυῶν θυγατέρας, Λευκίππην, καὶ Αει-

plane lascivas. In quibusdam ergo, ut fertur, Peloponnesi locis cucurrerunt nudæ furentesque: eruperunt vero etiam in alias regiones Græciæ, percitæ isto morbo. Audio etiam Lacedæmoniorum feminis œstrum obvenisse Bacchicum, & Chiorum. Sed & Bœotorum mulieres ut Deo hoc maxime plenæ insanierint, etiam tragœdia clamat. Solas vero Minyadas, Leucippen, & Aristippen & Alcithoën, ajunt, hanc Bacchi choream de-

2 ΜΑΧΛΟΥΣ] *Lascivas*, *libidine incensas*. Sic Hesiod. ἐργ. 584. Μαχλόπατραι ᾗ γυναῖκες scil. sunt in media æstate. Quin immo ipsum hoc vocabulum Μαχλοσύνη de his Prœti filiabus eum adhibuisse docet nos Suidas. Ex quo colligimus, eum ergo sensisse, æque ac Nostrum, à Venere hunc furorem his feminis immissum, quum Alii, qui fontem Clitorium, in quem earum purgamina à Melampode dicuntur abjecta, accepisse vim vino contrariam tradiderunt, ita, ut qui ex eo biberent, fierent abstemii, Baccho eum furorem acceptum ferre videantur. PERIZ.

3 ΓΥΜΝΑΙ ΜΑΙΝΟΜΕΝΑΙ] Quas postea Melampus pastor sanavit helleboro. Vide, quæ ex Plinio, Dioscoride, ac Sexto Philosopho notat Politianus *lib.* I. *Misc. cap.* 50. SCHEFF.

4 ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ] Idem Theophrastus apud Suidam *v.* Βάκις. IDEM.

5 ΕΠΕΣΕ ΤΙΣ ΟΙΣΤΡΟΣ] Minime prætermittendum videtur, quod Lugd. habet ἐπέπεσε. Sic pene VI. 7. σεισμὸς ἐπέπεσε τῇ Σπάρτῃ. Jensius non male conjecerat ἐνέπεσε, quia sic Noster I. 24. φιλονεικία ἐμπίπτει αὐτοῖς: & Lucian. in *Contempl.* ἔμπ. φόβος: & *de Conscrib. Hist.* Νόσημα. Sanavit autem Lacænas Bacis Arcadicus ex oraculo Apollinis. Vide Me *infra ad* XII. 50. PERIZ.

6 Η ΤΡΑΓΩΔΙΑ ΒΟΑ] Tragœdiæ enim complures compositæ sunt de facinore Baccharum Bœotiarum, seu Thebanarum, quarum præcipua, Agave, adjuta à reliquis filium Penthea discerpsit. Vide Euripidis *Tragœdiam*, quæ appellatur Βάκχαι. Ejusdem argumenti aliam, *Pentheus* dictam, fecit Æschylus, sed quæ periit. IDEM.

7 ΤΑΣ ΜΙΝΥΩΝ ΘΥΓΑΤΕΡΑΣ] Paulo aliter hæc memorat Plutarchus in *Quæst. Græcis*, hæcque Μινυάδων nomina fuisse scribit: Λευκίππην, Αρσινόη, καὶ Αλκαθόη. Leucippes vero filium Ιππασον vocatum esse. Antoninum vide in *Metam.* qui mediam Αρσίππην vocat. Porro hic Μινύα pro Μινυῶν legendum rectè monuit Cuperus *lib.* III. *Obs. c.* 12. SCHEFF. Fateor equidem ita loqui etiam, Anton. *Metamorph.* X. Μινύα, inquit, ᾧ Ορχομενὸν ἐγένοντο θυγατέρες Λευκίππη, Αρσίππη καὶ Αλκαθόη, *Orchomeni filio Minyæ filiæ fuerunt Leucippe*, *Arsippe & Alcathoe*. Sed hoc nihil impedit, quo minus Noster scripserit Μινυῶν, ob eam, *quæ maximè in orando valet*, *numerorum libertatem*. *Nam & Livius sæpè sic dicit*, *Romanus prælio victor*, *cum Romanos vicisse significat*, *& contra Cicero ad Brutum*, *populo*, *inquit imposuimus & oratores visi sumus*, *cum de se tantum loqueretur*, *quod genus non orationes modo ornat*, *sed etiam quotidianus sermonis usus recipit*, Quintil. *lib.* VIII. *Instit. cap.* 6. Eadem Enallage Græci Μινυῶν dicunt sæpius pro Μινύα. ita Strabo *lib.* IX. καλεῖ Μινυήιον τὸ Ορχόμενον ἀπὸ ἔθνους τῶν Μινυῶν. ἐντεῦθεν ᾗ δοκήσαι τινὲς τῶν Μινυῶν. ἐς Ιωλκὸν φασιν, ὅθεν τὰς Αργοναύτας Μινύας λεχθῆναι, *vocat autem* (Homerus) *Orchomenum Minyeium à gente*

Ἀειῤῥήν, καὶ Ἀλκιθόην· αἴτιον δέ, ὅτι [8] ἐπόθουν τοὺς γάμετας, καὶ ἀφ' οὗτο οὐκ ἐγένοντο τῷ Θεῷ μαινάδες. Ὃ δὲ ὀργίζεται, καὶ αἱ μὲν ὡς τοὺς ἵππους εἶχον, καὶ ἐπονοῦντο ὡς τὴν Ἐργάνην εὖ μάλα φιλοτίμως· ἀφρὼ δὲ κατοί τε καὶ ἄμπελοι τοὺς ἵππους ἐκείροντο, καὶ τοῖς ταλάροις ἐνεφώλευον δράκοντες. [9] Ἐκ δὲ τῶν ὀρόφων ἔσταζον οἶνος καὶ γάλακτος ταγόνες. Τὰς δὲ οὐδὲ ταῦτα ἀνέπειθεν ἐλθεῖν εἰς τὴν λατρείαν τοῦ δαίμονος. Ἐνταῦθά τοι [10] καὶ

detrectasse: causa erat, quod maritos amarent, & idcirco bacchari in honorem Dei noluerunt. Ille vero excanduit, at hæ quidem telis inhærebant, atque operam Minervæ summo studio dabant: subito vero hederæ vitesque circum telas serpebant, & in calathis dracones nidulabantur, & de laquearibus vini lactisque stillæ decidebant. Illas vero ne hæc quidem, ut accederent ad cultum dei, adducere poterant. Tunc ergo pa-

gente Minyarum, atque inde quosdam ex Minyis coloniam in Iolcum deduxisse ajunt, unde Argonautæ dicti Minyæ. vid. Appollon. *Argonaut. lib.* 1. & ibi docta *Scholia.* Pausan. in *Bœotic. p.* 310. Fuit Minyas ille Orchomeni vel potius Neptuni & Hermippæ filius, qui Orchomeniis à se dedit *Minyarum* nomen, genuitque iterum Orchomenum juniorem, qui sine filio decessit. KUHN.

Τὰς Μινυῶν θυγατέρας] Nic. Heinsius *ad Ovid. Metam.* IV. 1. probante Cupero & Scheffero, legit Μινύς. Si tamen genuina est vulgata lectio, ut certe vult Kuhnius, & volunt MSti, tum vero per nullam ea interpretanda est Enallagen Numeri, quasi diceretur Μινυῶν pro Μινύς, quod Idem vult; nec enim in Genealogicis hæc Enallage reperitur usitata, ut ex gr. Mater Anci Marcii dicatur fuisse *filia Numarum*, aut Agave mater Penthei, *filia Cadmorum:* sed explicanda esset omnino, vel de tota Civitate Orchomenia, cujus Populus dicebatur Μινύαι, à *Minya Chrysis* (Anton. Liber. & Schol. Apoll. etiam hunc dicit *Orchomenon*) Filio, *Orchomeni* Patre: vide Pausan. *Bœot. pag.* 311. vel de illustri familia *Minyarum* in Urbe Orchomeno. Eustath. *ad Hom. Il.* B. *pag.* 206. Orchomenon in Bœotia dicit cognominari Μινύειον vel propter fluvium *Minyan*, vel ὅτι γένος λαμπρὸν, οἱ Μινύαι, ἀπὸ τινος Μινύου βασιλέως κληθέν, ἐν ᾧπερ ποτε ἤνθησεν, *quod splendidum genus, Minyæ, a quodam Minya Rege ita vocatum, in ea Urbe olim floruerit.* Atque ita, quando jam dicitur θυγατέρες Μινύου, phrasis foret pene eadem, quæ παῖδες Κάδμου &c. At quando θυγατέρες Μινύου, ut de hisce ait Plut. *Quæst. Gr.* 38. & Anton. Lib. *fab.* 10. accipiendum id foret eodem modo, quo paulo ante exposuimus *Prœtidas* seu *Prœtisilias* non tam de veris Prœti filiabus, quam de ejus posteris, seu neptibus aut pronepotibus. Sic ergo & hæ Minyades, licet dicantur à quibusdam Μινύου θυγατέρες, tamen non videntur ipsius *Minyæ* fuisse *Filiæ*, sed ex eo progenitæ. Certe enim neque Pausanias, neque Schol. Apollonii *Argon.* 1. 239. hasce memorant inter *Filias Minyæ.* Sed & ne dubites de hac locutione, tali sensu, ipse Apollon. *d. l.* Argonautas ait appellatos *Minyas*, quia eorum præstantissimi & plurimi (οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι) gloriabantur se esse ἀφ' ἁμετέρης non Minyæ, sed *Filiarum Minyæ*, quamtamen ipse Jason, Dux eorum, non Filiam, sed *Neptem Minyæ* habuerit Matrem. Verum in Genealogiis sæpe usu venire, ut illa promiscue ponantur, res est notissima. Primam harum Minyadum Ovidius dicit Metam. IV. 168. *Leuconoen:* at Secundam Ant. Lib. *Arsippen*, Plutarch. *Arsinoen:* Tertiam Idem *Alcathoen*, Ovidius *Alcithoen.* Nolim alterum ex altero mutari, ut volebat Heinsius. Sæpe enim per ipsos Veteres A transit in I. Sic *Mithradates Mithridates; Massaniſſa Masinissa, Massalia Massilia.* PERIZ.

[8] Ἐπόθουν τοὺς γαμέτας] Interpres. quod *maritum ambirent.* melius, quod *maritos* (absentes scilicet vel mortuos) *desiderarent.* & paulo post meminit textus filioli, quem Leucippe jam ex marito susceperat. Ergo *ambire* hic non potest quadrate. KUHN.

[10] καὶ πάθος εἰργάσαντο [11] ἔξω Κιθαιρῶνος, οὐ μεῖον ἢ ἐν Κιθαιρῶνι. Τὸν γοῦν [12] Λευκίππης παῖδα ἔτι ἁπαλὸν ὄντα, καὶ νεαρὸν, διεσπάσαντο, [13] οἷα νεβρὸν, ἡνίκα μανίας ἀρξάμενοι αἱ Μινυάδες, εἶτα ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρ-

patraverunt facinus extra Cithæronem, non levius eo, quod in Cithærone *perpetratum est.* Nam Leucippæ filium tenerum adhuc, & juvenculum, quasi hinnulum, discerpserunt Minyades, incipientes jam furore

[9] Ἐκ δὲ τῶν ὀρόφων] ἢ laquearibus. Anton. *Metam.* X. ἐκ τῶν κελεύστων ἐῤῥύη, *è pedibus textorii mali fluxit ei nectar & lac.* quod magis videtur convenire cum mulierum *ἰσυργίᾳ.* KUHN.

[10] Καὶ πάθος] Lege καὶ ἄγος. Certa est emendatio. FABER. Sed sic scribendum foret ἄγος, aspero spiritu. Sic enim *piaculum* significat. Sane infra quoque habetur ἀφ' τὸ ἄγος. Unde Faber emendationem suam hausit. Verum & eo loco ἄγος scribendum. SCHEFF. Cur rejicienda sit vox πάθος, causam non dixit Faber. ideoque vulgata sine ulla ratione ejicienda non est lectio. πάθος Græcis notat etiam *indignum quodvis & horrendum facinus, calamitatemque* gravissimam, *morbos*, puta *mortem*, *cædem* &c. Arrianus *lib.* 1. *de Alex.* ἀνάβ. πάθος Ἑλληνικὸν vocat *Thebarum eversionem.* τὸ πάθος Οἰδιπόδου, quid sit, notum satis. ita hoc loco παῖδος, filioli inter Baccharum manus discerpti miseram notat mortem. Cæterum nec τὸ ἄγος aspirandum videtur, si Thucydidi credimus, qui Κύλωνειον ἄγος habet *l.* 1. *p.* 82. Cyrillus *de differ.* *Vocum* ab Erasm. Schmidio editus. ὁ ἀγὸς *dux*, τὸ ἄγος *scelus*, *placulum*, τὸ ἅγος *veneratio*, res venerationem habens. ἅγιος *sanctus*, ἄγος, μιαρὸς, *impurus* est Etymol Magno in ἅγιος. IDEM.

Καὶ πάθος εἰργάσαντο] Res enimvero mira, Tan. Fabrum pro πάθος legi velle ἄγος, idque *certam* pronunciare *emendationem.* Atqui eodem prorsus modo, in simili plane negotio, de cæde filii dixit Noster XII. 20. κατὰ τολμᾶν παῖδος, Verba sunt, ἡμαρτήκει ἡ ἄθλια αὐτὴν ἐκπύουσι ἀφ' τὸ παίδος τὸ ἐν Θρᾴκῃ καταλαμηθὲν, scil. à Progne & Philomela. Si quid hic liceat tentare, mallem in superioribus addere ὡς. Nempe, τὰς δὲ ὡς οὐδὲ παῦται &c. Sic enim concinnior erit nexus, quum in Vulgato per ordinem narrationis Historicæ prioribus hocce prorsus nec opinum & inexspectatum adhuc ita continuo jungatur. ἔξω Κιθαιρῶνος, plane ἐμφατικῶς dicitur hoc sensu, licet non essent in Cithærone, celebri illa Mænadum sede, illo facinorum Bacchicorum teste. Facinus autem præcipuum in Cithærone perpetratum, quod Auctor designat, est cædes Penthei istic facta a Matre Agave & materteris. Vide Pausan. in *Corinth. pag.* 46. Ovid. *Metam.* III. *ext.* Euripid. *Bacchis*, &c. PERIZ.

[11] Ἔξω Κιθαιρῶνος] *Cithæron* mons Bœotiæ, Dionysio sacer, ubi Orgia celebrari mos fuit. Vide Ovid. & Strabonem. Itaque hallem illud ἔξω Κιθαιρῶνος reddere; *procul à Cithærone.* Nam *extra montem* hoc quidem sensu Latine dici non existimo. SCHEFF. Sensus Auctoris esset. *Tum vero designarunt facinus extra Cithæronem* (domi scilicet)

non

ἀρχῆς [14] ἦξαν [15] Μαινάδας. Αι ὴ ἐδίωκον αὐτὰς διὰ τὸ ἄγος. Ἐκ δὴ τούτων ἐγένοντο ὄρνιθες, καὶ ἡ μὲν ἤμειψε τὸ εἶδος εἰς κορώνην, ἡ ὴ εἰς νυκτερίδα, ἡ ὴ εἰς γλαῦκα.

ΚΕΦ.

rore illo jactari, atque inde ad eas, quæ jam ab initio fuerunt, Mænadas se proripuerunt. Hæ vero illas ob admissum scelus persequebantur. Propterea factæ sunt aves: & una mutavit formam in cornicem, altera in vespertilionem, tertia in noctuam.

CAP.

non inferius eo, quod in Cytharone peractum. per πάθος τὸ ἐν Κιθαιρῶνι intelligitur Penthei cædes, quem mater Agave in Cithærone membratim discerpsit, cum eo veniisset Baccharum exploraturus orgia. *Apollod. l.* III. KUHN.

12 Λευκίππης παῖδα] *Hippasum* nomen. Plutarchus *Græc. Quæstion.* 37. GESNER.

13 Οἷα νεᾶρσιν] Solebant nempe Orgia Bacchi tali ritu celebrari. SCHEFF.

14 Ἦξαν] Lege ἦξαν ab ἄτω id est ἀΐσσω. FABER. Benè vide Nostrum II. 44. SCHEFF. Lectio vulgata nata est ex incuria typographorum. Nam Romana Editio dudum legit ἦξαν, quod postliminio in suum locum restituendum duxi. est enim integre ἤϊξαν. vid. Plut. π. π. α. KUHN.

Ἦξαν Μινυάδας] ἦξαν habet Romana & Basil. Ed. at Gesnerus & reliqui deinceps ἦϊξαν. MSti ἦξαν. Prius illud magis congruit cum impetu proripientium se Baccharum, atque idcirco secutus Fabrum & Kuhnium illud retinui. Sic apud Maximum Tyr. *Dissert.* X. οἱ σπερμάμοι ὑπὸ τοῦ πάθους εἰς τὴν ὕβριν, τὸ μὴ Ἔφηβον ἀναπείσαι, ἦξαν δὲ οἱ δυστυχεῖς ἐπὶ βρόχον, *incitati ab affectu in libidinem, Ephebo non persuaserunt, infelices vero venerunt ad laqueum.* Sed longe erit vehementius & aptius, si etiam istic legamus ἦξαν, h. e. *ruerunt* cum impetu quodam animi. At præter Ejus & Codicum MS. (fatebor enim) auctoritatem reposui Μαινάδας pro Μινυάδας, sicuti conjecerat Cuperus. Res certissima est. Nam etsi vel maxime *omnes Orchomeniorum mulieres* etiam Μινυάδες dicerentur, æque ac mariti earum Μινύαι, non tamen id locum hic haberet, ubi Auctor manifestam utique & clarissimam facit oppositionem inter illas tres Minyadas, ἀρξαμένας τῆ μανίας, *incipientes tunc demum illum Furorem*, & reliquas mulieres, τὰς ἐξ ἀρχῆς Μαινάδας, *quæ jam ab initio* istius festi *fuerant Mænades*, seu *Furentes Bacchæ*. Kuhnius in *Indice v.* ἦκω, quum recte rejecisset prius alieniissimam Schefferi interpretationem, exponit posteriora hæc, *ad alias ejus generis nominisque Minyadas, quibuscum primum fuerant versatæ.* At vero ita absolute positum, οἱ ἐξ ἀρχῆς, non significat Homines, quibuscum aliquando versati sumus. Sed οἱ ἐξ ἀρχῆς Μινυάδες forent, *quæ jam ab initio fuerunt Minyades*, quod certe de reliquis mulieribus nihilo magis dici potest, quamdiu his Tribus, quibus per istam locutionem illæ opponuntur. Αι ἐξ ἀρχῆς Μαινάδες sunt, quæ simul ac *festum celebrare sacerdos Jussera*, ut loquitur Ovid. *Metam.* IV. *init.* parueram, ἢ ἐγένοντο μαινάδες τοῦ θεοῦ, ut modo dixit Noster, quod illæ Tres tunc necdum volucres facere, atque ideo non erant ἐξ ἀρχῆς Μαινάδες. Sic *supra cap.* 4. ὁπηνίκα ἐξ ἀρχῆς ἐπανῆκε, i. e. ex eo tempore, quo confederat ad agendum de republica, ante istum Filii casum. Et alibi sæpissime. Vide & *infra ad* IV. 5. PERIZ.

15 Μινυάδας] Cuperus, probante Gronovio, legit Μαινάδας, & certe illas ipsas, intelligit, quas supra dixit μαινομένας SCHEFF. Res eodem recidit, quocunque legas modo. Μινυάδας enim hoc loco erant μαινάδες & vice versa. Vulgatam tamen præfero. Nam non tantum Minyæ filiæ dicuntur Μινυάδες, verum etiam omnes Orchomeniorum mulieres, quorum mariti dicti sunt Μινύαι. vide Schol. *in Apollon. lib.* I. *Argonaut.* KUHN.

ΚΕΦ. μγ'.

Περὶ κιθαρῳδοῦ ὑπὸ τῶν Συβαειτῶν φονευθέντος.

Ἐν Συβάρει κιθαρῳδοῦ ᾄδοντος ἐν τῇ ἀγωνίᾳ, ἣν ἐπετέλουν τῇ Ἥρᾳ, [1] στασιασάντων ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν Συβαριτῶν, καὶ τὰ ὅπλα λαβόντων ἐπ' ἀλλήλους, φοβηθεὶς ὁ κιθαρῳδὸς σὺν αὐτῇ στολῇ κατέφυγεν εἰς τὸν τῆς Ἥρας βωμόν. Οι ὴ οὐδὲ ἐνταῦθα ἐφείσαντο τοῦ κιθαρῳδοῦ. Ὀλίγῳ ὴ ὕστερον ἐδόκει [2] αἷμα ἐν τῷ τῆς Ἥρας ναῷ ἀναβρύειν, οὐδὲν ἔλαττον πηγῆς ἀενάου. Συβαρῖται ὴ ἔπεμψαν εἰς Δελφούς. Ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίνατο.

Βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεσι

Πουλὺς ἀποτάζων ἀπὸ λαΐνου ὐδὸς ἐρύκει.

Ou

CAP. XLIII.

De citharœdo à Sybaritis occiso.

Quum Sybare citharœdus caneret in certamine, quod in honorem Junonis celebrabant, & Sybaritæ propter eum in seditionem secederent, atque adversus se invicem arma caperent, citharœdus ille cum ipso ornatu confugit in aram Junonis. At illi ne in isto quidem loco manus à citharœdo abstinuerunt. Paulo vero post sanguis videbatur in Junonis templo scaturire, non secus quam perennis solet fons. Sybaritæ vero Delphos consultum miserunt: Pythia autem respondit:

Cede meis adytis, manibus namque undique multus

Destillans sanguis saxo te liminis arcet:

Non

1 Στασιασάντων ὑπὲρ αὐτοῦ τῶν Συβαειτῶν] Haud dubie ergo & hic Citharœdus fuit in partibus, seu inter sodales, vel adjutores Telyos, qui sublata ejus tyrannide occisi sunt omnes, etiam ipsis in aris, ad quas confugerant: unde simul & statua Junonis se avertisse, & ex Templi solo emersisse fons, & ipsi Sybaritæ mox bello à Crotoniatis victi periisse, traduntur. Vide Athen. XII. *cap.* 4. ex Heraclide Pontico: quem locum jam attulit Schefferus. Sed alii Telyn hunc, quem Συβαειτῶν δημαγωγὸν Diod. Sic. Βασιλῆα modo, modo Τύραν-

νον, Herodotus vocat, omnia istic potuisse ajunt, quingentos civium primores in exilium expulisse, eos, quum confugissent Crotonem, sibi dedi, missis legatis, postulasse, & quum non dederentur, bellum Crotoniatis fecisse, quo bello Sybaris deleta sit. Vide Herodot. V. 44. Diod. Sic. XII. *p.* 77. Oportet ergo, acciderit intestinus ille Sybaritarum tumultus post cœptum jam bellum, & acceptam cladem, qua efferati illi in auctorem belli, Telyn, & ejus satellites, impetum fecerint. Dicuntur autem Sybaritæ opes suas amisisse ὑπὸ ἡμέρας ἑβδομήκοντα, *intra*

 dies

[3] Ου σε θεμιτεύσω, Μουσῶν θεραπόντα κατέκτας

Ηρης πρὸς βωμοῖσι, [4] θεῶν τίσιν ὐκ ἀλεείνας.

Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι [5] δίκης τέλος ὐχὶ χρονιστόν,

[6] Ουδ' ἀπαραίτητον, οὐδ' εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν.

[7] Αλλ'

Non tibi fata canam: strauisti quippe *ministrum*
Musarum, ipsius cæsum *Junonis ad aras*,
Vindictam minime veritus ejus tanſve Deorum.
At meritis male non longa eſt dilatio pœnæ,
Nec veniæ ſpes eſt, non, ſi ipſo ſint Jove nati.

Sed

dies LXX. ut ait Strabo *lib.* VI. *p.* 263. quos numerare oportet non ab initio belli, ſed ab accepta clade, poſt quam intra tot dies iſtæc rerum mutatio facile accidere potuit PERIZ.

[2] Αιμα ἐν πῷ ῥ Ηρας νεῷ] Meminit hujus prodigii Athenæus *lib.* XII. *cap.* 4. ubi de reliquo Sybaritarum excidio. SCHEFF.

3 Ου σε θεμιτεύσω] τὸ θεμιτεύω ſolenne fuit interrogantibus verbum. Ita enim interrogationem incepiſſe ferunt, qui oraculum conſulebant: ὦ τύχη καὶ Λοξία τῷ δὲ τινι θεμιτεύεις; *ô fortuna & Loxia quid vel quomodo alicui reſpondis?* Simplic. *in* II. *Phyſ. Ariſtot. fol.* 75. KUHN.

4 Θεῶν τίσιν ὐκ ἀλεείνας] Non amo verſiones, quæ fiunt metro, quoniam, ut plurimum, non ſatis exprimunt ſenſum Auctoris, quod tamen præcipuum & pene unicum eſt Verſionis Officium. Quia vero in omnibus hujus Auctoris edd. carmina carminibus ſunt reddita, nolui ab hac conſuetudine, & quaſi lege mihi lata, abire in alia, ſed quia ſtudui, quam proxime poteſt, Græca exprimere Latinis, nec quidquam prætermittere eorum, quæ ſententiam vel faciunt vel augent, omnia immutare debui. Hæc ipſa verba verterat Vultejus, *Non immortales hoc Dii patientur inultum*, quaſi Græca hæc per meram interminationem pœnæ jungerentur prioribus, quum manifeſtus ſit nexus ſimul & ſenſus, *occidiſti illum, nihil metuens*, aut *cavens*, *pœnam* vel *vindictam Deorum*. Sic Heſiod. Εργ. 816. ὑπερφιάλως ἀλεείνων, h. e. *delicta cavens, metuens*. Sic ibidem ſæpius ἀλεείνειν *talem diem*, h. e. *cavere*, *metuere*, tanquam infauſtum. PERIZ.

5 Δίκης τέλος] Eleganter notat ipſam pœnam, ejuſve eventum integrum. Nam quia quicquid abſolutum & perfectum eſt, dicitur τέλος ἔχειν, hinc paſſim τέλος cujuſcunque Rei pro ipſa illa Re ponitur. Homer. *Il.* II. 630.

Εν γὸ χερσὶ τέλος πολέμοιο, ἑταῖον δ' ἐν βοεῖ

ubi Schol. ὁ πόλεμος μὲν γὸ χερῶν δεῖται ὡς κατόρθωσιν, βελὴ δὲ καὶ ἐκκλησία λόγων, *Bellum quidem indiget manibus ad rem bene gerendam, at Senatus vel Concio Sermonibus.* Sed poſteriora hæc non ſatis reſpondent Homericis, quæ hunc habent ſenſum: *Res belli ſita ſunt in manibus, at Verba ſunt conſilii, ſita ſunt in conſilio*, vel *propria ſunt deliberationi.* Hes. Εργ. 669.

Εν τοῖς γὸ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθοῖσι καὶ ἐσθλοῖς,

h. e. *In illis* (Diis, Deorum poteſtate) *ea ſita ſunt ſimul bona & mala.* Mimnermus apud Stobæum *Serm.* XCVI.

—— —— Κῆρες γ' παρεστήκασι μέλαιναι
Η μὲν ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέης,
Η δ' ἑτέρη θανάτοιο. ——

ubi τέλος γήραος, τέλος θανάτοιο, pro *ipſa ſenecta*, & *ipſa morte*, manifeſte ponuntur. IDEM.

6 Απαραίτητον] Lege contrario ſenſu ἀπαραίτητον. FABER. Scribendum igitur οὐδ' ἀπαραίτητον. SCHEFF. Nihil mutandum. conſtat enim Atticos ſæpe negativas particulas inculcare orationi καὶ πλεοναστικῶν. vide Budæum in com-

[7] Αλλ' αὐτῶν κεφαλῆσι, καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν
Ειλεῖται, ᾧ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνῃ.

Sed capiti ipſorum incumbet, capitique nepotum,
Et generi veniet poſt cladem mox nova *clades.*

Η ὃ

comment. G. L. p. m. 1178. & *ſeq.* Apollon. *lib.* I. *Argon.*

Ουδὲ τῷ ὐδ' ἄλοχος κλειτὴ φθιμβρότοιο λέλειπται
Ου πάσι μεθόπισθε.

Thucyd. *l.* III. ὅλλω πόλιν ἀμφθερέαι μᾶλλον ἢ ὁ τὰς αἰτίας, *urbem totam magis ire perditum potius, quam mali Autores.* ubi Scholia, ἡ ὐ ἀποφασις ἁπλῆ &c. καὶν τῇ συνηθείᾳ ᾖ πολλάκις παρελκύσης ἀποφάσεις χρώμεθα, ὐ μὰ τ Δία. ὐ μὰ γὰρ Απόλλωνα, ὡς καὶ τὸ, ἀπαραιτήτως σοι μὴ ποιῆι. *negatio* ὐ *abundat* &c. *Utimur autem in communi uſu loquendi etiam ſuperfluis negationibus; ut, non non per Iovem, ὐ μὰ non non per Apollinem, hujus generis eſt etiam illud: prohibeo tibi, ne facias.* Nec opus adeo eſt, ut longius exempla in hanc rem petamus. Noſter ipſe largam eorum meſſem de ſuo dabit. *Hiſt. Anim. lib.* X. *cap.* 33. οὐκ ἐδύναντο οὐκ ἔτι. *non potuerunt amplius.* & *lib.* XV. *cap.* I. ὐ μὰν ὐ δύνανται. vid. *indicem* in ὐ. Cicero hoc dicendi genus *l.* V. *de fin. bon. & mal.* imitatus eſt. *Itaque*, inquit, *ne ſi jucundiſſimis quidem nos ſomniis uſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari.* ubi fruſtra ſunt, qui *velimus* legerunt. Interim non pugnaverim cum iis, qui hîc geminam negationem non tam πλεοναστικὸν, quam emphaſin majoremque negandi vim inferre volunt. confer & Phavorinum in ἀποφάσεις δύο &c. Eſt itaque τὸ ὐδὲ ἀπαραίτητον, idem quod ὐδὲ ἁπλῶς ἀπαραίτητον ſtylo Attico. His addam locum ex Ariſtotele Noſtro geminum germanum *lib.* II. *Phyſic.* ἀπορήσειεν ἄν τις ἀφ' οὗ ποτε ὐδεὶς τ ἀρχαίων σεφῶν τὰς αἰτίας ὧδὲ ᾠήσατο τῇ φθορᾶς λέγων, ὧδὲ τύχης ὐδὲν διώρισε, *dubitet aliquis, cur nemo ex antiquis ſapientibus, qui cauſas generationis & corruptionis percenſent, de fortuna nihil definiverit.* Alexander Aphrodiſ. *commentario in h. l.* accuſat Philoſophi dictionem ὡς ἀκατάκλητον, *ut male cohærentem.* dicendum enim erat, ὧδὲ τύχης τι διώρικε, *de fortuna aliquid definivit*, διὸτι ὧδέκειτο τὸ ἁπλῶς ἀποφατικὸν ἐν τῷ ὐδὲς. *quia negativa jam ante in voce* ὐδὲς *extat.* Hæc Alexander eadem ratione ductus, qua Tanaquil. Faber *notis in h. l.* His occurrit Simplicius & Platonem ait ab Aphrodiſienſi multo magis reprehendendum fuiſſe, qui dixit (*l.* VII. *de LL.*) ὐδεὶς ἑὸς ὐδὲν ὐδενὸς ἂν γένοιτο ἄξιος, quibus cum convenit illud Euripidis in *Cyclope*: ἀκέω ὐδὲν ὐδεὶς ὐδενός. addit denique Simplicius, καὶ θαυμάσαι μᾶλλον ἔδει τὸ χωλὸν, καὶ ἀκελεύστως καὶ σὺτρεπλικῶς ἠμελωνυθμύον, quæ verba innuunt non fruſtra geminari negationes apud Græcos. KUHN.

Ουδ' ἀθρίητον] Faber & Schefferus ουδὲ θρίητον. *Nihil* vero *mutandum* pronunciat Kuhnius, & ουδὲ ἀθρίητον *ſtylo Attico eſſe idem* ait, *quod* ὐδὲ θρίητον, ſcilicet, quia Attici *ſæpe negativas particulas inculcent orationi* καὶ πλεοναστικῶν ἢ ἐμφατικῶν. Poſterius hoc, ſi de geminandis negationum particulis intelligatur, haud facile negaverit jam quiſquam. Vide præter Budæum, quem Vir Doctiſſ. allegavit, etiam Caſaubonum *ad Sueton. Claud.* I. multis id firmantem. Cæterum ut vocula negandi unica per pleonaſmum ſimpliciter integræ accedat ſententiæ, vel voci, qua aliquid negationis continetur, ut ſunt quæ A habent præfixum; atque ita nihil interſit, quod ad ſenſum, ſive illa addatur, ſive omittatur, h. e. ut perinde ſit, ſive dicam ſimpliciter ἀδύνατον, ſive ἐκ ἀδύνατον, ſive ὐ δυνατὸν: ejus rei nullum mihi uſquam occurrit exemplum aut documentum. Quin immo contraria reperiuntur ubivis. Sed Noſtro Auctore erimus contenti. I. 7. ἦσαν ἄρα οἱ σῦς οἱ ἄγριοι ἰατρικῆς ἐκ ἀπαίδευτοι, καὶ θεραπίας ἄμα. I. 16. καλῶν σὺταφίων μὴ ἀμοιρήσειν. II. 32. μήτε ὧν ἦκε χρέων ἀμοιρήσω. III. 47. ὐδὲν ἀδικήσας τὸς Αθηναίους. VII. I. καὶ ὐδὲ τ αἰτήσεως ἐτύχησε. XIV. 5. ἐκ ἔδοξαν ἀνάξιοι τῆ ἀρχειν Similia paſſim, ὅσα κόνις: ſed in quibus omnibus ὐ cum vocabulis A præfixum habentibus neutiquam παρέλκει, ut ſolet in geminatis negationum particulis, ſed ſimpliciter negat ſententiam integram, cui inſerta eſt. Viſne

Ἡ γὰρ δίκη οὐκ ἐβράδυνε. [8] Κροτωνιάται γὰρ ἐναντίον ὅπλα θέμενοι, ἀνάστατοι ὑπ' ἐκείνων ἐγένοντο, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἠφανίδη.

Neque vero tarda fuit pœna. Quum enim adversum Crotoniatas arma cepissent, eversi sunt ab illis, & civitas eorum deleta est.

utriusque locutionis uno in loco exemplum? Habes I. 21: Καὶ δόξαν μὲ ἀπέστειλε τῷ Πέρσῃ τὸ ὠφοσχυνήσεως, ὃ μὴν ἔδρασεν ἐδὲν τῶ σὺ τοῖς Ἕλλησιν αἰσχύνῃ φέρόντων· πάντα ἦν, ὅτε ἠδυλήθη, κατεπρήξατο, ἐδὲ ἠτύχησέ τι σὺ τῷ Πέρσῃ. Vides hic utrumque: vides etiam diversam seu contrariam significationem, tum illorum ὃ μὴν ἔδρασεν ἐδὲν, tum horum ἐδὲ ἐτύχησέ τι. Nempe hæc, ἀτυχεῖν & similia, habent quidem implicitam quandam negationem, sed tamen etiam cum ea censentur aliquid affirmare, immo sæpe exuisse videntur ipso usu vim negandi. Ejus generis est ex. gr. Ἀληθὴς, quod proprie non notat *Verum*, sed id quod non latet, non est obscurum, nec oblivioni datum. Quod vero ejusmodi est, seu quod nullo nobis modo latet, illud demum est nobis verum. Non tamen negaverim, occurrere locutiones, in quibus unica negandi vocula videatur παρέλκειν, immò etiam duæ pariter. Æschines *contra Timarch.* Ἔτ' αὐτὸς ἐξαρνῆμαι, μὴ ὃ γεγονέναι ἐρωτικός. Creduntur hic illa, μὴ ὃ pariter abundare, licet geminata sint in emphaticam, ut dicitur, negationem: sed revera in hisce & similibus negatio illa, sive simplex sit, sive duplex, neutiquam abundat, sed vere negat. Cæterum quod nostris auribus accidit istic insolitum, id oritur ex vi verbi. Significat enim τὸ ἐξαρνῆμαι in hisce, *nec enim ipse negans dico me non fuisse* &c. Plane ut apud Latinos, *Timeo ne illud facias*, significat, *timens cupio, ut ne illud facias*, *in timore sum, quia desidero. ut ne* &c. Sed & similia pene sunt illa, *Crepare*, *Fremere* aliquid: *Ifstuccine interminata sum abiens tibi*? apud Terent. *Eun.* V. I. 14. h. e. *interminando edixi tibi*? Vide ejus generis multa *ad Sanctii Minervam pag.* 222. & alibi. Locus Thucydidis III. 36. de decreto Atheniensium contra Mitylenæos, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον, ἢ ὃ τὰς αἰτίας, facillime expediri posset legendo, ἢ αὐτὰς αἰτίας, *quam solos noxios*. Sic pulchra foret oppositio, inter Ὅλην πόλιν, & Αὐτὰς αἰτίας. De τὸ Αὐτὰς Vide *supra* II. 29. Sed si integer est ille locus, tum vero etiam sine pleonasmo commodum satis habet sensum, qui hic est, visum esse truculentum & grave, velle *potius totam delere civitatem*, in qua multi etiam erant insontes, *quam non perdere omnes noxios*. Usitatum hoc est Tyrannidi, & iracundæ crudelitati, perdere potius omnes sine discrimine sive sontes sive insontes, quam non omnes pœnæ & vindictæ subjicere inimicos & noxios. Qui totam πόλιν delet civitatem, ille certus est, etiam noxios in ea pœnam subituros, at qui tantum sontes decrevit punire, periculum illi est, ne aliquis sontium evadat, in obscuro aut in reliqua latens multitudine. Hæc vera est istius loci sententia, si ita scripsit Thucydides, & non potius, ἢ αὐτὰς αἰτ. *quam solos noxios*. Eam vero disertius erutam dare volui, quia etiam Vir Clarissimus, Novissimus Editor Thucydidis, interpretationem istam Kuhnii ex hisce Notis laudat & sequitur. Multo autem minus hoc certe in loco Æliani persuadere mihi queo, idem plane Græcis, vel Atticis fuisse, ἐδ' ἀποδειλίτητον, quod ἐδὲ ὠφειλητὸν, vel solum ἀπαρείτητον, vix dubito, quin recte conjecerit Faber. Miror tamen, utrumque Cod. MS. pariter vulgatæ favere: forte quia vocabulum ἀποδειλίτητος jam *supra cap.* 35. & *alibi* apud Nostrum occurrit: vel quia scribi quispiam, minime attentus, ἠχὶ χρονικῶν accepit de pœna *non diuturna*, vel *non diuturatura*, & ita hocce, quod sequitur, fierit quoque, seu corrupit, in mitiorem sententiam, pœnæ scilicet neutiquam talis, ut deprecando averti aut evadi nequeat. PERIZ.

7 Ἀλλ' αὐτῶν κεφαλῆσι &c.] Confer XIII. 2. Ἔλυσεν ἦν ὁ Μακρεὺς ὃ μεμαθὼν τὴν δίκην, τὸν δὴ τὸ ποιητικὸν, σὺν τῇ ἑωυτοῦ κεφαλῇ, καὶ τῇ γυναικὸς, τῷ ἦν τῇ τὰ παίδων ἀποσίη. Et adde, quæ ibi Kuhnius. Sed & quod in Decalogo Deus Opt. Max. ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεῆς τοῖς μισοῦσί με. IDEM.

8 Κροτωνιάται γὰρ σύμπασα] Edidi ἐκπαν, quod præferunt MSti, & usitatæ est Græcis elegantiæ. Sic Homerus *Il.* Γ. 252. τέκνα... Νείκεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὅσσε γυναῖκες.

Lo-

Locutio est satis nota, & obvia etiam in Lexicis. Vulgatum videtur ab Editoribus ortum, quia proxime sequitur ὅπλα, cui illud accommodare volebant, quum multo tamen sit concinnius, quod habent MSti. PERIZ.

ΚΕΦ. μδ'.

Περί τινα δυναμένα βοηθεῖν τοῖς ἑταίροις, καὶ μὴ βοηθοῦντα, καὶ ἕτερα βοηθοῦντα μὲν, ἀποτυχόντα δέ.

Νεανίσκοι [1] τρεῖς εἰς Δελφοὺς ἀφικόμενοι θεωροὶ [2] συμπολίταις κακούργοις [3] συμπεσόντες χάνουσιν. Ὁ μὲν εἷς ἀπέδρα τοὺς λῃστάς· [4] ὁ δὲ ἕτερος αὐτῶν συνεπλάκη τῷ λοιπῷ τῶν κακούργων, τῶν ἄλλων προαναλωθέντων, καὶ τοῦ μὲν λῃστοῦ ἥμαρτεν, ὥστε δὲ τὸ ξίφος ἔτυχε φίλου. Τῷ ἀποδράντι οὖν ἡ Πυθία ἀνεῖλε τάδε,

[5] Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ [6] ἐβοήθεις.
Οὐ σε θεμιστεύσω· δικαλλέος ἔξιθι νηοῦ.

Καὶ

CAP. XLIV.

De quodam, qui poterat quidem sociis auxilium ferre, non tamen ferebat: & alio, qui volebat quidem succurrere, sed cui infeliciter cesserat.

Tres adolescentes ejusdem civitatis, iter Delphos ad consulendum oraculum facientes, in malefícos pariter incidunt. Unus igitur se subducens fugit latrones: secundus vero congressus est, reliquis jam interfectis, cum superstite sceleratorum, & à latrone quidem aberravit, in amicum vero ensem impulit. Ei igitur, qui fugerat, talia respondit Pythia,

Occidi socium præsens es passus amicum.
Non tibi vaticinor: pulchro te proripe templo.

At

1 Τρεῖς] Atqui duorum tantum mentionem facit in sequentibus. Scribendum igitur est δύο. Et sic habet Simplicius *ad Epictetum cap.* 39. ubi hæc ipsa est historia. Nisi forte mavis τινὲς, quod est propius à veteri scriptura. Sic putabam olim. Nunc nil muto, etsi Simplicius tantum loquatur de duobus. Sunt enim revera tres apud Nostrum: unus, qui aufugit, alter qui pugnans aberrat à latrone, tertius, qui ferro transfigitur, idcirco alius est ab eo, qui aufugerat, quod & inde patet, quia fugitivus ille oraculum consuluit. KUHN.

2 Συμπολίταις] Rejiciunt hoc vocabulum Pollux & Scholiastes Aristophanis, tanquam minus probæ monetæ, licet eo usum fateantur ipsum Euripidem plus semel. Vide Illustris Grævii *Notas* oppido eruditas *ad Luciani Solœcistem*. PERIZ.

3 Συμπεσόντες χάνουσιν] Uterque MS. περιτυγχάνουσιν.

4 Ὁ μὲν εἷς ἕτερος] MSS. B. & C. ὁ μὲν δεύτερος, quod probo. SCHEFF. MSS. lectio explicat τὸ ἕτερος. Nam ἕτερος ἐπὶ δυοῖν, ἄλλος ἐπὶ πολλῶν. ἕτερος de duobus, ἄλλος de multis dicitur. Thomas Magister in *Ecl. Att.* KUHN.

Καὶ τῷ ἑτέρῳ ὃ ἀνεῖλε τάδε, ἐρομένῳ τὴν Πυθίαν·

Ἐξεινας 7 τ' ἑταῖρον ἀμύνων· οὐ σ' ἐμίαινεν
Αἷμα, πέλεις δ' χέρας καθαρώτερος, ἠ πάρος ἦδα.

At alteri Pythiam consulenti respondit ea:

Adjutans socium perimis; nil polluit ista
Te cædes, manibus mage purum, ac ante solebas.

ο ὃ ἕτερος] Lugd. diserte, æque ac B. & C. Parisienses, ὁ δ' δεύτερος, idque merito probat Schefferus. Nam revera hic de Tribus agitur, atque adeo locum non habet τὸ ἕτερος, quod, ut ipse Kuhnius ex Thoma Mag. docet, *de duobus* tantum dicitur, cum de pluribus dicatur ἄλλος. Error hîc ortus ex eo, quod sequitur, καὶ τῷ ἑτέρῳ &c. Neque vero ex Simplicio Historia ipsa apud Nostrum est emendanda, quum certus sit in alterutro error, & vel Simplicius unam Trium hominum, sed duorum Oraculorum, Historiam in duas distraxerit, vel Noster duas Historias diversorum Hominum & Oraculorum in unam contraxerit. PERIZ.

5 Ανδρὶ φίλῳ] &c.] Ipsos quoque versus Oraculi paulo aliter exhibet Simplicius; ut jam Schefferus monuit. Nempe

Ανδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας ἐκ ἐπαμύνας,
Ηλυθες ἠ καθαρὸς· ὠφικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ.

Posterius ita:

Ἐξεινας σὸν ἑταῖρον ἀμύνων, ἠ σὲ μιαίνει
Αἷμα φίνη, σὺ πέλεις καθαρώτερος, ἠ πάρος ἦσθα

Quæ Ælianus nobis reliquit, paulo videntur concinniora: sed tanto magis dubitem, utrum genuina sint ipsius Oraculi carmina, quæ plerumque non erant elegantioris notæ: an vero limam ab aliis passa. Versionem posterioris distichi plane aliam feci, quam edebatur: prioris retinui. Deberet tamen etiam in eo prioris versus sententia paulo propius exprimi, quod ita forsan fieri posset,

Non succurrebas, præsens in morte, Dædali. PERIZ.

6 Εβοήθεις] Simplicius habet ἐπαμύνας, & mox. ἦλυθες ἠ καθαρὸς ὠφικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ. SCHEFF.

7 Τὸν ἑταῖρον] Simplicius σὸν, quod rectius. ἠ σὲ μιαίνει αἷμα φίνη· σὺ πέλεις καθαρώτερος. IDEM.

ΚΕΦ. μέ'.

Χρησμὸς Φιλίππῳ δοθείς.

CAP. XLV.

Oraculum Philippo redditum.

1 Φιλίππῳ, φασὶ, 2 χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίᾳ,

Philippo ferunt in templo Trophonii in Bœotia oraculum datum, opor-

1 Φιλίππῳ] Vide Valer. Maximum *lib.* 1. *cap.* 8. meminit & Cicero *de fato.* Similia oracula vide apud Plut. *fine Lysandri*, Suidam *voce* Δαφίδας, & alios. SCHEFF.

2 Χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίᾳ] Notanda locutio, qua declaratur frequens fuisse oraculis, ut *sortibus* darentur, urnam alio quocunque vase *emissis*. Hinc *Sors* pro oraculorum responsis, etiam quæ scribus non dabantur. Sic de Delphico oraculo

νίᾳ, φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα. Ἐκεῖνον οὖν δεῖ τὸν χρησμοῦ, λόγος ἔχει, μηδέποτε ἀναβῆναι ἅρμα. Διαπλοῦς οὖν ἐπὶ τούτοις ὑπερῤῥεῖ λόγος. Οἱ μὲν γάρ φασι, τὸ ξίφος, ᾧ τὸν Φίλιππον 3 διεχρήσατο, ἅρμα ἔχειν ἐπὶ τῆς λαβῆς διαγεγλυμμένον ἐλεφάντινον· ὁ δὲ ἕτερος, τὴν Θηβαΐκην, τὴν καλουμένην Ἅρμα, ὠφελήσοντα 4 λίμνην ἀποσφαγῆναι· Ο μὲν πρῶ-

oportere, ut caveat currum. Illum igitur, metu oraculi, nunquam ascendisse currum, tradit fama. Super his jam duplex fama fertur. Nam alii dicunt, Pausaniæ gladium, quo Philippum peremit, in capulo currum ex ebore sculptum habuisse: alii vero, quum circuiret Thebaïcam paludem, cui Currus nomen erat, trucidatum esse. Prior quidem Histo-

Val. Max. 1. 8. *ext.* 8. *Cujus ex oraculo reddita vox est, inventurum Equum, sed ut eo perturbatus periret. Inde quum jocabundus quasi delusa sacrarum Sortium fide reverteretur*, &c. Liv. 1. 56. *Delphos mittere statuit, neque responsa Sortium ulli alii committere ausus, Filios* &c. Atqui Pythia istic tripodi insidens, concepto quasi Deo, Voce dabat responsa. Idem XXXVIII. 13. *Fanum ibi* (ad Hieracomen in Asia) *augustum Apollinis & oraculum: Sortes versibus haud inconditis dare vates dicuntur.* Ubi autem Sortibus revera dabatur responsum, istic dicebantur proprie *sortes Excidere.* Liv. XXII. 1. *Sortes sua sponte attenuatas, unamque Excidisse ita scriptam: Mavors telum suum concutit.* Similiter itaque & hic, quia multa olim oracula Sortibus respondebant, ἐκπεσεῖν dicitur χρηστήριον, *excidisse oraculum*, licet in Trophonii tamen oraculo nihil ejusmodi fieret. Vide Pausaniam, qui accuratissime illud describit, & singulatim omnia exposuit, in *Bœoticis.* Adde Maxim. Tyr. *Dissert.* 26. & Livium XLV. 97. Descendebant videlicet Consultores in specum, unde, quid vidissent, vel audivissent, referebant ad Sacerdotes, qui illud dein interpretabantur suo modo & more. Legimus tamen apud Obseq. *cap.* 110. aliquem *extulisse tabulam æneam, in qua scripta erant, quæ ad res Romanas pertinerent.* Scilicet retulit inventam istic tabulam ad Sacerdotes, ut reliqui, quicquid vidissent istic, vel audivissent. Erat autem hoc oraculum & Templum Trophonii prope Lebadiam Bœotiæ Urbem. Nam gravissime errat Schefferus ipse *ad Obseq. l. l.* quando arguit Laurenbergium in *Tabula* *sua* ita exhibentem illud Templum: idque *in Urbe ipsa fuisse* potius censet ex eo, quod Obsequens *Lebadiæ* illud locat. Differte enim Max. Tyr. dicit esse περὶ Λεβάδειαν πόλιν, *circa Urbem*: & Pausan. *pag.* 789. διέργειν ἀπ' αὐτῆς, *abesse ab ea* Urbe aliquantulum. *Lebadiæ* ergo significat apud Obseq. juxta Lebadiam, in suburbanis Lebadiæ, quo modo loquuntur sæpissime Auctores, Græci & Latini. Vide quæ notavi *supra ad* 11. 25. Trophonius autem ille fingitur Filius fuisse Apollinis, sed erat Ergini. Peritus autem ædificandi, templum Delphicum exstruxit. Sed & callidus fur fuit, qui fratrem laqueis implicitum, ne deprehenderetur, occidit, teste Pausania. Et tamen postea pro Deo istic vel Heroe est cultus, immo & Ludi in ejus honorem Lebadiæ fuerunt celebrati, qui dicebantur Τροφώνεια ἢ Λεβαδέια. Vide Inscript. apud Sponium *Itin. Tom.* II. *p.* 483. Quin tandem Ille etiam *Jupiter Trophonius* vocabatur: Sic Obsequens, sic Livius, sic Strabo *lib.* IX. *p.* 413. Eo scilicet more, quo Novis aut Peregrinis Diis *Jovis* nomen dabatur pro Prænomine apud Græcos, *Jani* apud Latinos, Ita *Juppiter Ammon. Juppiter Agamemnon. Janus Quirinus, Janus Curiatius.* Romanorum tamen Publicani in Bœotia, quum de Amphiarai & Trophonii agris, tanquam Deorum immortalium agris, qui lege censoria erant excepti, ageretur, negabant, Immortales esse ullos, qui aliquando Homines fuissent, ut tradit Cic. *de Nat. Deor.* III. 19. PERIZ.

3 Διεχρήσατο] Hoc vero vocabulum alibi haud legas: ideo mihi admodum est suspectum, neque dubito, quin scribendum sit

δια-

πρῶτ῾ον λόγ῾ον, δημώδης· ὁ δὲ ὕ, οὐκ εἰς πάντας ἐξεφοίτησεν.

storia vulgaris est: ista vero non exiit ad omnes.

διεχειρίσατο. Ἀφχειρίζειν pro *interficere* legitur etiam apud Arrian. SCHEFF. Hanc notam Viro docto non excidisse perquam vellem, Ἀφχεῖσθαι pro *interficere* Græcis elegantioribus usitatissimum est. Herodianus *lib.* III. *cap.* II. ἐπὶ ἀμφοτέρους Ἀφχέσπτας, *cum utrumque interfecisset.* & alibi Pollux *lib.* VI. *cap.* 44. ἀποχεῖσθαι, Ἀφχεῖσθαι inter occidendi vocabula numerat. Thomas in *Eclogis* Ἀφχρῶμαι δ᾽ δεῖπα ἢ διαχειρίζομαι ἢ διεργάζομαι κρεῖττον ἢ φονεύω, *elegantius dixeris* Ἀφχρῶμαι, i. e. *interficio hunc vel illum*, vel Ἀφχειρίζομαι &c. *quam φονεύω occido* &c. Herodotus etiam κατάχρῶμαι in hac significatione habet *lib.* I. vid. Etymol. Magnum in ἀπειχέσαλο. Habeat ergo Noster salvum sibi suum διεχείσατο. KUHN.

4 Λίμνλω] Omnes alii urbem vocant illum locum. Pausan. in *Bœot.* ἔξῆς ὃ πόλεως (de Thebis loquitur) ἐρείπιά ἐστι Ἄρματος καὶ Μυκαλησσοῦ. Stephanus: Ἅρμα, πόλις Βοιωτίας ἀπὸ Ταναγρικῆς. adde Strabonem, Hesychium & alios. videndum igitur, an vocabulum λίμνλω hic rectè se habeat? SCHEFF. Bœoticæ urbes sæpe juxta lacus & paludes leguntur conditæ apud Strabonem *lib.* IX. Pausan. *Bœotic. p.* 299. ubi sæpe accidit, ut lacus esset urbi ὁμώνυμος: quod autem Ἅρμα nomen fuerit & lacus & pagi, id vel inde aliquis suspicetur, quod illud Oppidum etiam dictum sit λεβὸ Ἀμφιαράν, *balnea Amphiarai*, ut Phavorinus tradit voce ἅρμα. Lactantius Placidus *lib.* VII. *Thebaid. Statii ad versum*

Jamque erit illa dies, quo te quoque conscia fati
Templa colent &c.

Civitas enim, inquit, in illo loco post est condita, in quo hiatus terræ Amphiaraum recepit, quæ Amphi arma (ἀμφὶ ἅρμα) vocatur ut *Homerus ait: quod ille* (l. illic) *currus, quem Græci arma* (ἅρμα) *vocant, deciderit: in qua etiam oraculum est, quod Amphiaraon* (Ἀμφιαράειον vel Ἀμφιαράν) *vocatur.* ubi nota Lactantium ἀμφὶ ἅρμα urbem illam ab Homero dictam existimare, quasi nomen ex Ἀμφιαράν ἅρμα contractum esset. Sed longe aliter se res habet, ut ex hoc Homeri versu patet:

Οἱ δ᾽ ἄμφ᾽ Ἄρμ᾽ ἐνίμενον καὶ Εἰλέσιον καὶ Ἐρυθράς.

ubi ἀμφ᾽ ἅρμα est περὶ ἅρμα, ut *Scholia* Homeri bene monent. Valerius Max. *lib.* I. *cap.* 8. in genere. *locum*, inquit, *qui in Bœotia Quadriga vocatur, semper vitavit* (Philippus) unde colligere est, ἅρμα esse vocabulum τοπικὸν totius campi, in quo lacus, urbs, templum erant Amphiarao sacrata. Cæterum unde Bœotia multis fuerit obsita lacubus, Etymolog. Magnum habet voce ἀφίσιον. Cæterum urbem & lacum, de quibus jam sermo est, etiam Euphorion hoc versu nominat Ἀμφιαράν λᾶτρα:

Κλιτορὶς (αὐλητὴς) ὠρωπόστε καὶ Ἀμφιαράν λᾶτρα.
Clitoris Oropusque & balinea Amphiarai.
KUHN.

5 ὁ ὃ ἐκ εἰς &c.] Lege ὁ ὃ δεύτερος ἐκ εἰς &c. FABER. Probo. SCHEFF.

ὁ ὃ ἐκ εἰς πάντας &c.] Faber probante Scheffero, interponit δεύτερος: legens, ὁ ἢ δεύτερος ἐκ &c. sed neutiquam id probant MSti. Neque vero requirit Linguæ ratio, qua sæpe ὁ δὲ ponitur simpliciter pro *alter*. Sic bis ὁ δὲ de duabus alteris cum oppositione ad primam ex tribus, apud Hesiod. Θεογ. 322. de Chimæra

Τῆς δ᾽ ἦν τρεῖς κεφαλαί, μία μὲν χαμαιὸς λέοντος,
Ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ᾽ ὄφιος κρατερὸιο δράκοντος.

Ejus tria erant capita, unum terribilis Leonis, Alterum Capræ, alterum rursus (h. e. tertium) *serpentis validi draconis.* Vere autem ait Æl. non esse pervulgatum illud alterum, quo, quum circumiret lacum, qui vocabatur Ἅρμα, à *curru*, cum quo Amphiaraus istic ferebatur terra haustus, cæsum fuisse Philippum traditur. Nam certe Val. Max. I. 8. *ext.* 9. tantum abest, ut istic sciret vel crederet occisum, ut contra affirmaverit, ipsum *vitasse semper locum, qui in Bœotia vocatur Quadriga.* PERIZ.

ΚΕΦ. μϛ'.

Νόμ῾ος Σταγειρτῶν.

1 Σταγειριτῶν νόμ῾ος οὕτ῾ως καὶ πάντη Ἑλληνικός. Ὁ μὴ κατέθου, φησὶ, μὴ λάμβανε.

CAP. XLVI.

Lex Stagiritarum.

Stagiritarum hæc est lex, plane ejusmodi, ut Græcam agnoscere possis. Quod non deposuisti, inquit, ne tollas.

1 Σταγειρτῶν] De his apud alios nil invenio. Servarunt alias Athenienses, qui ab Ægyptiis, sicut hi ab Hebræis habere videntur. Consule, quæ observat Petitus *Leg. Att. pag.* 534. Bibl. quoque talis consuetudo fuit, de qua Noster *infra* IV. *cap.* I. SCHEFF.

ΚΕΦ. μζ'.

Περὶ Τιμοθέου, καὶ ἄλλων οὐδὲν ὠφεληθέντων ὑπ᾽ ἰδίας ἀνδραγαθίας.

1 Τιμόθεον τὰ μὲν πρῶτα 2 ἐπῄνουν Ἀθηναῖοι· ἐπεὶ δὲ 3 ἔδοξεν ἁμαρτεῖν, ἃ ἔδοξεν, ἡ φθάνουσα αὐτὸν ἀνδραγαθία ἀλλ᾽ οὐδὲ ὀλίγον ἔσωσεν, οὐδὲ μὴν 4 αἱ τῶν προγόνων ἀρεταί. Θεμιστοκλῆς δὲ οὐδὲν ὠφήτο, οὔτε ἐκ τῆς ναυμαχίας, ἣ περὶ Σαλαμῖνα, οὔτε ἐκ τῆς πρεσβείας τῆς εἰς Σπάρτην· λέγω δὲ ἣν ἐπρέσ-

CAP. XLVII.

De Timotheo, & aliis, quibus sua virtus non profuit.

Timotheum primum quidem laudibus Athenienses extulerunt: postquam vero peccavisse visus est, quæcunque visus fuerit, nihil eum, ne parum quidem, juvit pristina fortitudo, sed neque majorum virtutes. Themistocles vero nihil habuit præsidii, neque ex navali pugna ad Salamina, neque ex legatione illa Lacedæmonia, quam

1 Τιμόθεον] Plutarchus in *Sylla*. SCHEFF.

2 Ἐπῄνουν] Quo eum honore & veneratione coluerint, vide *supra* II. 10. & adde III. 16. PERIZ.

3 Ἔδοξεν ἁμαρτεῖν, ἃ ἔδ.] Auctor ista locutione videtur quasi in medio relinquere & in incerto, quid ille deliquerit. Sed Nepos in *Timotheo* nos docet, accusatum à Charete, quasi eum in pugna, imprudenter ab ipso commissa, deseruisset. Hoc crimine in judicium vocatus ab Aristophonte quodam, (Vide Plutarch. *de exilio*) & damnatus in exilium abiit, inque eo est mortuus. Neque enim *interfectus* est, ut in Latino Æliani nostri *Indice* in omnibus Edd. tradebatur ex hoc loco, in quo Verbum, ἔσωσεν, male videtur

ἐπρέσβευσε [5] κλέπτων τὴν τῶν Αθηναίων τείχισιν. Εφυγε γὰρ καὶ εἶν οὐ τὰς Αθήνας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ελλάδα πᾶσαν. Καὶ Παυσανίαν ὃ τὸ Λακεδαιμόνιον οὐδὲν ὤνησεν ἡ ἐν Πλαταιαῖς νίκη· ὑπὲρ ὃ ὧι ἐν Βυζαντίῳ [6] ἐκαινούργει, καὶ ἐνόσει Περσικὰ, ὑπὲρ τούτων διέφθειρε καὶ τὴν χάριν τὴν ἐπὶ τοῖς πρώτοις. [7] Φωκίωνα ὃ ἡ εὐφημία, ἡ καλοῦσα αὐτὸν Χρηστὸν, οὐδὲν ὠφέλησεν, οὐδὲ τὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἅπερ οὗν διε-

neque ex legatione in Spartam: dico eam, quam obiit, quum Athenienſium munitionem Spartanis eluſis perficiendam curaret. Exulavit enim & ille non ſolum ex Athenienſium urbe, verum etiam è tota Græcia. Et Pauſaniæ Lacedæmonio nihil profuit victoria ad Platæas: eo enim, quod Byzantii novas res moliebatur, & Perſis ſtudebat, illam quoque gratiam, quam ex antea actis *ſibi conciliarat*, corrupit. Phocionem vero Fama, quæ illum appellabat Bonum, non eripuit, neque vero ſeptuaginta illi & quinque anni, quos

διεβίωσεν [8] οὐδὲν ἀδικήσας τοὺς Αθηναίους ἐν βεβχεῖ· [9] ἐπεὶ ὃ ἔδοξεν [10] Αντιπάτρῳ τὸν Πειραιᾶ προδιδόναι, Αθηναιοι κατέγνωσαν αὐτοῦ θάνατον.

quos vixerat ita, ut nulla Athenienſes affeciſſet injuria, ne minima quidem in re: ſimul ac vero viſus eſt Antipatro Pyræeum velle prodere, mortem ipſius decreverunt Athenienſes.

accepiſſe, & ad ſolam retuliſſe vitam, Indicis illius Auctor. PERIZ.

4 Αι τῶ σωζόντων ἀρετῶ] Reſpicit *Cononem*, cujus filius fuit Timotheus, & qui præfectus claſſi Perſarum vicit Lacedæmonios, ex eorumque manubiis reſtituit Athenis ſuas munitiones ab illis dejectas. Vide Juſtinum, Nepotem, Alioſque. IDEM.

5 Κλεπτων τὴν τῶ Αθ. τείχισιν] Vertebatur à Vultejo, *quum Athenienſium munitionem occultaret*. Tornæſius, & ceteri deinceps maluerunt, *hac fraude* (ſcil. legationis) *tegens, quod Athenienſes ſuos muros exſtruebant*. Sed ſenſus eſt, *furtim perficiens Athenienſium munitionem*, eluſis per eam legationem Spartanis. Etenim κλέπτειν τι dicimur, quum facimus aliquid, ignaro, vel non animadvertente, eo, qui illud fieri nolebat. Sic *ſupra* I. 4. de Canibus in Nilo bibentibus furtim, ne deprehenderentur à Crocodilis, ὡς ἥδιστα ὃ τὸν ὄχθην, καὶ ὡς ἐγκλέπτοντες πίνουσι. Sic κλέπτειν τὴν ἀρχὴν apud Dionyſ. Halic. *lib.* IV. dicitur Ser. Tullius, h. e. *uſurpare imperium*, artibus quibuſdam *irrependo*, præter legitimam Populi deſignationem; Et *lib.* IX. de Vejentibus, κλέπτειν τὰς ἐξόδους, *exire ita, ut Fabii id non animadvertant*. Hinc de *furtivo amoris uſu*, κλέμμα ἐρωτικὸν apud Noſtrum *Hiſt. Anim.* I. 2. Sic *Furta* apud Latinos non tantum Amoris ſunt, ſed & Belli. *Furandi melior* Tacit. Ann III. 74. h. e. ſubito incurſu & clam contra hoſtes aliquid agendi. Sic ergo & Themiſtocles per legationem iſtam Lacedæmoniis eluſis quaſi eripuit Athenarum munitionem, vel ejus perficiendæ, illis ignaris & invitis, facultatem & occaſionem Athenienſibus præbuit. IDEM.

6 Εκαινούργει &c.] Pauſanias iſte Rex Spartanorum, quum Byzantii arroganter & violenter multa egiſſet in ſocios, revocatus eſt ab Ephoris, & injuriarum damnatus. Deinde vero profectus eſt clam & ſua ſponte in Aſiam, *novaſque res* patriæ ſuæ *molitus eſt*, conſpirans cum Rege Perſarum. Voluit enim in patria ſua καταλῦσαι τὴν Εφόρειαν, *Ephorarum poteſtatem tollere*, ut diſerte ait Ariſtot. *Polit.* V. 1. & ſibi *Monarchiam* aſſerere, ut Idem ait V. 7. & VII. 14. Sed ut in his adjuvaretur à Perſis, *ſtuduit eorum rebus*, idque egit, ut illi Græciæ totius evaderent domini. Vide Thucyd. *lib.* I. *cap.* 95. & 128. &c. Hoc autem eſt νοσεῖν τὰ Περσικὰ, non, ut inepte vertebatur, *Perſico morbo laborare*. Ποιητικῶς enim hæc ſunt accipienda, & ita maximum profecto eſt νόσημα, conſpirare clam cum publicis hoſtibus, iiſque ſubjectam velle patriam. Sic de *ſeditione*, qua conflictabantur Chii, νοσήσαντες νόσον ταύτην βαρυτάτην, *laborantes iſthoc malo quam graviſſime*, *infra* XIV. 25. Thucydides crimen Pauſaniæ vocat

cat Μηδισμὸν, h. e. quod faveret Medis contra patriam. Plane ut Noſter IV. 7. eum dicit Μηδίσαντα. *Medi* enim & *Perſæ* promiſcue dicuntur. IDEM.

7 Φωκίωνα] Hiſtoriam prolixe refert Diodorus *lib.* XVIII. *pag.* 639. SCHEFF.

8 Οὐδὲν ἀδικήσας τοὺς Αθηναίους ἐν βεβχεῖ] Lege ἐδὲν ἀδικήσας τὰς Αθηναίας ἐδ' ἐν βεβχεῖ. FABER. Non inconcinnè. SCHEFF. Vulgata etiam ſatis concinna eſt. KUHN.

9 Επεὶ ὃ ἔδοξεν Αντιπάτρῳ] Vide Plutarchum in *vita Phocionis*. GESNER.

10 Αντιπάτρῳ] Vel potius Caſſandro, ejus Filio, aut Nicanori hujus Præfecto. Antipater enim tunc paulo ante erat mortuus. Vide Plutarch. in *Phoc.* & Corn. Nepotem. Mox προδιδόναι habet MS. Sluisk. pro προδιδόναι. PERIZ. Cum Sluiskiano paria facit Mediceus, nec male. nam προδιδόναι pro *prodere* etiam uſurparunt S. Scriptores N. T. ut Johan. *Euang.* XVIII. 2. & Paulus *Ep.* I. *ad Corinth.* XI. 23.



ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ τέταρτον.

ÆLIANI VARIÆ HISTORIÆ LIBER IV.

ΚΕΦ. α'.

Εθνῶν ἔθη διάφορα.

Λέγει τις νόμος Λευκανῶν. [1] Ἐὰν ἡλίου [2] δύνοντος ἀφίκηται ξένος, ᾧ παρελθεῖν εἰθέλησε εἰς στέγην τινός, εἶτα μὴ δέξηται τὸν ἄνδρα, ζημιοῦσθαι αὐτὸν καὶ ὑπέχειν δίκας [3] τῆς κακοξενίας, [4] ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῷ ἀφικομένῳ, καὶ τῷ Ξενίῳ Διΐ.

1 Εαν ἡλίου] Similis Charondæ lex apud Stobæum *ſerm.* XLII. Hoſpitalitatis nomine Lucanos alioquin laudat etiam Heraclides in *Politiis*. SCHEFF. Legis iſtius, & hoſpitalitatis antiquæ apud pleraſque gentes, Ratio declaratur his verbis, *Sole occidente*. Humanitatis enim illius cauſa fuit unica, quod nullæ tunc eſſent tabernæ vel cauponæ, in quas deverterent peregrinantes. Quo fiebat, ut niſi reciperentur à quopiam, pernoctare deberent in plateis ſub dio, vel in tentoriis quibuſdam, quæ ſibi ipſi in publicis viis feciſſent. Res manifeſta eſt, cum ex Lothi Hiſtoria *Geneſ.* XIX. qui Angelos Sodomam venientes, &

CAP. I.

Gentium & populorum diverſi mores.

Lucanorum quædam lex ſancit. Si occidente jam Sole venerit peregrinus, voluerit que ſub tectum alicujus devertere, is vero hominem non recipere, ſibi ignotos, ultro tamen ſuas in ædes invitavit, ut *iſtic manerent*, & *ſurgentes manſuram perſequerentur iter*, ipſis *in platea ſe manſurum* reſpondentibus; tum maxime ex Levitæ in Urbe Gibea *Judic.* XIX. Is enim *ſediſſe* dicitur *in platea civitatis*, *quia non erat quiſquam, qui reciperet eum in domum ſuam ad pernoctandum*, eaque de re tanquam inhumana prorſus mox queritur, addens nullius rei neceſſariæ penuriam ſibi eſſe, atque adeo oneri ſe non futurum iis, qui ſe modo reciperent ſub tectum: Certo argumento, nulla tunc fuiſſe publica peregrinantibus diverſoria, & ideo commune humanitatis officium quaſi flagitaſſe iſtam hoſpitalitatem. Similiter apud Ovid. *Metam.* VIII. 630. de Jove & Mercurio in oppido quodam.

Mille domos adiere, locum requiemque petentes;
Mille domos clauſere ſeræ: tamen Una recepit.

Quod de Tentoriis dixi, quæ ſibi ipſi tenderent, liquet ex Jona, *cap.* 4. qui ad Nineven extra Urbem tugurium ſibi ſub arbore paravit. Adde Dionyſ. Halic. *lib.* VIII. de Volſcis Romam ad ſpectandos iſtic ludos profectis, κατεσκήνων οἱ πλείους ἐν ἱεροῖς τε καὶ δημοσίοις τόποις, ἐκ ἔχοντες καταγωγὰς ἐν οἰκίαις τε καὶ παρὰ ξένοις, *tentoria ſibi faciebant plerique in ſacris & publicis locis, quum non haberent diverſoria in ædibus & apud hoſpites.* Immo & in via iter facientes, ubi eos nox opprimebat, ejuſmodi ſibi tentoria figebant. Sic legati Lavinienſium redeuntes Roma dicuntur ἐσκηνωμένοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπως ἑσπέρᾳ αὐτοὺς καταλάβοεν, *tentorium ſibi fixiſſe in ipſa via, ubi veſpera eos oppreſſerat* apud Eundem, *lib.* II. Vide & *infra cap.* 9. *init.* Ex hac ergo neceſſitate peregrinantium, ſeu inopia diverſoriorum, orta eſt illa humanitas, & φιλοξενία, quam non Paulus modo paſſim præcipit, ſed & ipſe Chriſtus inter præcipua humanitatis debitæ officia, quorum ratio etiam in ultimo ſit habenda judicio, commemorat, Matth. XXV. 35. ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· *peregrinus eram, & recepiſtis me.* Sed & hæc cauſa talium Legum apud alias fuit gentes, & tam ſanctæ neceſſitudinis inter hoſpites conſtitutæ, cui ipſe Juppiter, Ζεὺς Ξένιος, præeſſet, & *jus daret*, ut ait Virg. *Æn.* IV. Quia vero interveniebant aliquando fraudes ab iis, qui in tecta aliorum recipiebantur, & quia inter peregrinos multi tantum animi gratia vagabantur, ſeque alieno ita ſuſtentabant cibo, hinc jam olim Heſiod. Ἐργ. 715. ruſticum ſuum monet,

ceperit, ut mulctetur, & pœnas luat inhoſpitalitatis, ut mihi quidem videtur, & illi, qui advenit, & Jovi Hoſpitali.

Dar-

Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι.

ut ne nimis ſit hoſpitalis, neque tamen inhoſpitalis vocetur. Immo vero hinc, quum tandem multi gravarentur ignotos ſibi homines recipere, ortæ ſunt illæ ipſæ tabernæ diverſoriæ ſeu cauponæ. Sic certe quum apud Succos & Gothos olim, æque ac apud Germanos, (apud quos, teſte Tacito *de Germ. cap.* 21. *Quemcunque mortalium arcere tecto nefas habetur: pro fortuna quiſque apparatis epulis excipit.*) ſumma fuiſſet hoſpitalitas, adeo ut ſi quis viatorem tecto arceriſſet, idque ter convictus fuiſſet feciſſe, immiſſo igne ædes ejus incenderentur, publica Gentis lege, ut refert Joh. Magnus *Hiſt. Goth.* IV. 1. & 2. Ea vero humanitate ita publicitus ſancita quum multi abuterentur tandem, & ruſticis quælibet imperarent vel eriperent, inde factum, ut publicis itidem legibus tabernæ conſtituerentur, in quibus præberentur viatoribus quælibet neceſſaria juſto pretio. Vide Joh. Locceniam *Antiq. Sueogoth. cap.* 22. & leges ipſas in Ragualdi Ingemundi *Legibus Suecorum cap.* 22. & 23. Sed & ita apud Græcos quoque & Romanos olim cœperunt uſitatæ eſſe Cauponæ, quæ tamen erant & habebantur *ſordidæ*. Hinc Rhodiorum Legati apud Livium XLV. 22. *Antea quum Romam veniſſemus, ex publico Hoſpitio in Curiam gratulatum vobis veniebamus, nunc ex ſordido Diverſorio, vix mercede recepti.* Vide & *infra* XIV. 14. ubi quis peregre παιδοκέῳ exceptus putat ſe hoſpitalitate tunc adhuc uſitata excipi, atque ideo, re deinde animadverſa, indignatus ex illo loco abit. PERIZ.

2 Δύνοντος] δύοντος legendum, vel δύντος, quod miror non obſervaſſe Fabrum. SCHEFF. δύνοντος rectè, à δύνω, *Gl.* Cyrilli: δύνει ὁ ἥλιος *occidit* (Sol.) Heſychius & Suidas δύνω agnoſcunt. Timon in *Sillis* de amore ſenum.

Ηνίκ' ἐχρῆν δύνειν νῦν ἤρχετο ἡδύπαθος.
Huic amor exoritur, cui jam vita occidit ipſa.

Οτι ⁵ Δαρδανεῖς, ⁶ τοὺς † ἀπὸ τῆς Ιλλυρίδος, ἀκούω τρὶς λούεσθαι μόνον τοῦ παντὸς τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, καὶ γαμοῦντας, καὶ ἀποθανόντας.

Dardanenſes ex Illyrico ter ſolum per univerſam eorum vitam audio lavari, poſt partum, quum nuptias faciunt, & quum mortem obierunt.

⁷ Ινδοὶ ⁸ οὔτε δανείζουσιν, οὔτε ἴσασι

Indi pecuniam fœnori non locant, ne-

† ἐπὶ.

Dalecampius apud Athen. *lib.* XIII. *p.* 601. vertit. *dum eſt occidendum, ſerviamus voluptatibus.* minus rectè. vid. & Ind. in δύνω. KUHN.

3 Τῆς κακοξενίας· ἐμοὶ δοκεῖ, &c.] Neſcio quid ſibi velit major illa diſtinctio poſt κακοξενίας. Arctiſſimo enim nexu ſyntaxeos cohærent ὑπέχειν δίκας τοῦ ἀφικομένου, καὶ τοῦ Ξενίου Διός. PERIZ.

4 Εμοὶ δοκεῖ] Ita MSS. At lubens reſcriberem ἐμοὶ δοκεῖν, Ut *lib.* I. *cap.* 17. ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὁ σωφρονέστερον ἐπαινέσεται. & Dio Chryſoſt. *Orat.* I. πάνυ γὰρ ἂν καλῶς σὺν ἄλλοις πλείοσιν Ομηρος, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ τοῦτο ἔφη. Eodem Græcismo utitur Auctor *infra lib.* XIV. *cap.* 4. & *lib.* VI. *de Nat. Anim. cap.* 15.

5 Δαρδανεῖς] Habet Nicolaus Damaſcenus apud Stobæum *ſerm.* V. SCHEFF.

6 Τὰς ὑπὸ τῇ Ιλλυρίδος] Pro ὑπὸ legit Geſnerus ἐπὶ. Vellem niſi velles ἀπὸ. KUHN. Sluisk. legit ἀπὸ, quod non dubito verum eſſe. Sic *ſupra* II. 33. Χερρονήσιοι οἱ ἀπὸ Κνίδου. Heracl. *de Politiis*, Χαλκιδεῖς οἱ ἀπ' Ευρίπου. Sic in Nummis & Auctoribus Græcis ac Latinis, Μαγνῆτες ἀπὸ Σιπύλου, *à Sipylo.* Vide Excellentiſſ. Spanhemium *de præſtantia & uſu Num. pag.* 894. Υπὸ in tali deſcriptione jungitur Dativo vel Accuſativo, cujus ibidem exempla habet Vir Summus. Sed & ita Pauſanias *Eliac.* II. *cap.* 13. Χαλκιδέων τῶν ὑπὸ τῷ Ευρίπῳ *Achaic. cap.* 7. Μαγνησίαν τὴν ὑπὸ τὸ Πήλιον. Maluit ita etiam Kuhnius in *Addendis*, & prætulit rectè præ illo ἐπὶ, quod Geſnerus ſubſtitutum volebat τῷ ὑπὸ. PERIZ.

7 Ινδοὶ] Damaſcenus apud Stobæum *præcitato loco*, Diodorus Siculus & alii. SCHEFF.

8 Ουτε δανείζουσιν, ἔτε ἴσασι δανείζεσθαι &c.] Δάνειον proprie notat, quod mutuum datur ſine uſura aut fœnore. Atque inde Fœnori opponitur, ſeu τόκῳ, inprimis apud Sacros Scriptores. Sed & quando fœnoris addebatur conditio, dicebatur δάνειον ἔντοκον, vel ἐπὶ τόκῳ. At quia tandem fœnus apud Græcos invaluit, nec facile amplius pecunia dabatur mutua ſine uſuræ conditione. hinc factum, ut δάνειον & δανείζειν ſignificet etiam, & directe quidem, pecuniam dare fœnori. Unde in Latinis Comœdiis *Daniſtæ* ſunt fœneratores. Vide Salmaſ. *de Uſuris cap.* 2. Et ita etiam hic loci accipitur, ſed & neſcire fœnus convenit juſtitiæ Indorum, ac ſimplicitati, quæ in illis laudatur, & quâ fiebat, ut rariſſimæ iſtic eſſent lites. Strabo *lib.* XVI. *p.* 709. καὶ οὐ τοῖς νόμοις ὃ γε ἐν τοῖς συμβολαίοις τὴν ἀπλότητα ἐλέγχεσθαι οὐκ τῷ μὴ πολυδίκους εἶναι· & *in legibus & in contractibus ſimplicitatem declarari eo, quod non habent multas lites.* Quin neque bella ante Alexandrum M. geſſiſſe, aut excepiſſe ab aliis, dicuntur à Megaſthene apud Arrian. in *Indicis*, *pag. mihi* 518. Quando vero Nic. Damaſc. apud Stobæum *Serm.* XLII. ait πρὸ Ινδοῖς εἰσὶ τοῖς δοκοῦσι δεῖν δανείσασθαι ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις, ἀλλὰ τὸν αἰτιᾶται, ὁ πιστεύσας, id vero accipio laxius de pecunia mutua, ſive uſuræ aut fœneris ter ſit addita, ſeu minus. PERIZ.

9 παρακαταθήκην] Emendandus hic locus ex Polluce, quem vide. FABER. Puto Fabrum reſpexiſſe, quæ habentur *lib.* VII. *cap.* 6. & pro παρακαταθήκην putaſſe ſcribendum παρακαταθήκης δίκην. Quid opus eſt emendatione, cum locus integer ſit vitiique expers? KUHN.

παρακαταθήκην] Vertitur *depoſitum.* Et ſic ſane ut plurimum accipitur. Dubitabam tamen, an, quia hic maxime de pecunia mutua, & fide agitur alteri præſtanda, deque ſyngraphis eam in rem faciendis, intelligendum itaque hîc iſta voce potiſſimum ſit *pignus*, quod item apud creditorem *deponitur*, & eque ac *ſyngrapha* ad obligandam fidem pertinet, quando quis ab alio *mutuam* accepit *pecuniam* Et ſane παρακαταθήκη à Suida & Heſychio exponitur ἐνέχυρον h. e. *pignus.* Sed &

σι δανείζεσθαι. Αλλ' οὐδὲ θέμις, ἄνδρα Ινδὸν οὔτε ἀδικῆσαι, οὔτε ἀδικηθῆναι. Διὸ οὐδὲ ποιοῦνται συγγραφὴν, ἢ 9 παρακαταθήκην.

neque accipiunt. Sed neque fas eſt, hominem Indum injuriam aut inferre, aut pati. Proinde neque ſyngrapham faciunt, aut depoſitum.

Νόμος ἐστὶ 10 Σαρδῶος. Τοὺς ἤδη γεγηρακότας τῶν πατέρων οἱ παῖδες 11 ῥοπάλοις τύπτοντες ἀνῄρουν, καὶ ἔθαπτον, αἰσχρὸν ἡγούμενοι, τὸν λίαν ὑπέργηρων ὄντα ζῆν ἔτι, ὡς πολλὰ ἁμαρτάνοντος ἤδη σώματος, ἤδη καὶ τὸ γῆρας πεπονηκότος. Τῶν δὲ αὐτῶν

Lex eſt Sardoa. Filii patres jam ſenio confectos clavis cæſos interimebant, & ſepeliebant, abſurdum arbitrantes, decrepitum ſenem amplius vivere, quippe quum ſæpius delinquat corpus, quod ſenectute laborat. Eorundem lex erat hujuſmodi.

& Harpocration in *v.* Ορος ita ait vocari inſcriptionem *prædiorum*, quæ declaret, ὅτι ὑπόκειται δάνειον, *obligata eſſe ea creditori*, idque probat ex Menandri Fabula, quæ appelletur Παρακαταθήκη. Satis liquet, in ea actum de prædiis *oppigneratis*, atque adeo credibile eſt, inde quoque iſta Voce inſignitam hanc comœdiam. Jam vero creditæ pecuniæ nomine uſitatum ubique fuit, ut caveatur creditori vel per *ſyngraphum*, vel per *pignus:* & per hoc quidem antiquiſſimo tempore. Atque hinc, ſicuti Diod. Siculus *lib.* I. ait δανείσασθαι ἀσυγγράφως, & μὴ συγγραφῆς: ſic Demoſthenes *contra Timotheum*, *pag.* 698. de creditore, ἔτε δὲ ἐπ' ἐνεχύρῳ, ἔτε μὴ μαρτύρων ἔδωκε, *neque ſub Pignore, neque coram teſtibus* (h. e. ut arbitror, *ſyngrapha*, cui *Teſtes* etiam ſubſcribere ſolebant apud Athenienſes. Vide Exemplum Syngraphæ apud Demoſth. *contra Lacritum p.* 592) pecuniam illi *dedit.* Similiter Latini *: qui ſub Pignoribus ſolebat pecunias mutuas accipere l.* 12. *Dig. de Pigner. act.* Præterea habet *pignus* aliquid commune cum *depoſito*, ita ſaltem, ut utrumque eadem voce deſignari aliquando, haud ſit abſurdum. Certe ipſi JCti Romani, aliquando *res Pignori Depoſitas* dicunt. Sic *alienam magidem ſcit apud ſe Pignori Deponi*, & ſimpliciter *alienum apud ſe Deponi l.* 36. *Dig. de condict. ind.* Senſus igitur & nexus hujus loci eſſe videtur; quia Indis nefas eſt fruſtrari alium, aut injuria afficere, idcirco in Mutuo dando & accipiendo neque Syngraphan faciunt, neque Pignus dant, ad fidem firmandam. Sed & quia *Pignus* eſt ſimpliciſſimum & antiquiſſimum genus firmandæ fidei, accepto *Mutuo*, & quia utrumque *creditur* alteri viciſſim, ideo Nic. Dam apud Stobæum *d. l.* memorat cum *Mutuo* tantum *Pignus*, non etiam *Syngraphan*, dicens, *ſi quis fraudetur δανείῳ, ἢ παρακαταθήκης, Mutuo aut Pignore, non datur de eo judicium, ſed ſe ipſe inuſat, qui Credidit* alteri. Quorum ſenſum eſſe puto, non quod negetur Actori ſuum jus perſequi, quaſi male fecerit; Sed quod talia judicia iſtic fuerint ignota & inuſitata propter infrequentiam talium litium aut injuriarum, quas facere nefas iſtic erat. Plane ſicuti neque Indorum quiſquam αἰτίην ἔχει ψεύσασθαι, teſte Arriano in *Indicis p.* 532. h. e. *accuſatus unquam fuit mendacii*, aut *perfidiæ.* Ex quo ipſo etiam liquet, nullam ergo iſtic fuiſſe cauſam ſyngraphæ faciendæ, vel pignoris dandi ad firmandam ſibi fidem apud Creditorem. Si quis tamen de τῇ παρακαταθήκῃ aliter ſentiat, non magnopere reluctabor, quum ab Auctoribus non ſatis ſit declaratum, utrum *pignus*, an *depoſitum* hic intelligi velint. PERIZ.

10 Σαρδῶος] De his nondum habeo compertum. De aliis noſter ipſe teſtatus eſt *ſupra* III. *cap.* 37. quibus adde Padeos ex Herodoto *lib.* III. Athenienſes & Lucanos ex Damaſceno apud Stobæum *ſerm.* XLII. & Valer. Maximo *lib.* II. *cap.* I. SCHEFF.

11 Ροπάλοις] Interpres *fuſtibus.* Sed propius eſt *clavis.* Sic X. 22. Dioxippus Athleta, ῥόπαλον λαβών, Corragum Macedonem ador-

τῶν ἐπὶ νόμου τοιοῦτου. [12] Ἀργίας ἦσαν δίκαι, καὶ [13] τὴν εἰκῆ ζῶντα ἔδει κρίνεσθαι, καὶ διδόναι τὰς εὐθύνας, ἀποδεικνύντα, [14] ὅθεν ζῇ.

[15] Ἀσύριοι τὰς ὡραίας γάμου παρθένους ἀθροίσαντες εἴς τινα πόλιν, ἀγοράν αὐτῶν προκηρύττουσι· καὶ ἕκαστος, [16] ἣν ἂν πρίηται, ἀπάγει νύμφην.

modi. Propter ignaviam in jus vocabantur, & qui otiosè viveret, cum in Judicio rationes reddere oportebat, unde viveret, declarantem.

Assyrii virgines conjugio maturas in civitatem aliquam conducunt, earumque mercatum palam denunciant: & quam quisque emerit, sponsam abducit.

[17] Βύ-

By-

ortus est, & hasta excussa vicit. Herculi etiam tribuitur cum leonina, unde apud Aristoph. *Ranis*, Bacchus muliebriter & viriliter simul ornatus quum inducitur, habere fingitur crocotum & cothuruum, & contra, tanquam Hercules quispiam, λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, *leoninam pellem*, & *clavam*. Proverb. quoque XXV. 18. conjunguntur ῥόπαλον, καὶ μάχαιραν, καὶ τόξευμα, *clava*, *gladius*, & *sagitta*. Victimæ quoque cædebantur ῥοπάλοις, ut ex Brissonio in Indice notatum videmus. PERIZ.

12 Ἀργίας δίκας] *Otii dica vel accusatio.* vide Pollucem de Athenienbus, qui etiam otii crimen in judicium adduxerunt *l.* VIII. *c.* 6. & Ærodium *l.* IV. *Decretorum. cap.* I. KUHN.

Ἀργίας ἦσαν δίκαι] Utilissima hæc lex etiam apud Lucanos viguit, teste Nic. Damasc. apud Stobæum *Serm.* XLII. & Ægyptios teste Herodoto II. 177. denique Athenienses, vide Valer. Max. II. 6. *ext.* 3. & 4. & Petitum *ad LL. Atticas p.* 424. Adde Lacedæmonios, *supra* II. 5. Videntur constituenda ea Lege id spectavisse Veteres, non tantum, ut Cives suos ad laborem & artem publico conducibilem excitarent, sed &, ut eos ad opus faciendum adigendo ab seditionibus averterent. Plane uti milites suos Romani ea etiam de causa variis operibus occupabant, eaque, ut ait Tacitus *Ann.* I. 35. *adversus otium castrorum Quærebant.* Vide & *infra ad* IX. 25. PERIZ.

13 Τὸν εἰκῆ ζῶντα] Sensum, qui tandem exoritur, non vim vocabuli, expressit Vultejus, vertens, *qui otiosè viveret.* Propriè est, *qui vivit ita, ut nihil agat, unde vivat.* Sic *cap.* 12. opponitur, videre picturam εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε, & ῥητὸν ἀργύριον καταβαλεῖν atque in demum ad eam videndam admitti: Istic ergo εἰκῆ notat *nullo dato pretio*, vel *nulla re facta, ut videas.* Sic Matth. v. 22. ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, *nulla irascendi causa data.* Proverb. XXVIII. 25. ἄπιστος ἀνὴρ κρίνει εἰκῇ, *temere, nec attendens rationi.* Aquila, Interpres Veteris Testamenti, in *tertio Decalogi præcepto*, *non usurpabis nomen Domini* εἰς εἰκῆ. *sine justa Causa*, qualis est Invocatio, &c. IDEM.

14 Ὅθεν ζῇ] In MSS. B. & C. est εἰκῆ ζῇ. quod videtur melius. SCHEFF. Nihil muto, aut præfero vulgatæ. Noster *lib.* XIV. *cap.* 26. ὅθεν τὰ πρῶτα ἐτρέφετο. Dio Chrysostomus *orat. de servit. & libert.* ὅθεν λάμπει, ὅθεν τὰς παῖδας θρέψωσι. KUHN.

Ὅθεν ζῇ] Ut B. & C. Parisienses, sic & Lugd. ὁπόθεν. At Sluisk. tuetur vulgatum. PERIZ.

15 Ἀσύριοι] Idem, quem ante dixi, Nicol. Damascenus ἀφ' ἑῶν. Strabo *lib.* XVI. & Herodotus in Κλει. qui duo postremi tamen in aliquibus à nostro dissentiunt. SCHEFF.

16 Ἣν ἂν πρίηται] Ex illis scilicet, quæ formosæ sunt. Nam deformes non emebantur, sed cum dote & præmio elocabantur illis, qui ducere eas vellent minimo. Præmium autem illud ex pretio formosarum conficiebatur. Vide Herodot. I. 196. & Nicol. Damasc. *de moribus Gentium* apud Stobæum *Serm.* 42. Neque vero id solis *Assyriis*, aut *Babyloniis*, (nam Hos nominat Herodotus) sed & aliis Gentibus fuit in usu. De *Getis* Pomp. Mela II. 2. *Virgines non à Parentibus Viris traduntur, sed publice aut locantur ducendæ aut veneunt. Probæ formosæque in*

[17] Βύβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν οὐδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται· οὐ γὰρ ἡγεῖται τὸ τοιοῦτον εὕρημα, ἀλλὰ ἀδίκημα.

Byblius homo in via, si incidit in aliquid, nihil tollit eorum, quæ non posuerat: non enim hoc inventum, sed injuriam arbitratur.

[18] Δεξ-

Der-

in pretio sunt; ceteras qui habeant, mercede quæruntur. Et ita de *Armeniis* ait Imp. Justinianus Novell. XXI. feminas istic *emi à futuris maritis.* Huc referendum, quod modo dos, modo munera, ab ipso sponso dicuntur apud Varios Populos dari feminis, immo aliquando etiam earum Parentibus. De Germanis Tacitus *cap.* 18. *Dotem non Uxor marito, sed uxori Maritus affert.* De Hebræis vide, quæ notavi olim in *Dissert. Triade pag.* 116. & adde I. Sam. XVIII. ubi quum David recusaret filiam Regis Sauli, hac solâ ratione, *quod esset pauper*, respondet Saulus, *non delectari se Dote*, quam scil. David debuisset dare, sed loco dotis desiderare se *centum præputia Palæstinorum*; quæ etiam David ipsi numeravit. De Græcis Primis diserte Aristoteles *Polit.* II. 6. τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων, *uxores Emebant alii ab aliis.* Hinc apud Dion. Chrysost. Τροικ. Agamemnon, increpans Helenam ab Alexandro seu Paride abductam, dicit, Helenæ Patrem *captum esse donis.* Sic & apud Anton. Liber. *fab.* 39. Procus promittit πλεῖστα δῶρα τῆς ἄλλης μνηστῆρας ἀποίσειν ἔδνα, *plurima se supra alios procos allaturum dona nuptialia.* Denique Ixion Socerum occidisse dicitur, quia exigebat acerbius ἔδνα, quæ ipse ei promiserat. Vide Schol. Pindari *ad Pyth. Od.* qui addit, ἔθος ἦ τοῖς Παλαιοῖς, τὰ Νυμφῶν τοῖς Πατράσι δῶρα ὑπὲρ ἐνάγειν. Satis ex hisce liquet, recte ergo ab Euripide in *Medea v.* 910. dici Jasonem πικρεμπολῶντα ἀλλοίους γάμους h. e. *ementem*, in quo hæsitabat Vir Doctus *Observ.* I. 20. Manserunt immo hæc in usu quodam, etiam post Heroica tempora, & ortas hinc etiam apud Romanos opinor *Donationes ante Nuptias*, licet eas *Veteribus Prudentibus penitus incognitas* pronunciet Justinianus *Instit.* §. 3. *de Donat.* haud dubie, quia non eo olim jure erant præditæ, quo postea. Cæteroquin enim non tantum apud Græcos eas olim, etiam in Historico tempore, reperimus usitatas: Veluti I. *Machab.* X. 54. Alexandrum Balam, qui se pro Rege Syro-Macedonum gerebat, petentem Ptolemæi Filiam in matrimonium, promittere *Ipsi*, & *Ejus Filiæ*, *Dona Ipso digna.* Sed & apud Romanos: Unde Imp. Alexander rescribit Attalo *l.* 2. *Cod. de Donat. ante Nupt. Si Præsidi provinciæ probaveris, ut Eutychiam duceres, Munera te Parentibus ejus dedisse; nisi Eutychia tibi nupserit, tibi restitui, quod dedisti, jubebit.* PERIZ.

17 Βίβλιος] Vide *supra lib.* III. *cap.* 46. Puto Ægyptios intelligi, de quibus vide, quæ in hanc rem notat Petitus *Leg. Att.* SCHEFF. Idem de Dyrbæis ex Ctesiæ *Persicis* annotare & posteris tradere voluit Stephanus *de Urbibus*, nisi compilator locum conspurcasset. Δυρβαῖοι, *inquit*, Δίδαιμονες ἄνδρες καὶ πλέστοι καὶ δίκαιοι, οὔτε ἀδικοῦντες, οὔτε ἀποκλινόμενοι ἀνθρώπου· ἐὰν δὲ εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἢ χρυσὸν ἢ ἄλλό τι, *Dyrbæi viri beati & divites justique, nec injuria afficientes, nec interficientes hominem. Si vero in via invenerint aurum aut aliud quid*, (non tollunt, οὐκ ἀναιρεῦνται vel simile deest.) Philo apud Eusebium *de Præp. Evangel.* de Hebræorum legibus: ἃ μὴ κατέθηκεν, μηδ' ἀναιρεῖσθαι μήτε ἐκ πεκσιᾶς, μήτ' ἐκ λίθου, μήτ' ἐξ ἄλωος. *quæ non deposuisti, non tollas, sive ex horto sit, sive à torculari, sive ex area. lib.* VIII. KUHN.

Βίβλιος ἀνὴρ] Qui tandem erunt *Biblii*? Schefferus *Ægyptios putat intelligi.* Sed cur illi ita vocarentur? an quia Βίβλοι, seu Βύβλοι, *Papyri*, apud eos inventæ? Nihili hæc sunt. Intelliguntur *Byblii* sine dubio. *Byblus* autem est celebris Urbs Phœnices, Adonidi sacra. Vide Lucian. *de Dea Syria pag.* 878. tum Strabonem, & Dionys. *Perieg.* Scribi eam per Υ non tantum ex Scriptoribus quamplurimis, sed & ex Nummis constat. Abstinentiam illam ab alieno etiam in *Æthiopibus* Nic. Damasc. & in *Aphytæis* laudat Heraclides *de Polit.* adeo ut *januas* ædium istic dicat esse *apertas*, & *peregrinum quendam, qui vinum emerat*, subito proficisci coactum,

18 Δερβίκκας τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη βεβιωκότας ἀποκτείνυσι, τοὺς μὲν ἄνδρας 19 καταθύοντες, ἀπάγχοντες δὲ τὰς γυναῖκας.

Derbiccæ omnes, qui ſupra ſeptuaginta annos vixerunt, interficiunt, viros mactando, mulieres vero ſtrangulando.

20 Κόλχοι δὲ τοὺς νεκροὺς ἐν βύρσαις

Colchi mortuos ſuos in pellibus ſepe-

vinum nulli commendatum reliquiſſe, & *alio mercatu redeuntem*, ita uti reliquerat, *reperiſſe intactum*. PERIZ.

18 Βερβίκκας] Retinenda eſt correctio Iſaaci Caſauboni, qui Δέρβικες ſcribere nos monet, *ad Strabonis lib.* XI. Nulla enim *Berbiccarum* gens, ſed *Derbicum*, de qua vide Plinium *lib.* VI. *cap.* 16. Curt. III. 2. Cteſiam in *frag. rerum Perſicarum*. Euſebius *lib.* I. *Præp. Evang* ἱστοροῦντας Μασσαγέτας καὶ Δέρβικες ἀθλιώτατους ἡγεῖσθαι τῶν οἰκείων τοὺς αὐτομάτως τελευτήσαντας. SCHEFF. Memini tamen me legere Ουερβίκκας quosdam inter Mauritanos. FABER. Vide Hieronym. *lib.* II. *adverſus Jovinian.* vid. Leopard. *l.* XII. *c.* 22. KUHN.

Βερβίκκας] Quod monuerunt Leopardus in *Miſcell.* Caſaubonus *ad Strabonem*, Holſtenius *ad Stephanum*, quod probarunt Schefferus & Kuhnius, id confirmat Codex Sluisk. & Medic. I. ac Mediol. legens, ut illi volunt, Δερβίκκας, quod idcirco recepi in contextum. Sunt autem Populus Aſiæ juxta Hyrcanos. PERIZ.

19 Καταθύοντες] Multum latet in hoc vocabulo: plus certe, quam Lector parum peritus animadvertat. Nec enim ſimpliciter ſignificatur, eos quoquo modo mactatos, ſed mactatos tanquam Victimas, quarum præſiciæ dantur Diis, reliqua Comeduntur ab hominibus. Quod ita vere à Derbiccis factum fuerit, docet Strabo *lib.* XI. τὸς δ' ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότας σφάττουσι, ἀναλίσκουσι δὲ τὰς σάρκας οἱ ἄζιστα γένος· τὰς δὲ γραῦς ἀπάγχουσιν, εἶτα θάπτουσι. Vides eos *mactari* & *Comedi à proximis genere*, quod Noſter uno hoc verbo expreſſit, quia ex ſacrificiis plerumque inſtruebantur convivia. Similia de Indis tradit Mela III. 7. *Quidam proximos, parentesque, priuſquam annis aut ægritudine in maciem eant, velut hoſtias cædunt, cæſorumque viſceribus epulari, fas, & maxime pium eſt.* Et Plutarchus de Scythis in *Orat.* I. *de Alex. Fortit.* &c. Eum ait, *perſuaſiſſe Sugdianis, patres alere & non occidere*, & pro eum, *Scythas ſepelire mortuos, non comedere*, ὐ κατεσθίειν. Vide & Sextum Emp. *Pyrrhon. Hypot.* III. 24. Καταθύειν autem eſt proprie, in altari quid offerre Diis. Anton. Lib. *fab.* 18 θύοντος αὐτὸ πυκνὸν ὁ παῖς ἐδάκετο τὴν ἡφαιστον τῷ ἀρνὸς, πρὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν καταθύειν: ubi manifeſte καταθύειν propius quid notat, & diſertius, quam θύειν, quod laxius *ſacrum facere* iſtic ſignificat. Noſter *infra cap.* 8. ἐπὶ Ἄτιν κατέθυσεν ὄνον. PERIZ.

20 Κόλχοι] Damaſcenus *de moribus apud* Stobæum *ſerm.* CXX. & CXXII. Scholiaſtes *Apollonii lib.* III. *Argon.* ubi autorem hiſtoriæ hujus laudat Nymphodorum. SCHEFF. Qui varios gentium ritus in ſepeliendis ſuis amant diſcere, Stobæum adeat *Serm.* CCLXXVII. & Noſtrum *Hiſtor. Animal. lib.* X. *cap.* 22. ubi de Barcæis iſta habet. Βαρκαῖοι, γένος ἐστὶ Ἐσπερίων, τὸ ἀποθανόντων νόσῳ τοὺς μὲν πηλὸς ὀρύζοντες, ὡς ἀνάνδρων καὶ μαλακῶς τεθραμμένων, θάπτουσι πυρὶ· τοὺς δὲ ἐν πολέμῳ βίον καλοκἀγαθήσαντας, ὡς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ ἀρετῆς μετειληφότας, γυμνοὺς ἐκβάλλουσιν, ἐσθίειν τὸ ζῷον εἶναι πιστεύοντες. Interpres vertit, *Barcæi, gens Hiſpanica ut aliquo morbo mortuos per contumeliam ignominiant* (ſepeliunt), *ut muliebriter & ignaviter defunctos: eos vero, qui in bello occubuerunt, ut viros bonos & fortes, & eximiæ virtutis, vulturibus objiciunt, quia ſacrum putant hoc animal.* Hæc verſio Cl. Bochartum deduxit, dum Barcæos *gentem Hiſpanicam* dicit. Nam *Part.* II. *Hieroz. p.* 311. *Barcæi quidem, inquit in Hiſpaniâ nulli ſunt; ſed legendum* Βακκαῖοι, *ut in Stephano*: Βακκαῖοι, Ἰσπανίας ἔθνος. *Baccæi, gens Hiſpanica, utpote qui aliis Vaccæi, neque dubium quin ſic ſcripſerit Ælianus.* Verum enim vero infelix eſt Vir Doctiſſ. cum ſua emendatione. Non enim iſta Ælianus ſatis aſſecutus eſt Interpres. Βαρκαῖοι, γένος ἐστὶ τοῦτο ἐσχημα. Quibus non *Hiſpanos* fecit *Barcæos*, ſed *Heſperios*, qui ab Heſperia, parte Mauritaniæ, in

σαις δαπλοῦσι, καὶ 21 καταῤῥάψαντες, ἐκ τῶν δένδρων ἐξαρτῶσι.

ſepeliunt, & inſutos ex arboribus ſuſpendunt.

22 Λυδοῖς ἦν ἔθος πρὸ τοῦ συνοικεῖν τὰς γυναῖκας ἀνδράσιν, ἐταιρεῖν· ἅπαξ δὲ καταζευχθείσας, σωφρονεῖν. Τὴν δὲ ἁμαρτάνουσαν εἰς ἕτερον, συγγνώμης τυχεῖν ἀδύνατον ἦν.

Lydis moris erat, ut mulieres, antequam maritis jungerentur, corpus proſtituerent: ſemel autem copulatæ, continentes eſſent. Quæ vero poſtea cum alio rem habuiſſet, hæc veniam conſequi nulla ratione poterat.

CAP.

ΚΕΦ.

in qua hortos Heſperidum ſitos volunt, dicuntur. Ipſæ enim Heſperides nomen habent ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ Ἑσπερίᾳ κατοικεῖν, *eo quod in Heſperia habitent*. Scholiaſtes *Apollon. in lib.* IV. *Argon.* quem bona fide deſcripſit Phavorinus *voce* Ἑσπερίδες. Huc faciunt Æthiopes ἑσπέριοι & promontorium, cui ἑσπέρου κέρας nomen eſt apud Melam *l.* III. *c.* 9. Plinius *Heſperium* vocat. Apud Petronium in *Satyr.* mare Atlanticum *Heſperiæ undæ* nomine venit hoc verſu:

Heſperiæ concham laudabat miles in undâ.

vide Etymolog. Magnum in Ἑσπερία θάλασσα & Voſſii *Obſervat. ad Melam. lib.* III. *cap.* 10. Plinius, *Deinde Heſperii, Perorſi, quos in Mauritaniæ confinio diximus lib.* VI. *cap.* 30. Hos Barcæos agnoſcit etiam Polyænus *lib.* VII. *Stratag. p.* 518. 25. confer Porphyr. *in Horat. lib.* I. *od.* 36. Ex his patet non Hiſpaniam ſtatim aut Italiam cogitandum eſſe, ſi alicubi Heſperiæ facta ſit mentio. Ælianum itaque vertendum cum aliis putem hunc in modum. *Barcæi, gens autem Heſperia eſt.* de *Barce* Ptolemæum vide *lib.* III. *Geogr.* de Heſperia, vel Heſperiade urbe Cyrenaicâ Melam *l.* I. *c.* 8. & ibi Voſſium. KUHN.

Κόλχοι &c.] Quod Noſter & Apollonius Rhod. *Argonaut.* III. 203. &c. tribuit *Colchis*, id Plutarchus videtur reſpicere, quando ſimilia de *Scythis* memorat, in *lib.* ἐι αὐτοφυὴς ἡ κακία &c. *Nihil intereſſe Theodori, utrum ſupra terram*, ſcil. in Cruce, *an ſub terra putreſcat. Scytharum ſepulturas hujuſmodi, eſſe*, vel *haberi, felices.* Scil. dum apud Scythas cadavera ſuſpenduntur ex arbore, & ibi computreſcunt, ſicuti in Cruce apud Alios relinquuntur putredini, qui in ea perierunt. Adde Silium Italic. *lib.* XIII. *p.* 552.

At gente in Scythicâ ſuffixa cadavera truncis
Lenta dies ſepelit, putri liquentia tabo.

PERIZ.

21 Καταῤῥάψαντες] MSS. B. & C. exhibent καταῤῥάξαντες, quod placet. SCHEFF. καθαῤῥάπτω locum hic habet, non καθαῤῥάττω. Nam in probe conſutis coriis mortui ex arboribus penduli erant, καθαῤῥάττω autem eſt *humi projicere*, quod minime quadrat hoc quidem loco. KUHN.

22 Λυδοῖς] Meminit Herodotus in *Clio*. SCHEFF.

Λυδοῖς ἦν ἔθος &c.] Similia pene de *Augilis* in Africa, Mela I. 8. *Feminis eorum ſolenne eſt, nocte, qua nubunt, omnium ſtupro patere, qui cum munere advenerint: & tum cum plurimis concubuiſſe, maximum decus: in reliquum pudicitia inſignis eſt.* Nec abhorrent, quæ de *Cypriis* tradit Juſtinus XVIII. 5. ubi videas velim *Notas Bernecceri*. PERIZ.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Νικοστράτου τοῦ κιθαριστοῦ διαφορᾶς πρὸς Λαόδοκον τὸν κιθαρῳδόν.

Νικόστρατον τὸν [1] κιθαριστὴν, λόγος τις Φείσεσι λέγων, Λαοδόκῳ τῷ κιθαρῳδῷ διαφερόμενον ὑπὲρ μουσικῆς εἰπεῖν, ὅτι ἄρα ἐκεῖνος μέν ἐστιν ἐν μεγάλῃ τῇ τέχνῃ μικρὸς, αὐτὸς δὲ ἐν μικρᾷ μέγας. Οὐ μόνον δὴ ἄρα ἐστὶ σεμνὸν οἰκίαν αὐξῆσαι καὶ πλοῦτον, ἀλλὰ γὰ καὶ τέχνην, εἴγέ τι δεῖ προσέχειν Νικοστράτῳ εὖ καὶ καλῶς τοῦτο εἰπόντι.

1 Κιθαριστὴν] Κιθαρῳδὸς in eo differt à *Citharista*, qui & ψιλοκιθαριστὴς, quod ille cytharam pulsèt accinatque insimul, hic vero sine voce utatur cythara. Moschopulus φησὶ χεδὸν. κιθαρῳδὸς ὁ μὲν κιθάρας ᾄδων, κιθαριστὴς ὁ ταύτῃ χρώμενος. Hinc Plinius *lib.* VIII. *cap.* 56. *Cithara sine voce cecinit Thamyras primus, cum cantu Amphion, ut alii, Linus.* Kuhnius. De *Citharistis* & *Citharœdis*, eorumque discrimine, vide quæ jam diximus *ad* III. 32. Periz.

CAP. II.

De Nicostrati citharistæ lite cum Laodoco citharœdo.

Historia quædam circumfertur, tradens, Nicostratum citharistam, quum de arte musica litigaret cum Laodoco citharœdo, dixisse, illum in magna arte exiguum esse, se vero in exigua magnum. Non ergo solum laudabile est, familiam & opes amplificare, sed etiam artem, si Nicostratum recte & bene hoc dicentem audire oportet.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Πολυγνώτου καὶ Διονυσίου γραφέων.

[1] Πολύγνωτος ὁ Θάσιος, καὶ [2] Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος, γεγραφέτην. Καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος ἔγραφε τὰ μεγάλα, [3] καὶ ἐν τοῖς τειρ-

1 Πολύγνωτος] De *Polygnoto* Vide Suidam & Harpocr. qui docent fuisse Thasium patria, sed ascitum in civitatem Athenien sium, quia varia gratis pinxerat. Floruit teste Plinio *Nat. Hist.* XXXV. 9. *ante* XC. *Olympiadem*, quæ incidit in Bellum Peloponnesiacum, & Regnum Darii Nothi. Pinxit autem maxime moralia, unde Aristot. *Polit.* VIII. 5. vult Adolescentes non spectare aut *contemplari opera Pausonis*, sed *Polygnoti, aut similium ἠθικῶν.* Tale quid habemus ex. gr. apud Pausan. in *Phocicis*, ubi pinxisse dicitur *effigiem Hominis, quod patrem insolentius tractasset, apud inferos pœnas luentis.* Periz.

CAP. III.

De Polygnoto & Dionysio pictoribus.

Polygnotus Thasius, & Dionysius Colophonius, pictores erant.

rant. Et Polygnotus quidem magna pingebat, & ex singulis justa statura pictis

2 Διονύσιος] De eo vide Junii *Pictores*: sed qui tamen in eo videtur errare, quod ex Uno facit Duos, vel certe quod ab Hoc diversum facit, quem Plinius XXXV. 10. ait *nihil aliud quam Homines pinxisse, & ob id Anthropographum cognominatum.* Vel potius, omnes hi pinxere Homines, sed *Polygnotus* ut erat Ethicus Pictor, & maxime ἀγαθῶν ἠθογράφος *Homines meliores*, quam vulgo nunc sunt, forte etiam Heroas majoris, quam deinde fuerant, staturæ & virtutis pinxit. Unde Aristoteles *de Poetica cap.* 2. κρείττους, exponit ipse, βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς *meliores quam nunc sunt.* Pauson vero *Homines in suis vitiis* potissimum, & maxime obscœnos exhibuit. Unde Aristoteles in *Politicis* noluit Adolescentes *spectare opera Pausonis.* Dionysius denique Homines, ut sunt, neque virtutibus Heroicis & priscis excellentes, neque vitiis coopertos. Quod enim Aristoteles de hisce Pictoribus ait, eos pinxisse κρείττους, χείρους, ὁμοίους, referri debet ad proxime superiora, ubi dixit, eos, qui exprimere & imitari volunt Homines aliquid agentes, necessario exprimere βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας, ἢ καὶ τοιούτους, h. e. *meliores quam nostro sunt tempore Homines, vel deteriores iis, vel plane Tales ut nunc sunt.* Et ita addit dein, etiam Poetas illos exprimere, veluti Homerum βελτίους, Cleophontem ὁμοίους, Hegemonem Parodiarum inventorem χείρους. Denique eadem ratione differre etiam Tragœdiam & Comœdiam, ἡ μὲν γὰ, ait χείρους, ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τοὺς νῦν, *Comœdia quidem deterioris & vilioris notæ Homines vult exprimere, at Tragœdia meliores, quam nunc vulgo sunt*, seu Heroas. Quin immo *seq. Capite* etiam apud Nostrum accipienda sunt eodem modo μιμεῖσθαι τοὺς ἐπῶνας, εἰς τὸ κρεῖττον & εἰς τὸ χεῖρον postulante id istic re ipsa, quum ceteroqui phrases istæ etiam simpliciter rem bene vel male gestam notare soleant. Ceterum Dionysium hunc sicuti Aelianus ait minora pinxisse, sic *ibidem* Plinius eum referre videtur inter *minoris picturæ celebres.* Periz.

3 Καὶ ἐν τοῖς τελείοις εἰργάζετο τὰ ἆθλα] Laxe & obscure nimis vertebatur, *atque in perfectis certamina subibat.* Nam quæ illa *perfecta*? Agitur de pictura; an ergo perfecta ejus opera intelliguntur? Proximum certe illud est, quod cogitemus. At quis certamen subiit unquam operibus non perfectis? Quid multa? Intelligitur *justa statura rerum, quæ pinguntur:* qua in re differebant ab ejus operibus opera Dionysii, qui in aliis illum optime imitabatur. Τέλειος enim notat maxime animal staturæ adultæ, seu quæ, & qualis, in confirmata est ætate. Sic VII. 13. ἀλλ' οἱ γεγενέοι, ὥσπερ ἦσαν πῶλοι ὡσὺ τὸ τέλειον ἀποβλέψασιν ἐμὲ, h. e. *ut pulli adultum equum.* Ubi vide omnino Doctiss. Kuhnium. XIII. 1. de Atalanta, μέγεθος μὲν γὰ, ἔλεγε παῖς οὖσα, ὑπὲρ τὰς τελείας ἐν γυναῖκας, *adultas feminas.* *Hist. Anim.* II. 42. μάχεται δὲ ὁ τέλειος ἱππεὺς καὶ ὡσὺ ἀλώπεκα, ubi recte vertitur, *justæ magnitudinis & integræ ætatis accipiter.* Jamblichus *de Vita Pythag. p.* 208. de duobus, qui soli evaserant ex incensis ædibus, in quibus congregati erant Pythagorei, οὗτοι τελειότατοι ὄντες καὶ ἐυρωστότατοι διεξεπέμψαντο ἔξω πως. Hinc ergo putem, etiam Jovem τέλειον, & Junonem τελείαν appellatas, quo nomine ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις, ὡς πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων, *honorabantur in nuptiis, tanquam præsides nuptiarum*, ut ait Suidas in *v.* τέλειος, quia nuptiæ sunt τῶν τελείων, si ordinem sequamur naturæ. Sed & nuptias hinc τέλος appellari, quia sunt veluti consummatio adolescentis ætatis, unde τέλειοι sunt εἰγεγαμηκότες, Eustathio *ad Il.* B. *p.* 246. & Λ. *p.* 832. quibus qui præerant Dii, recte idcirco τέλειοι & ipsi dicuntur. Sed & alii atque omnes primi ordinis ac majorum Gentium Dii, sic vocantur, de quo vide omnino Illustr. Spanhemium *ad Callimachum Hymn. in Pall. v.* 131. Neque minor hæsitatio est in illo, ἐιργάζετο τὰ ἆθλα, quod Interpres, Vultejus, reddidit, *certamina subibat.* Sed in Indice ea versio repudiatur, ac præfertur *operæ manu pretium merebatur.* Diversus ab utroque paululum abeo; nam sensum esse arbitror, *faciebat*, vel *adquirebat sibi certaminis præmia.* Nam etiam Pictores certasse inter se in publicis Agonibus, notum est, & diserte docet Plinius XXXV. 9. ac

τελείοις εἰργάζετο τὰ ἆθλα· 4 τὰ ᾧ Διονυσίου, πλὴν ᾧ μεγέθους, 5 τὴν ᾧ Πολυγνώτου τέχνην ἐμιμεῖτο εἰς τὴν ἀκρίβειαν, 6 πάθῳ, καὶ ἤθῳ, καὶ 7 σχήματων χρῆσιν, 8 ἱματίων λεπτότητας, ᾗ τὰ λοιπά.

pictis conficiebat ſibi certaminis prœmia: Dionyſii vero picturæ, excepta magnitudine, Polygnoti artem imitabantur accuratiſſime, affectus, & indolem, & formas corporis, prout obveniunt, & veſtium ſubtilitates, & reliqua.

ΚΕΦ.

CAP.

Noſter IX. 11. Ἐργάζεσθαι autem paſſim notat *parare ſibi aliquid ſuo labore*. Vide Illuſtrem Grævium *ad Heſiod.* ἔργ. 43. PERIZ.

4 Τὰ ᾧ τῦ Διονυσίυ] Meminit hujus rei etiam Plutarchus *vita Timoleontis*. SCHEFF.

5 Τὴν ᾧ Πολυγνώτυ τέχνην] Princeps enim iſthæc omnia commentus eſt. Plinius *lib.* XXV. *cap.* 1. *Polygnotus Thaſius primus mulieres lucida veſte pinxit, capita eorum mitris verſicoloribus operuit, plurimumque picturæ primus contulit. Siquidem inſtituit os adaperire, dentes oſtendere, vultum ab antiquo rigore variare.* SCHEFF. Ariſtoteles *cap.* 2. *de Poët.* ἐπεὶ ᾧ μιμεῖνται οἱ μιμούμενοι πράττοντας, ἀνάγκη ᾧ τούτους ἢ φαύλους εἶναι &c. Ἤτοι βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς ἢ χείρονας ἀνάγκη μιμεῖσθαι, ὥσπερ οἱ γραφεῖς Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων ᾧ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους ἔοικε. *Cum vero ii, qui imitantur, agentes imitentur, qui neceſſario aut boni ſunt aut mali, ſequitur nos vel eos imitari, qui nobis ſunt meliores, vel pejores, uti pictores ſolent. Polygnotus enim præſtantiores expreſſit, Pauſon pejores, Dionyſius ſimiles.* Adeoque *Polygnotus* in rebus optimis, divinis puta artem ſuam exercuit. Pauſon autem humiliora & pejora, animalia bruta ſc. & alia ſibi ſumpſit pingenda. hujus generis pictores dicti ſunt ῥυπαρογράφοι i. e. *ſordidarum rerum pictores*. Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. *Dionyſius denique non ille Siculus Tyrannus, ſed pictor hujus nominis ſui ſimiles penicillo expreſſit.* homines ſcilicet. Et iterum, *Dionyſius nihil aliud quam homines pinxit, ob hoc anthropographus cognominatus.* KUHN.

6 Πάθος, ἦθος] Illud *perturbationes animi & affectus* notat, hoc *indolem. & mores.* Sic de duritie virginis adverſus amantem Ant. Lib. *fab.* 39. μισήσασα τὸ ᾧδε Ἀφροδίτης. Utrumvis autem pingendo exprimere, artificerat maximæ. Plinius XXXV. 10. de Ariſtide Thebano: *is omnium primus Animum pinxit, & Senſus omnes expreſſit, quos vocant Graeci* Ἤθη *item perturbationes.* h. e. πάθη. Ariſtot. *de Poëtica cap.* 6. ὁ μὲν γὰρ Πολύγνωτος ἀγαθὸς ἠθογράφος, ἡ δὲ Ζεύξιδος γραφὴ ἄδηλον ἔχει τὸ ἦθος. PERIZ.

7 Σχήμασος χρῆσιν] Uterque MS. σχήμασι, quod repoſui. Sunt autem σχήματα exteriores figuræ, & formationes corporis. Sic ſupra II. 44. de milite itidem picto; ἀπειλῶν ἅμα ὅλῃ τῇ σχήματος, *minas intentans tota corporis figura & ſtatu.* XIV. 22. ubi, quum diviſſet, Cives metu Tyranni alter alteri τὸ ἐφ' ᾧτῳ πάθος ἐκ τῦ ἀσφαλῶς διαδεικνύναι, mox illam *varietatem in habitu & forma oris ac vultus* vocat τὸ τῶν σχημάτων ποικίλον. Plutarch. *Alexandro*, de Calano Indo in rogo, ἐν ᾧ κατακλίθη σχήματι, τοῦτο Δημητρίῳ, *ſervans eam corporis formam, quâ decumbebat in rogo.* Vide & Tan. Fabrum *ad Luciani Peregrinum p.* 477. *ed. Amſt.* Cæterum Χρῆσις notat hic, prout formantur, & pictori obveniunt formanda illa σχήμασι. Sic Epictetus *cap.* 14. in quacunque re, quæ obvenit, cogitare debes, τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν Χρῆσιν αὐτῇ, h. e. *ut recte eâ utaris.* IDEM.

8 Ἱματίων λεπτότητας] *Veſtium ſubtilitates.* Sic Polyæn. I. I. I. Bacchi exercitum ait ornatum ἐσθῆσι λεπταῖς. Cæterum vix dubito, quin hic intelligantur veſtes pellucidæ, quæ debent eſſe λεπταί. Nam ita Plin. XXXV. 9. *Polygnotus Thaſius primus mulieres lucida veſte pinxit.* IDEM.

ΚΕΦ. Δ.

Νόμος Θηβαϊκὸς 1 περὶ τεχνιτῶν καὶ γραφέων.

Ἀκούω κεῖσθαι νόμον Θήβησι προστάττοντα τοῖς τεχνίταις, καὶ τοῖς γραφικοῖς, καὶ τοῖς πλαστικοῖς, 2 εἰς τὸ κρεῖττον τὰς εἰκόνας μιμεῖσθαι. Ἀπειλεῖ ᾧ ὁ νόμος τοῖς 3 εἰς τὸ χεῖρον ποτὲ ἢ πλάσαι, ἢ γράψαι, 4 ζημίαν τὸ τίμημα δρᾶν.

CAP. IV.

Lex Thebana de artificibus & pictoribus.

Audio legem eſſe Thebis, præcipientem artificibus, tum pingendi tum fingendi peritis, ut rerum formas honeſtiore modo exprimerent Iis autem, qui eas in deterius aut finxiſſent, aut pinxiſſent, minatur lex mulctam ſe picturæ ipſius pretium irrogaturam.

1 Περὶ τεχνιτῶν καὶ γραφέων] Dixi jam antea, Argumenta Capitum, ut vocantur, eſſe à librariis profecta, & idcirco diverſa in diverſis Codicibus, nec ſemper congrua vero argumento. Id quod in *hoc Capite* deprehendere licet. Nam perperam hic mentio fit τεχνιτῶν καὶ γραφέων, quum Auctor τεχνιτῶν vocem generatim poſuerit, eamque diviſerit in γραφικὲς καὶ πλαστικές. Sed & Lugd. Codex, qui Argumenta Capitibus præſcripta habet, nobis exhibet, Νόμος περὶ ἀδίκων γραφέων, at *ſuperiori Capiti* præfixit, περὶ γραφέων καὶ πλαστῶν. PERIZ.

2 Εἰς τὸ κρεῖττον &c.] Sine dubio hæc, & ſequens locutio εἰς τὸ χεῖρον, reſpicit dignitatem & honeſtatem moralem rerum, quæ pinguntur, ut vere cenſuit Voſſius in *Graphices* §. 14. Scilicet volebat lex illa, ut effigies hominum Deorumve pingerentur quam honeſtiſſimo ornatu, habitu, forma, at minime ridiculo aut fœdo. Nam ut quam peritiſſime pingant pictores, ſatis ipſo vel lucri vel gloriæ ſtudio incitantur, nec opus eſt, lege id ſanciri. PERIZ.

3 Εἰς τὸ χεῖρον] Refert hoc Voſſius ad turpitudinem argumenti, quaſi prohibitum fuerit, ne quid obſcæni pingeretur, *lib. de Graphic.* §. 17. Mihi locus de arte ipſa accipiendus videtur, putoque id patere ex præcedenti εἰς τὸ κρεῖττον, quod de honeſtate accipi debere non exiſtimo. Scilicet de imaginibus & ſtatuis hoc ſanciebant, maxime deorum, quos fœdari putabant, ſi turpius formarentur. SCHEFF. Lex Thebana utrumque complexa eſt. Etenim & optima quæque archetypa bene & examuſſitatim non in deterius voluit pingi, & ne turpia & inhoneſta picturæ genera, ſuo lenocinio exempla vitiorum commendarent ſpectantibus *bene cavit, quam enim cladem moribus hominum per ſe pronis in vitia afferant* hujuſmodi picturæ, Terentius in *Eunucho* demonſtravit *Act.* III. *Scen.* 5. confer & Clement. Alexandr. in *Protrept.* Illuſtrat Noſtrum Plinius *lib.* V. *epiſt.* 10. *Ut pictores*, inquit, *pulchram abſolutamque faciem raro, niſi in pejus*, (εἰς τὸ χεῖρον) *effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decido.* confer & *lib.* IV. *ep.* 18. & Horatium *lib.* II. *Epiſt.* I. *ſub finem.* KUHN.

4 Ζημίαν τὸ τίμημα δρᾶν] Uſitatum eſt, ut τὸ τίμημα ponatur pro æſtimatione litis, ſeu maleficii & ejus pœnæ. Atque ita Dionyſ. Halic. *lib.* X. *p.* 674. τὸ μέντοι τίμημα ἐκ ἐπ' αὐτοῖς ζημιῶσιν κατέλιπον, *æſtimationem vero* culpæ ſeu pœnæ *non permiſerunt ipſis punientibus.* Sed & Noſter conjungit utrumque etiam V. 12. ζημίαν ἐτιμήσαντο τῷ Δημάδῃ ζηλώτων ἑκατὸν, *mulctam æſtimarunt Demadi centum talentis.* Et ita etiam hunc locum interpretantur Vultejus & Reliqui Editores, quorum Verſio exhibet *pro pœna mulctam pecuniariam irrogare.* At rectius in Indice expo-

ponitur de *pretio* Picturæ, ut scil. qui tale quid contra decorum & honestum pinxisset, mulctetur ipsa pictura vel ejus pretio. Sic enim Auctores passim certam apponunt pœnam ad illud ζημίαν. Isocr. *adv. Callimachum p.* 914. ὥφειπόντος Λυσάνδρᾳ θάνατον τὴν ζημίαν, εἴ τις &c. *Lysandro denunciante pœnam mortis, si quis* &c. Propius etiam est huic loco, quod Apollod. II. 6. 2. de Hercule, qui expiari volebat, quum Iphitum Euryti F. occidisset, & qui ab oraculo jubebatur se vendere ac tres annos servire, ac δῦναι ποινὴν τῷ φόνῳ τὴν τιμὴν Εὐρύτῳ, *dare Euryto pretium illud in pœnam*, vel *piaculum*, cædis. Dubitem tamen & putem nunc, priorem expositionem esse veriorem, quia τίμημα proprie notat qualemcunque pœnalem rei æstimationem. Hinc Pollux *lib.* VIII. de judiciis agens, τὰ δὲ τιμήματα ait esse ζημίαν, φυγὴν ἐπὶ μίαν, θάνατον, δεσμὸν, στίγματα, φάλαν, multam, *exilium*, *infaniam*, *mortem*, *carcerem*, *stigmata*, *proscriptionem*. Atque ita & Noster *Hist. Anim.* XVII. 19. ἐὰν δὲ τῶν ἰχθύων τις ἁλίσκεται Γαλάτης, τίμημα οἱ ἐκ τῶν νόμων τῶν ἐπιχωρίων θάνατός ἐστι. *si quis Galata ex iis autem aliquam venetur & capiat, illi ex legibus regionis pœna est mors.* PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Τίνες εὐεργεσιῶν ἐμνήσθησαν.

Εὐεργεσιῶν ἀπεμνήσθησαν, καὶ χάριτας ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέδοσαν, [1] Θησεὺς μὲν Ἡρακλεῖ· [2] Αἰδωνέως γὰρ αὐτὸν ἔδησε Μολοττῶν βασιλέως δήσαντος, ὅτε ἐπὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἦλθε μὲν Πειρίθῳ ἁρπασόμενος αὐτὴν ὁ Θησεὺς, οὐχ ἑαυτῷ σπουδάζων τὸν γάμον, ἀλλὰ γὰρ τῷ ἔδει Πειρίθου χάριτι τοῦτο δράσας· Ἡρακλῆς [3] εἰς τοὺς Μολοττοὺς ἀφικόμενος ἐρρύσατο τὸν

CAP. V.

Qui beneficiorum memores fuerint.

Beneficiorum memores fuerunt, & gratias pro iis retulerunt, Theseus Herculi: quum enim Aïdoneus rex Molossorum ipsum in vincula conjecisset, quando venerat cum Pirithoo Theseus, ad rapiendam ejus conjugem, non sibi has nuptias parans, sed in gratiam Pirithoi illud faciens: Hercules, quum venisset in Molossorum terram, liberavit Theseum, eamque ob causam Hic aram Illi erexit. Et Septem illi *Duces*, qui adversus Thebas *sunt profecti*, Pronacti gratiam quoque reposuerunt. Quum enim ipsorum causa periisset Pronax, in honorem illius ludos instituerunt, quos plerique putant in honorem Archemori pri-

1 Θησεὺς] Adde Diodorum *lib.* IV. *Bibl.* Euseb. in *Chronic.* Plutarchum & alios, quos citat G. I. Vossius *lib.* I. *Theol. Gentil. cap.* 19. SCHEFF.

2 Αἰδωνέως] Cedrenus & Tzetzes eum vocant Ἀΐδην, vel Ἀΐδη. Sed perinde est, utrum illi Nomen tribuas. Nam & ita Pluto ᾍδης passim dicitur, at idem Αἰδωνεὺς apud Lucianum *Dial. Mort. p.* 278. fine dubio autem Plutonis nomine Rex ille appellatus est, quia Theseus & Pirithous non redierunt in patriam, Pirithous nunquam, at Theseus non, nisi postquam ab Hercule liberatus fuit ex Regis hujus carcere, qui ita erat ipsi ᾍδης. Crederim etiam totam Proserpinæ quasi à Plutone raptæ fabulam inde ortam, quod filiam tunc opulenta quædam mulier amisit, raptam ab hoc Rege, & per Græciam frustra quæsitam à Matre. Pausanias in *Atticis* dicit *Regem Thesprotidis*, quæ erat regio vicina, & sæpe pro *Molosside* promiscue ponitur. Vide Palmerii *Græciam Ant.* II. 8. Addit Pausanias esse istic flumina, quæ Homerus tribuerit Inferis, unde confirmatur, Fabulam ipsam ex

† Θησέα, καὶ ἀφ' ταῦτα ἐκεῖνος αὐτῷ βωμὸν ἀνέστησε. Καὶ ‡ οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Πρώνακτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν. Διὰ γὰρ αὐτοὺς § ἀπολομένου ᾧ Πρώνακτος, τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτὸν, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ὁ ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι † ἐξάρχῳ. Καὶ Ἡρακλῆς ὁ χάρι-

† ἐξ ἀρχῆς.

ex hac Historia ortam. Vide & Eustath. *ad Dionysii Perieg. v.* 425. Cæterum Plutarchus ait, non Uxorem Regis Molossorum, sed *Filiam*, quæ κόρη fuerit dicta, rapere voluisse Pirithoum. Quod & Cedrenus tradit, sed qui Historiam longe aliis narrat circumstantiis. Vide Eum *pag.* 81. Ed. Regiæ. Sed perinde est, utrum illi Nomen tribuas. Nam & ita Pluto Ἅδης passim dicitur, at idem Αἰδωνεὺς apud Lucianum *Dial. Mort. p.* 278. fine dubio autem Plutonis nomine Rex ille appellatus est. PERIZ.

3 Εἰς τοὺς Μολοσσοὺς] MSti hic quoque Μολοττοὺς, ut paulo ante. Hujus autem Gentis Canes magnitudine & robore fuerunt insignes & celebres. Hinc apud Plaut. *Capt.* I. 1. 18. *Molossici canes* pro magnis & pinguibus. Nihil ergo mirum, huic Regi in hac Historia tribui Canem, cum quo committebat procos suæ Filiæ; & inde ortam *Cerberi* Fabulam. IDEM.

4 Οἱ ἑπτὰ] De his vide Diodorum Siculum *libro ante dicto.* Per ἀγῶνα autem ludos Nemeos intelligit, de quorum initiis & causis auctores inter se dissentiunt. SCHEFF.

Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας] Sic etiam Codex Lugd. Nec male ita dicitur. Sed tamen cum proprie hoc Bellum vocetur τῶν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, & quum ita hic legat etiam Sluisk. codex, non dubitavi id recipere. Euseb. *Chron. Gr.* Ὑπὸ. οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσαν. Diod. Sicul. IV. *p.* 268. οἱ μὲν οὖν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτον τὸ στρατείας τὸ πέρας ἔσχον. Isocrates *Panegyr.* de Adrasto, ὅτ' οὐκ τὸ στρατείας διὸ συχνικὸς τὸ ἐπὶ Θήβας. Sic στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα de Xerxe *infra* V. 11. bis. PERIZ. At mox in *hoc cap.* occurrit, τότοις δὲ ἐπὶ τοῖς Μολιονίδαις συστρατεύσασιν αὐτῷ. quod vulgatum tuetur. Sed utrumque usitatum esse docet Doctissimus Stanlejus *ad init. Tragœd. Æschyli*, quæ inscribitur Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

5 Ἀπολομένου] Lege ἀπολομένῳ. FABER. Satis rectè vulgata. vide indicem in ὀλέω. KUHN. Ut Faber conjecit, sic legit Sluisk. codex, ἀπολομένῳ, h. e. *quum periisset.* Periit autem apud Nemeam infans quidam, Lycurgi F. consumptus à Dracone, quum nutrix ipsum deposuisset in apio, ut monstraret aquam Septem illis Ducibus. Infans autem ille dictus est *Opheltes*, sed postquam periit & tali quidem casu, vocatus est *Archemorus*, ὅτι αὐτοῖς (τοῖς Ἑπτὰ) ἀρχὴ μόρου ἐγένετο ὁ τῆς παιδὸς θάνατος, *quod ipsis principium Fati exstiterit pueri mors.* Vide Schol. *Pindari ad Nemea*, tum Pausan. *Argolicis*, Hygin. *fab.* 74. Apollod. *lib.* III. Aliosque. Verum ab hoc infante, *Archemoro*, diversum facit Noster istum *Pronactem*, quem nihilo minus Kuhnius putat fuisse Eundem. Sed certum est auctoritate Æliani, neque solâ, fuisse alium revera Hominem, & aliam Historiam. Pausan. in *Laconicis cap.* 18. memorat *Lycurgum Pronactis*, qui pugnaverit cum Amphiarao, sed quam pugnam diremerint Adrastus & Tydeus, qui fuere ex illis Septem. Kuhnius credit hunc Lycurgum fuisse *Pronactis*, non Filium, sed Patrem, quia Opheltes, propter quem Nemæus Agon vulgo dicitur institutus, fuerit revera Lycurgi Filius. Sed præterquam, quod Græca locutio Filium denotet, certum etiam est, Lycurgum hunc fuisse *Filium Pronactis* ex Apollod. *lib.* I. *cap.* 9. §. 13. ubi inter *Talai* filios memorat, præter *Adrastum*, etiam *Pronactem*, Hujus vero *Lycurgum*. Id quod conferri jam debet cum Schol. *Pindari ad Nemea*, ὑπόθ. 3. ubi plane, ut Noster, nonnullos ἐπ' Ἀρχεμόρῳ instituta ait Nemea, οἱ δ' ἐπὶ τῷ Ταλαοῦ παιδὶ,

ρίτας ἀπέδωκε 7 Νέστορι. Νηλέως γὰρ αὐτὸν οὐ βουλομένου 8 καθῆραι, οἱ μὲν ἄλλοι παῖδες σύμψηφοι ἦσαν τῷ Νηλεῖ, ὁ δὲ Νέστωρ οὐχί. Καὶ διὰ ταῦτα ἑλὼν τὴν πόλιν Ηρακλῆς, τὴν μὲν Νη-

primum institutos. Et Herculesgratias rependit Nestori. Quum enim Neleus eum expiare nollet, ceteri quidem filii Neleo assentiebantur, Nestor vero nequaquam. Quamobrem

Ἀδράστῳ ὃ ἀδελφῷ: *in honorem* (Pronactis) *qui Filius fuit Talai, Frater Adrasti.* PERIZ.

6 Ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξάρχειν] ἐξάρχειν i. e. πρώτην. Interpres ex Archemoro *ducem* nobis finxit, vertendo, *Archemoro duci*. Videtur autem *Pronactem* Auctor distinguere ab *Archemoro*, quod secus esse potest. Habuit enim ille Lycurgi filius non unum nomen, Opheltesque dicebatur & Pronax. Statius *lib.* V. *Theb.* Λυκοῦργος ὁ Πρώνακτος, *Lycurgus Pronactis*, sc. pater, apud Pausaniam in *Laconicis*. cum autem Pronax iste, adhuc puer à serpente occisus, sua morte sub belli Thebani initium malum omen dedisset Achivis, Archemorus nominatus est ἀρχή, inquit Lactantius *in Stat. lib.* VI. *archi, enim Græce principium dicitur.* μόρος, *moros mors sermone eodem nuncupatur.* vide Pausan. in *Argolicis*. KUHN. Nullam ego video rationem, quare infans iste dicatur ἔξαρχος, quod *Præfectum* notat, vel Eum, qui quid primus Facit: quorum neutrum cadit in *Archemorum*, Adde quod frequentiori in Usu fuit hoc vocabulum sequiori demum ætate, & apud Patres Christianos. Quare non dubito, licet MSti vulgatam tueantur, recte Gesnerum conjecisse ἐξ ἀρχῆς: quod etiam Faber & Schefferus videntur admisisse. Sic III. 4. ἐπερᾶν ἐξ ἀρχῆς ἔπραττεν, *quod ab initio faciebat.* III. 42. αἱ ἐξ ἀρχῆς Μαινάδες, *quæ, jam ab initio sacri, erant Mænades.* Vide ibi Notas. Dionys. Hal. *lib.* XI. *extr.* μένειν ἐπὶ τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἰθισμοῖς, *manere in pristinis consuetudinibus.* Hesiod. Θεογ. 156. σφετέρῳ ἤχθοντο τοκῆι ἐξ ἀρχῆς, *usque à natalibus suis infestabantur à suo patre.* Julian. *Or.* I. *p.* 44. πολλὰ χαριζόμενος ἐξ ἀρχῆς, *multa largitur, quæ nova sunt, seu ab ipso initium trahunt.* Opp. enim illi, qui alienis muneribus, quid addit. Similiter ergo ἐξ ἀρχῆς hoc loco significabit, *quando primum institutus est* ille Agon Nemeus. PERIZ.

7 Νέστορι] Consule Apollodori *lib.* II. *Bibl.* qui non dissensisse à reliquis Nestorem, sed puerum tunc apud Gerenios habitasse scribit. SCHEFF. Scholia *in Homerum p.* 205. cum Nostro faciunt, dum Herculem Nestori peperciisse notant, *quod vel junior exiisset apud Gerenios extra limen patrium alebatur*, vel quod συνεβούλευσεν εἰσαχθῆναι Ηρακλέα, ὡς ἔνιός φασιν, *consuluerat Herculem recipiendum, ut nonnulli ajunt.* Philostratus in *Heroicis* vera esse asserit, quæ de Geryonis bobus dicantur, ὡς ἀφέλοιτο αὐτὰς ὁ Ηρακλέα Νηλέως μὲν οἱ Νηλεῖδαι, πλὴν Νέστορος, *quod scilicet eas Neleus ac cæteri præter Nestorem, Nelei filii abstulerint Herculi.* ὁ χάριτος Ηρακλέα δικαιοσύνης μισθὸν τῷ Νέστορι δῶσαι Μεσσήνῃ, ἐπεὶ μηδὲ, ἂ οἱ ἀδελφοὶ ἐφεῖτο τὰς βοῦς ἥμαρτε, *Herculem eum Nestori Messenem, ut præmium justitiæ, tradidisse, quod non cum fratribus boves abegerat.* Cæterum Vir quidam doctissimus mavult legere πύλην pro πόλιν, quod probo. KUHN.

8 Καθῆραι] Vertitur, *hospitio recipere*, Mirum profecto, talem toties repeti versionem, quæ tyrones nihil juvat, sed in errorem dat præcipites, in primis quum jam olim Gesnerus in margine notaverit *purgare*, idque retinuerint Edd. ante Schefferum. Et sane is sensus est. Volebat enim Hercules lustrari, eo quod uxorem ac liberos interemerat. Hygin. *fab.* 21. *Neleum cum* X. *Filiis occidit, quoniam is eum purgare sive lustrare nolait, quum Megaram Creontis F. Uxorem suam, & Filios, Therimachum & Ophiten, interfecerat.* Adde Apollod. II. 6. qui tamen eum expiari ob Iphiti, Amici sui, cædem voluisse ait. Cæterum Nestor servatus fuit, tantum, quia aberat Pylo. Vide quæ notavi *ad Hygin. fab.* 10. in Ed. Munkeri, Scholia tamen Homeri *ad Iliad.* Λ. 691. cum Nostro sentiunt. Non male autem Kuhnius in *Notis* mox pro τὴν πόλιν legere mavult τὴν πύλην. Nam *Pylos* fuit πόλις Nelei & Nestoris. PERIZ.

9 Οὐ μόνον ὃ ἐφείσατο Νέστορος, ἀλλὰ] Lugd. nul-

λέα, καὶ τοὺς ἄλλους παῖδας αὐτοῦ, ἀπέκτεινεν· 9 οὐ μόνον ὃ ἐφείσατο Νέστορος, ἀλλὰ καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν ἔχειν ἔδωκεν. Καὶ 10 Ἀθηναῖοι ὃ παυδημεὶ τοῖς Ηρακλέους ἀπογόνοις ἀπέτισαν χάριτας. Ἐπεὶ γὰρ καὶ ἐκείνων ὁ προπάτωρ εὐεργέτης ἐγένετο Θησέως, οἱ Ἀθηναῖοι διὰ ταῦτα 11 κατήγαγον αὐτοὺς

obrem etiam capta urbe Hercules Neleum & reliquos ejus filios interemit: Nestori vero non solum pepercit, verum etiam paternum ei regnum dedit habendum. Athenienses etiam publice gratias posteris Herculis persolverunt. Quoniam enim progenitor illorum de Theseo bene meritus fuerat, idcirco deduxerunt eos

nullam agnoscens negationem legit μόνον δὲ ἐφείσατο. Neque vero ideo rejicienda est hæc lectio, quia sequitur ἀλλὰ καὶ. Nam & ita *cap.* 8. de Dionysio, ὃς παμπόλλας μνελάδας κατηγωίσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε. Nihil tamen definio. Cæterum Pausan. *Corinth. cap.* 18. ait Herculem Nestori Messeniam, tantum quasi depositum, dedisse, eoque prætextu Heraclidas eam sibi denuo vindicasse, quod habet ex Isocrate in *Archidamo p. m.* 284. Sed & ab Ovidio *Metam.* XII. 542. Nestor apud Trojam inducitur de Hercule locutus tanquam Hoste suo, & cui nihil debeat. PERIZ.

10 Ἀθηναῖοι] Eurystheus enim filiis Herculis insidias struens, ab Athenienses, ad quos illi confugerant, cum suis interfectus est. vide Apollodorum *lib.* II. Meminit Libanius *decl.* XVII. & *decl.* XIV. SCHEFF.

11 Κατήγαγον αὐτὸς εἰς Πελοπόννησον] Neutiquam hæc ita sunt accipienda, quasi celebris ille Reditus Heraclidarum in Peloponnesum tunc evenerit, quippe qui aliquandiu post demum accidit, nec per Atticam, aut ope Athenienſium, sed per mare vel sinum Jonii maris. Quid ergo? Tentarunt sæpius Heraclidæ redire in Peloponnesum, & regna istic avita recuperare, etiam ante Bellum Trojanum. Et primum quidem, ejecti Peloponneso confugerunt Athenas, ubi liberaliter ab Athenienſibus sunt accepti. Quod cum audivisset Eurystheus, eosque sibi dedi postularet, Athenienses pro iis susceperunt bellum, inque eo Eurystheum & liberos ejus interemerunt. Sic Heraclidæ tunc quidem redierunt in Peloponnesum, sed irrito successu. Nam pestilentia vexati, & ab oraculo admoniti, eam mox iterum reliquerunt, tanquam cito nimis repetitam. Vide Apollod. *lib.* II. *cap.* 8. Videtur autem Noster ita loqui, quasi hæc acciderint post mortem Thesei, siquidem ejus meminit, sed non tanquam qui ipse hanc gratiam retulerit Heraclidis, verum ut propter quem, & cujus memoriæ in honorem, id fecerint Athenienses. At Diodorus, & Pausanias hæc facta ab ipso Theseo memorant, quamvis ille ultimis vitæ annis quibus hoc accidisse debuisset, infelix fuerit, & patriâ extorris. Ælianus vero sequitur haud dubie Isocratem, qui auxilium hoc Heraclidis præstitum contra Eurysthea exaggerans jungit oratorio more cum vero Reditu, hac ratione, quod nisi tunc Athenienses eos servassent, redire nunquam potuissent. ἀφορμὴν γὰρ λαβόντες τὴν δι' ἡμῶν αὐτοῖς γενομένην σωτηρίαν κατῆλθον μὲν εἰς Πελοπόννησον, κατέσχον δὲ Ἄργος, Λακεδαίμονα, &c. Quare, addit, oportebat Lacedæmonios dein hujus beneficii memores nunquam hanc terram invadere, ἐξ ἧς ὁρμηθέντες αὐτῶν οἱ Πρόγονοι εἰς τοσαύτην εὐδαιμονίαν κατέστησαν, *ex qua profecti ipsorum majores ad illam devenerunt fortunam.* Vix dubito Auctorem nostrum Oratoria hæc Isocratis quem multum sequi solet, (Vide mox *cap.* 8.) secutum, iisque deceptum. Forte tamen etiam deceptus est uterque ab Euripide, qui hac de re Tragœdiam composuit, *Heraclidas*, in qua rem gestam refert ad Regnum Demophoontis, atque adeo ad tempus post mortem Thesei, immo etiam post bellum Trojanum, haud dubio errore: licet eum sequatur etiam Anton. Lib. *fab.* 33. Nam ante illud dudum jam perierat Eurystheus, quippe qui regnum Atreo, & hic demum Agamemnoni, reliquit. Res ergo gesta est sine dubio extremis Thesei annis, vel sub Me-

τοὺς εἰς Πελοπόννησον. [12] Καὶ Ἡρακλῆς ᾧ ἀπέδωκε χάριτας [13] τοῖς ἐκ Κλεωνῶν τριακοσίοις καὶ ἑξήκοντα. Τούτοις γὰρ [14] ἐπὶ τοῖς Μολιονίδαις συστρατεύσασιν αὐτῷ, καὶ ἀποθανοῦσιν εὖ καὶ καλῶς, ἀπέστη τῶν ἐν Νεμέᾳ τιμῶν, [15] ἃς ἔλαβε πρῶτος αὐτὸς [16] Νεμέων, ὅτε [17] τὸν ἐπιχωριάζοντα αὐτοῖς, ᾧ λυμαινόμενον αὐτῶν τὰ ἔργα, ἐχειρώσατο λέοντα.

eos Athenienſes in Peloponneſum, Hercules etiam Cleonenſibus illis trecentis & ſexaginta gratiam reddidit. Illis enim, quum adverſus Molionidas una cum ipſo profecti eſſent, & fortiter honeſteque cecidiſſent, honores Nemeæ ceſſit, quos à Nemeenſibus acceperat, quum leonem in illorum regione verſantem, & arva eorum diſperdentem, occidiſſet.

Καὶ [18] Μενεσθεὺς ὁ Πετεῶο περὶ τοὺς Τυνδαρείδας οὐκ ἐγένετο ἀχάριστος. [19] Ἐκβαλόντες γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς Θησέως υἱοὺς, καὶ τὴν μητέρα τὴν Θησέως, Αἴθραν, αἰχμάλωτον λαβόντες, ἔδωκαν τὴν βασιλείαν τῷ Μενεσθεῖ. Διὰ ταῦτα πρῶτος ὁ Μενεσθεὺς [20] Ἀνακτάς τε, καὶ Σωτῆρας ὠνό-

Item Meneſtheus Petêi filius non ingratus fuit adverſus Tyndaridas. Quum enim illi Theſei liberos expuliſſent, matremque ejus, Æthram, captivam abduxiſſent, regnum tradiderunt Meneſtheo. Quamobrem primus eos Meneſtheus Reges & Servatores ſalutavit. Darius etiam Hy-

neſtheo, ab Athenienſibus, non tam propter Theſea, quam quia Athenis jam olim nefas habebatur, ſupplices dedere hoſtibus. Vide *ad Caput ſequens.* PERIZ.

12 Καὶ Ἡρακλῆς δὲ ἀπέδωκε] Hiſtoriam habes apud Pauſaniam in *Eliacis.* SCHEFF.

13 Τοῖς ἐκ Κλεωνῶν] *Cleonæ* eſt Urbs inter Corinthum & Argos, juxta Nemeam. Vide Strabonem *lib.* VIII. *p.* 377. Pauſan. *Corinth.* vel *Argolicis*, *cap.* 15. Euſtath. *ad Iliad.* B. *p.* 220. Iſtic autem occidit Hercules Molionidas ad Iſthmia ituros. Vide Pauſan *Eliac.* I. *cap.* 2. & Plutarchum, περὶ τῶ μὴ χρῆν ἐμμετρῶ &c. Sed poſtquam ſæpius incaſſum contra eos profectus eſſet, & multos ſuorum amiſiſſet, inter quos haud dubie, vel qui ipſi forſan, fuerunt hi Cleonæi. Vide Pauſan. *d. l.* & Apollod. II. 7. ubi quando ait, τότε μὲν ἓν ἐκ ἀνεχάρησεν Ἡρακλῆς, delenda omnino negandi particula. Nam re vera receſſit tum Hercules, & *ἄυθις iterum*, *& tertiis quidem Iſthmiis*, aggreſſus eſt Molionidas. PERIZ.

14 Ἐπὶ τοῖς Μολιονίδαις] Fuerunt Filii Actoris & Moliones, *Eurytus* & *Cteatus* dicti, qui cum bellicoſi eſſent, Augeæ Patruo ſuo tulerunt auxilium contra Herculem, eumque repulerunt. Quapropter Hercules quum eos aperto marte vincere non poſſet, per inſidias occidit. Dicti autem ſunt *Molionidæ* à poſterioribus, at ab Homero *Moliones*, ſive à Matre *Moliône*, quæ Filia Moli, ſeu potius à Patre Actore, qui & *Molus* fuerit vocatus. Vide Euſtath. *ad Iliad.* A. *p.* 834. & Y. *p.* 1442. Cæterum feruntur hi unum habuiſſe corpus, ſed duo capita, quatuor brachia & pedes: qua re denotatur fuiſſe eos fratres maxime concordes, φιλαδέλφως, καὶ μιᾷ ψυχῇ ἐν δυσὶ σώμασι διοικουμένους. ut ait Euſtath. *d. l. ad Il.* A. & Plutarch. περὶ φιλαδελφ. πάθ. IDEM.

15 Ἃς ἔλαβε πρῶτος αὐτὸς τῶ Νεμ.] Scilicet Agon ille inſtitutus eſt à Septem Ducibus ad memoriam pueri à Dracone interempti celebrandam, deinde vero quum Hercules Nemeum Leonem occidiſſet, multa ille in hoc Agone immutavit, eumque Jovi conſecravit, ut ait Schol. *Pindari ad Nemea* Ὑποθ. 5. Verſimile ergo eſt, varios tunc honores etiam ipſi à Nemeis delatos, quos Cleonæis nunc detulit, Sociis ſuis contra Molionidas, tanto magis, quia & antrum illud & lucus, in quo Nemea celebrabantur, erat juxta Cleonas. Vide Strabon. *lib.* VIII. Hinc Marc. Capella *lib.* I. *rictus Cleonæos* tribuit Herculi, quia pellem iſtius leonis circumferebat. Sed & & Cleonæos una cum Argivis & Corinthiis præfuiſſe huic Agoni ſcribit Pindari Scholiaſtes. IDEM.

16 Νεμέων] Malim Νεμείων per duplex ι. Stephano a Νεμέα gentilitia ſunt Νέμεα, Νεμεῆται, & Νεμεῶται, lego Νεμεᾶται. GESNER.

17 Τὸν ἐπιχωριάζοντα αὐτοῖς] Abeſt ultima vox ab Sluisk. nec male. Nam ſenſus abſque eo ſatis eſt perſpicuus. PERIZ.

18 Καὶ Μενεσθεὺς] Meminit ante dictus Pauſanias in *Atticis.* SCHEFF. Vide Homerum *Iliad.* Δ. & Scholia ibidem de Πετεῶ. & Plutarch. in *Theſeo.* KUHN.

Μενεσθεὺς δὲ ὁ Πετεῶο] Fuit hic ex poſteris E-

Erechthei Regis Athenienſium, qui proavus illius. Excitavit vero Populum contra Theſea, quum is profectus eſſet cum Pirithoo in Moloſſorum terram. Quin & evocaſſe creditur Tyndaridas, certe ſuaſit ille Athenienſibus, ut eos in Urbem ſuam admitterent, poſtquam Aphidnæ ab iis eſſent captæ. Vide Plut. in *Theſeo*, & Pauſan. in *Atticis.* Regno accepto, & expulſo Theſeo, Dux fuit Athenienſium in Bello Trojano: unde frequens ejus mentio apud Homerum. Vide *Il.* B. 559. Δ. 327. & 338. Sed defuncto iſtic, & ultimo quidem Belli anno, ſucceſſit Demophoon Theſei F. in regno Athenienſium. Fuere etiam, qui Theſea ipſum poſt Meneſthea iterum regnaſſe Athenis crederent, inſigni errore, quem refert & irridet Pauſanias *Atticis cap.* 3. Sed qui locus minime eſt intellectus, & male exhibetur verſus ab Editoribus. Exponit iſtic Pauſanias errores quoſdam plebis, temere omnia credentis, de Theſeo, & addit tunc: Λέγεται δὲ καὶ ἐς τὸ Θησέα, ὡς αὐτός τε ἐβασίλευσε καὶ ὕστερον Μενεσθέως τελευτήσαντος, καὶ ἐς τετάρτην οἱ Θησείδαι γενὰν διέμεινεν ἄρχοντες. Vertitur, *Non defuerunt, qui memoriæ prodiderint, ipſum etiam regnaſſe Theſeum, & poſt Meneſthei mortem regnum ad quartum uſque poſteritatis gradum in familia ejus permanſiſſe.* At quiſquamne fuit, qui contrarium tradiderit, vel negaverit *Theſeum regnaſſe* Athenis? Quis in eo error, vel ſaltem, quid in eo novum aut ſingulare? Senſus immo eſt, *Dicitur etiam de Theſeo, eum ipſum regnaſſe etiam poſt mortem Meneſthei, tum in quartam uſque generationem Theſidas perſeveraſſe in imperio.* Hic nempe is error erat, Theſea, de quo potiſſimum iſtic agitur, etiam poſt Meneſthei mortem, vel adhuc, vel denuo, regnaſſe Athenis. PERIZ.

19 Ἐκβάλοντες γὰρ ἐκεῖνοι &c] Lege omnino ἐκβαλόντες, quod uterque præfert Codex, & poſtulat Syntaxis. Sequitur enim καὶ λαβόντες. Cauſa autem iſtius mali & belli fuit, quod Theſeus Helenam rapuit vixdum nubilem, ipſe jam plusquam quinquaginta annos natus. In quo raptu ſicut adjutus fuit à Pirithoo, ſic viciſſim cum eo profectus eſt ad rapiendam illi Moloſſorum Regis Uxorem, vel Filiam. Helenam autem depoſuit *Aphidnis*, qui erat ex pagis ſeu δήμοις Atticæ apud Matrem ſuam, Æthram. Cæterum Caſtor & Pollux, qui Tyndarei credebantur Filii, Helenam, ſororem ſuam, repetierunt bello ab Athenienſibus, & quum tandem cognoviſſent Aphidnis eam eſſe in cuſtodia apud Æthram, pagum expugnarunt, & Theſei matrem ceperunt abduxeruntque Spartam, quæ idcirco inter ancillas Helenæ etiam in Bello Trojano memoratur ab Homero *Iliad* Γ. & Aliis. Vide Pauſan. *Phocic. cap.* 25, Sed quod minus veriſimile putat, & recte Euſtath. *pag.* 298. eamque fuiſſe aliam, ſed ejuſdem nominis ſui ac paterni, cenſet. Aſt Ego crediderim, erraſſe potius Homerum, quem etiam accuſare videtur Plutarch. in *Theſeo.* Nam certe in his hominibus neutiquam ſervata fuit Hiſtoriæ fides, nec habita ætatis ratio. Sic enim & Helena fingitur fuiſſe ſoror Caſtoris & Pollucis, ex eâdem Matre, immo ex eodem ovo ſeu partu: quum tamen hoc tempore Helena fuerit tantum puella X. annorum, vel paulo plus, at Tyndaridæ illi jam ſeptuagenarii, & jam dudum antea comites expeditionis Argonauticæ. Probabilius ergo eſt, quod Alii tradiderunt, He-

ὠνόμασε. Καὶ [21] Δαρεῖῳ ᾗ ὁ Υστάσπου, [22] ᾧ ἐκ Συλοσῶντος λαβὼν ἱμάτιον ἔτι [23] ἰδιώτης ὢν, ὅτε ἐγκρατὴς ἐγένετο ἡ βασιλείας, ἔδωκεν αὐτῷ ἣ πατρίδα τὴν ἀρχὴν, τῆς Σάμου. [24] Χρύσεα χαλκείων, φαίη τις ἄν.

Helenam fuisse genitam ex Nemesi, sed educatam à Leda matre Tyndaridarum, in cubiculo laqueato, quod à Græcis olim dicebatur ᾠὸν vel ὠΐον: quia vero ᾠὸν denotabat etiam *ovum*, inde fabulam Helenæ ex *Ovo* natæ ortam. Vide Hadr. Junium *Animadv.* I. 15. qui tamen credit cum quibusdam Veterum, Ledam & Nemesin fuisse eandem, eamque *Nemesin* post mortem appellatam. Adde Munker. *ad Hygin. fab.* 77. & 79. denique Illustriss. Spanhemium *ad Callimachum Hymno in Dianam* v. 232. De ᾠὸ *ovo* Vide & Eustath. *ad Il.* Φ. *p.* 1442. sed maxime Athenæum II. 16. PERIZ.

20 Ἀνακτας τε, καὶ Σωτῆρας] Sic *supra* I. 30. de Iisdem Σωτῆρες καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες. Ἀνακτες vero dicebantur Reges & Dii omnes, sed καθ' ἐξοχὴν hi Tyndaridæ. Vide Plut. *d. l.* Eustath. *ad Il.* A. *p.* 16. & Grammaticos Veteres. IDEM.

21 Καὶ Δαρεῖῳ] Eadem de Dario testatur Herodotus *lib.* III. Strabo *lib.* XIV. Valer. Maximus *lib.* V. *cap.* 2. meminit & Julianus *Epist.* 29. SCHEFF. Vid. paræmiographos *de proverbiis*; Συλοσῶντος χλαμύς. & ἐκὶ Συλοσῶντος ἀρπαγία. KUHN.

Hystaspis filius, quum adhuc privatus amiculum à Syloſonte accepisset, postquam regni compos factus est, dedit ei imperium in patriam, Samum: Aurea æreis, dixerit aliquis.

22 Παρὰ Συλοσῶντος λαβὼν &c.] *Syloſon* iste fuit Frater Polycratis, Tyranni Samiorum. Dedit autem amiculum illud Dario, inter δορυφόρους Cambysis tunc agenti, in Ægypto: quo se tunc quoque contulerat Syloſon, per Fratrem patriâ suâ ejectus. Vide quos jam laudavit Schefferus, Herodotum III. 39. & & 193. &c. ac Strabonem *lib.* XIV. *p.* 638. PERIZ.

23 Ἰδιώτης ὢν] δορυφόρον Δ Περσῶν μονάρχου vocat Julianus. SCHEFF.

24 Χρύσεα χαλκείων] Homericum hoc est, & in adagium abiit. Apud illum *Iliad.* Z. 236. dicitur arma sua permutasse Glaucus cum armis Diomedis, sed

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων,

h. e. *pretiosa vilibus mutans.* PERIZ.

ΚΕΦ. Γ'.

Χρησμὸς ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων.

Ὅτι, ἡνίκα ἐβούλοντο Λακεδαιμόνιοι τὴν Ἀθηναίων ἀφανίσαι πόλιν,

CAP. VI.

Oraculum pro Athenienſibus.

Quum Lacedæmonii vellent civitatem Athenienſium funditus delere, consuluerunt Deum, & is respondit, Communem aram Græciæ ne moverent.

1 Τὼ κοινὼ ἑστίαν] Hinc, cum in consilio habito de ea re, *multi delendum Athenienſium nomen urbemque incendio consumendam censerent, negarunt se Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos.* Iustin. *lib.* V. *cap.* 8. Porro à Phocensibus hæc dicta scribit Ulpianus in *Enarrat. ad Demosth. de falsa legat.* SCHEFF. Plura elogia Athenarum exhibet Athen. *p.* 178. de re ipsa Polyænus. *p.* 74. KUHN.

Τὼ κοινὼ ἑστίαν] Ita vocavit Athenas Pythia, quia nusquam facilius recipiebantur peregrini & exules, quam istic. Quæ etiam causa est, quare in eam Urbem, tanquam ad

λιν, ἠρώτησαν τὸν Θεὸν, ᾗ ἀπεκρίνατο, [1] τὴν κοινὴν ἑστίαν ἣ Ἑλλάδος μὴ κινεῖν.

ad communem Aram Misericordiæ, undique ex Græcia confugerint supplices jam antiquissimis temporibus. Hinc Euripides Tragœdiam scripsit, quam appellavit Ἱκέτιδες, *Supplices*, in qua Adrastus cum Matronis Argivis Athenienſium opem implorant, & impetrant. Sed & in *Heraclidis* Supplices hosce Heraclidas quoque inducit apud Aram Misericordiæ, quos item in tutelam suam receperint Athenienses contra Eurystheum. Neque aliter Historici. Thucyd. I. 2. refert Atticam eo ipso auctam, *quod in civitatem suam recipiebat eos, qui alibunde veniebant, bello vel per seditionem sedibus suis ejecti.* Illustrat hoc exemplo celebri Strabo *lib.* IX. *pag.* 393. tradens, quum Heraclidæ rediissent in Peloponnesum, *multos Peloponnesios migrasse in Atticam, inque iis etiam Melanthum*, atque ita per illos Exules *floruisse Atticam copiâ civium.* Adde Theophilum JCtum *Instit. de Jure Nat. Gent. & Civili.* ubi hac in re opponit Lacedæmonios & Athenienses, quorum Illi peregrinos non admiserint, Hi è contrario tam *alieni fuerint ab illa ξενηλασίᾳ*, ut etiam *coluerint Aram Misericordiæ, & advenas receperint adeo prompte, ut sæpe etiam bellum pro iis sumpserint.* Tale est, quod pro Heraclidis contra Eurystheum, ac dein pro Jonibus, aliisque Exulibus ex Peloponneso, contra Heraclidas gesserunt. Sed inprimis huc pertinet, quod ait Isocrates *Panegyr. p.* 100. de Athenienſibus: ἅπαντα γὰρ τὸν χρόνον διετέλουν, ΚΟΙΝΗΝ τὴν πόλιν παρέχοντες, ᾗ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ ἣ Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαι, *omni tempore perseverarunt, COMMUNEM suam Civitatem & Adjutricem præbere illis Græcis, qui injuriâ erant affecti.* Adfert dein exempla Adrasti & Heraclidarum. Vide & *infra ad* VI. 10. PERIZ.

ΚΕΦ. Ζ.

Ὅτι ἐνίοτε μὲν μήτε ἐν θανάτῳ κακῶν ἐστιν ἀναπαῦσαι, ᾗ περὶ Παυσανίου.

Οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε [1] ἀναπαύονται· ἀλλ' [2] ἢ παντελῶς ἀμοιροῦσι ταφῆς, ἢ καὶ, ἐὰν φθάσωσι ταφέντες, ὅμως καὶ ἐκ τῆς τελευταίας τιμῆς, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων σωμά-

CAP. VII.

Quod aliquando ne in morte quidem requiem impetrent mali, & de Pauſania.

Malis sane ne mors quidem prodest, quoniam neque tunc quiescunt: sed aut prorsus carent sepultura, aut quamvis jam antea sepulti fuerint, tamen etiam sic supremum honorem, & communem omni-

1 Ἀναπαύονται] Videtur sane, ut recte censuit Schefferus, respicere Auctor illam veterum opinionem, qua putabant errare animas eorum, nec recipi in Acheruntem, qui sepulti non essent. Hinc Plautus in *Mostell.* II. 2. 68. inducit quendam, qui occisus fuerat ab hospite, nec sepultus, dicentem, *Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit.* Sed & hæc opinio, saltem ex parte, legis istius erat causa apud Atticos, cujus meminit Noster v. 14. ut si quis incideret in cadaver insepultum, ei omnino injiceret terram. Vide *ibi* No-

μάτων ὅρμου, καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτουσι. Λακεδαιμόνιοι γοῦν Παυσανίαν μηδίσαντα, οὐ μόνον λιμῷ ἀπέκτειναν, ἀλλὰ γὰρ καὶ [3] τὸν νεκρὸν [4] ἐξέβαλον αὐτοῦ [5] ἐκτὸς τῶν ὅρων, φησὶν [6] Ἐπιτιμήδης.

omnium corporum portum, iterum amittunt. Pausaniam igitur Lacedæmonii, quum ad Medorum partes animum adjeciſſet, non ſolum fame fuſtulerunt, ſed inſuper etiam cadaver ejus extra fines ejecerunt, ut refert Epitimedes.

Notas Kuhnii. Pertinet huc etiam Elegans phraſis, *condere manes, animas, umbras ſepulchro.* Vide Cuper. *Obſerv.* I. 20. PERIZ.

2 Η παντελῶς ἀμοιρεῖσι ταφῆς] Hæc ex religione paganorum intelligenda ſunt, ſecundum quam animæ, quarum corpora ſepultura carebant, aut non juſto modo defleta erant, perpetuum errare dicebantur, nec Stygiam paludem tranſmittere poſſe. Virgilius *lib.* VI. *Æn.* ubi de umbris, quas Charon portitor vel accipiebat in cymbam, vel ſubmovebat:

Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataque turba eſt:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, ſepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierint.
Centum errant annos, volitantque hæc littora circum. SCHEFF.

Cicero *lib.* II. *de leg. cap.* 17. *Impii non ſolum vita cruciati, atque dedecore, verum etiam ſepultura ac juſtis caruerunt.*

3 Τὸ νεκρὸν] Repoſui τὸν, quod uterque habebat Codex, & poſtulat Græcæ Linguæ Genius. Sic *ſupra* I. 16. de Socrate & ad ipſum, καὶ γὰρ ἔν καὶ συνεκέσθαι σὺν τῷ κόσμῳ τὸ νεκρὸν ἐ πάνυ τι ἀδύξως, h. e. *cadaver ipſius.* Dionyſ. Halic. *lib.* III. de Patre Horatiæ, οὔτε εἰς τὴν οἰκίαν ἔτι ἐσενεχθῆναι τὸν νεκρὸν τὸ θυγατρὸς. PERIZ. Noſter *lib.* XIV. *de Nat. An. cap.* 27. ὑμήσαντες τὸ κοινὸς τὸν νεκρὸν, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν τεθνεῶτος.

4 Ἐξέβαλον] Hoc matrem ipſius feciſſe, ſcribit Plutarchus in *Parallelis:* item Polyænus *lib.* VII. Diodorus vero Siculus in totum negat, & propinquis ejus ait conceſſum, ut ſepelirent. vide eum *lib.* XI. Et Cornel. Nep. in *fine Pauſaniæ.* SCHEFF.

5 Ἐκτὸς τῶν ὅρων] Quod fiebat illis, qui crimina atrociſſima commiſiſſent. Plutarchus *de ſera Numinis vindicta:* τὰς Ἀθήνησι τῶν ὑπερόγων σωμάτων ῥίψεις, καὶ νεκρῶν ἐξορισμὸς, ἀδὲ πᾶσιν ἰδεῖν ὑπῆρξε τῶν ἀποφαγόντων ἑαυτὸν, Extant exempla apud Diodorum *dicto libro* in Dionyſio Syracuſarum Tyranno. Imprimis enim Tyranni hac pœna affecti lege etiam Romana, uti patet ex Quintil. *declam.* CCLXXIV. Item proditores, uti diſcimus ex Photio *p. m.* 1454. aut quicunque quid adverſus patriam meriti eſſent. Hyginus *fab.* 72. *Creon Menœti filius edixit, ne quis Polinicem, aut qui una venerunt, ſepulture inderet, quod patriam oppugnatum venerint.* Adde Freinshem. *ad Curt.* III. 2. 50. & Plutarchum *Amat. Narrat.* ubi de Democrita & ejus filiabus, quæ templum, in quo plerique Lacedæmoniorum mulieres congregatæ erant, accenderunt, ſeque ipſas poſt interficere. SCHEFF. Totum caput egregiè, ni fallor, *Noſtrique* mentem, illuſtrabit hic locus ex *orat.* Lycurgi *contra Leocratem,* ἀφίζεται ὁ δῆμος, Κελεύει ἀποθνῄσκειν, τὸν μὲν πατρὸς (Φρύνιχον) κελεύειν πωλοδοσίας, κἂν δόξῃ πωλοδότης εἶ, οὐ τῇ χώρᾳ μὴ τεθάφθαι, τάτε ὀστᾶ αὐτὸ ἀνορύξαι καὶ ἐξορίσαι, ἔξω τῆς Ἀττικῆς, ὅπως ἂν μὴ κεῖται ἐν τῇ χώρᾳ μηδὲ τὰ ὀστᾶ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τῶν τὸν πωλοδιδόντος. *Decernit populus, Critia auctore, ut mortuus Phrynichus in judicium vocatus proditionis nomine, convictuſque criminis in regione ne ſepultus ſit, ſed refoſſa ejus oſſa feras extra Atticam projiciantur, ut ne oſſa quidem proditoris urbis & regionis ſita ſint in regione.* En hominem improbum ſepultum quidem, ſed brevi poſt refodiendum & Atticis finibus ejiciendum. Ergo *hoc capite* Noſter id unice agit, ut oſtendat improbos, i. e. *proditores patriæ inſepultos abjici ſolitos,* aut ſepulchris erutos eſſe, ſi quidem poſt

poſt mortem demum fuerit deprehenſa proditio. Dion. Chryſoſt. putat non ſepultos eſſe proditores, ὅπως μηδὲν ᾖ σημεῖον εἰσαῦθις ἀνδρὸς πονηροῦ, *ne aliquod hominis improbi in poſterum exiet monumentum* vel *indicium*, in *orat. Rhodiacâ.* KUHN.

6 Ἐπιμήδης] Quis hic ſit *Epitimedes*, diſcere hactenus non potui. Nec enim quenquam ejus nominis autorem apud vereres, memini legiſſe. Puto igitur vitioſam eſſe ſcripturam. SCHEFF. Hic *Epitimedes* forte eſt *Epitimæus.* Sic enim appellatum fuiſſe Timæum conſtat ex Diodoro & Strabone. FABER. Nempe jam ante Fabrum ſcripſeram in *addendis* ad editionem meam ſecundam: forte Ἐπιτιμαῖος ſcribendum. Sic enim à convitiandi ſtudio vocatus eſt Timæus primum à Callimacho Iſtro, mox & aliis. vid. Athen. *lib.* VI. *cap.* 20. SCHEFF. Suidas in *v.* Τίμαιος, ab Athenienſibus ob maledicendi cacoethes Τίμωνα dictum ait Ἐπιλίμωνα καὶ Γραοσυκοφάντην Strabo *lib.* XIV. ex Artemidoro, Ἐπιτίμιον κληθῆναι ſcribit, tanquam Sycophantam. ubi Caſaubonus in *Comment.* benè Ἐπιτίμαιος legit. Noſter vero Ἐπιμήδης, ut *ſupra* Δυσμηδίας dixerat invidos & malevolos. Alioquin Ἐπιμήδης fuit Philoſophus Sectæ Cyrenaïcæ, auditor Antipatri. vid. Laërtium in *Ariſtippo.* KUHN.

Ἐπιμήδης] Uterque Codex Ἐπιλιμίδης. Crediderim cum Scheffero, Fabro, Kuhnio, intelligi Timæum, qui nomine *Epitimæi* ab continuas obtrectationes fuit appellatus, eoque nomine etiam citatur ab Athenæo VI. 20. Facile autem ΕΠΙΤΙΜΑΙΟΣ potuit corrumpi in ΕΠΙΤΙΜΙΔΗΣ, niſi quis malit credere, ut facit Kuhnius, conſulto ita appellatum ab Auctore eâ forma, qua *ſupra* III. 7. δυσμενίδας vocavit, qui erant proclives in *malevolentiam*, h. e. δυσμένειαν. PERIZ.

ΚΕΦ. ηʹ.

Περὶ μεταβολῆς τύχης.

Εἶτα τίς οὐκ οἶδε τὰς τῆ τύχης μεταβολὰς ὀξυῤῥόπους καὶ ταχείας; [1] Λακεδαιμόνιοι δὴ [2] Θηβαίων ἄρξαντες, αὐτοὶ πάλιν ὑπ' ἐκείνων οὕτως ἐχειρώθησαν, ὡς τοὺς Θηβαίους μὴ μόνον εἰς Πελοπόννησον ἀφικέσθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν Εὐρώταν διελθεῖν, καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων τεμεῖν χώραν· [3] καὶ ὀλίγου καὶ τὴν πόλιν κατέλαβον, εἰ μὴ Ἐπαμεινώνδας ἔδεισε,

CAP. VIII.

De fortunæ viciſſitudine.

Quis vero faciles & celeres fortunæ commutationes ignorat? Certe Lacedæmonii quidem quum Thebanos habuiſſent in ſua poteſtate, ipſi adeo ab illis viciſſim fuerunt victi, ut Thebani non ſolum in Peloponneſum pervenerint, verum etiam Eurotam tranſierint, & Lacedæmoniorum terram vaſtarint. & propemodum urbem etiam ipſam ceperiſ-

1 Λακεδαιμόνιοι γὰρ] Vide Juſtinum *lib.* VI. *cap.* 7. quique *ibi* auctores nominantur à Bongarſio & Berneggero. SCHEFF. MSS. Λακεδαιμόνιοι δὴ ut repoſui.

2 Θηβαίων ἄρξαντες] Intelligit tempus, quo Lacedæmonii Cadmeam, arcem Thebanorum, tenuerunt ſuo præſidio, quod in eam clam immiſit ſceleratus Thebarum Polemarchus, Leontiades, ut Collegam ſuum, Iſmeniam, & contrariam factionem opprimeret. Lacedæmonii ergo Urbem permiſerunt iſti Leontiadæ & ejus Amicis, æque ac Athenas paulo ante XXX. Tyrannis: atque ita eam revera in ſua habuerunt poteſtate, ſiquidem iſti Thebarum Tyranni ut ſe hoc Laconum præſidio tuebantur, ita viciſſim illorum ad nu-

σε, μὴ Πελοποννήσιοι πάντες συμπνεύσωσι, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀγωνίσωνται.

Διονύσιος ὁ τύραννος [4] καταχὰς ὑπὸ Καρχηδονίων εἰς πολιορκίαν, ἐδεδμιάς αὐτῷ σωτηρίας ὑποφαινομένης, αὐτὸς μὲν ἄθυμος ἦν, καὶ ὑπενενόει δρασμόν. Τῶν δὲ ἑταίρων αὐτῷ τις, [5] Ελλοπίδης ὄνομα, προσελθὼν ἔφατο· Ω Διονύσιε, καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς. Αἰδεσθεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ ἀνερρώσθη τὴν γνώμην, καὶ σὺν ὀλίγοις [6] παμπόλλους μυριάδας κατηγωνίσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε.

Καὶ

pissent, nisi veritus esset Epaminondas, ne universi Peloponnesii conspirarent, & pro Sparta dimicarent.

Dionysius tyrannus à Carthaginiensibus in obsidionem redactus, quum nulla ipsi salus affulgeret, ipse quidem animum jam desponderat, & fugam meditabatur. Verum ex familiaribus quidam, nomine Ellopidas, accedens ad eum dixit: O Dionysi, pulchrum est tyrannis sepulturæ ornamentum. Pudore igitur suffusus animum firmavit, & cum paucis multas plane myriades superavit, sed & imperium fecit majus.

A.

tum ac voluntatem urbem suam regebant, usque dum anno quarto post & ipsi ab Exulibus, quorum dux erat Pelopidas, cæsi sunt, & præsidium illud è Cadmea ejectum. Vide Xenoph. *lib.* v. Ελληνικῶν, præter Nepotem & Plut. in *Pelopida*. PERIZ.

3 Καὶ ὀλίγα κ. τ. λ. &c.] h. e. *& parum abfuit, quin & Urbem ceperint.* Sic Lucian. *adv. Indoctum pag.* 557. *ed. Salm.* καὶ ὀλίγα πλήγας ἐνέτριψα αὐτῷ, *& parum abfuit, quin plagas illi inflixissem.* Cæterum Alii tradunt, Epaminondam non recessisse ultro, aut metu quodam conspirationis omnium Peloponnesiorum pro Spartanis, verum quum una cum Peloponnesiis acriter oppugnasset Spartam, repulsum fuisse. Vide Justin. VI. 7. & Diod. Sicul. *lib.* XV. Noster vero in hisce assentientem sibi habet Polyænum II. 3. 5. & secutus est *Orationem* Isocratis, *Archidami* Lacedæmonii nomine vocatam, & scriptam, in qua ille promittit fore, ut non tantum Athenienses, aliique, sed & Peloponnesii omnes, à Thebanis male habiti, licet eorum Socii, mox concurrant ad Spartam periculo eripiendam. De re ipsâ etiam sic ait, εἰς τοῦθ' ἡ τύχη τὰ πράγματα προεῖσηνεν αὐτῶν (Θηβαίων) ὥστε τ' ἄλλον χρόνον ὑφ' ἡμᾶς ὄντες, νῦν ἡμῖν πρεσβεύειν ἀξιοῦσιν, *eo usque mutavit fortuna res eorum, ut qui superiori tempore nobis fuerant subjecti, nunc nobis imperare velint.* Accidit autem hoc periculum Spartanis nono anno post eos ex arce Cadmea ejectos. IDEM.

4 Καταχὰς ὑπὸ Καρχηδονίων] Hausit & hoc ex Isocratis *Archidamo*, ut præclare jam observavit Kuhnius, idque ita, ut pleraque illius locutiones re inuerit. Sic enim hæc ipse Isocrates: Διον. ὁ Τυρ. καταχὰς εἰς πολ. ὑπὸ Καρχ. ἐδεδμιᾶς αὐτῷ σωτηρίας ὑπολειπομένης. Deinde vero ex eodem Oratore sumpsit quoque Historiam ipsam, remque gestam cum *Carthaginiensibus*, quos Diodorus Sic. non tantum *lib.* XX. sed & *lib.* XIV. *p.* 240. ut & Plutarchus in *Apophth.* prætermittunt, ab *Syracusanis* deficientibus subito, & acerrime cum oppugnantibus, conjectum in hanc desperationem Dionysium, tradentes. IDEM.

5 Ελλοπίδης] Hic Diodoro Siculo, qui eandem historiam proponit *lib.* XX. Ελωρις SCHEFF. Autor hæc ferè ad verbum descripsit ab Isocrate in *Archidamo p. m.* 297. ut & quod sequitur de *Amynta*. Operæ pretium fuerit ipsum locum adire. Cæterum verba Ellopida etiam *Theodora* inculcavit *Justiniano* marito, cum mota seditione civiumque animis à se abalienatis fugam adornaret ex urbe regia. vid. Procopii *Persica lib.* I. *pag.* 41. KUHN.

6 Παμ-

Καὶ [7] Ἀμύντας ὁ Μακεδὼν ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἀρχὴν, γνώμην μὲν εἶχεν, ὡς καὶ ἀπολείψων τὴν χώραν τελέως· ἠγάπα γ', εἰ δυνηθείη ἀσφῶσαι αὐτὸν γοῦν μόνον. Ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν, ἔφατό τις πρὸς αὐτὸν τὴν Ελλοπίδου φωνήν. Καὶ μικρὸν χῶρον καταλαβὼν, καὶ ἀθροίσας ὀλίγους στρατιώτας, ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχήν.

Οτι τὸν [8] Ωχον οἱ Αἰγύπτιοι [9] τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ [10] Ονον ἐκάλουν,

Amyntas etiam Macedo, quum à finitimis Barbaris victus, regnum perdidisset, consilium ceperat regionem etiam prorsus relinquendi: satis enim habebat, si posset ipsum se solum confervare. Quum vero in eo jam esset, quidam ad ipsum vocem Ellopidæ elocutus est: Itaque occupato parvo loco, collectisque militibus paucis, recuperavit imperium.

Ochum Ægyptii vernacula lingua Asinum appellabant, inertem ejus ani-

6 Παμπόλλους] Lege, παμπόλλας. FABER. Absit, ut tam eleganti Atticissimo, quem alibi in his libris repetitum memini, Autorem nostrum orbare velimus! vide indicem in *hac voce*. KUHN.

Παμπόλλας μυρ.] Sic diserte omnibus literis Uterque Codex: ut adeo nullum sit dubium, quin recte hanc Syntaxin contra Fabrum vindicaverit Kuhnius. PERIZ.

7 Ἀμύντας] Habet hanc historiam Diodorus, *libro eodem:* sed expulsum ab Illyriis, donasse regionem cæteram Olynthiis scribit. SCHEFF.

Ἀμύντας ὁ Μακεδὼν] Pater hic fuit Philippi. Secundo autem Regni anno ab Illyriis fuit victus adeo, ut regno excidisse jam videretur, sed restitutus est auxilio Thessalorum intra tres menses. Vide Isocratem *d. l.* & Diod. *lib.* XIV. *pag.* 307. PERIZ.

8 Ωχον] Noster *lib.* X. *Hist. Anim. cap.* 28. Ωχος ὁ Πέρσης ἀπέκτεινε μὲν τὸν Απιν, ἐξεθείωσε δὲ τὸν ὄνον, εἰς τὰ ἔσχατα λυπῆσαι θέλων Αιγυπτίους. *Ochus Persa Apin quidem interfecit, asinum autem Deum fecit, Ægyptios in summum luctum doloremque conjicere satagens.* Plut. *de Iside & Osiride* notat Ochum μάχαιραν dictum ab Ægyptiis, διὰ τρόπου τινὰ σκληρότητα καὶ κακίαν ὀργάνῳ παρεικάζουσι, *morum acerbitatem & malitiam instrumento sanguinario assimilantibus.* KUHN.

9 Τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ὄνον] Sed quæ ista φωνὴ ἐπιχώριος? an Νάρσης? Ita certe apud Strabon. *lib.* XV. nominatum invenio, habet alias historiam Plutarch. *de Isid. & Osir.* ex Dinone. SCHEFF.

10 Ονον ἐκάλουν] Ratio hic reddenda erat, quare hoc etiam exemplum referatur *ad mutationem fortunæ*, εἰς τὰς μεταβολὰς τ' τύχης: quum præferre videatur solam petulantiæ dicacis vindictam. Sed res ita se habuit. Desciverant iterum Ægyptii à Persis. Rex Ochus alienior à bellis non suscepit ipse contra eos expeditionem, sed Duces suos cum exercitibus misit, qui infeliciter rem gesserunt. Quapropter *contemptus ab Ægyptiis fuit, idque tuliisse* fertur ἀφ' τε τὴν ἀργίαν, καὶ τὸ τ' ψυχῆς ἐθνικὸν *propter ignaviam & animum proclivem ad otium.* Quum vero Phœnices & Cyprii jam imitarentur Ægyptios, & ex eo *contemptu* ruerent & ipsi in defectionem, tum tandem ipse Ochus suscepit bellum, in quo & reliquos & Ægyptios domuit ita, ut etiam Apin eorum occiderit &c. Vide Diod. Sicul. *lib.* XVI. *pag.* 439. Ergo quum ita Contemtus domi desideret, & omnia patienter ferret, ab Ægyptiis, qui semper fuerunt dicacis linguæ, tandem *Asinus* fuit vocatus, ἀφ' τὴν ἀργίαν αὐτῦ, seu, ut Noster, ἀφ' τ ναθὲς αὐτῦ h. e. *propter ignaviam & segnitiem vel pigritiam ipsius.* At contra, quum eos vicisset, & crudeliter victoriam exercuisset, tum demum μάχαιραν eum appellarunt, ad truculentiam ejus denotandam, ut tradit Plutarch. *de Iside & Osir.* Cæterum gravissime hic errat Schefferus, quando quærit, *quæ fuerit illa* ἐπιχώριος φωνή, dubitatque, *an* fuerit

λουν, [11] τὸ νωθὲς αὐτοῦ τῆς γνώμης ἐκ [12] τῆς ἀσθενείας ἕλκοντες. Ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος [13] Ἄπιν πρὸς βίαν κατέθυσεν Ὄνῳ.

Δίων ὁ Ἱππαρίνου, φυγὰς ὢν ὑπὸ Διονυσίου, [14] μετὰ δισχιλίων στρατιωτῶν αὖθις κατεπολέμησεν, καὶ ὃ πρότερον αὐτὸς ἦν, τοῦτο ἐκεῖνον εἰργάσατο, Φυγάδα.

Συρακούσιοι δὲ [15] ἐννέα τελήρεσι πρὸς

rit Νάρσης, quoniam cum *ita certe apud Strabon. lib.* XV. *nominatum inveniat.* Etenim Strabo in *extremo istius libri* tradit, *Darii Hystaspis successores desiisse* εἰς Νάρσην, *quem occiderit Bagoas Eunuchus*, & cui successorem dederit Darium Codomannum. *Narses* autem iste neutiquam fuit hic Artaxerxes Ochus, sed ejus Filius & Successor, quem Diodorus Ἄρσην appellat, & quem ultimum istius familiæ Regem revera interemit Bagoas, æque ac Patrem ipsius. PERIZ.

11 Τὸ νωθὲς αὐτοῦ] Diodorus *lib* XVI. τῶν Αἰγυπτίων μετὰ Περσῶν ἀποστάντων κατὰ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους, Ἀρταξέρξης ὁ ἐπικληθεὶς Ὠχος, αὐτὸς μὲν οὐκ ὢν φιλοπόλεμος, ἐφ' ἡσυχίας ἔμμενεν. SCHEFF. Parens meus existimabat Auctorem alludere ad versum Homeri *Iliad.* Λ. 558.

Ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐθέλησι παῖδας Νωθής.

ubi ὄνος etiam dicitur νωθὴς, quam vocem Suidas explicat per τὸ ἀσθενὲς, cujus substantivum mox usurpat Ælianus, quod tamen ad qualitatem ὄνου non referendum, verum ad sensus, quibus magis imbecillis præditus est, quam alia animalia, quæ sunt multo agiliora, unde Hesiod. in ἔργ. *v.* 62. narrat Jovem Vulcano mandasse, ut Pandoræ adderet δύην, h. e. dulcedinem, quæ puellis adesse solet. Et ipse Auctor *lib.* VII. *cap.* 19. *de N. A.* ait νωθέστερα πῶς δοκεῖν πεφυκέναι τὰ ὄνου. & *lib.* X. *cap.* 28. Λέγουσι δέ οἱ Πυθαγόρειοι, ὡς λόγος, ὥσπερ τῷ ὄνῳ καὶ ἐκεῖνα μόνον τῶν ζώων μὴ γεγονέναι κῆρ ἀρμονίαν. τοῦτο τι καὶ πρὸς τὸν ἦχον τῆς λύρας εἶναι κωφότατον. & sic apud Phædrum *lib.* I. *fab.* 29. Aper irridens asi-

animum per ignaviam animalis traducentes. Quamobrem ipse Apin per vim vicissim immolavit Asino.

Dion Hipparini filius, in exilium pulsus à Dionysio, cum bis mille militibus eum rursus expugnavit, & quod ipse prius erat, id Eum fecit, Exsulem.

Syracusani novem triremibus con-

num ait:

—— *Et, facilis vindicta est mihi:*
Sed inquinari nolo ignavo sanguine.

12 Τῆς ἀσθενείας] Lego ἀκηδίας: nam ἀσθενείας absurdum, & a re alienum est. FABER. At enim ἀκηδία est etiam ἀσθένεια quædam non corporis, sed & mentis & vigoris. Igitur ἀσθένειαν accipio pro *hebetudine & socordia* istius animantis. ita Aristoteles ἀβελτερίαν ἀνοίας, habet pro mentis obtusa imbecillitate, in Philostratus *lib.* I. *de Vit. Apoll. cap.* 8. usurpat vocem ἀσθένεια. οἱ μὲν (ἄνθρωποι) inquit, τῇ ἀσθενείᾳ ἅδε τοῦ αὐτῶν εἴδασι. Interpres Florentinus reddit. *homines ob ingenii imbecillitatem* (sic cordiam) *quæ ad se pertinent, non satis curarunt:* Posidonius *historiarum* IX. inquit, πολλὰς ἴνας ἑαυτῶν ὁ δυναμένους σῴζειν, διὰ τὴν ἀβελτερίαν ἀσθενεῖς, *multos, qui sibi per mentis imbecillitatem præesse nequeunt, prudentioribus se dedere in clientelam* &c. apud Athenæum *p.* 293. KUHN.

Τῆς ἀσθενείας τοῦ ζώου] Nihil hic mutant MSti: neque ergo tentanda hæc sunt conjecturis, ut fecit Faber. Etenim ἀσθένεια notat etiam segnitiem, & pigritiam, quæ est quædam animi imbecillitas. Sic plane *supra* II. 40. de Simia & Elephante, καὶ εἰσιν ἀμαθίᾳ πάνυ ἀσθενεῖς, *& prorsus faciles sunt capta*, qui scil. per vinum incidunt in languorem & segnitiem. ut *oblivisc antur*, sicuti ait Auctor, *hic sui roboris, illa astutiæ.* Similiter Polyæn. I. 17. ἀσθενέστερον ἀγωνισάμενοι, *languidius pugnantes.* PERIZ.

13 Ἄπιν] Meminit Noster *infra lib.* VI. *cap.* 8. & *lib.* X. *Histor. Anim. cap.* 28. Plu-

πρὸς [16] ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τὰς τῶν Καρχηδονίων παραταξάμενοι, κατὰ πολὺ ἐκράτησαν.

ΚΕΦ.

tarchus *de Iside & Osiride* ita de ipso: *Apin quoque ad extremum mactavit, & cum Amicis epulando absumpsit. Igitur gladium* (μάχαιραν) *vocarunt, & etiamnum in recensione regum appellant.* Habet historiam & Suidas in Ωχος & in κακοῖς, sed ibi male σῶχος scribitur. SCHEFF.

14 Μετὰ δισχιλίων] Aristot. *ad Alex. cap.* 9. μετὰ τετρακισχιλίων ὁπλιτῶν, *cum tribus millibus militum gravis armaturæ* Syracusas adversus Dionysium navigavit. KUHN.

Μετὰ δισχιλίων στρατιωτῶν] Lugd. μετὰ μὲ στρατιωτῶν. An voluit μετὰ ῶ στρατιωτῶν h. e. 800. Nam quanto minor fuit numerus militum, tanto illustrius est exemplum istius μεταβολῆς τῆς τύχης. Et sane Plutarchus in *Dione* disserte ait, octingentos tantum milites ab eo conscriptos, quibuscum invaserit Siciliam, licet secum sumpserit arma hominum δισχιλίων, *duorum millium*, quia scil. non dubitabat, complures in ipsa fore Sicilia, qui in hanc expeditionem lubentes nomen daturi essent. Sed tamen nihil mutare ausim, quia Aristot. *Rhet. ad Alex. cap.* 9. quem Noster in his duobus exemplis ante oculos habuit, ut recte monuit Kuhnius, Dioni tribuit, τρισχιλίους στρατιώτας: pro quo tamen crediderim legendum istic ex Nostro δισχιλίους. Cæterum ex vita Dionis & Dionysii plura istius Vicissitudinis rerum humanarum documenta adferri potuissent, veluti, quod mox Dio vicissim occisus fuit ab amicis, quod Dionysius recuperavit tyrannidem, & ex ea iterum dejectus fuit a Timoleonte, & ex Rege evasit vilissimus ganeo & agyrta. Vide *infra* VI. 12. & IX. 8. Sed res est notissima. PERIZ.

15 Ἐννέα τελήρεσι] Fidem omnem res excedit, & puto plane vitium esse in numero, quod fortasse certius posset ostendi, si exposuisset Noster, de qua victoria (plures enim retulerunt) loqueretur. SCHEFF. Respicit Auctor ad bellum illud Carthaginense, quod cum Dionysio patre gestum Diodorus *lib.* XIV. *p. m.* 273. & seq. persequitur. Cum vero rebus Dionysii afflictis, & urbe Syracusarum à Carthaginiensibus arctè obsessa, de

contra centum & quinquaginta triremes Carthaginiensium oppositi, longè superiores extiterunt.

CAP.

Siciliæ imperio actum videretur, e Peloponneso subsidio venerunt Corinthii cum sociis, & Carthaginenses ad internecionem cecíderunt. Aristot. *Rhet. ad Alex. c.* 9. Κορίνθιοι Συρακουσίοις ἐννέα τριήρεσι βοηθήσαντες, Καρχηδονίους ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ναυσὶ ἐπὶ τοῖς λιμέσι τῶν Συρακουσίων ἐφορμοῦντας, τὴν μὲν πόλιν ἅπασιν πλὴν τοῦ ἀκροπόλεως ἔχοντας ἤδη ἤλπιον κατεπολεμῆσαι. *Corinthii Syracusanis novem succurrentes triremibus, Carthaginienses, qui centum quinquaginta navibus portus Syracusanos obsederant, totamque urbem, arce excepta, tenebant, præter spem debellarunt.* adde *Diodorum l. c. p.* 294. Facile hinc apparet, Syracusanos metropolim Corinthum in belli feliciter confecti gloriam adsciviisse, vel potius id omne novem Corinthiorum triremibus vindicasse, quicquid prospere gestum erat ab octoginta navibus. Diodor. *p.* 291. KUHN.

16 Ἑκατὸν καὶ εἴκοσι] Nullum est mihi dubium, quin hæsitationi Schefferianæ præclare succurrerit Kuhnius, & ex Aristotele illustraverit Ælianum. Nam & ille *d. l.* Dionis exemplo, Dionysium profligantis exigua prorsus manu, jungit confestim, æque ac Noster, hocce Syracusanorum, vel Corinthiorum illis opitulantium, qui paucis plane navibus egerint ingentem Carthaginiensium classem in fugam tempore Dionysii Majoris. Et magis etiam congruit Aristoteli Ælianus in MStis, quam in Edd. siquidem, ut ille Carthaginiensium naves facit ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, sic plane Sluisk. Æliani Codex ϙ κ̄ ν̄ h. e. 100 & 50. Et sane minima est discrepantia inter has minoris formæ literas κ, quæ εἴκοσι, 20, notat, & ν, ut facillimè in iis errare potuerit vel librarius quispiam, vel primus Editor Æliani. Lugd. vero Codex habet ϙ κ̄ η̄, inter quam literam & alteram multum etiam est similitudinis, sive minorem aspicias figuram, η & ν, sive majorem, H & N, maxime prout illæ in MStis exaratæ occurrunt. Ut adeo vix dubitem illud εἴκοσι esse corruptum, atque illius loco recipiendum πεντήκοντα. PERIZ. Πεντήκοντα totidem litteris etiam exhibet Mediceus, ex quo illud in contextum recepi.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ Πλάτωνος ἀτυφίας, καὶ Ἀριστοτέλους ἀχαριστίας.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἐν Ὀλυμπίᾳ [1] συνεσκήνωσεν ἀγνώσιν ἀνθρώποις, καὶ αὐτὸς ὢν αὐτοῖς ἀγνώς. Οὕτως ἐκείνους ἐχειρώσατο, καὶ ἀνεδήσατο τῇ συνουσίᾳ, συνεστιώμενός τε αὐτοῖς [2] ἀφελῶς, καὶ συνδιημερεύων ἐν πᾶσιν, ὡς ὑπερηδῆναι τοὺς ξένους τῇ τοῦ ἀνδρὸς συντυχίᾳ. Οὔτε ἡ Ἀκαδημίας ἐμέμνητο, οὔτε Σωκράτους· αὐτό γε μὴν τοῦτο ἐνεφάνισεν αὐτοῖς, ὅτι καλεῖται Πλάτων. Ἐπεὶ δὲ ἦλθον εἰς τὰς Ἀθήνας, ὑπεδέξατο αὐτοὺς εὖ μάλα φιλοφρόνως. Καὶ οἱ ξένοι, ἄγε, εἶπον, ὦ Πλάτων, ἐπίδειξον ἡμῖν καὶ τὸν ὁμώνυμόν σου τὸν Σωκράτους ὁμιλητὴν, καὶ ἐς τὴν Ἀκαδημίαν ἤγησαι τὴν ἐκείνου, καὶ [3] ἀποσύγησον τῷ ἀνδρὶ, ἵνα τι καὶ αὐτοῦ ἀπολαύσωμεν. Ὁ δὲ ἡρέμα ὑπομειδιάσας, ὥσπερ οὖν καὶ εἰώθει, ἀλλ' ἐγώ, φησιν, αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι. Οἱ δὲ ἐξεπλάγησαν, εἰ τὸ ἄνδρα ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν τὸν τοσοῦτον, ἠγνόησαν, ἀτύφως αὐτοῦ συγγενομένου καὶ ἀνεπιτηδεύτως αὐτοῖς, καὶ δείξαντος, ὅτι δύναται καὶ ἄνευ τῶν συνήθων λόγων χειροῦσθαι τοὺς συνόντας.

[4] Ὅτι Πλάτων τὸν Ἀριστοτέλη ἐκάλει [5] Πῶλον. [6] Τί δὲ ἐβούλετο αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐκεῖνο· Δηλονότι ὡμολόγηται, τὸν πῶλον, ὅταν κορεσθῇ τοῦ μητρῴου γάλακτος, λακτίζειν τὴν μητέρα. [7] Ἠνίττετο οὖν καὶ ὁ Πλάτων ἀχαριστίαν τινὰ τοῦ Ἀριστοτέλους. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ μέγιστα εἰς φιλοσοφίαν ὠφελήματα παρὰ τοῦ Πλάτωνος λαβὼν, ἐπιβουλεύειν ἐκείνῳ ἐπεχείρησε, καὶ ἀντεῖπε τοῖς δόγμασιν, ἐναντία τοῖς ἐκείνου φθεγγόμενος, καὶ ἐπὶ τὸν διδάσκαλον ἐπῆρε τὸν ἑαυτοῦ λόγον.

CAP. IX.

De Platonis modestia, & Aristotelis ingrato animo.

Plato filius Aristonis Olympiæ cum ignotis hominibus, ignotus iis & ipse, contubernium iniit. Ita veroeos cepit & sibi devinxit convictu illo, cibum cum iis sumens simpliciter, & totos dies in omnibus rebus simul exigens ut peregrini majoremin modum gauderent fortuito Viri illius contubernio. Neque vero Academiæ, neque Socratis mentionem ullam fecit: hoc tamen solum iis declaravit, se Platonem appellari. Quum vero Athenas venissent, perhumaniter eos excepit. Tum Hospites, Age, inquiunt, ô Plato, monstra nobis etiam illum tibi Cognominem, Socratis discipulum, & duc nos in Academiam ejus, & commenda Viro, ut aliquem ex eo quoque fructum percipiamus. At ille leniter subridens, quemadmodum solebat, Ego vero, inquit, ille ipse sum. Illi vero obstupuerunt, quod penes se tantum virum habentes ignorarint, quum ipse sine affectatione ulla cum iis egisset, & specimen dedisset, posse se etiam absque consuetis illis sermonibus, conciliare animos eorum, qui sibi adessent.

Plato vocabat Aristotelem Pullum. Quid vero ipsi nomen hoc *significare* voluit? Nempe constat, pullum, quum saturatus est lacte materno, calcibus petere matrem. Significabat igitur tacite etiam Plato ingratum quodam modo Aristotelis animum. Etenim & ille, quum maxima

1 Συνεσκήνωσεν] Quod sibi Veteres in peregrinis locis, ubi Hospites habebant nullos, tentoria figere fuerint soliti, docuimus jam *supra ad cap.* 1. Id autem potissimum facere debuerunt in ludis Olympicis, ad quorum spectaculum maxima hominum multitudo undique concurrebat. Hinc Lucian. *de Morte Peregr. init.* vocat Olympia πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνικῶν πανηγύρεων, *frequentissimum omnium in Græcia Sacrorum conventuum.* Cœperunt tamen tandem in hujusmodi ludorum locis exstrui publica deversoria seu stabula, sed tantum Athletis. Sic apud Spon. *in Miscell. Erud. Ant. Sect.* x. *p.* 363. exstructæ memorantur καταλύσεις τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ Ἰσθμια φοιτῶσι Ἀθληταῖς, *deversoria Athletis, qui ex toto terrarum orbe ad Isthmia venerint.* Sed serius illa quoque illis exstructa fuerunt a quodam Romano, cujus tamen Nominis designationem neutiquam percepit Sponius, edens Π. ΑΙΚΙΝΙΟΣ, ΠΥΑΙΜ. ΠΡΕΙΣΚΟΣ: & vertens *P. Licinius Pyem. Priscus.* Nihili est illud Πυαιμ Lege & distingue, Π. Υ. ΑΙΜ. h. e. Ποπλίῳ Υἱῷ Αἰμιλίᾳ, *P. F. Æmiliâ*, scil. tribu. Resell certissima. PERIZ.

2 Ἀφελῶς] Verti *simpliciter*, sed intelligo, sine fastu, aut affectatione præcipuæ cujusdam sapientiæ vel dignitatis. Sic VII. 1. Ἀφελέστερον ἐχρῆτο τῷ κάλλει, *non magnopere curabat aut ostentabat formam.* IDEM.

3 Ἐπισύγησον] Variant Codices, nec agnoscunt hoc vocabulum. Nam Sluisk. ἀπόσγησον: Lugd. Ἀποσίσγησον, corrupti haud dubie uterque. Certe commodus satis & oportunus est vulgatæ lectionis sensus. Plane enim, ut Noster de Platone, sic, quod ad rem ipsam æque ac phrasin, de Socrate Epictetus *Enchir. cap.* 68. ubi monet, ne semper Philosophum agas, & aliis præcipias, quid faciendum sit, addens, μέμνησο, ὅτι ἅπαξ ἀφηρέθη πυνθάνεσθαι τὸν Σωκράτη τὸ ἐπιδεικτικόν. Ἤρχοντο ὡς αὐτὸν βελόμενοι φιλοσόφοις ὑφ' αὑτῷ συναδῆναι, κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς: *Memento, ita & Socratem sibi undiquaque ademisse ostentationem. Veniebant ad illum, qui volebant ab ipso duci ad Philosophos, & ille abduxit eos.* PERIZ. Vulgata lectio hic tolerari nequit. nam ἐπισυσσῆσαι *congregare* notat, & de iis, qui novas res moliuntur, usurpari solet, quod hic locum non habet. Legendum igitur ἀποσυσσῆσαι ex Codice Mediceo. Suidas. Ἀποσυσσῆσαι οὐδὲν πλέον τῷ συσσῆσαι σημαίνει.

4 Ὁ Πλάτων τὸν Ἀριστοτέλη] Novum hic Caput videtur constituendum, siquidem, quod sequitur, nihil pertinet ad superiora, nisi quod item de Platone agat. Mox Sluisk. τί δὲ ἐβούλετο αὐτῷ τὸ ὄνομα ἐκεῖνο, αὐτῷ scil. Πλάτωνι. Id quod ex conjectura prætulerat jam Faber, & videtur sane præferendum vulgato. Sensus ita erit; quid *Platoni*, seu *apud Platonem*, *significare volebat hoc nomen.* PERIZ. Mediceus quoque habet αὐτῷ, ut edidi. Ceterum præcedentia verba ὁ Πλάτων τὸν &c. novi capitis initium omnino constituere videntur, quod recte monuit Cl. Perizonius, & clare evincit scriptura Codd. MSS. ex quibus Ὅτι pro vulg. ὁ restituit.

5 Πῶλον] Ἵππον, ait Helladius in *Chrestomathia* apud Photium, Διὰ καὶ ὁ Ἵππος τὸν ἑαυτοῦ φιλεῖ πατέρα δάκνειν. Adde Laertium in *Aristotele.* Reprehendit serio & graviter hanc Aristotelis ingratitudinem Theodoretus *serm.* v. *circa finem*, quem vide. SCHEFF. Vid. Heinsi. *in Maxim. Tyr. p.* 26. KUHN.

6 Τί δὲ ἐβούλετο αὐτῷ] Lege αὐτῷ. FABER. Ego nihil mutem. SCHEFF.

7 Ἠνίττετο καὶ ὁ Πλάτων] Sic per incuriam satis magnam ultimæ Edd. Schefferi, Fabri, Luhnii: quum priores omnes & MSti uno con-

λοσοφίαν ὡδὶ Πλάτωνος λαβὼν σπέρματα καὶ ἐφόδια, εἶτα ὑποπλησθεὶς τῶν ἀρίστων, καὶ ἀφνιάσας, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ διατριβήν, καὶ [8] ἀντιπαρεξήγαγεν ἐν τῷ περιπάτῳ ἑταίρους ἔχων καὶ ὁμιλητὰς, καὶ ἐγλίχετο ἀντιπαλος εἶναι Πλάτωνι.

maPhiloſophiæ ſemina & adminicula à Platone accepiſſet, mox exſaturatus jam optimis quibuſque, ſubducens ſe *Platoni*, ſcholam contra eum aperuit, & in Peripato contra eum diſcipulos & auditores, quos habebat, eduxit, & ita Platoni adverſarius eſſe ſtudebat.

conſenſu habeant id quod reſtitui. PERIZ.

8 Ἀντιπαρεξήγαγεν] Noſter *ſupra lib.* III. *cap.* 19. Laërtius *vitâ ejus.* ſed negat Ammonius in *vita ipſius.* SCHEFF.

Ἀντιπαρεξήγαγεν τῷ περιπάτῳ] De Peripatu & tota Hiſtoria Ariſtotelis à Platone deſciſcentis Vide *ſupra* III. 19. & *ibi* Notas. PERIZ.

ΚΕΦ. ι'.

Πῶς εἶχε πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ὁ Περικλῆς.

Εἶτα οὐκ [1] ἦν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων θεραπευτικὸς ὁ Ξανθίππου Περικλῆς· ἐμοὶ μὲν δοκεῖ. Ὁσάκις γὰρ ἔμελλεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παριέναι, ηὔχετο [2] μηδὲν αὐτῷ ῥῆμα [3] ἐπιπολάσαι τοιοῦτον, ὅπερ οὖν ἔμελλεν ἐκτραχύνειν τὸν δῆμον, πρόσαντες αὐτῷ γενόμενον, καὶ ἀβούλητον δόξαν.

CAP. X.

Quo animo fuerit erga populum Athenienſem Pericles.

Quid vero? An non populum Athenienſem colere norat Pericles, Xanthippi filius? Mihi quidam ita videtur. Quotieſcunque ergo in concionem erat proditurus, optabat, ut ſibi nullum ejuſmodi verbum occurreret, quod populum exaſperare poſſet, adverſum illi exiſtens, & quod ingratum videretur. CAP.

ΚΕΦ.

1 Ἦν δήμου τοῦ Ἀθην.] Uterque Codex, ἦν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθην. Quod idcirco repoſui. PERIZ.

2 Μηδὲν αὐτῷ ῥῆμα] Plutarchus in *Pericle*: πρὸς τὸ βῆμα βαδίζων ἤυχετο τοῖς θεοῖς μηδὲν εἰπεῖν ἄκοντος αὐτοῦ πρὸς τὸν πρωκειμένῳ χρείαν ἀνάρμοστον. Exemplum veræ popularitatis, uti à Latinis appellatur: de qua videndus Cicero ut plurimis aliis locis, ſic imprimis in *Orat. de petendo Conſulatu.* SCHEFF.

3 Ἐπιπολάσαι] Non notat *excidere*, ut vertebatur, ſed *ultro occurrere*, *verſari in ore & lingua.* Sic in Senatu apud Dionyſ. Hal. *lib.* XI. Senatores, qui *ultro*, & *antequam rogantur*, *exſurgunt* ad dicendum, ἐπιπολάζοντες, καὶ πρὶν ἢ κληθῆναι προεξαναστάντες dicuntur. Sed & *ſupra* I. 15. Noſter columbas ait Templo Veneris ἐπιπολάζειν h. e. *verſari in eo.* PERIZ.

ΚΕΦ. ια.

Περὶ Σωκράτους φιλοκαλίας.

[1] Διογένης ἔλεγε, καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν τρυφῆσαι. [2] Περιεργάσθαι γὰρ [3] καὶ τῷ οἰκιδίῳ, καὶ τῷ [4] σκιμποδίῳ, καὶ ταῖς [5] βλαύταις ἢ, αἴσπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἔστιν ὅτε.

CAP. XI.

De Socratis ornatus ſtudio.

Diogenes Socratem etiam ipſum deliciis uſum ajebat. Nimii enim ornatus fuiſſe ſtudioſum in parvula domo, & lectulo, ſed & ſandaliis, quibus aliquando ſolebat uti.

1 Διογένης ἔλεγε] Quis? Philoſophus ille Cynicus, an Hiſtoricus quiſpiam? magis in illud inclino, quanquam neminem ſciam, qui hoc de eo prodiderit. SCHEFF.

2 Περιεργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ] h. e. immodicam & ad res exiguas ſe extendentem adhibuiſſe curam domunculæ ſuæ. *Supra* II. 44. de Pictore, καὶ πλέον ἐδεῖν περιεργασαμένου Θέωνι. Ubi vide, quæ notavi. Nullum vero eſſe debebat dubium, quin Cynicus ille fuerit hic Diogenes, qui iſta objecit Socrati. Solet enim Noſter illum ſolo *Diogenis* nomine, tanquam iſtius Nominis celeberrimum denotare. Vide *infra* XIII. 28. & XIV. 33. & *alibi.* Aliquando tamen addit ὁ Σινωπεύς. Veluti VIII. 14. PERIZ.

3 Καὶ τῷ οἰκιδίῳ] Aut hæc falſa ſunt, aut de ſingulari ejus cura etiam in minimis accipienda. Nam quantum ad præſtantiam cultus, ejus Socrates parum ſtudioſus fuit. Antiphon Sophiſta, inimicus alioquin ejus, apud Xenophontem *lib.* I. *Memor.* ad ipſum Socratem: σιτία σιτῇ καὶ ποτὸ πίνεις τὰ φαυλότατα, καὶ ἱμάτιον ἠμφίεσαι ἐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς. SCHEFF. *Socratis* elegantiam & munditiem Cynicus ut ſuperfluam, ἐξήγαγεν, nimiſque quæſitam reprehendit. Solebat enim *Socrates* interdum crepidatus lotuſque amicorum convivia inire, & domunculam curta cum ſupellectile poſſidebat. Plato in *Sympoſ.* introducit Socratem, cùm apud Agathonem cœnaturus eſſet, λελουμένον, καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ σκάνδαλα ὀλίγακις ἐποίει, *lotum crepidiſque ſubſtrictum, quod ille tamen raro faciebat.* In *Oeconom.* Xenophontis Socrates interrogatus, quantum pecuniæ ex divenditis rebus ſuis redigere poſſet, ἐγὼ μὲν οἶμαι, inquit, εἰ ἀγαθὸν ὠνητὴν ἐπιτύχοιμι, δύρεῖν ἂν μοι σὺν τῇ οἰκίᾳ καὶ τὰ ὄνω πάντα πάνυ ῥᾳδίως πέντε μνᾶς. *Puto equidem quod emptorem ex voto nactus, omnia mea una cum domo facile venerant quinque minis.* At Demetrius Phalereus locupletiorem nobis fingit Socratem, καὶ ἐκείνῳ φησὶν ἐ μόνον τλὼ οἰκίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ μνᾶς ἑβδομήκοντα τοκιζομένας ὑπὸ Κείτωνος, *& ei non domum tantum fuiſſe ait, verum etiam minas ſeptuaginta apud Critonem fœnore occupatas.* Has divitias Socratis, uſuramque *Diogenes* ignoravit, quoniam præter οἰκίδιον, σκιμπόδιον, & βλαύτας nihil habuit invenitque, quod eidem exprobraret. De parva domo *Socratis* Fabulam elegantem dedit Phædrus *lib.* III. 48. KUHN.

4 Σκιμποδίῳ] Significat lectum humilem, incurvos habentem pedes. Vide Suidam ſed maxime Nunneſium *ad Phrynichi Ecl. pag.* 8. PERIZ.

5 Βλαύταις] Vide quæ notamus *infra lib.* IX. *cap.* 11. MSS. B. & C. βλάταις, quod puto eſſe pravum. SCHEFF.

Βλαύταις] Calcei fuerunt maximè domeſtici, ſeu *genus ſandalii*, σανδαλίου τι εἶδος, ut ait Pollux *Onom.* VII. 22. Clemens Alexand. in *Pædagogo* Chriſtianis præcipit, qui non poſſint nudis pedibus incedere, ut geſtent βλαύτας, quas Attici κοιπόδας dixerint, quia eſſent humiles, nec longè removeant pedes a pulvere. Hinc apud Ariſtoph. *in Equitibus* tribuuntur nominibus in convivio accum-

bentibus, qui sæpe alienis utantur Βλαυτίοις, quando inde surgunt subito ad exonerandum ventrem. Ut ergo etiam hic non male jungantur cum σκιμποδίῳ, & rarius ab Socrate dicantur usurpata. Sed tamen etiam publici usus fuisse, & majoris operæ, liquet ex eo, quod *infra* IX. 11. Parrhasio delicati cultus Pictori adscribantur unâ cum *Scipione*, & quidem ita, ut aureis fibulis ligulas τῶν βλαυτῶν constrinxerit. Neque aliter tanquam Cynici cujusdam ornamenta, *Scipio* & βλαυτία, memorantur juncta, ac dedicantur Veneri in *Veteri Epigrammate* apud Suidam v. Βλαύτιος. Utrobique enim *Scipio* additus, declarat τὰς βλαύτας etiam publici esse usus. PERIZ. Βλαυτης Ἀττικῆς meminit Synesius in *Calvitii Encomio pag.* 77. τέμνεται δ' καὶ κομᾶται πολλοῖς, ἐν οὐδὲν ὅ, τι ἐ τοῖς ὀρῶσι φαίνην φερόντων, ἢ καὶ πρεσβάλλοντες, βλαύτης Ἀττικῆς ἀκριβέστερον.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ Ελένης εἰκόνος ὑπὸ Ζεύξιδος γραφείσης.

Ὁ Ζεῦξις ὁ Ηρακλεώτης, ὅτε [2] τὴν Ελένην ἔγραψε, πολλὰ ἐχρηματίσατο ἐκ τούτου δ' γράμματος. Ου γὰρ εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, [3] τοὺς βουλομένους [4] ἀνέδην εἶα ὁρᾶν αὐτὴν, ἀλλ' ἔδει ῥητὸν ἀργύριον καταβαλεῖν, εἶτα οὕτω θεάσασθαι. Ως οὖν μίσθωμα δ' Ηρακλεώτου λαμβάνοντος ὑπὲρ δ' γραφῆς, ἐκάλουν οἱ τότε Ελληνες ἐκείνην τὴν Ελένην, Εταίραν.

1 Ο Ζεῦξις] Plinio est *Zeusis lib.* XXXV. *cap.* 5. ubi eandem habes historiam. Similiter & Plauto scribitur in *Pœnulo*, & aliis. SCHEFF. Vid. Leopard. *emendat. l.* XII. *c.* 16. KUHN. Zeuxidem huic picturæ versus Homericos ex *Iliad.* Γ. adjecisse narrat Valerius Maximus *lib.* III. *cap.* 7. *ext.* 3.

Ου Νέμεσις Τρῶάς τε καὶ ὐκνήμιδας Αχαιὰς
Τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αμῶς ἐθαυμάτιος θεᾶς εἰς ὦπα ἰοῖσιν.

2 Τῷ Ελείῳ] Cujus post alios meminit & Cicero in *Rhetoricis*. SCHEFF.

Ελείῳ ἔγραφε] Quam pinxit Crotoniatis in templo Junonis Laciniæ dedicandam, & ut

CAP. XII.

De imagine Helenæ à Zeuxide picta.

Zeuxis Heracleotes quum pinxisset Helenam, magnum ex ea pictura quæstum fecit. Non enim gratis, neque quemvis obvium, qui vellet, libere contemplari eam sinebat, sed oportebat præfinitam pecuniam dependere, & ita demum eam spectare. Quum igitur capturam ex hac pictura faceret Heracleotes ille, Græci, qui tunc vivebant, Helenam istam vocabant Meretricem.

formosissimam pingeret, ex omnibus illorum virginibus, publico decreto, exhibitæ illi sunt quinque nudæ, ad quarum exemplar consummatam unius Helenæ pulchritudinem experimeret. Vide Plinium XXXV. 9. qui tamen *Agrigentinis* eam pictam, haud dubie per errorem, tradit, tum Dionys. Halic. ἐν τῶν Αρχαίων ἐξετάσει, & maxime Cicer. *de Invent.* II. 1. Cæterum quum hæc proprie sit picta populo Crotoniatarum, crediderim diversam ergo esse ab eâ, quam Noster hîc memorat, & forsan ex illa Hanc fuisse repetitam, & per Græciæ populos circumlatam quæstus faciendi gratia: tanto magis, quoniam & Athenis publica in porticu posita fuit talis Helena, a Zeuxide picta, ut ex Eustathio *ad Iliad.* Α. docuit jam Junius. Ingentes autem opes Pictor ille collegit, easque Olympiæ ostentavit ita, ut in pallio nomen suum aureis literis intexi curaverit, teste Plinio *d. l.* Æqualis fuit Archelao Macedoni, & Socrati, vel paulo antiquior. Vide *infra* XIV. 17. Vitium autem est Typographicum Kuhnianæ, ex qua & in hancce pervenit, quod hic legitur ἔγραφε pro ἔγραψε, quod reponendum est, quodque postulat rei gestæ & jam factæ ratio, ac Edd. reliquarum & MSS. consensus. PERIZ.

3 Τὸς βουλομένους] Quod alias moris erat. Vide *supra l.* II. *cap.* 44. SCHEFF.

4 Ανεδὸν] Video Geisnerum malle ἀνέδλω. Et sic legisse videtur Interpres, quia habet *libere*, quod non est ἀναιδῶς. Potuit ἂν ἀιδῆν scripsisse, & retulisse ad βουλομένους, de quo tamen judicet quisque, quod volet. SCHEFF. Placet ἀνέδλω, quod sæpe cum ω scribitur. KUHN. Vere, opinor, conjecit Geisnerus ἀνέδλω Nam ita uterque Codex MS. nisi quod Sluisk. habet ἀνέδεν, ex quo tamen facillime formaveris id, quod voluisse videtur Schefferus, ἂν ἰδεῖν, non ἰδεῖν, ut ille. Et sane nihil significatur τῷ Ανέδην, *libere*, *solute*, quod non diserte satis & magis proprie expressum jam sit illis, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχε Quod si mei res fuisset arbitrii, maluissem simpliciter τὸς βουλομένους ἂν εἶα ὁρᾶν αὐτήν. PERIZ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Επικούρου γνώμη, καὶ εὐδαιμονία.

Επίκουρος [1] ὁ Γαργήττιος ἔλεγεν, ᾧ ὀλίγον οὐκ ἱκανὸν, ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. Ο αὐτὸς ἔλεγεν, ἑτοίμως

CAP. XIII.

Epicuri sententia & felicitas.

Epicurus Gargettius dicebat: Cui parum non est satis, ei vero nihil satis est. Idem dicebat, se

1 Γαργήττιος] A pago aliquo Atheniensium. Stobæus *sermon.* XV. Επίκουρος ὁ Γαργήττιος κέκραγε, λέγων· ᾧ ὀλίγον οὐκ ἱκανὸν, τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. ἔλεγε δὲ εὐθύμως ἔχειν τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνιζόμενος, μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Sic Clemens Alexandrinus *lib.* II. *Strom.* Επίκουρος οὐ μὰ πείνῶ, μηδὲ διψῶ, μηδὲ ῥιγῶ· τῷ εὐδαιμονίαν πθέμενος, τῷ ἰσόθεον ἐπφώνησε φωνῶ, ἀσεβῶς εἰπών, οὐ τύχοις καὶ Διὶ πολεμῶν μάχεσθαι. Adde Senecam *Epist.* XIX. Suidas Γαργήττιον nominat. SCHEFF. *Epicurum* frugaliter & duriter vixisse, passim legere est. Ipse in suis Epistolis ὕδατι μόνον ἀρκεῖσθαι φησὶ καὶ ἄρτῳ λιτῷ, *se aqua tantum contentum esse & simplici pane.* Laërt. in *Vit. ejus.* Seneca *Epist.* XVIII. *gloriatur* (*Epicurus*) *non toto esse se pasci: Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto*, ex ejus *epistola ad Polyænum.* vide etiam *Epist.* XXI. XXV. & CX. ubi sub persona Attali, *disce*, inquit, *parvo esse contentus: & illam vocem magnus atque animosus exclama: habeamus aquam, habeamus polentam, Jovi ipsi de felicitate controversiam faciamus. Epicurus omnes libros suos repleri oleribus & pomis, & vilibus cibis, dicens, esse eis vivendum, quia carnes & exquisitæ epulæ ingenti cura & miseria præparentur, majoremque pœnam habeant in quærendo, quam voluptatem in abutendo.* &c. *Ubi aqua & panis sit, & cætera his similia, ibi naturæ satisfactum. Quicquid supra fuerit non ad vitæ necessitatem spectare, sed ad vitium voluptatis &c.* (Επικουρείων οἱ πλείους, ἀπ' αὐτοῦ δ' κορυφαίου ἀρξάμενοι μάζῃ καὶ τοῖς ἀκροδρύοις ἀρκέμενοι φαίνοντες, τάπε συγγράμματα ἐμπεπλήκασι, τὸ ὀλιγοδεὲς δ' φύσεως ἀφηγέμενοι. καὶ τὸ οὐ δ' λιτῶν καὶ δυσπορίστων ἱκανῶς αὐτῆς τὸ ἀναγκαῖον ἰώμενοι παρεσκεύασαν. Porphyrius περὶ ἀποχ. *lib.* I. Audiamus denique ipsum *Epicurum*: βρυάζω, inquit, πρὸς μὲν τὸ σωμάτιον ἡδεῖ, ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος, καὶ προσπτύω τοῖς οὐ πολυτελείας ἡδονάς, ἕ δι αὐτὰς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐκπολυθῆναι αὐτοῖς δυσχερῆ, *Abunde meo suppetit corpusculo voluptas, dum aqua & pane victito, & voluptates sumptibus*

ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τῷ Διὶ [2] περὶ εὐδαιμονίας ἀγωνίζεσθαι, [3] μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν ὁ Ἐπίκουρος, τί ποτε βουλόμενος [4] ἐπῄνει τὴν Ἡδονὴν, εἰσόμεθα ἄλλοτε.

se cum Jove etiam paratum esse de felicitate certare, modo aquam habeat & offam. Quum hæc igitur sentiret Epicurus, quid voluerit Voluptatem laudans, alias sciemus.

ptibus paratas conspuo, non propter se, sed propter molestias, illarum pedissequas. Stobæus *Sermon.* XXXIX. *p. m.* 139. confer de Hyperboreis non ὀψοφάγοις, sed solam ἀκροδρύων χρῆσιν ἀγαπῶσι Cyrillum Alexandr. *pag.* 134. *lib.* IV. *contra Julian.* & *lib.* VII. plurimos esse ait apud Christianos, qui ναυικῶς se abstineant à pane & oleo, λαχάνοις τε καὶ ὀρόβοις τῷ ἀπαραίτητον τὸ γαστρὸς τιθασσεύειν κρέαιν, *oleribusque & ervo inexorabilem ventris necessitatem placent.*) *Hoc quidem Epicurus: licet à turpi sequacium grege contraxerit infamiæ notam*, ex Hieron. *lib.* II. *adversus Iovin.* Sarisbur. *Polycrat. lib.* XIII. *cap.* 8. Lactantius *lib.* III. *Institutionum*, *Epicurum*, inquit, *ut ad se multitudinem contraheret apposita singulis quibusque moribus loqui. Desidiosum vetat literas discere*, &c. *Ita homo astutus ex variis diversisque modis circulum cogit, & dum studet placere omnibus, majore discordiâ secum ipse pugnavit, quam inter se universi.* KUHN.

Ο Γαργήττιος] Plenius Laertius, cui in *ejus vita* est Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Γαργήττιος. Est enim *Gargettus* inter Pagos vel Populos Atticæ, de quo vide Meursium & Sponium. PERIZ. Et Columnam *ad Ennii Fragmenta ex* VII. *Annal. pag.* 138.

2 Περὶ εὐδαιμονίας] Sic & Sluisk. At Lugd. æque ac Stobæus, qui ipsa Ælliani verba repetit *Serm.* XVII. ὑπὲρ εὐδαιμονίας. PERIZ.

3 Μάζαν καὶ ὕδωρ] Sic ipse Epicurus in *Epistola ad Menœceum* apud Diog Laert. *num.* 131. καὶ μάζα καὶ ὕδωρ τὴν ἀκροτάτην ἀποδίδωσι ἡδονήν. *Offa & aqua summam præbent voluptatem.* De re ipsa & temperantia Epicuri, vide quæ hic notarunt Schefferus & Kuhnius. IDEM.

4 Ἐπῄνει τὴν ἡδονὴν] Sluisk. ἐπαίνει. Videtur voluisse ἐπαινεῖ. Paulo ante Lugd. παῦσαι μὲν οὖν ἐν ἴσῳ. Cæterum Ἡδονὴ, *Voluptas*, illa Epicuri non consistebat in voluptatibus libidinosis, sed in perfecta doloris & perturbationis privatione, ut ipse testatur apud Laert. *d. l. Quando igitur*, ait, *Voluptatem dicimus Finem* (bonorum), *non dicimus voluptates intemperantium, neque eas, quæ sitæ sunt in* ἀπολαύσει, *in fructu* (Veneris, ut liquet et *seqq.*) *id quod quidam imperiti aut dissentientes putant, sed illud, μήτε ἀλγεῖν κατὰ σῶμα, μήτε ταράττεσθαι κατὰ ψυχήν, neque dolere corpore, neque perturbari animo. Ibidem paulo ante, Corporis sanitatem, & animi tranquillitatem, ἀπραξίαν, beate vivendi finem esse ait.* Adde his Torquatum Epicuri dogmata defendentem apud Cicer. *de Finibus* I. II. *Maximam illam Voluptatem habemus, quæ percipitur omni Dolore detracto. Nam quoniam cum privamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemus: omne autem id, quo offendimur, Dolor: Doloris omnis privationem recte nominata est Voluptas.* Mox, *Omni autem privatione Doloris putat Epicurus terminari summam Voluptatem.* Iterum, *summa Voluptas est, ut Epicuro placet, Nihil Dolere.* Vides, quæ fuerit ejus Ἡδονὴ: a qua tamen neutiquam excludebatur Corpus, quia, ut ibidem Torquatus ille *cap.* 17. *Animi Voluptates & Dolores nasci fatemur e Corporis voluptatibus & doloribus.* Immo vero, teste Gellio IX. 5. ipse Epicurus Voluptatem definit σαρκὸς ἐυσταθῆ κατάστημα, *Carnis sanam*, vel *firmam*, *constitutionem*, haud dubie, quia tunc Animus optime fungitur suo officio. Nihil itaque mirum, toties desideraße Epicurum, ad summam Voluptatis ac Felicitatis obtinendam, dari sibi solum ὕδωρ καὶ μάζαν, ἢ ἄρτον λιτὸν, *aquam & pultem, aut panem vilem*, quia sic & corpus & animum recte poterat regere, & in officio continere. Ad Animi tamen Ἀπραξίαν requirebat quoque justitiam & probitatem, si fides ipsi. *Ipse enim Epicurus*, ut Cassius ad Cicer. *Famil.* XV. 19. ait dixit, ἂν ἡδέως, ἂνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, quod ita interpretatur Cic. *de Finibus* I. 18. *non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, justeque vivatur, nec sapienter, honeste, juste, nisi jucunde.* Cæterum illud *Nihil dolere* adeo proprium erat Epicureæ

reæ Voluptatis, ut in eo ipse discrepare se tradat a Cyrenaicis & Aristippo, qui Finem Bonorum collocabant in *Gaudio*: Vide apud Laert. *num.* 136. Ad hanc ergo Aristippi sententiam alludit Aristoteles Epicuro antiquior, *Polit.* VII. I. τὸ ζῆν εὐδαιμόνως, ἤτ' ἐν τῷ χαίρειν ἐστὶν, ἤτ' ἐν Ἀρετῇ τοῖς ἀνθρώποις, ἤτ' ἐν ἀμφοῖν. *Beate vivere, sive in Gaudio inest, sive in Virtute, sive in Utroque.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ χρημάτων φειδοῦς καὶ φυλακῆς.

Πολλάκις τὰ [1] κατ' ὀβολὸν μὴ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα, [2] κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον, [3] εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον [4] καταίρουσιν. Ὥσπερ γὰρ ἐχῖνον λαβεῖν μὲν ῥᾴδιον, συνέχειν δὲ χαλεπὸν, οὕτω καὶ τὰ χρήματα. Καὶ [5] Ἀναξαγόρας ἐν τῷ περὶ

CAP. XIV.

De pecuniarum parsimonia & custodia.

Sæpe pecuniæ, multo cum labore per singulos conquisitæ obolos, secundum Archilochum, in scorti intestinum effunduntur. Quemadmodum enim echinum capere quidem est facile, retinere vero difficile, sic & Pecunias. Et Anaxagoras in

1 Κατ' ὀβολὸν] Sic *Unciatim* Terent. Phorm. I. I. 9. *Quod ille unciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser.* Erat autem *Obolus* argenteus minimi pretii nummus apud Græcos, nostro respondens Stufero. Hinc passim adhibetur ad notandam rem vilem, & exigui pretii. Sic *Diobolares meretrices* apud Festum. *Negat se debere tibi triobolum*, h. e. ne minimum quidem apud Plaut. *Bacchid.* II. 3. 26. Vide Budæum *de Asse.* PERIZ.

2 Κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον] Antiquissimum Poëtam, Jamborum, ut vulgo fertur, repertorem, citatum sæpe ab Aristotele aliisque. Vide & *infra* X. 13. & Valer. Max. VI. 3. IDEM.

3 Εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον] Hæc enim meretricum sententia, *probus est amator, qui relictis rebus rem perdit suam* Plautus in *Truculento Act.* II. *scen.* I. SCHEFF. κακίμφατον & sensus turpiculus subest voci ἔντερον. Ita Stoici τὴν συνουσίαν pro sua δυσρρημοσύνη definiunt ὑπερβολὴν φθορᾶς, &c. Nec multum abludit illud Varronis *Octages. de nomismatibus, in quo nobilius est Philippeum, quod accipimus, quam quod bibimus: cum alterum abdamus in bulgam, alterum in vesicam.* KUHN.

4 Καθαίρουσι] Hoc vocabulum suspectum est. καθαίρειν enim nauticum, & de appellentibus usurpatur: mallem καθαρρέουσι, i. e. confluunt, videturque simile quid in suis habuisse Vultejus. SCHEFF. Nicetas in *Annal. p.* 116. hoc *Archiloci* dictum ita produxit, τὸ δὲ Ἀρχιλόχου ἀντικρυς ἐπεραίνετο, ὅ φησιν, εἰς ἔντερον πόρνης πολλάκις μεταρυΐσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγέντα μακρῷ. *tum illud Archilochi dictum obtinebat locum, quo ait, sæpe in meretricis intestinum transfluere, quæ longo tempore & labore collecta erant.* Non tamen ausim in Nostro mutare τὸ καταίρουσι, quod notat extremam prodigalitatem, qua male sani juvenes sinunt plenis quasi velis in barathrum meretricium suas ferri divitias. vide & Propert. *lib.* III. *Eleg.* 12. & ibidem *notas Jani Gebhardi.* Bene Gazæus in *Theophrasto*, τὰ χρήματα οἱ μεταδόλῃ τὰς μὲν πλεονεκτεῖν ἐφιεμένους σκοδιδάσκουσιν, ὡς ἥδιον βιῶσαι πολλὰ ῥᾳδίως ἰδρῶτι συσκευήσαντο, ὡς ἀσίγκ καὶ ἀφυλάκτῳ πράγματι ἀπημαγησαν, *opum jactura eos, qui plus habendi cupiditate incenduntur, edocet, quam instabile sit, quod multo sudore diffluentes parârunt, quamque infidam rem & custodiæ impatientem amiserint.* Seneca *epist.* 115 *majore tormento pecunia possidetur, quam quæritur.* KUHN.

περὶ Βασιλείας Φησὶ, [6] χαλεπὸν χρήματα συναγείραθαι, χαλεπώτερον δὲ φυλακὴν τούτοις περιθεῖναι.

in *libro* de Regno ait, difficile est pecunias cogere, sed difficilius custodiam eis circumdare.

Καταίρουσιν] Verbum proprium navibus peregre redeuntibus in portum. Sic *cap.* 25. de Portu Piræo, τὰ πλοῖα τὰ καταίροντα ἐν αὐτῷ. *Hist. Anim.* I. 1. de Homine in insulam appellente, ἐὰν δὲ Ελλην καταίρῃ ξένος. Julian. *Orat.* 1. de Constantio, qui dederit Antiochiæ λιμένας εὐόρμους τοῖς καταίρουσι, *portus bonæ stationis illis qui appellunt.* Ita vero etiam hæc Bona, quasi cursu suo peracto, in intestinum meretricis καταίρουσι, deveniunt tandem & effunduntur. Recte ergo hoc Verbum ab Auctore adhibitum, nec causa erat ulla, cur Schefferus id muratum iret. Vide hic Notas Kuhnii. PERIZ.

5 Ἀναξαγόρας ὁ τῆς Θεοῦ βασιλείας] Qui liber non est *Anaxagoræ* Philosophi, sed Rhetoris, unius ex Isocratis discipulis, ut bene censet Cl. Menagius *ad Laërt. p.* 49. & in *Addendis p.* 4. SCHEFF. Merrsius *in Chalcidium* hunc *Anaxagoram* Zenodotæum Grammaticum esse existimat. KUHN.

6 Χαλεπώτερον δὲ] De bonis fortunæ, ut vocant, præciarè Synesius *de Regno*, ᾧ δὲ μὴ ἐπὶ τῷ φυλακῷ αὐτὰ (μακαρισμὸν) ἡγοῦνται, ἢ ὅσοι μὴ ἔχουσι, δεῖ δὲ τέχνης, δεῖ δὲ καμάτου, δεῖ δὲ ἔργων πολλῶν καὶ πολεμικῶν καὶ παιδαγωγῶν τούτων, ὧν ἄπειρός ἐστιν. ὥστε ἔχει περιφρόνησιν δύμαρειαν ὁ μὴ ὢν ὑποχείριος τοῖς ἀνθρώποις μακαρισμός, ἢν μὴ ἐπεγκαπύπτας ἀμφάζηται. *Præterea ad eam* (beatitudinem) *conservandam opus est Dexilio, opus intellectu, opus arte, tempestiva occasione, multisque rebus, iisque ubivis gestis & variis, quæ aut experiri non est, aut si experiaris, cum difficultate conjuncta sunt. Non enim ubertitudo homini affluit, ita sine negotio conservatur.* & *paulo post.* δεῖ δὲ πόνων ἐπὶ τῷ φυλακῇ, καὶ τοῦτ' ἔστιν ὁ πάλαι λέγω, τὸ χαλεπὸν, καὶ μορίων ὀμμάτων δισμύριον, *custodia autem laboribus opus habet, & hoc illud est, quod dudum dixi, difficile esse & sexcentos requirere oculos.* KUHN.

ΚΕΦ. ιέ.

Περί τινων ἐν νόσῳ μουσικὴν, καὶ ἄλλα μεμαθηκότων, καὶ ἰσχυρῶν γεγενημένων.

CAP. XV.

De quibusdam qui in morbo musicam & alia didicerunt, deque iis, qui in eo robur auxerunt.

Ἱέρωνά, φασι, τὸν Σικελίας τύραννον τὰ πρῶτα ἰδιώτην εἶναι, καὶ ἀνθρώπων ἀμουσότατον, καὶ [1] τὴν ἀγροικίαν ἀλλὰ μηδὲ κατ' ὀλίγον ὑπὸ ἀδελφοῦ

Hiero Siciliæ tyrannus primum fuisse rudis dicitur, & hominum imperitissimus, ac inscitia ne pauxillum quidem à fratre Gelone dif-

1 Τὴν ἀγροικίαν] Sicuti superius ἰδιώτην vertere malui *rudem*, quam *privatum*, ut fecerat Vultejus, & retinuerant secuti illum Editores; ita hanc vocem non tam *rusticitatem*, ut illi, quam *inscitiam* reddidi. Agitur hic enim unice de liberalibus doctrinis, quo nomine idem Gelo, cui hic tribuitur ἀγροικία, mox vocatur ἄμουσος. Exemplum ejus rei in Gelone habes apud Plutarch. *Apophth. pag.* 175. ubi *quum in convivium lyra esset illata, & ceteri ea uterentur ac cantarent, ipse equum induci jussit, & facile in eum atque agili motu insiluit.* En hominem ἄμουσον, (Vide & Cicer. *Tusc. quæst.* I. 2.) sed neutiquam ingenio & moribus *agrestem*, aut *inhumanum.* Qua etiam arte eluserit insidiantes, & regnum sibi firmaverit pro concione, docet ipse Æl. XIII. 33. qui cum etiam VI. 11. ait, δημοτικώτερον, ἢ κατὰ τὴν τῶ Μοναρχῶν ἐξουσίαν, *magis popularem, quam pro Monarcharum potestate.* Plura & majora de Gelone Vide apud Herodotum VII. 154. & *seqq.* ut & de ejus Humanitate ac Sapientia Plutarch. *de sera Numinis Vind. p.* 552. Cæterum eodem modo Suidas exponit τὸ Αγροικίζω, Et Αγροικος, ἄφρων, δύσκολος, σκληρὸς, καὶ ἀπαίδευτος. Et Hesych. Αγροικίζωτον, ἀπαιδευτόζωτον. Sed & Plutarchus *in Apophthegm.* & nominatim *Aristidis* conjungit ἀγερέμματον καὶ ἄγροικον, de de homine, qui scribere non poterat. PERIZ.

2 Ιερων συνλῶ Σιμωνίδη] Negat Bisciola fieri hoc potuisse, cum tempora non conveniant, mixtosque esse inter se diversos Hierones. Vide *T.* II. *Hor. sub. lib.* 11. *cap.* 19. SCHEFF. Nescio quid voluerit aut spectaverit Bisciola, quando negavit ætatem Simonidis congruere in tempora hujus Hieronis, atque ideo mixtos hic diversos Hierones. Manifeste enim hic agitur de antiquiore Hierone, Gelonis Fratre, in cujus, non autem posterioris illius, ætatem vere competit ætas Simonidis, etiam illo longe tamen majoris natu, quippe qui jam floruit tempore Hipparchi, qui Pisistrati Filius multum cum illo egit, ut testatur Noster VIII. 2. Vixit tamen usque ad tempora Pausaniæ Lacedæmonii, & Tyrannidem hujus Hieronis, & cum utroque familiariter. Vide Nostrum IX. 1. & 41. & XII. 25. Adde Platonem *Epist.* 2. *ad Dionysium.* PERIZ. Simonidem Hieroni coævum fuisse docet & Cicero *lib.* 1. *de Nat. Deor. cap.* 22.

3 Σιμωνίδη τῷ Κείῳ] Melico Poëtæ, Leoprepis Cei filio. Nam Jambicus fuit de Amorgo Insula. vide quæ notavit Hermol. Barbarus *in cap.* 24. *lib.* VII. *Plinii.* Ita habent notæ Codicis *Bigotiani.* SCHEFF. Cæterum ratio temporum non repugnat, quo minus *Hiero*, Gelonis frater, ejusque in regno successor versatus sit cum *Simonide* Melico. Hic enim usque ad Olymp. 78. provixit, *Hierone* jam regnante Syracusis, Olymp. 75. vel 76. Idem præter Nostrum asserunt Xenoph. in *Hierone.* Athenæus *lib.* XIV. Pausan. in *Atticis.* Adde quod Simonides ille octogenario, imo ut Lucianus ait in *Macrobiis*, nonagenario major obierit & vicerit choro octogenarius, Plut. *an seni sit resp. gerenda.* vide & Synesii *epist.* 49. KUHN.

4 Βακχυλίδη τῷ Ιουλίτῃ] A civitate quadam Ceæ insulæ. vide Stephanum & Suidam. SCHEFF.

Βακχυλίδη τῷ Ιουλίτῃ] Fuit ille Simonidis ἀδελφιδῆς, teste Strabone *lib.* X. *p.* 486. Nam & Simonidem Ιουλίτην fuisse, ex oppido *Julide* in insula Ceo, diserte ibidem ait Strabo, & præter eum Suidas. Sic vero & apud Anton. Lib. *Fab.* 1. Κτήσυλλα ἐγένετο Κεῖα τὸ γένος ἐξ Ιουλίδος. Ejus autem fabulæ ultima verba, dum parum recte *Julietæ* & *Cei* distinguuntur, manifesto sunt corrupta & pessime versa. Χωμβρέα δ' Ερμοχάρει ὁ Θεὸς ἀνεῖπεν ἱδρύσασθαι ἱερὸν ὡς τῆς Ιουλίτιδος, ἐπώνυμον Αφροδίτης Κτησύλλης. Ἔχρησε δὴ καὶ τοῖς Κείοις. Οἱ δὲ θύουσι ἄχρι νῦν Ιουλίτιδι μὲν Αφροδίτῃ, Κλησύλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι Κτησύλλαν Ἐκαέργην. Vertuntur posteriora, *Ceis etiam oraculum datum est; hique etiamnum Veneri sacrificant, Ctesyllam eam appellantes, alii Ctesyllam Hecaergam.* In qua Versione distinctio inter Julietas & reliquos Ceos turpiter prætermittitur, sed & Venus *Hecaergæ* nomine dicitur appellata præter Auctoris mentem. Lege omnino

ferens. Verum quum ipsi evenisset ut morbo laboraret, factus est hominum literatissimus, quum otium, quod ei corporis imbecillitas imponebat, doctis sermonibus audiendis impenderet. Confirmatus igitur vivebat cum Simonide Ceo, & Pindaro Thebano, & Bacchylide Julieta. At Gelo indoctus fuit homo.

Do-

Μουσικώτατον δὲ λέγουσι, καὶ [5] Πτολεμαῖον γενέσθαι τὸν δεύτερον καὶ αὐτὸν νοσήσαντα. Λέγει δὲ καὶ Πλάτων, [6] τὸν Θεάγην φιλοσοφῆσαι δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ τὴν νοσοτροφίαν. Εἰργουσα γὰρ αὐτὸν ἐκείνη τῶν πολιτικῶν, συνήλασεν εἰς τὸν τῆς Σοφίας ἔρωτα. Τίς δὲ οὐκ ἂν νοῦν ἔχων συνηύξατο καὶ Ἀλκιβιάδῃ νόσον, καὶ Κριτίᾳ, καὶ Παυσανίᾳ τῷ Λακεδαιμονίῳ, καὶ ἄλλοις; Ἀλκιβιάδῃ μὲν, καὶ Κριτίᾳ, ἵνα μὴ ἀποδράντες Σωκράτους, [7] ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται, καὶ [8] ποτὲ μὲν Φιλολάκων, ποτὲ δὲ Βοιωτιάζῃ τὸν τρόπον, καὶ αὖ πάλιν Θετταλίζῃ, καὶ τοῖς Μήδων καὶ Περσῶν

Doctissimum etiam Ptolemæum secundum ajunt evasisse, dum ægrotabat & ipse. Plato quoque affirmat, Theagem nulla alia de causa Philosophiæ operam dedisse, quàm morbi diuturnitate. Nam quum is eum à civilibus rebus arceret, compulit ad Sapientiæ studium. Quis vero Vir prudens non optasset etiam morbum Alcibiadi, & Critiæ, & & Pausaniæ Lacedæmonio, & aliis! Alcibiadi quidem, & Critiæ, ne aufugientes à Socrate, ille quidem insolens evaderet, & nunc Spartanis faveret, nunc Bœotiorum mores exprimeret, & iterum Thessalorum

no & distingue, Οἱ δὲ θύσει ἄρχει νῦν, Ἰωλκῆται μὲν Ἀφροδίτην Κτήσυλλαν ὀνομάζοντες. Et verte *Hi vero* (generatim *Cei*, sed qui mox dividuntur in *Julietas* & *Reliquos*) *sacra faciunt*, scil. Ctesyllæ, *ad hoc usque tempus*, *Julietæ quidem* eam *Ctesyllam Venerem appellantes*, *Reliqui vero Ctesyllam Dianam*. PERIZ.

5 Πτολεμαῖον] Strabo *lib.* XVII. *p.* 548. Reges Ptolemaicos ait ad Elephantorum venaturam aliaque pervestiganda suos dimisisse homines; Ἀμφιδρόπιος δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, φιλιστορῶν, καὶ ἀμφὶ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος ἀμαγωγὰς ἀεί τινας καὶ τέρψεις ζητῶν καινοτέρας, *is præcipue*, *qui cognomento fuit Philadelphus*, *cognitionis rerum apprime studiosus*, *cum propter corporis imbecillitatem semper novæ alicujus oblectationis materiam quæreret*. ex Xylandri *interpretatione*. KUHN.

Πτολεμαῖον τὸν δεύτερον] Intelligit Philadelphum, Soteris F. a quo Bibliotheca Alexandrina cœpit, ut notum est, & qui ideo a Tertull. *Apologet. cap.* II. dicitur, *Ptolemæorum Eruditissimus* (*quem Philadelphum supernominant*) *& omnis literaturæ sagacissimus*, *cum studio Bibliothecarum Pisistratum*, *ut opinor*, *æmularetur*. Adde Athen. XII. 9. Quod ad hanc Eruditionem pervenerit per causam imbecillitatis, docet etiam Strabo *lib.* XVII. allegatus jam a Kuhnio. PERIZ.

6 Θεάγην] Verba Platonis *lib.* VI. *Politic.* hæc sunt: Θεάγει τοὶ μὲν ἄλλα πάντα παρεσκευάσθω πρὸς τὸ ἅπτεσθαι φιλοσοφίας· ἡ δὲ τοῦ σώματος νόσος φιλοσοφίαν ἀπείργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν, κατὰ τοῦτο, *Theages quidem omnibus illis instructus sit quæ possent efficere*, *ut Philosophiæ excederet*, *corporis autem continui morbi*, *qui eum à rebus politicis prohibent*, *eundem detinent*. Æneas in *Theophrasto* citat hunc Platonis locum ita: ἀλλὰ μὴν καὶ Θεάγει τῷ ἡμέτερῳ συμβάλλει τὰ τ. ε. φ. ἡ δὲ τ. κατείργουσα ἐπίμονος νόσος. Varia hæc lectio inde videtur esse, quod Μνήμης locum allegavit Gazæus, id quod & Barthio in notis omissum. Hunc *Theagen* male *Phragen* nominat Rhodiginus *lib.* XII. *cap.* 18. ut notat Leopardus *lib.* XII. *cap.* 22. KUHN. Vide Leopardum *Emend.* XII. 22. ostendentem, hausisse hæc Ælianum ex Platone *de Republica*. Theages autem ille discipulus fuit Socratis, & ideo etiam Dialogum *Theagis* nomine inscriptum nobis reliquit Plato. Quod vero Cælius Rhodiginus eum appellat *Phragen*, videtur ortum ex corrupta lectione MSti Ælianei, quo ille fuit usus. Nam certe & in Lugd. codice reperi τὸν Φράγην. PERIZ.

7 Ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται] Perperam hæc vertuntuntur, *ne fugientes a Socrate*,' *alter Socratem injuria læsisset*. Sensus est, *ne deficientes a Socrate*, seu ejus præceptis, *alter quidem insolens*, *petulans*, *contumeliosus fieret* in quosvis alios, non proprie Socratem. Sic ὑβριστὴς Μενοίτιος Hesiod. Theog. 514. & ὑβριστὴς Πελίης, de Pelia Iasonis Patruo. Sic Noster de Ebriis I. 19. Καὶ τραπέζης ἀσωτίαι καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν χρώμενοι ὑβρίζον. Et de felicissimo Victore, Philippo post pugnam ad Chæroneam VIII. 15. ἐπαρθεὶς δὲ τῇ εὐπραγίᾳ, ὅμως λογισμὸν ἐκράτησε, καὶ οὐκ ὕβρισε. Sed diserte Xenophon ἀπομνημ. *lib.* I. opponit σώφρονα & ὑβριστὴν ita, ut δίκαιον & ἄδικον. οὐκ ἄν ποτε ὁ δίκαιος ἄδικος γένοιτο, οὐδὲ ὁ σώφρων ὑβριστής. Quin Equis tribuitur: Veluti, δυσηνίοις ὕβρει φερομένοις, à Basilio Magno *de Leg. Græc. cap.* 19. ubi tamen male vertitur, *Equis effrenibus*, *& regi nescientibus*. Sensus est, *effrænibus*, *ac cum lascivia & protervia currentibus*. PERIZ.

8 Ποτὲ μὲν φιλολάκων, ποτὲ δὲ βοιωτιάζῃ τὸν τρόπον &c.] Pessime hæc itidem vertebantur, *nunc Spartanorum*, *nunc Bœotiorum partes fovens*. Agitur enim de moribus & vitiis omnium illarum gentium ab Alcibiade expressis. Diserte hoc significatur voce τρόπος, quæ passim notat totam hominis indolem, vel gentis alicujus morem. *Supra* II. 19.

σῶν ἀχέσκηται, [9] ἐν Φαρναβάζου γενόμενος· τυραννικώτατος δὲ καὶ φονικώτατος [10] ὁ Κριτίας γενόμενος, καὶ τὴν πατρίδα ἐλύπησε πολλὰ, καὶ αὐτὸς μισούμενος [11] τὸν βίον κατέτρεψε.

Καὶ [12] Στράτων δὲ ὁ Κορράγου εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι. Εὖ γὰρ γένους ἦκων, εὖ δὲ καὶ πλούτου, οὐκ ἐγυμνάζετο· καμὼν δὲ τὸ σπλῆνα, καὶ θεραπείας δεηθεὶς τοῦ ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα, ὅσον ἐς τὸ ὑγιαίνειν, ἐχρῆτο αὐτοῖς· χωρῶν δὲ ἐς τὸ πρόσω τῆς

rum; denique etiam Medorum & Persarum moribus delectaretur, apud Pharnabazum agens: Critias vero cum tyrannidis studiosissimus evasisset, & in cædes maxime proclivis, cum multa intulit patriæ mala, tum & ipse omnium odiis expositus vitam cum morte commutavit.

Straton etiam filius Corrhagi utiliter ægrotasse videtur. Nam quum esset ex illustri familia oriundus, & divitiis abundaret, nullam dabat operam gymnasio: sed ex splene laborans, & remedii indigens in exercitiis siti, primum quidem, quantum

λακωνικῶς τε ἅμα, καὶ ἡδὺ τὸ ἐπιχώριον σφίσι τρόπον ἐλέγξαντες. & VI. 12. Fortunæ vicissitudo in Dionysio non vulgare est Hominibus documentum εἰς σωφροσύνην καὶ τρόπων κόσμον. Theocritus *Idyll.* XXIII. 2.

Τὰν μορφὰν ἀγαθᾶ, τὸ δὲ τρόπος οὐκ ἐὺ ὁμοῖα,

formâ boni, *sed indole non paris* adolescentis. Voluit fine dubio Noster idem, quod de Alcibiade tradunt Nepos, Plutarchus, & Athenæus. Hujus verba ex *lib.* XII. *cap.* 9. adscribam ex parte. ὅτι οὐ Ἰωνίᾳ μᾶλλον ἢ Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος, οὐ Θηβαίοις ἢ σωμασκῶν καὶ γυμναζόμενος, ἢ Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον Βοιώτιος. (Plane ut Noster, Βοιωτιάζειν,) οὐ Θετταλίᾳ ἢ ἱπποτροφῶν &c. IDEM.

9 Ἐν Φαρναβάζῳ γενόμενος] Interpres, *adhærens Pharnabazo*, male. subintelligitur enim οἰκίᾳ & vertendum, cum *esset apud Pharnabazum*, vel *in aula Pharnabazi in Phrygia*. Plutarchus in *vita ejus*. KUHN.

Ἐν Φαρναβάζῳ γενόμενος] Recte hæc explicuit Kuhnius. Cæterum Plutarchus hoc non apud Pharnabazum, sed Tissaphernen accidisse narrat in *Alcib.* Τισσαφέρνῃ δὲ τῷ Σατράπῃ συνὼν, ὑπερβαλλὲν ὄγκῳ καὶ πολυτελείᾳ τὴν Περσικὴν μεγαλοπρέπειαν: *quum vero apud Tissaphernen Satrapem esset*, *superabat fastu & splendore Persi-*

τῆς τέχνης, [13] καὶ ἐν ἔργῳ τιθέμενος αὐτὴν, [14] Ολυμπιάσι μὲν ἐνίκησεν [15] ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην, καὶ παγκράτιον, [16] καὶ τῇ ἑξῆς Ολυμπιάδι, καὶ ἐν Νεμέᾳ ϗ, καὶ Πυθοῖ, ϗ Ἰσθμοῖ.

Δημοκράτης ὁ παλαιστὴς ϗ αὐτὸς νοσήσας τοὺς πόδας, παιδὸς εἰς τοὺς ἀγῶνας, καὶ τὰς ἐν τῷ σταδίῳ, περιγράφων ἑαυτῷ κύκλον, προσέταττε τοῖς ἀντιπαλασταῖς ἔξω τῆς γραμμῆς αὐτὸν προέλκειν. Οἱ ϗ ἠτοῦντο ἀδυνατοῦντες· ὁ ϗ εὖ μάλα ἐν τῇ στάσει καὶ ἐγκρατῶς, στεφανούμενος ἀπῆει.

cam magnificentiam. Similiter in *Libello, de discrimine Adulatoris & Amici*, ἐπεὶ δὲ πρὸς Τισαφέρνην ἀφίκετο &c. Et sane prius & diutius fuit apud Tisaphernen, eumque à Lacedæmoniis alienavit, & ad partes Atheniensium traduxit, quum primum urbe patria excidisset: ad Pharnabazum vero adiit extremo demum vitæ tempore, & ab eo est interfectus instinctu Laconum. Vide Plutarchum & Nepotem. MSS. hic habent γνόμενος. PERIZ.

10 Ο Κριτίας &c.] Hunc quoque cum Alcibiade tanquam Discipulum Socratis laudat Noster 11. 13. Sed videtur hîc ante oculos habuisse Xenophontem *de Factis & dictis Socr. lib.* 1. ubi similiter de iisdem Socratis Discipulis, Κριτίας ϗ Αλκιβιάδης πλεῖστα κακὰ τὴν πόλιν ἐποιησάτην· Κριτίας μὲν γὰρ τῶν ὀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτίστατός τε ϗ βιαιότατος ἐγένετο. Sed & sicuti hic dicuntur ἀποδράντες Σωκράτους, sic ibi eodem sensu, in duali, ἀποστῆσαιτε Σωκράτους. Critias autem quum inter XXX. Tyrannos fuisset pessimus, occisus est in prælio contra Thrasybulum & Exules. IDEM.

11 Βίαν κατέσφηλε] Omnium odio sibi conflato vitâ excessit. Xenoph. *lib.* 11. *Hist. Græcæ*, Philost. *lib.* 1. *de Vit. Soph.* in *Critia*,

tum ad recuperandam valetudinem, iis usus est: quum vero in arte illa multum proficeret, & eam diligenter exerceret, in Olympiis quidem una die vicit luctam & pancratium, & sequenti Olympiade, & in Nemea, & in Pythiis & in Isthmiis (*similiter vicit.*)

Democrates luctator etiam ipse, quum laborasset ex pedibus, in certamina prodiit, & consistens in stadio, circumscripto sibi circulo, jubebat adversarios se extrahere extra lineam. At illi quum id nequirent, victi sunt: & ipse quum bene & firmiter in statione sua perstitisset, coronatus abiit.

quem vide sis. KUHN.

12 Στράτων δὲ ὁ Κορράγης] Alexandrinus hic fuit, sed habitavit Ægii in Peloponneso, ubi Ægienses exstruxerunt porticum prope Urbem, in qua se ille exerceret. Vide Pausan. non tantum *Eliac.* 1. *cap.* 21. sed & *Achaic. cap.* 23. PERIZ.

13 Καὶ ἐν ἔργῳ ἀθέμενος αὐτὴν] Vertit Vultejus, *& jam specimen ejus daret.* Quod, cum tot alia ejus mutarint, miror retinuisse omnes deinceps Editores, quum à Græcis sit alienissimum. Sensus est, *& eam diligenter exercens, eam faciens opus suum.* Sic plane *cap.* 20. Democritum ferunt, ἐνδυμήσαι λαθεῖν, ϗ ἐν ἔργῳ δείξαι σφίσι ταῦτο, *desideravisse latere, & prorsus diligenter id curasse.* Sic passim τὸ ἔχειν ἔργον. Vide 1. 26. & VIII. 15. Similiter VIII. 2. ἔργον ἦν τοῦ Ἱππάρχου ἡ τῶν παιδευμάτων ἐπιμέλεια, *cura & opus præcipuum erat Hipparcho curare Eruditos.* IDEM.

14 Ολυμπιάσι μὲν] Leg. Ολυμπιάδι. Pro μὲν forte μ' aut alius Olympiadum numerus legi debet. GESNER. Placet emendatio Gesneri, pro μὲν conjunctione numerum μ' scribentis. Si modo ea Olympiade *Straton* vicit. De quo consulendus est Anonymus in *Olymp.* quem jam ad manus non habemus. Sed jam magis pla-

placet emendatio eruditiss. Meursii qui *lib.* III. *Att. Lect. cap.* 28. ex dicto Anonymo pro ϗ τῇ ἑξῆς, restituit, ἐπὶ τῇ ϙοὴ Ολυμ. eamque restitutionem firmat ex *lib.* 11. Pausan. *Eliac.* SCHEFF.

15 Ἡμέρᾳ μιᾷ] Memorat Pausanias idem in *Att. p. m.* 230. SCHEFF.

16 Καὶ τῇ ἑξῆς Ολυμπιάδι] Nullus dubito, quin in his, forte & in sequentibus, aliquid hæreat vitii, vel exciderit aliquid. Nihil tamen nos juvant MSti. Sed erudita, ut solet, conjectura succurrit Æliano Meursius *Lect. Attic.* III. 28. legens ἐπὶ τῇ ΡΟΗ ὀλυμπ. h. e. 178. *Olympiade*, qua Stratonem hunc pancratii & luctæ uno die abstulisse coronam diserte testatur Anonymus *in Descript. Olymp.* & Pausan. *Eliacis.* Putem tamen vel sic nondum persanata esse omnia. Nam haud dubie aliquid etiam disertius in reliquis certaminibus à Stratone factum memoravit Auctor. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Παλαιῶν τινων ἰδιότητες.

Ἐὰν προσέχῃ τις [1] Καλλίᾳ, φιλοπότην αὐτὸν ἐργάσεται ὁ Καλλίας· ἐὰν [2] Ισμηνίᾳ, αὐλητήν· ἀλαζόνα, ἐὰν Αλκιβιάδῃ· [3] ὀψοποιὸν, ἐὰν Κρωβύλῳ· δεινὸν εἰπεῖν, ἐὰν Δημοσθένει· στρατηγικὸν, ἐὰν Επαμινώνδᾳ· μεγαλόφρονα, ἐὰν Αγησιλάῳ· καὶ χρηστὸν, ἐὰν Φωκίωνι· καὶ δίκαιον, ἐὰν Αριστείδῃ· καὶ σοφὸν, ἐὰν Σωκράτει.

CAP. XVI.

Veterum quorundam mores peculiares.

Si quis animum præbeat & auscultet Calliæ, statim reddet eum temulentum Callias: si Ismeniæ, tibicinem: si Alcibiadi, jactatorem & superbum: si Crobylo, coquum: si Demostheni, eloquentia præstabilem: si Epaminondæ, ducendi exercitus militaris peritum: si Agesilao, magnanimum; si Phocioni, probum & bonum: si Aristidi, justum; & si Socrati, sapientem.

1 Καλλίᾳ] Prodigum hunc fuisse, & voluptatibus deditum declarat Noster etiam *cap.* 23. Lucian. *Jove Confutato* jungit Calliam & Alcibiadem, eosque appellat ἀκόλαστα μειράκια, *intemperantes adolescentes.* Athenæus quoque IV. 19. Calliam hunc Hipponici Filium inter τοὺς ἀσώτους. *intemperantes, notissimum* ait *etiam puerorum magistris.* Nempe frequens ejus mentio apud Aristophanem. Vide illius *Aves pag.* 544. ubi Schol. eum τὰ πατρῷα διεπραγματεύσατο εἰς ἀσέλγειαν, *paterna bona dissipasse in libidinem* ait, sed & Eupolin eum exagitasse in Comœdia, quæ vocata fit *Adulatores.* Hinc jam Plutarchus *Præceptis Polit. Convivia, in quibus Socrates auditur*, fingi ait *exhibita vel à Callia, vel ab Alcibiade.* Nempe illi inter auditores Socratis opulenti maxime erant, & munifici. Vide & *infra* ad *cap.* 23. PERIZ. *Calliæ* meminit Noster *lib.* III. *de Nat. Anim. cap.* 42. Ποφυρίωνα δὲ οὐκ οἶδα πρᾶξάντα ἀδίκημα ἐπὶ δοίκῃ, ὥς Καλλίαν, ὃ Κτήσιππον τὸν Αθηναῖον.

2 Ισμηνίᾳ] Choraulen vocat Plinius. Hunc enim puto esse, cujus meminit *lib.* XXXVII. *cap.* 1. Laert. in *Crat.* Plut. in *Pericle.* Stephan. in Θίσβη. Apulejus *de Deo Socrat.* quos *ad Laert.* Menagius laudat. adde Laert. in *Zenon.* Plut. in *lib. non posse suaviter vivi secundum Epicurum.* SCHEFF.

Ισμηνίᾳ] Patriâ fuit Thisbæus ex Bœotia, & celebris plane Tibicen. Utrumque docet Eustath. *ad Iliad.* B. ἡ δὲ Θίσβη πόλις μία ἐστὶ

τὸ περίσσευμα ἀυλητὴν, Ισμηνίαν. Θισβεὺς γὰρ ἦν. Lucian. *Ad Indoctum*. ait *Tibias eum emisse Corinthi septem talentis*, h. e. 12600. Carolinis noſtratibus. Meminit ejus etiam Plutarchus *Sympoſ.* II. 1. Quos adde citatis à Menagio *ad Laertium* in *Cratete*, & *Zenone*. PERIZ.

3 Ὀψοποιὸν, ἰὰν Κρωβύλῳ] Meminit Clemens Alexandrinus *lib.* VII. *Strom.* SCHEFF.

ΚΕΦ. ιζ'.

Πυθαγόρου θαυμάσια καὶ δόξαι.

1 Ἐδίδασκε Πυθαγόρας τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι 2 κρειττόνων γεγέννηται σπερμάτων, ἢ κατὰ τὴν φύσιν τὴν θνητήν. 3 Τῆς γὰρ αὐτῆς ἡμέρας ὤφθη καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν 4 ἐν Μεταποντίῳ,

1 Ἐδίδασκε Πυθαγόρας] Vide *ſupra lib.* II. *cap.* 26. GESNER.

2 Κρειττόνων σπερμάτων] Divino ſemine Se prognatum jactitavit. Nam *Pythagoras* Apollinis filius eſſe creditus eſt. vid. Porphyr. in *vitâ Pythagor. p.* 181. 89. *Edit. Anglic.* Dionyſius junior ea vanitate laborans ſcribere de ſe ipſo ſuſtinuit,

> Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοίβου κοινώνασι βλαστῶν,
> *Doride matre ſatus, Phœbi genuina propago.*

Plutarch. *Orat.* II. *de Alex. fortuna.* Perfectionem quoque, matrem Platonis Phantaſmate Apollinis compreſſam præter Laërtium, Hieronymus tradit ex Speuſippo, Clearcho, Anaxilide *lib.* II. *de Philoſophiâ.* vid. *lib.* I. *adverſus Jovinian.* Cæterum dogmata *Pythagoræ* eleganter perſequitur Philoſtratus *lib.* VI. *de Vit. Apollon.* ubi inter alia habetur. γλῶτταν τε ὡς πρῶτος ἀνθρώπων συνέχαι, βοῦν ἐπ' αὐτῇ σιωπῆς εὐρὼν δόγμα (cum conſiderarem), *quo pacto primus inter homines linguam frænaverat, ſilentii dogma inveniens, quod, ut proverbio dicimus, bos eſt in lingua.* Interpres h. l. ineptè vult, *Pythagoram à bove ſilentii documentum ſumpſiſſe.* Alluditur potius ad tritum illud. βοῦς ἐπὶ γλώττῃ, *bos in linguâ*, quod in eos jacitur, qui pecuniâ ſignata imagine bovis ſilentium ſibi imperari patiuntur. Quod igitur bos, ut ita dicam, argenteus apud proditores facit, id ipſum Pythagoræ dogma quinquennalis ſilentii valuit apud diſcipulos. KUHN.

3 Τῆς γὰρ αὐτῆς ἡμέρας] Adde *lib.* II. *cap.* 26. & Apollonium *Hiſtor. Mirab.* SCHEFF.

4 Ἐν Μεταποντίῳ, καὶ ἐν Κρότωνι] Uterque Codex, Sluisk. & Lugd. interponunt pariter φησὶ, legentes, ἐν Μεταποντίῳ, φησὶ, καὶ ἐν Κ. Qui conſenſus neutiquam repudiandus eſt, ſiquidem Pythagoras dicitur illud ipſe *decuiſſe*, & hoc argumento, *quod viſus ſit &c.* probaſſe. Sic certe eum etiam ipſum Absi ſuam divinitatem affirmaſſe ait Jamblichus I. 19. adeo, ut dixerit, οὐκ ἐστὶ θνητὸς ἡ ὑπογυία τῆς ἀνθρώπων ἴκοι, ἀλλὰ τοῦτο ἀνδρὸς μακάρος. *Se, ut curaret & beneficiis afficeret homines, veniſſe, & ideo humana ſpecie, &c.* Hinc jam apud Lucianum in *Gallo* inducitur jactans, ἔτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκεῖνα Ἕλληνας, ὥστε θεῖον ἡδονὴ μὲ: *ita imbui & cepi Græcos illorum locorum, ut Deum me prædicarent.* Cæterum de re ipſâ Vide *ſupra ad* II. 26. ut & de *Aureo Femore*. PERIZ.

CAP. XVII.

De quibuſdam Pythagoræ mirabilibus, & opinionibus.

Pythagoras homines docuit, ſe præſtantiori ſemine natum, quam mortalis eſt natura. Nam eodem die, & eadem hora viſus fuit, Metaponti, ut ait, & Crotone.

5 Καὶ Μυλλίαν δὲ τὸν Κροτωνιάτην] Interpres *Milonem Crotoniatam*. Fuit ergo in ipſius Codice, Μύλωνα τὸν Κροτωνιάτην. Sed vulgata lectio non diſplicet, cum duobus locis apud Laertium, & uno apud Porphyrium, ſeu Malchum in *vita Pythagoræ*, ἐν Μυλλίᾳ τὸν Κροτωνιάτην ἀνέμνησεν, ὅτι ὢν Μίδας ὁ Γορδίου. Idem alio loco Μυλλίᾳ inter diſcipulos ipſius commemorat. Meminit & Malchus in *extremo ſui opuſculi*. SCHEFF. Et Jamblichus *lib.* I. *cap.* 28. Ipſe *Pythagoras* reminiſci potuit ſe fuiſſe Euphorbum Trojani belli tempore, ταῦτα λέγων ἐλαζονεύετο, μηχανώμενος πείθειν, ὅπως ἐδίδαξεν, ὡς ἀθανατίζοιεν ἡ ψυχή. &c. ταύτης τ' ἀλαζονείας ὕστερον Ἀπολλώνιος ὁ Καππαδοκὴς ἐρασθεὶς ζηλώσας ὡς τοὺς Ἕλληνας ἐμυθολόγει ὡδὶ τ' ἐν Ἰνδοῖς σοφῶν, ὡς ἴσασιν εἰ ἄνις ποτε γένοιτο, εἰς μάρτυρας ἔξω εἰκαιότητος καταφεύγων. *Hæc dicens* (Pythagoras) *vanus erat, doctrinam ſuam, quâ animam ante corpus vixiſſe voluit, hominibus perſuadere ſatagens.* &c. *Hujus vanitatis amore poſtea captus Apollonius Cappadox, de Indorum ſapientibus apud Græcos fabulatus eſt, quod illi ſciant, quinam fuerint ante, ad teſtes confugiens extra mundum poſitos*, inquit Gazæus in *Theophraſto*, ubi pluribus confutat Apollonium, talia de Brachmanibus jactitantem, quæ nec fabuloſus Cteſias, nec Arrianus hiſtoricus tradiderunt, & ſi tanti fuerunt θαυμαζεῖσθαι, cur non *Alexandrum* Macedonem miraculis ſuis à depopulatione patriæ repulerunt? ἐν ὁ καιρὸς ἀπῄτει τὸ πλάσμα, ὡς αὐτὸν Ἀλέξανδρον, ἐπεὶ τ' φανομένων καπήληλεν, ἐδὲν ἀφανεῖς βῶς ἀναπλάττοντες καθοπλίζωσι. dedi ipſa verba Gazæi, ut Barthius edidit, qui *Animadverſionibus* in *h. l.* ait: *Notandus uſus* βῶς ἀφανεῖς ἀναπλάττειν, *proverbii*. Mihi locus male diſtinctus & corruptus videtur eſſe. nam poſt ἐδὲν interpungendum, & pro ἀφανεῖς βῶς legendum ἀφανισμὲς. notum in MSS. β. & μ. eodem fere modo ſcribi. Gazæus itaque ita emendatus hoc dicere voluit: *tempus quoque figmentum exigebat, ut ipſum Alexandrum, cum rebus apparentibus non moveretur, evaneſcendo percellerent*, (Brachmanes), fundus emendationis extat apud Philoſtratum *lib.* III. *cap.* 3. ubi Indorum philoſophi dicuntur habitaſſe in nube, quæ tumulum circumdabat, ibique ſe nunc viſibiles, nunc inviſibiles, ut lubebat feciſſe. Ad hoc ipſum Gazæus reſpexit dum ſapientulis illis exprobrat, quare non Alexandrum, nulla re viſibili perterritum, inviſibiles facti terrucrint, cum in acie novaculæ res Indorum ſtarent. Qui Philoſtratum *l. c.* inſpiciet, ſtatim deprehendet ἀφανεῖς βῶς è Gazæo furcillandos eſſe. Legendum itaque vel ἀφανισμὲς, vel ἀφανεῖς ἐαυλὲς. KUHN.

6 Ὃν Μίδας ὁ Γορδίου] Scilicet per μετεμψύχωσιν, per quam Pythagoras fuerat Euphorbus. De *Myllia Crotoniate* vide hic Scheffer. ; De *Mida* Vide me *ſupra ad* III. 18. & adde Hyginum *Fabb.* 191. & 274. De *Gordio* ejus Patre agit Juſtinus XI. 7. In *ſeqq.* de *Aquila Alba*, rectè accipiendis & interpretandis, quam graviter ſint halluciati interpretes doctiſſimi, & ipſe Schottus, Vide apud Hunc *Obſervat.* III. 33. PERIZ.

7 Κατέψηκεν ὑπομείναντα αὐτὸν] Geſn. ὑποπτάντα. Jamblich. ita: ἀετὸν τε ὑπερπτάμενον μεταμαχεῖν λέγει) ᾧ καταψήσαντα πάλιν ἀφεῖναι. Pertinebat autem & hoc ad faciendam de ſe fidem divinitatis. Aves enim internuntios deorum eſſe paulo ante tradiderat. Et docet Plutarchus *vitæ Numæ*, ex veterum ſuperſtitione. SCHEFF. Geſn. pro ὑπομείναντα legit ὑποπτάντα. Mihi videtur non correctione, ſed explicatione locus indigere. ὑπομί-

τίῳ, φησὶ, καὶ ἐν Κρότωνι. Καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ παρέφηνε χρυσοῦν τ' ἕτερον τ' μηρῶν. 5 Καὶ Μυλλίαν δὲ τὸν Κροτωνιάτην ὑπέμνησεν, 6 ὅτι Μίδας ὁ Γορδίου ἐστὶν ὁ Φρύξ. Καὶ τ' ἀετὸν δὲ τ' λευκὸν 7 κατέψησεν † ὑπομείναντα

† ὑποπτάντα.

tone. Sed & Olympiæ alterum femur aureum oſtendit. Myllian vero Crotoniaten admonuit, eſſe eum Midam, filium Gordii, Phrygem. Aquilam quoque albam, quæ ſe ei ſubmittebat, contrectavit.

τα αὐτόν. Αλλα † ᾗ [8] ὑπὸ [ᾧ] Κόσα [9] [ᾧ] ποταμοῦ Λιγαίνων [10] προσερρύη, [ᾧ] ποταμοῦ εἰπόντ[ος] αὐτῷ, χαῖρε Πυθαγόρα.

Ελεγε ᾗ [11] ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς Μαλάχης φύλλον. Ελεγεν, [12] ὅτι πάν-

vit. Transiens etiam fluvium Cosam, appellatus est ab eo, dicente, *Salve Pythagora.*

Dicebat etiam, sanctissimum esse folium Malvæ. Dicebat, Numerum esse

† καί ποτε Νέστον τὸν ποταμὸν Λιγαίνων. ex Laert.

μένειν, hic est, *se contrectandum præbere.* itaque Pythagoras manu demulsit aquilam contactus patientem, vel quæ se ei contrectandam præbuerat, qui sensus planissimus est. Noster *Hist. Anim. lib.* XVI. *cap.* 18. ψηλαφήσεις, ὁ ᾗ ὑπομένει, *si eum contrectaveris, manus est patiens.* vide Porphyr. *de Vit. Pythag. p.* 191. Jamblichum *l. c.* KUHN.

8 Ὑπὸ ᾧ Κόσα] Ita *supra.* Interpres utrobique *Nessum* nominat hoc flumen. Et sic Laërtius: καί ποτε inquit, Νέστον τὸν ποταμὸν Λιγαίνων &c. Vide tamen quæ *supra* à nobis annotata sunt. SCHEFF. Cyrillus *lib.* III. *adversus Julian. p.* 87. ex Porphyrio bis appellat hunc fluvium Καύκασον, & ἐνεργείᾳ τινὸς τῶν προσιζηκότων αὐτῷ δαιμονίων παρέχθαι τῷ ἀφόσησιν, *vi cujusdam dæmonii Pythagoræ assistentis* (paredri) *hanc factam esse salutationem,* vere judicat. KUHN.

Ὑπὸ τῆ Κόσᾳ τῷ ποταμῷ] De hoc loco, seu hujus loci Fluvio, quem Æliani Codices Κόσαν, Interpretes *Nessum* appellant, satis egi *ad* 11. 26. Post illa incidi in Vossianam *Appendicem Observationum ad Melam*, ubi ille ad 11. 2. *audacter affirmat pro* Κέδητ[ος] *legendum esse* apud Scylacem Κέσσος, eumque esse illum, quem alii *Nessum* vel *Nestum* appellent: ad quod probandum adfert hunc Æliani locum, sed ita, ut prius eum corrigat in hoc Fluvii nomine. Jubet enim legi ὑπὸ τῷ Κοσάτῃ ποταμῷ. Quia ergo ex hac sua emendatione Ælianus Κόσαν dicat Fluvium, qui allocutus sit Pyhagoram, Alii vero eum *Nessum* vocent, inde conjicit eundem esse utrumque. Sed primo dissertissime Scylax ipse diversos facit Νέσσον & illum Κέδητα. Sic enim solito sibi ordine progrediens, ait, καὶ ποταμὸς Νέσος, Αβδηρα πόλις, Κέδητ[ος] ποταμός. Deinde vixit, & tot Amicos ac discipulos (nam magno numero id audivisse dicuntur à Jamblicho *p.* 28.) habuit in Italia, non in Thracia, Pythagoras. Nam quod Apollonius Dyscolus in *Samo* videtur locare hunc

fluvium, id vitii manifestum est. Sunt enim Ejus eadem, quæ Ælianı, verba, nisi quod nomen Fluvii, ut ubique apud Alios, sic & apud Eum, per Librarios sit corruptum. Legitur enim istic, ὑπὸ τῷ κῷ σάμου ποταμῷ. Quapropter nullus adhuc dubito, quin unum ex illis Nominibus fluviorum Italicorum, quæ attuli *ad* 11. 26. reponendum sit in hoc loco & in hac Historia. PERIZ.

9 Τῷ ποταμῷ] Gesner. mallet, τὸ ποταμὸν, sed nihil opus. Nam post ποταμῷ scribendum comma, & ποταμῷ ad ἀφοσηφήθη referendum. SCHEFF.

10 Προσερρύη] Occurrens opinor illi tali habitu, qualem affingebant fluminibus, facie torva, capillis cæruleis, alga cinctis &c. SCHEFF. Mera vox sine persona fuit, quantum quidem ex verbo ἀφοσηφήθη colligere datur. KUHN.

11 Μαλάχης φύλλον] Inter *Symbola* Pythagoræ & hoc recensetur. μαλάχῳ ἐπιφύτευε μή, μὴ ἔσθιε δὲ, *malvam quidem in horto tuo plantato, verum ea ne vescitor.* KONIGIUS.

Ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς Μαλάχης φύλλον] Hinc inter Symbola Pythagoræ fuit, Μαλάχην μὴ φύτευε μή, μὴ ἔσθιε δὲ, quod æque ac reliqua explicat Jamblichus in *Protrept. p. m.* 158. sed ita, ut mihi quidem satisfaciat minime. Verba ejus sunt, quæ obiter emendabo: ἐπὶ τὰς τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ τῇ ἀφοσῇ τὸ ἥλιον διατάσει, καὶ συμπαθείᾳ, μὴ ὀρυσσε, μηδὲ ἐπίμενε μήκη τίνα, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν μεταβίβαζε, καὶ ἀτενιεῖ μεταβαίνουσα, καὶ ἐπὶ τὰ ὁμογενῆ φυτὰ καὶ λάχανα. Vertuntur illa, *insiste ejus naturæ & contentioni versus Solem, & naturæ conversui; ne jurato, neque huic soli inhæreto, sed mentem cogitationemque transfer, & quasi ad ejusdem generis plantas & holera transplantato.* Alienissima ab hoc loco est mentio *jurandi:* Atque idcirco ipse Arcerius in *Notis* pro ὄρνυε, legi jubet, μὴ ὄκνει, quod foret, *ne segniter age, ne cunctare.* Sed legendum omnino, μὴ ὀρυσσε, μηδὲ ἐπίμενε &c. h. e. *ne acquiesce in eo, ut*

πάντων σοφώτατον ὁ [13] Αριθμός· δεύτερ[ος] ᾗ, [14] ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμεν[ος]. Καὶ τὸ σεισμὸν ἐγγενεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ [15] σύνοδον τῶν τεθνεώτων. Η ᾗ Ἶρις, ἔφασκεν, [16] ὡς ἡ γῆ [ᾧ] Νείλου ἐστί. Καὶ ὁ πολλάκις ἐμπίπτων τοῖς ὠσὶν ἦχ[ος], φα-

esse omnium sapientissimum: secundum vero eum, qui nomina rebus imposuerit. Terræ motus nullam aliam originem esse dicebat, quam cœtum mortuorum. Et Iris, dicebat, terra Nili est. Et sonus, qui sæpe accidit auribus, vox est Dæmonum.

ne satis id habe. Sic Epictetus *cap.* 30. ἀρκῶ ἐν παντὶ, τῷ εἶναι φιλόσοφ[ον], *satis hoc tibi sit in omni negotio, quod sis Philosophus.* Vult itaque Jamblichus, *ut attendat homo ad naturam malvæ, & ejus conversionem ad solem, & quasi Sympathian; neque tamen acquiescat aut maneat in eo solo, sed cogitationem suam transferat & quasi propaget etiam ad alias ejusdem generis plantas & olera.* Deinde vero τὸ ἰδιάζειν exponit per ἀφανίζειν τὰς τοιαύτας ἀφορμὰς τηρήσεις, *tales observationes delere & exstinguere.* Crediderim potius, Malvam judicatam sanctissimam à Pythagora, quia simplicissimus & antiquissimus fuit hominum victus, unde Hesiod. ἔργ 41.

—— Οὐδ' ὅσσον ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Ad quem Hesiodi versum vide Athenæum 1. 18. sed maxime Plutarch. *Convivio Septem Sap. pag.* 157. 158. ubi inter alia ait, *Deli in templum ferri malvam & similes herbas,* τῆς πρώτης καταμνήμαθ' τροφῆς καὶ δείγματα, *monumenta & specimina primi alimenti;* sed & malvam ac asphodelum *laudari* insuper *ad valetudinem* ἐν τοῖς μάλιστα τῶν λαχάνων, *inter olera quæ vel maxime* laudantur eo nomine. Quin apud Aristoph. *Pluto p.* 56. Paupertas dicitur hominibus præbere loco panis *Malvæ folia*, ut victum paratu facillimum, sed quo non uterentur, qui panem habebant. Verisimile itaque Pythagoram commendasse ideo malvam, quam & *sacram* dicebat, *propagandam* posteris, ut monumentum antiquissimi victus, & forsan respexisse etiam locum Hesiodi, ex quo certe videtur illud sumsisse ἀπόφθεγμα: ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. Vide Jamblich. 1. 29. Deinde vero quum prorsus ex usu vulgari excluderet *cibos sacros,* τὰ νομιζόμενα ἱερὰ, ut ait Jamblich. 1. 24. eumque in ordinem referret *malvam*, non opus, ut longe quæramus rationem illius, quare voluerit eam coli, sed non *Comedi.* Cæterum similiter pene loquebatur de Gallo: Αλεκτρυόνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δὲ. Vide Jamblich. 11. *Symb.* 18. PERIZ.

12 Οτι πάντων σοφώτατός ἐστιν ὁ ἀριθμός] Sluisk. οὗτος π. σοφώτατον ὁ ἀριθμός. Lugd. ultimas syllabas vocis σοφωτ. compendio scriptionis prætermisit. Verissimam esse lectionem Sluiskiani, vix dubito, maxime, quia & Jamblichus *de Vita Pythag. cap.* 18. inter quæstiones & responsa Pythagoræ refert hoc ipsum, Τί τὸ σοφώτατον; Αριθμός· δεύτερον δὲ, τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέμενον. Nempe addictissimus erat Pythagoras Arithmeticæ & Geometriæ, Laërt. in *Pythag. n.* 12. Vide ibi Menagium: quas proinde disciplinas Auditores ejus discebant omnium primas, antequam rerum Naturam indagarent. Gell. *Noct. Attic.* 1. 9. Numeros enim per omnem rerum naturam esse dispersos, immo esse principium omnium rerum, censebat. Vide Jamblich. *de Vita Pythag. cap.* 12. & 28. Manifeste autem hîc in MStis distinguitur post ἀριθμός, ut nullum sit dubium, quin recte ita distinxerit Schefferus. De re ipsa vide hic etiam Kuhnium. PERIZ. Jubentibus MSS. reposui, οὗτος πάντων σοφώτατον ὁ ἀριθμός· δεύτερ[ος] ᾗ, ὁ.

13 Αριθμὸς εὑρὼν δεύτερ[ος]] Emendatio Casauboni & luculentissima & verissima, itaque sic edi jussi. FABER. Sic ex emendatione Casauboni *ad* XV. *Athenæi c.* 3. proposita, ediderunt pridem. ante legebatur ὁ ἀριθμὸς δεύτερος, quod putabam retineri posse, si post ἀριθμὸς scriberetur colon, quoniam & Jamblichus sic habet, *c.* 10. Τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. δεύτερον ᾗ, τὸν τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέ-

φωνὴ [17] τῶν κρειττόνων. [18] Οὐχ οἷόν τε τιθέμενον. Sed fortaſſis etiam Jamblichus eſt mendoſus. nam clare Proclus de Pythagoricis. τούτων γὰρ λόγῳ σοφώτατον μὲν εἶναι τὸν οὐρανὸν τῶν ἀριθμῶν, δεύτερον δὲ τὸν τὰ ὀνόματα θέμενον. SCHEFF. Romana Editio etiam legit ὁ ἀριθμὸς δεύτερος. quod ſi interpunctio major, ut Cl. Schefferus monet, interveniat, nolim ulterius aliquid mutare. Docuit enim Pythagoras numerum eſſe ſapientiſſimum quia θεός ἐστιν ὁ ἀριθμὸς in ἱερῷ λόγῳ, *libro ita inſcripto & Pythagoræ* tributo, ubi etiam ἀριθμὸς ἀριθμῶν ὁ θεὸς ὑμνεῖται, *Deus celebratur numerus numerorum.* Hierocles *in Aureum Pythagor. carmen p.* 225. in βίων πρᾶσει Luciani *Pythagoras* ait, ἐπὶ τετρᾶσιν ἔγνωσεν τὸν θεὸν ἀριθμὸν ὄντα, *præterea ſcies Deum eſſe numerum.* Ergo ſecundum Pythagoram à Deo ut numero inventus eſt numerus, qui æque ac inventor ſapientiſſimus merito dicitur, ut eodem recidat, ſive numerum dixeris ſapientiſſimum, ſive ejus inventorem. Utrumque enim Dei eſt, quod enim Plato ait, μείζονά ἐστιν δύναμιν εἶναι ἢ ἀνθρωπείαν, τῷ θεμένῳ τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πράγμασι, *majorem humana poteſtatem eſſe quæ prima rebus nomina indidit*; id de numero etiam dixeris. De numero ut Deo ita etiam Pythagoræi cecinerunt:

> Κέκλυθι κύδιμ' ἀριθμὲ, πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν.
> *O numere exaudi genitor divumque hominumque.*

Hippaſus eundem ſtatuit πλάσμα πρῶτον ὑπάρχειν τῆς κοσμοποιΐας, *primum exiſtere exemplum productionis mundi.* Cæterum ut Pythagoras numerum omnium ſapientiſſimum aſſeruit, ita Simonides tempus, quod ſecundum Ariſtotelem *l.* IV. *Phyſic.* eſt ἀριθμὸς κινήσεως, τὸ σοφώτατον dixit. hujus enim beneficio omnia addiſci & inveniri poſſe. Euenus autem idem tempus σοφώτατον, pariter & ἀμαθέστατον; quia omnia cum tempore diſci & iterum oblivioni tradi queunt. Ariſtot. *l.* IV. *Phyſic.* ὁ μὲν γὰρ χρόνος πάντα γίνεται καὶ φθείρεται· διὸ οἱ μὲν σοφώτατον ἔλεγον· ὁ δὲ Πυθαγόρειος Πάρων ἀμαθέστατον, ὅτι καὶ ἐπιλανθάνονται ἐν τούτῳ. ubi vide Simplicium in *Comment.* KUHN.

14 ὁ τοῖς πράγμασι] Ita Proclus & Jamblichus in præcedentibus. Cic. *aut qui primus, omnibus rebus impoſuit nomina.* Male hoc tributit. SCHEFF.

15 Σύνοδον πεθνεώτων] Mira philoſophia! ait Thales & Democritus à vi aquarum terræ motus effici ſtatuunt: Ariſtoteles *lib.* II. *Meteorol. cap.* 8. Terræ motum fieri ἀπὸ τῆς ἡλίου καὶ τῆς ἐν αὐτῇ πυρὸς θερμοτέρας. Verius alii cauſam putarunt ventorum vim in cavis terræ. vid. Cl. Sturmii *Diſput. de Terræ motu.* KONIGIUS. Hanc Philoſophiam Pythagoræ ſymbolicam nec damnare facile nec explicare poſſis, quia jam olim de ſenſu ejus genuino antiquis non conſtabat, ob libros vel ab ipſis ſuppreſſos Pythagoræis, vel injuria temporis deperditos. KUHN.

Σύνοδον τῶν τεθνεώτων] Forſan, quia, ut ait Seneca *Natur. quæſt.* VI. 13. *Antequam terra movetur, ſolet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus.* Cæterum cauſas *Terræ motus* ex ſententia Veterum expoſuit Seneca, *dicto Libro.* Pythagoras autem terræ motum prædixit aliquando, guſtata ex puteo aqua, teſte Jamblicho I. 23. PERIZ.

16 Ὡς ἡ γῆ τῇ Νείλῳ] Lego αὐγὴ τῇ ἡλίῳ & in verſione, *Et irin dicebat a ſole reſplendente fieri.* Nam irim a ſolis reperculſo ſplendore oriri plerique conſentiunt, & Anaximenes dicebat ἶριν γίνεσθαι κατ' αὐγασμὸν ἡλίου πρὸς νέφει πυκνῷ apud Plutarchum in *Placitis Philoſophorum.* GESNER. Nihil certius. FABER. Probe, mea quidem ſententia, Geſn. emendat; αὐγὴ τῇ ἡλίῳ. vide Plutarchum *lib.* III. *de placitis Philoſ.* SCHEFF. Et Senecam *lib. Natur. Quæſtion. cap.* 3. 4. *& ſeq.* A his aliquid mutandum ſit in vulgata lectione, valde dubito. Nam Iridem ὡς γῆν τῇ Νείλῳ, eſſe dixit Pythagoras μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ita mare dixit *dakryon, lachrymam, urſas polares Rheæ manus, Pleiades, Muſarum lyram, Planetas canes Proſer pinæ.* Porphyr. in *Vita Pythag.* Cur autem Iris ut *Nili terra* ſymbolice dicta ſit, non niſi conjecturari licet in tanta Auctorum penuria, qui διεξοδικῶς de Symbolis Pythagor. ſcripſerunt. Nili ſcilicet terra non fru-

τε ἦν [19] ἀποροῆσαι ὑπέρ τινος αὐτῷ, ἢ τοῖς λεχθεῖσί τι προσερωτῆσαι, ἀλλ', ὡς χρησμῷ θείῳ, οὕτως οἱ τότε προσεῖχον τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ. [20] Ἐπιστρεφομένου δὲ τὰς πόλεις αὐτοῦ, διέρρει λόγος, ὅτι Πυθαγόρας ἀφίκετο [21] οὐ διδάξων, [22] ἀλλ' ἰατρεύσων.

Προσ-

fiam illi facere de quoquam, neque ultra ea, quæ dicta eſſent, quicquam interrogare: ſed tanquam oraculo divino, ita ejus dictis, ii, qui tunc erant, acquieſcebant. Quumque circuibat civitates, fama ſpargebatur, Pythagoram venire, non docendi, ſed medendi cauſa.

Ju-

frugum tantum fertiliſſima habetur, verum etiam varia herbarum florumque abundantia diſcolor, iridis imaginem oculis repræſentat, quamvis flores alat minus odoratos, *quia nebuloſus & roſcidus aër eſt à Nilo flumine*, ſi Plinio credimus *lib.* XXI. *cap.* 7. ἡ γὰρ Αἰγυπτος καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἀέρος εὐκρασίαν καὶ ἀπὸ τῆς κηπεύοντος τὸ σπανίως καθ' ὥραν ἐνεγκεῖν ἐν ἑτέροις φυόμενα τόποις, ἄφθονα χλωρᾷ καὶ ἀπὸ πιωτός. καὶ ὅτε ῥόδον ὅτε λευκόϊον, ὅτε ἄλλο ἁδίως ἄνθος ἐκλιπεῖν ὀδὲν ὀδέποτε ἔωθε. *Ægyptus ob circumfuſi aëris temperiem & olitorum induſtriam, quæ parcius etiam ſuo tempore alibi proveniunt, copioſiſſima gignit, & perenni fœcunditate, ut nunquam roſæ, violæ aliuſve quivis flos facile non ſuppetat.* ut Dalecampius vertit locum Athenæi *lib.* V. *p.* 196. An igitur Pythagoras à terra Nili, multiplici florum colore picta mutuatus eſt ſymbolum ſuum, iridemque cum eâ compoſuit, ita, ut *flos nobiliſſimi odoris, qui diverſi coloris ſpecie floret, ſicut arcus cæleſtis, Iris inde dictus ſit.* Sin vero præſens ſymbolum φυσικώτερον de principiis Iridis exponere placuerit, nec illud ἀπροσδιόνυσον, modo ſua Noſtro conſtet lectio. KUHN.

Ὡς ἡ γῆ τῇ Νείλῳ ἐσί] Ita & MSti. Nihilominus tamen blanditur mihi vehementer, æque ac Scheffero, conjectura Geſneri, legentis, ὡς αὐγὴ τῇ ἡλίῳ ἐσί. Niſi unum hoc obſtet, quod hæc non propria Pythagoræ, ſed communis ei fuerit ſententia cum multis aliis Philoſophorum filiis: Noſter autem hic nihil referat, niſi quod illi proprium eſt, & aliis pene paradoxum. Crediderim ergo ſcripſiſſe ὡς αὐγὴ τῇ Νείλῳ ἐσί. De Nilo enim multa fabulabantur Veteres mira & extraordinaria, quin ex altero cum Orbe oriri credebant. Vide Melam. I. 9. PERIZ. Pro ἡ γῆ τῇ Νείλῳ Parenti meo ſcribendum videbatur πηγὴ τῇ Νείλῳ, quam conjecturam ſibi quoque in mentem veniſſe per literas mihi ſignificavit Vir Eruditiſſimus J. Caſp. Hagenbuchius.

17 Τῶν κρειττόνων] Hoc eſt dæmonum. vide Malchum in hac hiſtoriola, & quæ nos habemus in Indice, *hac voce.* SCHEFF.

18 Οὐχ οἷόν τε ἦν &c.] h. e. *non licebat, non poterat quiſquam.* Sic in *Præfat. Hiſt. Anim.* ἐμαυτῷ ταῦτα, ὅτι οἷόν τε ἦν, ἀθροίσας, *mihi illa, quæ licebat, quæ poterant colligi, colligens.* Epictetus *cap.* 38. οὐκ οἷόν τε τοῦτο γενέσθαι. Cæteroquin occurrit maxime hæc phraſis ipſis Perſonis tributa. Polyæn. I. 19. 2. οὐκ οἷοί τε ἦσαν προβαίνειν, *non poterant progredi.* Et ita Noſter paſſim. De ſilentio Pythagorico, & veneratione, qua ejus Diſcipuli illum proſequebantur, res eſt notiſſima. Vide Gell. *Noct. Att.* I. 9. Jamblichum, & paſſim Alios. PERIZ.

19 Διαπορῆσαι ὑπέρ τινος αὐτῷ] Adde λεχθέντων, quæ vox excidit, ſed in Cod. MS. Vulteji erat. FABER. Meo judicio, ὑπέρ τινος αὐτῷ ἀποροῆσαι, *controverſiam illi movere* eſt, ita, ut αὐτῷ pertineat ad ἀποροῆσαι, nec opus ſit, τῷ, λεχθέντων Fabri. Sic Poëta, *ſolus tibi certet Ainyntas.* Cæterum de Pythagoræ auctoritate Cicero videatur *lib.* I. *de Natur. Deor.* Valer. Maxim. *lib.* VIII. *cap.* 15. ubi τὸ ἀποροῦν eleganter reddit, *in diſputationem deducere.* KUHN.

20 Ἐπιστρεφομένου τὰς πόλεις] Mallem εἰς τὰς &c. FABER. Sed forte neceſſe non eſt. SCHEFF.

21 Οὐ διδάξων &c.] Jamblichus addit, ipſum Pythagoram dixiſſe, *ſe, ut hominibus medelam afferret, ac beneficia præſtaret, veniſſe.* KONIG.

22 Ἀλλ' ἰατρεύσων] Nam *Medicinæ* quoque

Προσέταττε ἢ ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας [23] καρδίας ἀπέχεσθαι, καὶ [24] ἀλεκτρυόνος λευκοῦ, καὶ [25] τῶν θνησειδίων παντὸς μᾶλλον, καὶ μὴ χρῆσθαι [26] βαλανείῳ, μηδὲ βαδίζειν [27] τὰς λεωφόρους· ἄδηλον γὰρ εἰ καθαρεύουσι καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα.

Jubebat etiam idem Pythagoras à corde abstinere, & albo gallo, & ante omnia ab animalibus morticinis, & non uti balineo, neque per vias publicas ingredi: incertum enim esse, an hæc ipsa sint pura.

peritus erat. Vide *infra* IX. 22. & *ibi* Notas, ut & Laërt. *Pythag.* 12. atque *ibi* Menagium. Neque tamen intercedo, si quis hæc malit referre ad animum à vitiis purgandum & sanandum. Nam certe animum ille magis curabat, quam corpus. Quomodo per Musicam ebrios comessatores curaverit, vide apud Basil. Magnum, ὅπως ἂν ἐξ ἐμπνικῶν &c. §. 18. PERIZ.

23 Καρδίας ἀπέχεσθαι] Hoc præcipiebat etiam iis, quibus cæteroqui permittebat quorundam animalium esum. Illos enim Corde tamen & Cerebro plane abstinere jubebat, quia sint Duces & sedes quædam τῆς φρονεῖν καὶ τοῦ ζῆν, *sapientiæ & vitæ*, ut ait Jambl. *de Vita Pyth. cap.* 24. Idem vero, mystice, *Corde non edendo*, denotari, seu prohiberi docet *Invidiam* in *Protrept. Symb.* 30. quod multo magis arridet mihi, quam illud Laërtii, qui §. 18. *dolorem & tristitiam* vetari eo tradit. Etenim invidiæ maxime proprium est, cor suum edere, & macrescere alterius rebus optimis. Vide ejus descriptionem apud Ovidium *Metam.* II. 761. & *seqq.* Mysticum quid ea in re agnoscit etiam Noster, & Accipitri tribuit *Hist. Anim.* II. 42. Καρδίαν δὲ ἐκ ἂν φάγοι ποτὲ ἱερᾶς, τελεστικὸν δήπου δεῶν καὶ μυστικὸν ἐκεῖνο τοῦτο. *Cor neutiquam comederet Accipiter, faciens in eo illud sacrum & mysticum.* IDEM.

24 Ἀλεκτρυόνος λευκῆς] Corrige λευκοῦ. Laertius in *vita Pythagoræ*, ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς τῆς μήνης καὶ ἱκέτης. Plutarchus in *Sympos. lib.* IV. *cap.* 5. Τοὺς Πυθαγορικοὺς ἱεροῦ καὶ ἀλεκτρυόνα λευκὸν σέβεσθαι. SCHEFF. λευκῆς retinendum, quamvis, ut Cl. Schefferus monet, MSS. B. & C. etiam legant λευκοῦ. Veteres enim dixerunt τὴν τε θήλειαν ἀλεκτρυόνα καὶ ταυτὸ καὶ τὸ ἄρρενα, & gallinam pariter & gallum ἀλεκτρυόνα. Aristoph. in *Nubibus*. ubi Scholiastes multis exemplis veterum Comicorum probat ἡ ἀλεκτρυὼ recte dici æque ac ἀλεκτρύαινα. vid. Servium *in lib.* V. *Æneid. p.* 350. *Edit Basil.* KUHN.

Ἀλεκτρυόνος λευκῆς] Nescio sane, qui illud irrepserit in hunc locum, quum non tantum Plutarchus, Laërtius, Jamblichus hic memorent ἀλεκτρυόνα λευκόν, sed & MSti, tum Schefferiani, seu Parisini, tum Mei utercque, tum Mediceus Primus, quem Gudius vidit, habeant hic λευκῆ. Postulat id etiam ratio: Abstineri enim volebat Pythagoras Gallo, quia sacer est Soli ac Lunæ, & quia σημαίνει τὰς ὥρας, *declarat horas suo cantu*, ut ait Laërt. §. 34. Id autem non Gallina facit, sed Gallus. Quapropter non veritus sum reponere, quod volebat Schefferus, & tot rationibus subnixum est. De *Gallo* vide etiam Menagium *ad d. l. Laërtii.* PERIZ.

25 Θνησειδίων] Hoc à Judæis hausisse Pythagoram volunt eruditi. Grot. *ad Levit.* XI. 15. verum & alios à morticinis abstinuisse Porrhyrius docet *lib.* III. *de abstin. ab anim.* idem speciatim prodidit de iis, qui sacris Eleusiniis initiabantur. confer quoque Philostrat. *lib.* I. *cap.* 1. Cæterum quod de balneo sequitur, id Jambl. *lib.* I. *cap.* 18. ita refert: ὅτι δεῖ τοὺς λεωφόρους, βαδίζειν ἐδὺς, ἐν βαλανείῳ λέγεσθαι· ἄδηλον γὰρ ἐν πᾶσι τούτοις, ἃ καθαίρουσι οἱ κοινωνοῦντες. i. e. *per vias publicas non esse eundum, neque in aquiminarium intingendum, nec in balneo lavandum esse: incertum enim in his omnibus, num communicantes quiescant.* Hic suspecta vox καθαίρουσι, & fortassis ex Ælian legendum καθαιρούσι KONIGIUS. Ego bona cum pace aliorum legerim ita cum Viro laudato. KUHN.

Τῶν θνησειδίων] Sic & Laërt. in *Pyth.* §. 33. Videtur id sumptum à Judæis, à quibus non pauca accepisse Pythagoram, affirmat Joseph. *lib.* II. *contra Apion.* Sed & alii similiter ab iis abstinebant, etiam in vestitu, & calceis, æque ac Pythagoras, qui ne vestimenta quidem ἐν τῷ θνησειδίων admittebat. Vide Philostrat. in *Apollon.* I. 1. Certe apud Romanos *nefas habebatur Flaminicis calceos aut soleas fieri ex mortuæ pecudis corio*, sed licebat fieri *ex occisæ alioqui aut immolatæ.* Ratio hæc additur, *quoniam sua morte exstincta omnia funesta sunt.* Vide Festum in *Mortuæ.* PERIZ.

26 Βαλανείῳ] Quotidie utebantur lotionibus etiam Pythagorei. Jamblich. I. 21. μᾶλλον ἢ τὸ βέλτιον λουτρῷ χρῆσθαι. Quid ergo? Publico balneo non utebantur, quia incertum erat, an esset purum, nec ne. Christiani quoque balneis publicis ferme abstinebant, ut liquet ex Epiphanii *Panario*, *Hæresi* XXX. §. 24. Disserte Athanas. *de Virginit.* ad Virginem, ἐ πορδύνῃ εἰς βαλανεῖον. IDEM.

27 Τὰς λεωφόρους] Lege πὰς λεωφόρους: subaudiendum enim ὁδὺς. FABER. Benè. Noster enim *H. A. l.* VIII. *c.* 13. οὐ τοῖς λεωφόροις habet. KUHN.

Τὰς λεωφόρους] Reposui πὰς, ut voluerunt *ad h. l.* Viri Doctissimi, & postulat ratio Grammatices. Sed & diserte ita Codices Sluisk. & Lugd. Quin Ipsum hoc Apophthegma Pythagoræ sic effertur, πὰς λεωφόρους ὁδὺς ἐκκλίνων, ἀλλ' ἢ ἀτραπιὰς βάδιζε, *publicas vias devitans, per semitas incede.* Vide Jambl. *Protrept. Symb.* 5. Idem I. 18. Οὐ δεῖ τὰς λεωφόρους βαδίζειν ὁδὺς. Exponit ille id ita, ut significetur eo, vulgarem vitam, consuetudines, opiniones relinquendas, & amplectenda divina, religiosa, arcana. Porphyr. *de Vita Pyth.* simpliciter, δι' ἧς τοῖς τῶν πολλῶν ἔπεσθαι γνώμαις ἐκώλυεν, *quo vetabat sequi sententias vulgi.* Vide & Menagium *ad Laërt. in Pythag.* §. 17. PERIZ.

ΚΕΦ. ιή'.

Περὶ αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἣν Διονυσίῳ πρὸς Πλάτωνα.

Ὅτε [1] κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ κλητὸς, [2] πολλὰ ἐπὶ πολλοῖς ἐπιστείλαντος Διονυσίου, καὶ [3] ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα ὁ νέος Διονύσιος, αὐτὸς μὲν ἡνιοχῶν, [4] παρα-

CAP. XVIII.

De reverentia & honore, quem Dionysius Platoni exhibuit.

Quum Plato in Siciliam veniret vocatus à Dionysio, qui crebras epistolas ad eum miserat, & Dionysius ille junior in currum eum imposuisset, ipse aurigam agens, Aristonis

1 Κατῆλθε ἐν Σικελίᾳ] Dicerem εἰς Σικελίαν. FABER. probo. SCHEFF. Non possum probare, Atticismum textu exturbari. ἐν Σικελίᾳ enim Attice idem est quod εἰς Σικελίαν. vide indicem in ἐν. KUHN. Nihil hic mutandum. Solent enim ita Attici, ut jam monuit Kuhnius. Vide etiam Vigerium *cap.* IX. *Sect.* 3. *Reg.* 9. In Scriptoribus quoque sacris frequens est ea locutio. Lucas XXIII. 42. Μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. PERIZ.

2 Πολλὰ ἐπὶ πολλοῖς ἐπιστείλαντος] h. e. *quum alia super alia scriberet ad eum evocandum.* Sic passim τὸ ἐπιστέλλειν pro aliquid alicui per literas significare, mandare, promittere. *Infra* X. 20. Ὅτι ὁ Πέρσης ἐπέστειλε πρὸς Ἀγησίλαον, φίλον αὐτὸν ἔχειν, ἀνταπέστειλε ἢ Ἀγησίλαος, οὐκ ἐδυνατὸν, φίλον αὐτὸν Ἀγησιλάου ἰδίᾳ εἶναι. IDEM.

3 Ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα] Plinius *lib.* VII. *cap.* 3. *Platoni sapientiæ antistiti, Dionysius tyrannus, alias sævitiæ superbiæque natus, vittatam navem misit obviam, ipse quadrigis albis egredientem in littore excepit.* SCHEFF.

4 Παρεβάτην] Sluisk. πβιβάτην, quod crediderim genuinum. Sed & priscæ ita habent Edd. Schefferus primum mutavit haud dubie per incuriam. Videtur autem Auctor respicere & sequi Homerum, qui dicit πβιβάτας, & jungit itidem ἡνίοχος. *Iliad.* Υ. 132.

ραιδάτην ὴ ποιησάμενος τὸν Δείωνα· [5] Τότε δή φασι Συρακούσιον ἄνδρα, [6] χαρίεντα, καὶ τῶν Ομήρου μὴ ἀπαίδευτον, ἡδέντα τῇ ὄψει ταύτῃ, ἐπειπεῖν τὰ ἐξ Ιλιάδος ἐκεῖνα, μετατρέψαντα ὀλίγον·

Μέγα δ' ἔδραχε φήγινος ἄξων
Βριθοσύνῃ· δεινὸν γὰρ [7] ἄγε βροτὸν, ἄνδρα τ' ἄριστον.

Οτι [8] ὑπόπτης ἂν εἰς πάντας ὁ Διονύσιος, ὅμως εἰς Πλάτωνα τοσαύτην [9] ἔσχεν αἰδῶ, ὡς ἐκεῖνον μόνον εἰσιέναι πρὸς αὐτὸν μὴ ἐρευνώμενον, καίτοι Δίωνος αὐτὸν ἐπιτάμενος ἑταῖρον εἰς τὰ ἔσχατα εἶναι.

Dionysius vero, quum in omnes suspicax existeret, tamen reverentiam habuit tantam erga Platonem, ut ille solus sine scrutatione ad eum accederet, tametsi sciret, illum intimum Dionis amicum esse.

nis vero Filium sessorem faciens. Tunc ajunt Syracusanum virum, elegantem, Homerique *poëmatum* non imperitum, delectatum illo spectaculo, hæc ex Iliade paululum immutata dixisse eam in rem:

Immensum stridet sub pondere fagineus axis:
Namque gravem vehit ille hominem, primumque virorum.

Αν δ' ἔσαν ἐν διφροισι θεοειδέται, ἠνίοχοί τε.

De his θεοειδέταις & ἡνιόχοις, & in quo differant, vel conveniant. Vide Eustath. *ad Iliad.* Δ. *pag. m.* 803. PERIZ.

5 Τότε δὲ φασιν] Uterque Codex τότε δή. Quod verum est. Sic δὴ τότε passim apud Poëtas. Vide Hesiod. ἔργ. 430. & θεογ. 542. IDEM.

6 Χαρίεντα] h. e. *politum*, *elegantem*, *facetum*. Sic Lucian. *de Morte Peregr.* circa finem, εἰ μὴ ἔν τισιν ἰδοιμί τινα χαρίεντα, ψιλὰ ἂν, ὥσπερ σοι, τὰ πραχθέντα διηγούμην, οὐδὲ ἂν τοὺς βλάκας, καὶ οὐδὲ τὴν ἀκρόασιν κεχηνότας ἑτοίμως ἐδέχετο. Ubi τῷ χαρίεντι *sapienti*, opponuntur *stulti*, & *hiantes ad quamlibet narrationem*. Vide ibi Fabrum, & quem allegat, Casaubonum *ad Athenæum* I. 1. IDEM.

7 Ἄγε βροτὸν] Homerus *Iliad.* E. 839. Δεινὸν γὰρ ἄγει θεὸν &c. Intelligens Minervam & Diomeden. In his autem verbis consistunt, quæ χαρίεις ille dicitur ab Auctore Nostro, θεοειδέταις ὀλίγον. Cæterum ut Homerus, sic Lugd. ἄγει, quod putem verius. IDEM.

8 Ὑπόπτης ἂν εἰς πάντας &c.] Illa εἰς πάντας absunt à Sluisk. sed ut opinor, per incuriam librarii. Mox uterque Codex non ἔσχε, sed ἔσχεν αἰδῶ, quod licet levissimum, verbo tamen monere volui. Cæterum existimare aliquis posset, Historiarum haud satis peritus, agi hic de Dionysio Majore, seu Patre, siquidem *initio Capitis* simpliciter *Dionysius* nominatur, qui ad se vocaverit Platonem, accedemdum *Dionysius junior*, quasi à Patre missus obviam Platoni, ut vehiculo eum regio reciperet, & in aulam deduceret: Porro etiam, quia hic dicitur ita ἐμφατικῶς, *suspicax admodum omnes*, id quod in Dionysio Patre verissimum fuit. Unde Plato *Epist.* 7. ait suadere se Dionysio minori, ut fidos sibi comparet amicos, ne vitam ageret, qualem Pater, qui πάντες ἀνδρῶν φίλων καὶ πιστῶν, *inops hominum, & amicorum & fidelium*, & πιστῶν ἐνὶ, μᾶλλον ἐσώθη, *nemini fidens*, *difficulter mansit superstes*. Rebus ipsis & exemplis plane extraordinariis id declaratum vide apud Plutarch. *Dione pag.* 961. & Valer. Max. IX. 13. 4. Ita enim erat ille εἰς πάντας ὑπόπτης, ut neque Uxores, neque Filias exciperet, nedum Fratres, aut Filios. Sed tamen agitur hic revera de Dionysio F. Pater enim nunquam vocavit

cavit Platonem in Siciliam, sed filius id fecit maximo ambitu & studio, nec semel, sed bis. Sed & quod hic dicitur, idem de Filio ait Plutarch. *Dione*, *pag.* 965. Ἐξαιρέτως ὴ πρὸς τὸν Διονύσιον πίστις, (scil. ἣν τοῦ Πλάτωνι) ἦν ἄδεις ἄλλῳ εἶχεν, ἀδιερεύνητον αὐτῷ πλησιάζειν, *præcipue vero fides Platoni erat apud Dionysium*, *quæ* aut *qualis nulli erat alteri*, *adeo ut ad eum accederet nulla scrutatione excussus*. Quod vero non prima statim mentione *Dionysii* addidit Auctor descriptionem seu Epitheton τῷ Νέῳ, inde vero discimus non semper ita fieri ab Aliis, ut nos quidem faciendum censemus. Sic *supra* II. 25. *in initio*

ait simpliciter, τὴν ἔκλην τοῦ μηνὸς τοῦ Θαργηλιῶνος: at vero postea demum plenius, τῇ αὐτῇ μηνὸς ἕκτῃ ἱσταμένου. PERIZ.

9 Εἶχεν αἰδῶ] Ita omnes, etiam Faber. Sed scribendum est cum circumflexo αἰδῶ, quia est contractum ex αἰδόα. SCHEFF. Non pauca sunt nomina, quæ ex οα in ω contrahuntur, nec tamen, ut communis fert canon, circumflexum unquam habent. ut Ἀνδόα Ἀνδῶ, ἠχόα ἠχώ. ita etiam αἰδόα αἰδῶ. Phavorinus tamen & alii accusandi casum αἰδῶ scribunt. ὁ γὰρ πτωτικὸν ἐστι τὸ ὦ ἀπὸ κράσεως. ἀπὸ γὰρ τοῦ αἰδόα γίνεται αἰδῶ. quod placet. KUHN.

ΚΕΦ. ιθ'.

Οτι παιδείαν ἐτίμησε Φίλιππος, καὶ περὶ Αριστοτέλους.

Φίλιππος ὁ Μακεδὼν οὐ μόνον ἐλέγετο [1] τὰ πολέμια εἶναι ἀγαθὸς καὶ εἰπεῖν δεινὸς, ἀλλὰ καὶ παιδείαν ἀνδρειότατα ἐτίμα. Αριστοτέλει γοῦν χορηγήσας πλοῦτον ἀνενδεῆ, [2] αἴτιος γέγονε πολλῆς καὶ ἄλλης πολυπειρίας, ἀτὰρ οὖν καὶ [3] τῆς γνώσεως τῆς περὶ τὰ ζῶα· καὶ [4] τὴν ἱστορίαν αὐτῶν

CAP. XIX.

Quod doctrinam coluerit Philippus, & de Aristotele.

Philippus Macedo non solum bello magnus & dicendi peritus ferebatur, sed & doctrinam maximi faciebat. Aristoteli igitur copiosas præbens divitias, causa fuit cum multæ & alius eruditionis, tum etiam ejus scientiæ, quæ versatur circa animalia: & horum Historiam Ni-

1 Τὰ πολέμια εἶναι ἀγαθὸς,] Lugd. εἶναι τὰ πολέμια ἀγαθός. Crediderim illud εἶναι, quod sæpius vidi ita diversis jactari locis, ab interpretis potius aut Librarii, quam Auctoris esse manu. Sic *cap.* 17. Καὶ τὸ σεισμὸν ἐγειναλόγει ἐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ σύνοδον τῶν πνευμάτων. Sic editur. At Sluisk. ἐδὲν ἄλλο, ἢ σύνοδόν εἶναι τῶν τ. Lugd. ἐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ σύνοδον εἶναι τῶν τ. Quis dubitet, illic certe istud εἶναι ex glossa ortum? PERIZ.

2 Αἴτιος γέγονε] Lugd. αἴτιον γεγ. At Sluisk. vulgatum tuetur. IDEM.

3 Τῆς γνώσεως τῆς περὶ τὰ ζῶα] Tradunt aliqui Alexandrum Philippi filium Aristoteli Historiam animalium offerenti septingenta (alii octingenta) talenta auri rependisse. GESNER.

4 Καὶ τὴν ἱστορίαν] τὴν περὶ ζώων, quam & hodie inter alia ejus viri scripta habemus superstitem. Cæterum à nostro plerique inter veteres dissentiunt, nec Philippi, sed Alexandri liberalitate ferunt consecutum, quibus ad scribendum tantum opus habuit necesse. Plinius *lib.* VIII. *cap.* 16. *Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi delegataque commendatione Aristoteli summo in omni scientia viro aliquot millia hominum in totius Asiæ Græciaque tractu parere jussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebat, quibusque vivaria armenta, alvearia, piscinæ, aviaria in cura erant, ne quid usquam ignoraretur ab eo. Quos percunctando quinquaginta ferme volumina illa præclara*

αὐτῶν ὁ ϑ Νικομάχου ε ἀφ' ἣν τὴν ϑ Φιλίππου ϖϑιουσίαν ἐκαρπώσατο· ϛ καὶ Πλάτωνα ζ ἐτίμησε, ϛ Θεόφραστον.

Nicomachi filius per divitias Philippi consecutus est: sed & Platonem ac Theophrastum honoravit.

ΚΕΦ. CAP.

clara de animalibus condidit. Adde Athenæum *lib.* IX. SCHEFF. Ibidem Athenæus hanc Animalium historiam πολυπάλαντον, i. e. *multorum talentorum* vocat. ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ' Ἀλεξάνδρε τ Σταγειρίτω λόγ ἔχει. *fertur enim Stagirita octingenta ab Alexandro talenta accepisse*, i. e. Budæo *lib.* II. *de Asse* ad calculum sedente, aureorum quadringenta & octo millia. Noster autem hanc liberalitatem Philippo vindicat, forte, quod ei operis incepti, filio vero consummati impensæ debeantur. KUHN.

4 Τὴν ἱστορίαν] h. e. *cognitionem ipsorum* Animalium. Sic ἵστωρ vir prudens & sapiens. Hesiod. ἔργ. 790.

Εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ, πλέῳ ἤματι, ἴστορα φῶτα
Τέτρασθαι· μέγα γάρ τε νόον πτωχοσπόρῳ ἐστίν.

Vicesima vero in magna, medio die, sapientem virum Generare oportet; *majorem enim in modum talis mente intelligens erit.* Apulejus *de Dogmate Platonis. Sed ille* (Plato profectus est in Siciliam) *primo Historiæ gratia, ut naturam Ætnæ, & incendia concavi montis intelligeret.* Quem locum minime intellexit Colvius, alios isto nomine accusans. Putat enim dici Platonem ivisse in Siciliam animo scribendi Historiam rerum gestarum. Rectius Salisberiensis hæc percepit, dum ita expressit, *ut Historiam Naturæ cerneret in Ætna, & incendiorum intelligeret rationem.* Revera enim *Historia* hic notat scientiam, ut etiam Casaubonus *ad Diog. Laërt.* III. 18. exponit. Cæterum ex hoc loco probari possit Titulus operis Aristotelici Vulgatus, qui est ϖϑὶ ζώων ἱστορίας, saltem ita, ut Græcum satis habeatur ἱστορία τ ζώων. Non negaverim tamen magis genuinum esse, quem ex ipsius Aristotelis scriptis eruit & formavit Doctiss. Maussacus. Nempe ἱστορία ϖϑὶ ζώων. Vide Eum de hac Inscriptione operis, & ejus conscribendi occasione à Philippo, vel Alexandro potius, Aristoteli data, in *Prolegomenis* ad Arist. *Hist. de Animalibus. Octingenta* autem illa *Talenta*, quæ Alexander apud Athen. *lib.* IX. erogasse dicitur Aristoteli ad hoc opus conficiendum, sunt nobis 1440000. Carolinorum. PERIZ. Confer Wowerum *de Polymathia cap.* 28.

5 Διὰ τὴν τ ϖϑιλίππου ϖϑιουσίαν] Multo melius cum Lugd. Ἀφ' ἣν οὖν Φιλίππου πορὼν, *per illas opes, quæ à Philippo sunt erogatæ.* Sic passim, I. 22. δῶρα τὰ ἐκ βασιλέως δόξαντα. VIII. 12. de Philippo, πὼ ἐξ αὐτ δῶρα. V. 9. ἀσωτοσάρδῳ τὰ οὖν τ πόλεως χρήματα. PERIZ.

6 Καὶ Πλάτωνα δὲ ἐτίμησε καὶ Θεόφραστον] Platoni tamen etiam male dixit, licet ejus consilio Perdiccæ dato provinciam acceperit regendam, atque ita occasionem & facultatem Regni post Fratris Perdiccæ mortem occupandi. Vide Athenæum *lib.* XI. *cap. ult.* Theophrastus vixit quidem tempore Philippi, sed tamen floruit maxime post mortem non Philippi tantum, sed & Alexandri. Unde Ptolemæus & Cassander, qui post fata Alexandri alter Ægyptum, alter Macedoniam, tenuerunt, eum honoravisse dicuntur apud Laërtium. Immo familiarius egisse cum Philippo Cassandri Filio natu maximo legimus apud Plut. *Sympos.* II. 1. Sed tamen longævus valde fuit, & ideo jam supra XL. annos natus, quum moreretur Philippus Macedo. IDEM.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Δημοκρίτου, ϑ τῆς ϖϑὶ αὐτοῦ, Θεοφράστου, Ἱπποκράτους, καὶ ἄλλων δόξης.

CAP. XX.

De Democrito, & Theophrasti, Hippocratis, aliorumque de ipso existimatione.

Δημόκριτον 1 τὸν Ἀβδηρίτην λόγ ἔχει τά τε ἄλλα γενέσθαι σοφὸν, 2 καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμῆσαι λαθεῖν, καὶ ἐν ἔργῳ ϑέσθαι σφόδρα πάνυ τοῦτο. Διὰ ταῦτά τοι καὶ 3 πολλὴν ἐπῆλθε γῆν. Ἦκεν οὖν 4 καὶ πρὸς τοὺς Χαλδαίους (καὶ) εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πρὸς τοὺς Μάγους, καὶ τοὺς Σοφι-

Democritum Abderitam fama fert tum in aliis rebus fuisse sapientem, tum vero etiam latere desideransse, atque id diligenter prorsus curasse. Quapropter etiam multas obivit terras. Venit ergo & ad Chaldæos (atque) Babylonem, & ad Sophistas Indorum. Bona à patre Damasip-

1 Τὸν Ἀβδηρίτην] Titulum Latinum hujus capitis mutavi; erat enim plane ridiculus. FABER. Argumenta Capitum, quia certum est, non esse ab Auctore profecta, eaque in Sluisk. Codice occurrunt nulla, in Lugd. rara, in quo & hoc ipsum frustra quæras, ita factum est, ut ad eorum sententiam & Versionem aliquando non adtenderim. Certe hoc ipsum, undecunque haustum, ab Editoribus pessime est versum. Quapropter velim emendes ejus versionem hoc modo: *De Democrito, & de Theophrasti, Hippocratis, Aliorumque de ipso Existimatione.* Uterque Codex τ Ἀβδηρίτην. Atque ita mox iterum. Sed & sic Suidas in Δημόκριτος, ac Laërtius in prioribus Edd. At in melioribus jam legitur, ut in Nummis, Ἀβδηρίτης. PERIZ.

2 Καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμῆσαι λαθεῖν] Laert. in *ipsius vita: δοκεῖ δ καὶ Ἀθήνας ἐλθεῖν, & μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν.* SCHEFF.

3 Πολλὴν ἐπῆλθε γῆν] De hac peregrinatione ipsius, videndus Menagius in *Observ. in prædict. loc. p.* 236. SCHEFF. Peregrinando enim latere voluit Democritus, ὡς ἀπιμ μεπαίδης, *ut erro, qui in nullo honore est.* Hebræi etiam peregrinationum pediſſequam dicunt obscuritatem nominis his verbis: דרך גורמת לאדם שלשה דברים ממעטת פרי׳ורביה ממעטת את היציאה וממעטת את השם *Tria homini à peregrinatione succrescunt, damnum fœcunditatis, opum, & nominis vel famæ.* plura de Democriti contemptu gloriæ Laert. in *vita ejus.* vid. Victor. *Var. Lect.* XIX. *c.* 22. Gattakeri *notas in M. Antonin. p.* 288. Ipse Democritus talia jactat apud Euseb. *de Præpar. Evangel. lib.* X. *cap.* 4. ἐγὼ δ τ καθ' ἑμαυτὸν ἀνθρώπων πλείστων γῆν ἐπεπλανησάμην, ἱστορίων τὰ μήκιστα καὶ ἀέρας τε καὶ γαίας πλείστας εἶδον, καὶ λεγίων ἀνδρῶν πλείστων ἐπήκουσα &c. Vergerius vertit. *plus ego terrarum obii, quam ullus æqualium, disjunctissima quæque lustravi, cæli solique genera cognovi quam plurima, eruditos homines permultos audivi* &c. Edidit etiam Babyloniorum ἠθικοὺς λόγους, *Ethicam Philosophiam*, Euseb. *ibid.* KUHN.

4 Καὶ ϖρὸς τοὺς Χαλδαίους, & εἰς Βαβυλῶνα] Nihil hic notant Interpretes, nihil mutant MSti. Nullus tamen dubito, quin delendum sit posterius καὶ. Nam *Babylona* profectus est, ut audiret *Chaldæos*, sicut in Persidem, ut *Magos*, in Indiam, ut *Gymnosophistas.* Diog. Laërt. in *Proœmio, init.* γεγόνηθαι γὰρ ϖϑῶτ μὲν Πέρσαις Μάγοις, ϖϑῶτ δὲ Βαβυλω-

φισὰς τῶν Ινδῶν. Τὴν ϖῶλλ᾽ ϑ᾽ ὁ Δαμασίππου ϑ᾽ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν [6] τοῖς ἀδελφοῖς (δι᾽ αὐτοῦ) τοῖς τρισὶ, τ᾽ ἀργύριον μόνον λαϐὼν ἐφόδιον τῆς ὁδοῦ, τὰ λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς εἴασε. Διὰ ταῦτά τοι καὶ Θεόφραστ@ αὐτὸν ἐπῄνεσ᾽, ὅτι περιῄει κρείττονα ἀγερμὸν ἀγείρων Μενελάου,

masippo divisa in tres portiones tribus fratribus, ipse solum argentum in viaticum accepit, reliqua fratribus reliquit. Propterea sane laudavit eum etiam Theophrastus, quod circumierit meliorem faciens collectionem, quàm Menelaus, & Ulysses. Nam illi circumerrabant re

Βυλωνίοις ἢ Ασσυρίοις Χαλδαίοις, ϰ᾽ Γυμνοσοφισταὶς ϖῶλλ᾽ Ινδοῖς Hinc *Magi* & *Chaldæi* sæpe junctim memorantur, tanquam præcipui Sapientes Orientis. Idem Laërt. in *Democrito*, ἔτυχε Μάγων τινῶν διήκουσε ϰαὶ Χαλδαίων. Et in *Pythag.* ϰαὶ ϖῶλλ᾽ Χαλδαίοις ἐγένετο ϰ᾽ Μάγοις. Chaldæi vero Babylonii proprie Sapientes fuerunt. Diod. Sic. *lib.* I. *pag.* 115. *Non alienum est nunc agere* ϖερὶ τ῀ ὑ Βαϐυλῶνι καλουμένων Χαλδαίων. Et mox: Χαλδαῖοι πίνυν τῶν ἀρχαιοτάτων ὄντες Βαϐυλωνίων. Vide & Strabonem *lib.* XVI. *pag.* 739. Cæterum ut hic excludendum puto illud *καὶ*, sic addendum Laërtio in *Democrito*. Ἀποδημῆσαι αὐτὸν ϰαὶ εἰς Αἴγυπτον ϖρὸς τοὺς ἱερέας, γεωμετρίαν μαθησόμενον, ϰ᾽ ϖρὸς τοὺς Χαλδαίους εἰς τὴν Περσίδα, ϰ᾽ εἰς τὴν ἐρυθρὰν ϑάλασσαν γενέσθαι. Lege, ϰ᾽ ϖρὸς τοὺς Χαλδαίους, ϰαὶ εἰς τὴν Περσίδα &c. Chaldæi enim non fuerunt in Perside, sed in Babylonia. Suidas tamen in Δημόκριτ@ similiter, μαθητὴς ϰαὶ Μάγων, ϰ᾽ Χαλδαίων Περσῶν Sed & istic excidisse Καὶ, Portus certe censet. Dubitem tamen Ego, an Suidas potius ipse erraverit, deceptus alio Laërtii, quem sequi solet, loco. Ille enim in *init. Democr.* cum puerum audivisse ait *Magos & Chaldæos*, quos notissimus ille *Rex Persarum Xerxes* apud patrem ejus reliquerit. Ουτος μάγων τινῶν διήκουσε, ϰ᾽ Χαλδαίων, Ξέρξε τ῀ Βασιλέως ἐπισάντος τῷ ϖατρὶ αὐτ῀ ϰαλλιπόντ@. PERIZ.

5 Δαμασίππ@] Vel Hegesistrati aut etiam Athenocriti. Nam ab aliis hi ejus parentes traduntur. Vide Suidam & Laertium. SCHEFF.

6 Ἀδελφοῖς δι᾽ αὐτ῀] Deleo istud Δι᾽, & lego αὐτ῀ *suis*. FABER. Mallem ego ἀδελφοῖς ϑ᾽ αὐτ῀. SCHEFF. Δι᾽ αὐτ῀ hic innuit *Democritum* ipsum divisisse fratribus patrimonium, quod & Laertius probat, τρίτον τε ὄντα ἀδελφὸν, νείμασθαι τῶν ὑσίαν. *cum inter fratres tertius esset, divisisse eum ajunt opes.* Tres fuerunt, *Damasus*, (Suid. Δαμασὸς,) *Herodotus*, & hic ipse *Democritus*. Jonsius in *Histor. Philosoph. lib.* II. *cap.* I. KUHN.

Τοῖς ἀδελφοῖς δι᾽ αὐτ῀ τοῖς τρισὶ] Faber τοῖς ἀδελφοῖς αὐτ῀: *fratribus suis*, expungens illud δι. Schefferus mallet, τοῖς ἀδ. δι᾽ αὐτ῀. Sed hisce conjecturis, quæ tribuunt Democrito diserte tres Fratres, repugnat Historia, quæ duos tantum illi assignat, Herodotum, & Damasum. Vide Suidam, & Menagium ad *Laërt.* Kuhnius ergo retinet δι᾽ αὐτ῀, & exponit ita, ut *Democritus diviserit ipse* fratribus patrimonium. Sed & sic præter *ipsum*, τὸν, forent in hoc loco tres fratres: vel certe Auctor illo sensu parum perspicue fuisse locutus. Mallem Ego δι᾽ αὐτ῀ intelligere de *Patre*, qui Filiis suis, tribus inter se Fratribus, *diviserit* patrimonium omne in tres partes, sed ex quo, seu cujus sua parte, Democritus nihil sumpserit, nisi numeratam pecuniam. Verum quum à Sluisk. Coëm prorsus absit illud δι᾽ αὐτ῀, & salvo, imo clariore, sensu absit, prorsus putem ex margine aut glossa esse ortum. Ita enim nihil supererit hæsitationis, & vel in medio relinquitur, à quo patrimonium illud divisum fuerit, vel à Patre divisum dicitur, in tres partes pro numero trium fratrum. Cæterum non possum, quin obiter hic notem incuriam Doctissimorum Hominum, quorum alter nimium credidit suæ memoriæ, alter priori decipiendum præbuit nimis profecto indiligenter. Prior est Jonsius, qui in *Scriptoribus Hist. Philos.* II. I. ex hoc loco refert, quod nequaquam in eo reperitur. *Herodotus Democriti frater*, ait, *memoratur ab Æliano Hist. Var.* IV. 20. *cujus tamen Nomen silet Laërtius, indicans quidem tres fuisse fra-*

λάϐ, ϰαὶ Οδυσσέως. [7] Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἠλῶντο αὐτόχρημα [8] Φοινίκων ἐμπόρων μηδὲν ἀϕαφέροντες. Χρήματα γὰρ ἤθροιζον, ϰαὶ τῆς ϖεδίου, ϰαὶ ϑ᾽ ϖέλου ταύτην εἶχον τὴν πρόϕασιν. [9] Οτι οἱ Αϐδηρίται ἐκάλουν [10] τὸν Δημόκριτον [11] Φιλοσοϕίαν, [12] τ᾽ ϑ᾽ Πρωταγόραν Λόγον. Κατεγέλα

fratres Democritum, Damasum, sed tertium, quem ex Æliano jam damus, reticet. At nihilo magis ab Æliano, quam à Laërtio, memoratur Nomen Herodoti aut Fratrum Democriti, sed memoratur à Suida. Et tamen hunc tam manifestum Jonsii errorem sequitur Menagius *ad Laërt.* IX. 39. loco hoc non inspecto. Nam ait, *Alter Democriti frater fuit Herodotus, ut discimus ex Æliano Variæ Hist.* IV. 20. PERIZ. Δι᾽ αὐτ῀ ignorat quoque Mediceus.

7 Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἠλῶντο, &c.] Videtur hæc hausisse ex sermone Nestoris apud Homerum *Odyss.* Γ. 301. ubi de Menelao, Πολὺν βιοτὸν ϰ᾽ χρυσὸν ΑΓΕΙΡΩΝ ΗΛΑΤΟ; & ipsius Menelai *Odyss.* Δ. 90.

Εως ἐγὼ ϖᾶσι ϰεῖνα πολὺν βιότον συναγείρων
ΗΛΩΜΗΝ. ———

Vide & Strabonem, etiam Kuhnio citatum, *lib.* I. *pag.* 38. 39. 40. ubi hæc Homeri loca exponit, & diserte χρηματισμ῀ χάριν moras egisse ait Menelaum in iis maxime locis, unde locupletari poterat, si non gratis, tum vero βίᾳ ϰ᾽ λῃστείᾳ, *vi & latrocinio*. Similiter Ulysses in reditu à Troja omnium primum ad terram Ciconum appulit, eorumque Urbem Ismaron vastavit, atque ipsos occidit. Vide *Odyss.* I. 40. Nempe turpe ducebant Græci, vacuos se redire à tam diutina expeditione: idcirco piraticæ se dabant in reditu. Vide Strabon. *lib.* III. *pag.* 150. PERIZ.

8 Φοινίκων ἐμπόρων] Phœnices longe lateque ϰαὶ ἐμπορίαν ϖόϑεν χρημάτων, *mercaturâ & divitiarum cupiditate ducti*, navibus vagati sunt. Quos imitatus *Menelaus* & *Ulysses*, Cyprum, Phœniciam, Ægyptumque χρηματισμῷ χάριν, *pecuniæ colligendæ causa* adiverunt, donisque se locupletarunt principum ac dynastarum, qui haberent, quod largirentur, idque libenter facerent ob nominis eorum splendorem & gloriam, quam bello Trojano feliciter confecto sibi pepererant. Homer. *Odyss.* III. & IV. Strabo *lib.* I. *Geograph. p.* 26. & *seq.* Non idem animus Democrito, non propositum peregrinandi φοινικικὸν erat. Sed ille patria excesserat, δι᾽ ἔρωτα ϖαιδείας ϰαὶ ϰαθ᾽ ἱστορίαν ὧν ϖεσπέριον ἡγήσει, τέρψιν ἅμα ϰ᾽ ὠϕέλειαν τῇ Ψυχῇ ϖροξενεύσασαν. τυϕλοὶ γὰρ ϖρὸς ὀξὺ βλέποντας, ἀναϖοδήμητοι ϖρὸς ἐνδεδημηϰότας. *Ob doctrinæ amorem & ad ea imbibenda, quæ tum quidem ignorabat, sed paulo post & prodesse & oblectare animum poterant. Qui enim in patria consenuit præ peregrinationibus expolito, cæcus est Lynceo compositus* Philone judice in *de Abrahamo*. Cæterum antequam hinc ad alia discedam, strictim præcipuas peregrinationum causas apud Antiquos receptas attingam. Nam olim peregre ibant ϰαθ᾽ ἐμπορίαν, *mercaturam exercentes*, vel ϖρ῀ ληστείαν, *prædandi causa*, vel ϰατὰ ϖρεσϐείαν, *ob legationem*, ἢ ϰαθ᾽ ἱστορίαν, *propter cognitionem*. Illa vero historia complectitur vel ϑέαν τ῀ ἐπὶ τ῀ ἀλλοδαϖῆς, *simplicem regionum exterarum, urbium, morumque notitiam*, vel in specie ϖαιδείαν, *Philosophiam literasque humaniores*. Hæ apud Antiquos humaniores præcipuæ fuerunt causæ τ῀ ἕξω μοιρῆς. KUHN.

Φοινίκων ἐμπόρων] Celebres hi fuerunt, & primi ac præcipui ex Oriente Græcis noti, propter illud mercaturæ studium, & frequentes ea de causa navigationes. Testatur id etiam Josepn. *lib.* I. *contra Apion. pag.* 920. *Ed. Basil.* & Strabo *lib.* XVI. *p.* 749. ubi ἐμποριϰὸς vocat, denique Homerus *Odyss.* O. 414.

λα ἢ πάντων ὁ Δημόκριτος, καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς μαίνεσθαι, ὅθεν καὶ [13] Γελασῖνον αὐτὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται. Λέγουσι δὴ οἱ αὐτοὶ [14] τὸν Ἱπποκράτην περὶ τὴν πρώτην ἔντευξιν ὑπὲρ τοῦ Δημοκρίτου δόξαν λαβεῖν, ὡς μαινομένου· προιούσης δὲ αὐτοῖς τῆς συνουσίας, εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσαι τὸν ἄνδρα. Λέγουσι δή,

ajebat eos insanire, unde etiam Gelasinum, id est, *Risorem*, eum cives sui appellarunt. Dicunt iidem, in primo congressu Hippocraten de Democrito opinionem concepisse tanquam de stulto: postquam vero longius ipsorum sermo processisset, mirum in modum admiratum esse ho-

& *seqq.* Quin immo quia illi præ cæteris Mercaturæ, hinc simpliciter non tantum ἔμποροι, ut hic, sed & κάπηλοι passim vocantur, & divites quidem, sed obscuri & ignobiles habebantur. Vide Anton. Lib. *Fab.* 39. ubi ratio, quod parentes Arceophontis essent οὐκ ἐπιφανεῖς, hæc sola redditur, ἦσαν γὰρ οὐκ φοινίκιοι: ut autem liqueat fuisse mercatores, additur fuisse tamen *prorsus opulentos*. Vide istic etiam Munkerum. PERIZ.

9 Ὅτι οἱ Ἀβδηρῖται] Novum caput est. FABER. Hic Faber novum caput faciendum fuisse censet, & sane alibi quoque ita solet ordiri, neque tamen est perpetuum. vide *supra lib.* IV. 1. & *infra* IX. 29. SCHEFF.

10 Τὸν Δημόκριτον φιλοσοφίαν] Sic & MSti. Non male tamen Schefferus, probante id etiam Menagio, præfert Σοφίαν. Nam ita Suidas, Clemens Alex. & Alii. Justius etiam ipsa *Sapientia* videtur opponi *Orationi*. Nisi tamen Auctor maluerit φιλοσοφίαν & λόγον hic opponere eo sensu & modo, quo *Philosophi* & *Sophistæ* distinguebantur, quorum illi veram sectabantur sapientiam ac virtutem, hi Disputationes ac Dissertationes de omni re in omnem partem. Sic *Protagoras* à Gellio V. 3. *insincerus quidem Philosophus, sed acerrimus Sophistarum* dicitur *fuisse*, & qui id maxime docuerit, *quanam verborum industria* quis posset τὸ ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Neque aliter Cicero *de Oratore* III. 33. *Philosopho* (Socrati) *succubuit Orator* Gorgias. De *Protagora* Vide plura apud Platonem in *Protag.* & Laërtium. Vide & *supra* I. 23. judicio famæ publicæ, sed male, prælatum *Democrito*. PERIZ.

11 Φιλοσοφίαν] Suidas: ἐπικλήθη δὲ σοφία ὁ Δημόκριτος. Placet. Ita enim Clemens quoque VI. *Strom.* Δημόκριτος ἢ ὁ τὴν μεγίστην φυσιολογήσας πολλὰ ὀφελήσαν Σοφία ἐπωνομάσθη,

SCHEFF.

12 Τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγον] Suidas: καὶ μισθὸν ἔπραξε τὸς μαθητὰς μνᾶς ἑκατόν. διὸ καὶ ἐπικλήθη λόγου ἔμμισθος. Laertius videtur ei istulum Democriti tribuere: sed quia proxime præcedit mentio Democriti, locum ejus mutatum existimo, aut verba, ἐκαλεῖτο ἦ, non ad Protagoram, sed Democritum referenda. SCHEFF. Plato, in *Menone*, *Protagoram* inquit, per quadraginta annos, nemine in tota Græcia animadvertente, juvenes deceptos egento emunxisse, καὶ τὲς συγγινομένους μεγάλης ἀξίους ἀπέπεμψαι ἢ παρελάμβανε. & *discipulos sibi dimisisse improbiores, quam ante acceperat.* KUHN.

13 Γελάσινον] Suidas: ἐπεκλήθη καὶ γελάσινος, ἀφ' τὸ γελᾶν ὡς ἐς τὸ κενόσπουδον τῶν ἀνθρώπων. vide *infra cap. ult.* Adde quoque Lucianum in *Auct. Vitar.* Senec. II. 2. *ira* & *de Tranquill. cap.* 15. Juven. *Sat.* I. SCHEFF. Suidas Γελασῖνος habet in vocibus Γελασίνος & Δημόκριτος. quo quid emendatius est? dentes, etiam, qui inter ridendum apparent, γελασῖνοι dicuntur, non γελασινοί, ut legitur apud Pollucem *lib.* II. *cap.* 4. 21. Martial. *lib.* VII. *Epigr.* 24. *nec grata efficies, cui gelasinus abest.* KUHN.

Γελάσινον] Kuhnius ex Suida & Martiali malit Γελασῖνον. Firmatur hæc scriptura à Codice Sluisk. ubi diserte ita scribitur. In Lugd. male Γελασινὸν. PERIZ.

14 Τὸν Ἱπποκράτη] Lege *epistolas* ejus *ad Senat. Abder. Philopœmen. & Demagit.* quæ sunt inter *Græcas epistolas*. SCHEFF. Dicam hic obiter quod mihi in mentem venit legenti Hippocratem, videri scilicet falso adscriptas Hippocrati illas epistolas fuisse, quæ sub ejus nomine circumferuntur. FABER.

15 Δωριέα ὄντα] Putabam olim Κῶον esse legendum, pro Δωριέα, quia *Cous* vulgo dicitur

ἦ, [15] Δωριέα ὄντα τὸν Ἱπποκράτην, [16] ἀλλ' οὖν τὴν [17] τοῦ Δημοκρίτου χάριν, τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.

Hippocrates. Nunc nihil censeo mutandum; à genere namque sic appellabatur. Pætus in *epistolis Græcis* de Hippocrate: τῷ γένει μὲν ἦν ἐκ Δωριάδος, πόλεως ἧ Κῷ, πατρὸς ἧ Ἡρακλείδου. SCHEFF. Strabo *lib.* XIV. de Rhodiis, Δωριεῖς ἧ εἰσὶν, ὥσπερ καὶ Ἁλικαρνασσεῖς καὶ Κνίδιοι καὶ Κῶοι. KUHN.

Δωριέα ὄντα] Nempe *Dorienses*, qui relicti erant Megaris ab Heraclidis post tempora Codri, secessisse in varias colonias traduntur, Rhodum, Con, (unde Hippocrates) & vicina. Strabo *lib.* XIV. *pag.* 653. Inde ergo *Dorice Rhodi loquebantur*, ut ait Sueton. *Tiber. cap.* 56. Et Pausan. in *Phocicis*, Septem sapientes enumerans, ex Jonia Thaletem Milesium, ex Æolibus & Lesbo insula Pittacum, at *ex iis, qui in Asia sunt, Dorienses, Cleobulum Lindium*, h. e. Rhodium, nominat. Vide *hic*, etiam Kuhnium,

hominem. Dicunt præterea, Hippocratem fuisse Dorienses, sed in gratiam Democriti Jonica lingua suos libros conscripsisse.

& Menagium *ad Laërt.* IX. 42. PERIZ.

16 Ἀλλ' οὖν καὶ τοῦ Δημοκρίτου χάριν] Uterque Codex interponit τὴν. Lugd. ἀλλ' οὖν καὶ τὴν τοῦ Δ. Sluisk. ἀλλ' οὖν τὴν Δημοκρίτου χ. Posterius hoc crediderim verum. Sensus est, Hippocratem quidem Dorienses fuisse, nihilo tamen minus Jonica usum dialecto in gratiam Democriti. Ἀλλ' οὖν vide *supra ad* III. 32. Hippocratem inter Auditores Democriti memorat Suidas. De congressu ipsius cum Philosopho vide Laërt. in *Democrito*, & *Epistolas* Hippocratis, maxime illam, quæ est *ad Damagetum*. PERIZ. Edidi ἀλλ' οὖν τὴν τοῦ Δ. obsequutus MSS. quorum scripturam merito tuetur Cl. Perizonius.

17 Τοῦ Δημοκρίτου χάριν] Contra dissentem. aliasque afferentem rationes vide Hieron. Mercurialem *Var. Lect.* II. *c.* 18. SCHEFF.

ΚΕΦ. κα'.

Παιδικὰ Σωκράτους, καὶ Πλάτωνος.

Ὅτι παιδικὰ ἐγένετο [1] Σωκράτους μὲν Ἀλκιβιάδης, [2] Πλάτω-

CAP. XXI.

Amasii Socratis & Platonis.

Socratis amor fuit Alcibiades, Platonis vero Dion: at Dion fru-

1 Σωκράτης &c.] Hinc passim dicitur cum *Alcibiade* sub uno pariter cubuisse pallio. Vide Luciani *Amores*, ubi ex diversa persona modo excusat, modo incusat illud Socratis factum. Sed & eo respicit in *Vitarum Auctione*, Socratem appellans παιδεραστὴν, sed *mox* addit, ὃ τῷ σωμάτων ἐρᾶσιν, ἀλλὰ ψυχῆς καλῆς. Ipsa tamen Xanthippe, sed morosissima Socratis Uxor, suspectos habuisse videtur hosce amores, si vera sunt, quæ Noster *infra* XI. 12. Sed & Athenæus *lib.* XIII. *cap.* 2. de pulchritudine corporis agens, *Socratem, qui omnia contemnebat, tamen pulchritudini Alcibiadis fuisse imparem*, ἥττονα, ait. Cæterum de honestis Græcorum amoribus egimus *supra ad* III. 9. & 10. & 12. De hoc autem Socratis Amore Vide Nepot. *Alcib. cap.* 2. & ibi Lambinum. PERIZ.

2 Πλάτωνος Δίων] Vide Laërt. *Platone* §. 30. ubi & epigramma Platonis exhibet, quod ita definit,

Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

O Dion, qui meum animum in furorem rapis, h. e. extra se, seu *præ amore*, vel *desiderio* (nam

των ὃ Δίων· ὁ μέν τοι Δίων [3] καὶ ἀπώνητό τι ἔργου.

fructum etiam aliquem ab amatore percepit.

est epigramma in mortuum) *percellis*. IDEM.

3 Ἀπώνητό τι] Quid? num, quod eum juvit ad occupandum imperium? Vide Laertium in *vita ejus*. SCHEFF. Plutarchus in *vita Dionis*, *Platonem* scribit obstitisse *Dioni* bellum contra *Dionysium* molienti δι' αἰδῶ τὸ πρὸς Διονύσιον ξενίας καὶ γήρως, *respectu hospitii, quod ipsi cum Dionysio intercedebat, & senectutis*, Speusippum vero una cum aliis juvisse eum non parum. Philostratus contra asserit, *Platonem* ὑπὲρ τῆς Σικελιωτῶν ἐλευθερίας ἀγῶνα ἄρασθαι, συλλαβόντα τὴν Δίωνος, *pro libertate Siculorum multum laborasse, dum Dionis sententiam adjuvit. l.* VII. *Vit. Apollon. cap.* I. Ea propter malim τὸ ἀπώνατό τι &c. tam ad Philosophiam referre, quâ non tinctus à Platone Dio est, sed imbutus, quàm ad auxilium qualecunque Tyrannum

ΚΕΦ. κϚ'.

Περὶ Ἀθηναίων ἀβροσύνης.

[1] Οἱ πάλαι Ἀθηναίων ἁλουργῆ μὲν ἠμπείχοντο ἱμάτια, ποικίλους δὲ

1 Οἱ πάλαι Ἀθηναῖοι] Antequam resp. ipsorum à Solone corrigeretur. Vide Diodorum Siculum in *excerpt. l.* VI. à Valesio editis. Adde Clem. Alexand. *lib.* I. *Pæd. cap.* 10. ubi hæc ipsa historia habetur. SCHEFF.

Οἱ πάλαι Ἀθηναῖοι] Hausta hæc sunt, sive ab ipso Auctore, seu potius ab Athenæo, (qui *lib.* XII. *cap.* I. iisdem verbis, sed paulo pluribus, ea refert, & quem Noster sequi solet) ex Heraclidis Pontici libro *de Voluptate*, diserte citato ab Athenæo, in quo ille Voluptatis causam agit, eamque commendat: atque ideo accipienda hæc sunt, non tanquam ab Historico integra fide, sed tanquam ab Oratore dicta. Thucydides quidem *lib.* I. *cap.* 6. in *priscis Athenienſibus* ante sua

CAP. XXII.

De Athenienſium deliciis.

Veteres Athenienses purpureas ibi circumdabant pallia, pictas vero

tempora agnoscit cultum τριφερώτερον, sed in quo tamen tantum notat *lineas tunicas, & cicadas aureas crobylo crinium innexas*. Diodorus quoque in *Excerpt. ex lib.* VI. Jenicam luxuriem & mollitiem quandam illis ante Solonis νομοθεσίαν tribuit. Nequaquam tamen verisimile putem, illos ante Marathoniam pugnam tanta jam luxuria communiter in vestibus usos, quum post eam demum per bella Persica inclaruerint, ac ferre cœperint opibus & commerciis. Fuerint sane exempla quædam jam tunc talis luxuriæ edita, sed neutiquam illa credibilem fuisse adeo vulgata. Plane uti Auctor noster XII. 32. Philosophos quosdam memorat, qui purpureis fuerint vestibus usi. Inde vero neutiquam sequitur, Philosophos com-

ἢ ἐνέδυνον χιτῶνας· [3] κορύμβους δὲ ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν, † [4] χρυσοῦς ἐνείροντες αὐτοῖς [5] τέττιγας,

vero induebant tunicas; corymbos etiam colligantes ex crinibus capitis, iisque aureas cicadas insere-

† χρυσᾶς.

communiter ita fuisse vestitos. Vide & Ferrarium *de Re Vestiar. Parte* II. *lib.* IV. *cap.* 14. PERIZ.

2 Ἐνέδυνον] Recte ita. Sed nec male Athenæus ὑπέδυνον, quod & retinuit, qui item illum sequitur & citat, Eustath. *ad Iliad.* X. *pag.* 1388. IDEM.

3 Κορύμβους] *Corymbus* in mulieribus, *scorpius* in pueris, κρωβύλος in viris dicitur πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον, Suidas. GESNER.

Κορύμβους] Sic & Athenæus & Eustath. *d. l.* Hinc vero arguitur observatio Grammaticorum plerorumque, qui ita distinguunt κρωβύλον & κόρυμβον, ut illum tribuant Viris, hunc Feminis. Vide Scholia Thucyd. & Suidam in Κρωβύλος. Etenim κόρυμβος notat omne, quod est *excelsum*. Hinc κόρυμβα dicebantur etiam *Aplustria navium*. Vide Hesych. qui & κόρυμβον exp. τὴν ἀκρόπολιν: addens, καὶ καθόλου πᾶν τὸ μετέωρον, καὶ εἰς ὕψος ἀνατεινόμενα κορύμβους λέγεσθαι. Et ita κόρυμβος pro *colle*, Dionys. Halic. *lib.* IX. *pag.* 429. Καταλαβόμενοι δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς Ῥωμαίων κόρυμβον, *quum occupassent collem qui erat supra caput Romanorum*. Sic vero ponitur tandem etiam pro ornamento, quod supra caput eminet, atque idem est, quod κρωβύλος: unde Eustat. *d. l.* derivat à κάρα *caput*, unde κόρυς *galea* & κόρυμβος: Et Hesych. κρωβύλον ait esse Κόρυμβον τὸ ἐμπλοκῆς. Quod de Viris quoque adhibeatur, manifestum est ex hoc loco, sed & quando apud Suidam occurrit ex Veteri Poëta, κόμην τρίφων χρυσῷ τρόφῳ κεκορυμβωμένην, *Comam alens aureo funiculo in corymbum fastigiatam*, de Viro id fuit dictum. Magis tamen invaluit de Viris κρωβύλου nomen apud Atticos, quod etiam affirmat Pollux *Onomast.* II. 18. Erat autem κόρυμβος, sive κρωβύλος, ἐμπλοκὴ ἀνηνεμμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν, ut ait Hesych. in Κρωβ. h. e. *complicatio capilli subducta à media fronte in verticem*. Scholiastes Thucyd. addit ἀπολήγειν εἰς ὀξύ, *definere in acutum*. Unde Xenophon apud Suidam Galeis quoque tribuit κρωβύλον, eumque ἐγγυτάτω τιαροειδῆ, h. e. *proxime accedentem ad figuram Tiaræ*. Et Eustath. *ad Iliad.* Λ. *p. m.* 791. confert cum *cornu*. Κίρας ἐστὶν ἡ ἐμπλοκὴ τῶν τριχῶν, καθὰ παρ' Ἀθηναίοις ὁ κρωβύλος, ὃς τοῖς εὐγενῶν καὶ ἰθαγενῶν ἦν δείγμα. Ex quo etiam liquet fuisse *insigne nobilium & ingenuorum civium*. Tertullianus *de Velandis Virgin. Crobylos* etiam *Barbaris* tribuit, in quo videtur respicere Suevos, quorum *insigne* erat, ut ait Tacit. *de Germ. cap.* 38. *obliquare crinem, nodoque substringere*, seu *horrentem capillum retro sequi, ac in ipso vertice religare in altitudinem ac terrorem hostibus*, quod est *Crobylum* facere. Vide Salmas. *de Coma pag.* 265. & 272. ut & Hadr. Junium *de Coma cap.* I. Et Gonsalium *ad Petronii illud pag.* 51. *Corymbio dominæ pueri adornat caput*. PERIZ.

4 Χρυσοῦς ἐνείροντες &c.] Gestabant has Cicadas περὶ τὸ μέτωπον καὶ τοὺς κόμας, *circa frontem & capillos*, ut ait Eustath. *ad Il.* X. *pag.* 1388. Scholiastes Aristophanis *ad Nubes* III. 3. duplicem istius moris reddit rationem: Nempe quod *cicadæ*, *quum sint* Μουσικοί, *cantandi peritæ, consecratæ fuerunt Apollini*, is autem Deus *Urbi sit* πατρῷος, *Patrius*: Vel quod *Athenienses fuerint* ἀυτόχθονες, *æque ac cicadæ*. Addit autem habuisse eas in crinibus cicadas *Antiquissimos Athenienſium*. Hinc eleganter ibidem Aristophanes prisca & obsoleta vocat Ἀρχαῖά γε, καὶ διιπολιώδη, καὶ τέττιγων ἀνάμεστα. Et in *Equitibus* V. I. hominem antiquæ gravitatis dicit ἐρᾷν πτιλογοφόρου, h. e. *aspectu esse quasi unum ex illis priscis, qui cicadas gestabant*. Sed & Senes, vel certe adulti, ita se ornabant. Lucian. in *Navigio*, *haud longe ab initio*, οἱ παρόντες ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι, κόμην τρέφοντας, ἀναδεδεμένους κρωβύλον, ὑπὸ πτίλῳ χρυσῷ ἀτειλημμένον. *Majores nostri, quibus pulchrum videbatur, senes comam alere, religantes Crobylum, aurea cicada connexum*. Respici his verbis Thucydidem, docent sequentia. Nam continuo subjicitur, *Euge, quod nobis in mentem revocas Thucydid.s Scripta, quæ in Proœmio de Veteri nostra luxuria dixit*. Explicandus itaque ex hisce celebris ille Thucydidis locus, de quo jam egimus, qua ille parte neque à

γας, καὶ κόσμον ἄλλον πρόθετον περιαπτόμενοι χρυσοῦ, πρήσιαν. Καὶ ὁ ὀκλαδίας αὐτοῖς δίφρους οἱ παῖδες ὑπέφερον, ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτοὺς εἰ-

rentes, aliaque ornamenta ex auro adscita sibi circumligantes prodibant in publicum. Sed & sequebantur eos pueri cum sellis plicatilibus, ne temere, & ut casus tulerit, in quo-vis

Scholiaste, neque ab Interprete, satis est intellectus. Ille etenim Thucydides *cap.* 6. & vere in *Proœmio* suæ Historiæ, illos ἀναδουμένους κρωβύλον, (quam locutionem retinuit Lucianus) ait fuisse τὰς πρεσβυτέρας αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων: id quod Scholiastes exponit per ἀντὶ πλουσίων, ut ait, pro, τὰς εὐδαίμονας τῶν πρεσβυτέρων. Sequitur eum Interpres Latinus, qui vertit, *è majoribus natu locupletiores.* At vero sensus est, *qui apud illos*, (primos Athenienses) *grandes jam natu erant inter opulentos.* Πρεσβύτεροι enim hic notat non tempore antiquiores homines, sed *seniores*, γέροντας, ut disertius ait Lucianus. Ex eodem videmus etiam usum cicadarum, nempe ut constringant tanquam fibula illum tutulum. Quod liquido affirmatur à Virgilio in *Ciri v.* 127. de Capillo Nisi,

AUREA solenni comptum quem Fibula ritu
Cecropiæ tereti nectebat Dente CICADAE

Vide ibi Scaligerum & Taubmannum. PERIZ.

ϛ Τίλληας] Confirmat Thucydides *lib.* I. οἱ πρεσβύτεροι, inquit, τῶν ἀδυμένων ἀμὲ τὸ ἐπιδρομαῖον ἐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνας τε λινᾶς ἐπαύσαντο φορέοντες ϗ χρυσῶν τεττίγων. οὐ ἔρσεν κρωβύλον ἀναδέμενοι τῶν οὐ τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Videtur hunc locum noster in animo habuisse, cum hæc scriberet, ac proinde supra pro κορύμβους, κρωβύλους legendum esse. De viris certe non de fœminis loquitur. κόρυμβοι autem non virorum erant, sed fœminarum. Scholia *adducti loci:* Κρωβύλος ἐστὶν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν, ὅταν ἑκατέρωθεν εἰς ὀξὺ ἀπολήγωσιν, ὀκαλεῖτο ϗ τῶν μὲ ἀνδρῶν κρωβύλος, τῶν ϗ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν ϗ παίδων σκορπίος. Et Pollux κρωβύλον magis Atticorum esse ait *lib.* II. *cap.* 3. Κορύμβη (al. κορυμβη) οὕτω Ατλικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κρωβύλος. Ita Clemens *lib.* II. *Pædag.* πο-

δήρεις ἐμπαίχοντο. ϗ κρωβύλον, ὃ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσοῦν, ἐνέρσει τεττίγων κοσμούμενον. Legitur tamen hæc historia verbis nostri apud Athen. *lib.* XII. unde iterum constare potest, quod jam aliquotiens indigitavimus, multa nostrum ex eo auctore accepisse. Porro quod ad curam capillorum apud Atticos, etiam Thesei exemplo apparet. Quem Pausanias in *Atticis* ait habuisse πεπλεγμένῳ ἀ. περιπῶς τὼ κόμω. Servius generalem hunc morem fuisse testatur omnibus antiquis *lib.* X. *Virgilii Æn.* ubi poëta de Lauso & Æ-nea

------ ------ ------ *terra sublevat ipsum*
Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Antiquo, inquit, *more viri sicut mulieres componebant capillos: quod verum esse & statuæ antiquorum docent, & personæ, quas in Tragœdiis videmus similes in utroque sexu, quatum ad ornatum pertinet corporis.* SCHEFF. Vid. Meurs. *lib.* I. *de Fort. Attica. cap.* I. KUHN.

ϐ Ὀκλαδίας] Aristoph. in *fine Equitum*

Ἐχε νῦν ἐπὶ τούτοις τουτὶ τ' ὀκλαδίαν
Καὶ παῖδ' ὑφέχω, ὅσαπερ εἶσει παῖδε σε.
Cape nunc etiam ad hæc sellam istam complicatilem
Et puerum integrum, qui ferat hanc tibi.

Ex quibus patet, ditiores habuisse pedissequum, qui in publicum prodeuntes à tergo cum sella plicatili sequebatur, Scholiastes ὀκλαδίαν describit, συγκεκλασμένον δίφρον καί ποτε μὲ ἐντεινόμενον, ποτὲ ϗ συστελλόμενον. *sellam complicatam, pro tempore modo tensam, modo relaxatam.* Hesychius, ὀκλαδίας, θρόνος πτυκτός, δίφρος παιτεινὸς, ὃν οἱ ἀκόλουθοι φέροντι τοῖς εἰς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις, ϗ πεποίηται τύπος παρὰ τὸ ὀκλᾶσθαι. ὀκλαδίας est *thronus plicatilis, sella*

εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε. Δῆλον ϗ, ὅτι καὶ ἡ τράπεζα ἦν αὐτοῖς, καὶ ἡ λοιπὴ δίαιτα ἁβροτέρα. Τοιοῦτοι ϗ ὄντες τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην ἐνίκησαν.

vis loco considerent. Manifestum est autem, mensam *ergo* etiam & reliquam vitæ rationem ipsis fuisse deliciorem. Et tamen ejusmodi quum essent, vicerunt pugna Marathonia.

sella humilis, quam subsequæ ferunt ditioribus in forum prodeuntibus, factum nomen est ab ὀκλάσθαι i. e. *se flectere.* Herodotus Persarum principes dicit διφροφορευμένους *lib.* III. quod Hesychius explicat, τοὺς φορείοις φερομένους *eos, qui lecticis gestantur.* de his vide Etymolog. Magnum in διφροφόρος. Pollux ex Pherecrate vocat δίφρους δισχεῖς (ita enim lego, non δυσχεῖς) *sellas duplici tænia vel loro intensas, lib.* X. *cap.* 11. Hunc morem suo tempore nondum exoleviisse Synesius *Orat. de regno* innuit his verbis: τῶν τε ἀκολούθων οἱ τὰς χθαμαλὰς σκιμποδίσκας ὀκλαδίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀναλαβόμενοι, ἐφ' ᾧ τοῖς ἐωνημένοις οὐ ταῖς ἀγυιαῖς εἶναι καθίζεσθαι, Σκύθαι πάντες εἰσὶν. ubi vide Petavii *notas.* KUHN.

Ὀκλαδίας δίφρους] Sellæ erant plicatiles, & humiles, ut adeo facile portari usquequaque potuerint à pedissequis, quorum magna cum multitudine prodibant istic opulentiores, eosque in omnes adhibebant usus. Et sicut Viri inter eos habebant, qui circumferrent sibi has Sellas, sic Feminæ habebant suas *flabelliferas*, & *sandaligerulas*, Plaut. *Trinum.* II. 1. 22. Immo prodibant, etiam illæ, quæ quæstum faciebant vulgando corpore, cum *grege* semper ancillarum. Sic Thais apud Terent. *Eunucho*, Bacchis in *Heaut.* De *Sellis* ipsis Vide hic omnino Eruditas Kuhnii notas. PERIZ. Pausanias *lib.* I. *cap.* 27. ἀναθήματα δὲ ὅσα ἄξια λόγου, τῶν μὲ ἀρχαίων, δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ Δαιδάλου ποίημα. Adde Ill. Spanhemii *Observ. ad Callimachi Hymn. in Jovem v.* 67.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ τινων ἀσώτων.

CAP. XXIII.

De quibusdam prodigis.

ι Ὅτι Περικλέα ϗ ² Καλλίαν τ' Ἱππονίκου, καὶ Νικίαν ³ τὸν Περ-

Periclem, & Calliam filium Hipponici, & Niciam Pergasæum, in-

ι Ὅτι Περικλέα ϗ Καλλίαν] De neutro quid hujusmodi reperio. Ac de Callia quidem scribit Athenæus *lib.* XII. ὡς μὴ γραϊδίᾳ βαρβάρου ἀμφιτελεῖν ἀναγκαζόμενος τὸν βίον ἐτελεύτησε, quod de tali mortis genere non potest accipi. De *Pericle* vero palam falsus est. Et fieri potest, ut memoria lapsus sit Ælianus, cum hæc scriberet. Ita enim Athenæus, τὸ δὲ Νικίᾳ ϗ Περγασῆθεν πλοῦτον ϗ τ' ἰχομάχῳ πύνες ἀπώλεσαν; οὗτος Αντικλέης (vel potius Αυτοκλέης) ϗ Επικλέης οἱ μεῖ' ἀκόλαστον ζῆν προελόμενοι, καὶ παῖνι οὐ ἐλαττόνι ποιέμενοι τ' ἡδονῆς; ἐπειδὴ δὲ πάντα κατεφαλώσαν, κάνειον πίοντες ἅμα τ' βίον καθεψάλησαν. Haud absimile exemplum Seneca proponit in Apicio, quod videsis apud eum in *Consol. ad Helvid. cap.* 10. SCHEFF. Arbitror legendum ex Athenæo Αυτοκλέα, sive Αυτοκλέα, & idem censuit Schefferus. FABER.

Ὅτι Περικλέα &c.] Vel ex hoc Capite probari potest liquido, Auctorem nostrum Athenæo esse posteriorem, siquidem in iis, quæ hic tradit, non tantum sequitur Athenæum, sed & dum eum incuriose sequitur, vitio memoriæ se præcipitat in errores maximos. Etenim memorat Athenæus *lib.* XII. de Luxuria agens, *cap.* 8. inter luxuriosos, aut

Περγασῆθεν, τὸ ἀσωτεύεσθαι, καὶ ὁ πρὸς ἡδονὴν βίος, εἰς ἀπορίαν ἔθρεψεν. Ἐπεὶ γὰρ [4] ἐπέλιπε τὰ χρήματα αὐτοὺς, οἱ τρεῖς κώνειον, τελευταίαν

intemperantia, & vita voluptaria, ad paupertatem redegerunt. Postquam enim defecit eos pecunia, tres illi cicutam sibi invicem propinantes,

aut Voluptati deditos, etiam Periclem, περικλέα δὲ τὸν Ολύμπιον, φησὶν, ὡς ἀπήλαξεν ὁ τῆς οἰκίας τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν μετ' Ηδονῆς Βίον ἀφείλετο· ᾤκει τε μὴ Ασπασίας, καὶ τὸ πολὺ μέρος τῆς Ουσίας εἰς ταύτην κατανάλωσε. *Periclem Olympium ait Heraclides Ponticus in libro de Voluptate, exegisse domo uxorem, & Vitam voluptariam prætulisse: habitasse vero cum Aspasia, & potissimam partem bonorum in eam consumpsisse.* Plutarchus vero Periclen fuisse temperantem & frugalem cætera in vita ait, sed tamen amores Aspasiæ non præterit, & ei à Comicis ideo πολλὴν ἀσέλγειαν, *multam libidinem & intemperantiam*, in eo genere exprobratam non dissimulat. Sequitur dein apud Athenæum *proximo Capite* mentio *Calliæ*, & *Niciæ*, æque ut hic sibi invicem juncta; & de *Callia* quidem satis accurate exponens, unde divitiæ ipsius fuerint ortæ, & quomodo iisdem verbis quibus Noster, ὁ αὐτὸς ἡδονὴν βίῳ εἰς τοσοῦτον ἔθρεψεν αὐτὸν, ὡς τε &c. De *Nicia* vero addit, *Divitias ejus & Ischomachi consumpsisse Ipsos cum duobus Amicis, eosque ita conjunctos vixisse, omnia posthabentes Voluptati: tandem vero, postquam omnia absumpserant, prodidisse etiam vitam, cicutam pariter bibentes.* Liquet clarissimum in in modum, Auctorem hæc sumsisse ex Athenæo, inprimis quando consideratur ejus Error in his commissus, cujus nulla potest alia dari causa vel occasio, nisi hæc ipsa, quod memoria illi parum fideliter suggesserit, quæ apud Athenæum legerat de horum Trium voluptaria & prodiga vita. Quod enim istic de *Niciæ Amicis* legerat, transtulit lata prorsus memoriæ culpa etiam ad *Calliam* & *Periclem:* quum hic quidem, tantum absit, ut talem habuerit finem vitæ, & propter *luxuriam* quidem, ut & vivens minus jucundus & charus uxori ac liberis fuisse dicatur propter *Parsimoniam*, & mortuus fuerit, in maxima dignitate, scil. στρατηγῶν & ex *Pestilentia*, ut docet nos Plutarchus. *Callias* vero diserte dicatur ab Athenæo redactus eo per voluptariam vitam, *ut apud Barbaram Anum* victum *coactus, in egestate victus quotidiani mortuus fuerit:* nec certe quisquam alius talem Calliæ mortem memoriæ prodiderit, qualem Noster hic refert, PERIZ.

2 Καλλίαν τὸν Ιππονίκου] De *Callia* hoc jam egimus *ad Caput* 16. Privignus erat Periclis, & ex nobili familia, in qua Nomen *Callias* & *Hipponici* alternis fuerat, ut ipsi affirmabant, repetitum; unde Aristoph. in *Avibus pag.* 554. Ιππόνικον Καλλίαν, καὶ Ιππονίκου Καλλίας. Ubi vide Scholia. Dives adeo fuit, ut æque, ac apud Romanos Crassus *Dives*, sic ille cognominaretur ὁ πλούσιος. Plutarch. in *Pericle pag.* 165. Cæterum quod ingentes illas opes à majoribus acceptas, & penes illos relictas, quum essent apud ipsos depositæ ab Eretrienſibus quibusdam, consumpserit, declarat *d. l.* Aristophanes, quando Calliam, tanquam avem, inducens ait, ὡς τὸν ὀρνιθοπέτην, h. e. *ut abjicit suas pennas.* Quæ Suidas adferens exponit, quod bona sua perdiderit, & pauper evaserit, πένης ἐγένετο. Scholiastes quoque Aristophanis *ad Concionat. pag.* 748. *Callias quispiam fuit Dives, qui patrimonio absumpto in Meretrices, in reliquum vitæ tempus Pauper fuit.* IDEM.

3 Τὸν Περγασῆθεν] *Pergase* erat δῆμος Tribus Erechtheidis. Vide Harpocrat. in Περγασῆθεν. Solent autem Athenienses vel à Patris, vel à Δήμου, nomine describi. Sic Θουκυδίδης ὁ Αλωπεκῆθεν apud Plutarch. in *Pericle.* Κόνων Μενεκράτους Κολωνῆθεν, apud Sponium. Et sic passim. Sed & Alienigenæ ita à Patria & aliis Urbibus describebantur. Basil. Magnus *de Græcis* &c. Ευκλείδη τῷ Μεγαρόθεν, *Megarensi orto.* Lucian. in *Vitar. Auct.* de Democrito & Heraclito: τὸ γελῶντα τὸν Αβδηρόθεν, καὶ τὸν κλαίοντα τὸν ἐξ Εφέσου. Hic autem *Nicias* longe alius fuit ab illustri illo Duce Atheniensium in Sicilia. PERIZ.

4 Ἐπέλιπε τὰ χρήματα αὐτοὺς] Mallem legere αὐτῶν. vide *indicem* in ἀπολείπω. SCHEFF. Nolim aliquid mutare. Nam utraque syntaxis in

ταίαν πρόποσιν, ἀλλήλοις προπιόντες, ὡσπεροῦν ἐκ συμποσίου ἀνέλυσαν.

tes, extremam propinationem, quasi è convivio discesserunt.

ΚΕΦ. CAP.

in hujusmodi verbis, ut sunt ἀπολείπω, ἀφαιρῶ frequens est. rectè enim dixeris ἀπολείπει με τόδε vel ἀπολείπει μοι τόδε, ἀφαιρῶ σε τόδε vel ἀφαιρῶ σοι τόδε. Thomas in *Eclog. Atticis.* KUHN. Quod *mallet* Schefferus, probat Sluisk. Codex, qui diserte habet αὐτῆς. Et certe Noster ita solet. III. 19. Ἐπελελοίπει τὴν τῆς μνήμης αὐτοῦ. XII. 37. Τῶν ξύλων αὐτοὺς ἐπιλιπόντων. Sed & Thomas Magister, quem contra Schefferum adfert Kuhnius, Dativum ex Synesio tantum, at Accusativum ex Antiquioribus probat. PERIZ. Conjecturam Schefferi firmat non solum Sluisk. sed & Mediceus, e quibus idcirco αὐτῆς pro αὐτοῖς restitui.

5 Ὥσπερ ἐκ συμποσίου] Lucretius *lib.* III. *cur non ut plenus vitæ conviva recedis.* Stoici etiam monent sapientem sine ulla indignatione, ἐκ δὲ βίου ἀπαλλάττεσθαι ὥσπερ ἐκ συμποσίου, *è vita discedere ut è convivio.* KUHN.

6 Ανέλυσαν] Egregius hic est locus, & oportunus plane ad explicandum Paulum, qui *Philipp.* I. 23. Επιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. & II. *Timoth.* IV. 6. Ο καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. De quibus locis velim videas, quæ notavit Pater meus de *Ratione studii Theol. pag.* 168. &c. Revera enim errant hic Interpres vulgatus, & qui eum sequuntur, quando in priore loco reddunt *dissolvi*, in posteriore *resolutionis.* Melius Beza, Castalio, etiam Pater meus, *revertendi* sensu illa exposuerunt. Sed omnium tamen optime Coccejus vertit simpli- *ad discedendum*, & Galli Jansenistæ, *de sortir de cette vie.* Etenim sicut Latini *decedere* absolute ponunt pro mori, & quasi decedere de hac terra & statione mortali, sic Græci ἀναλύειν, quasi *discedere e medio*, ut ex hoc loco & illis Pauli est manifestum. Ratio significationis est, quod ἀναλύειν notat generatim solvere aliquid, quod prius ligatum fuerat, & dein ex quocunque loco, in quem venisti, iterum *abire*, sive *revertaris* ad Tua, seu alio abeas, quoniam qui discedit alicunde, quo prius venerat, solvit Equum, ut eo iterum avehatur. Hinc Judithæ XIII. 1. Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, ἐστιάδεσαν οἱ δοῦλοι αὐτῆς (ὀλοφύρεσθαι) ἀναλύειν, *abire è conspectu illius & compotatione.* Similiter III. Macchab. *cap.* II. v. & VII. Concurrit quidem sæpe significatio *Reversionis*, sed id fit casu, non vi ipsius vocabuli. Sic mox *cap.* 25. ἀναχθεὶς ἐκ Σικελίας notat casu, *reversus per Mare ex Sicilia*, sed vi vocabuli simpliciter, *vectus in altum.* Vide *cap.* 5. Et ideo hoc ipsum Ἀναχθεσθαι etiam de *discessu ex hac vita* usurpatur II. 34. Contraria his sunt, ut καταχθῆναι, unde καταγωγὴ pro *diversorio & statione navium*, ita & καθαλύειν, *supra* I. 32. & *infra* XIV. 14. unde κατάλυσις, pro *hospitio*, seu *tentorio* apud Diodorum Sicul. *lib.* XVII. *p.* 568. Ἐπὶ τὴν ἰδίαν κατάλυσιν παραγενόμενον, *quum in suum tentorium venisset.* Phrasin autem hanc sumptam potissimum ab Equis, liquet ex illustri loco Homeri *Odyss.* Δ. 21. ubi Famulus nunciat Menelao advenisse duos Hospites, rogatque an Eos recipi velit, nec ne, Αἀ' εἶτ' εἰ σφῶιν καταλύσομεν ἀκέας ἵππους, *sed dic, an iis solvere equos debeamus, & in stabulum ducere.* PERIZ.

ΚΕΦ. κδ'.

Πῶς ἂν ἡ φιλία ἀσφαλέστατα μάλιστα.

1 Λεωπρεπὴς ὁ Κεῖος, ὁ τοῦ Σιμωνίδου πατὴρ, ἔτυχέ ποτε 2 ἐν παλαίστρᾳ καθήμενος, εἶτα μειρακίοις πρὸς ἀλλήλους οἰκείως ἀσφαλείμενα ἤρετο τὸν ἄνδρα, πῶς ἂν αὐτοῖς ἡ φιλία ἀσφαλέστατα μάλιστα. Ὁ δὲ εἶπεν, ἐὰν τὰς ἀλλήλων ὀργὰς ἐξίστασθε, καὶ μὴ ὁμόσε χωροῦντες τῷ θυμῷ, εἶτα παροξύνητε ἀλλήλους κατ' ἀλλήλων.

1 Λεωπρεπὴς] Suidæ binis locis est Λεωπρεπίδης. SCHEFF. Recte utrumque. *v. not. ad lib.* XXX. *c.* 20. KUHN.

Λεωπρεπὴς] Hinc passim Σιμωνίδης ὁ Λεωπρεπίου, Herodot. VII. 228. & Σιμ. ὁ Λεωπρέπους, Pausan. in *Eliac.* II. 9. Suidas Σιμ. ὁ Λεωπρεπίδης. De ipso *Simonide* egimus *supra ad Cap.* 15. PERIZ.

ΚΕΦ. κε'.

Περὶ Θρασύλλου ἀναδόξου μανίας.

3 Θρασύλλος ὁ Αἰξωνεὺς παράδοξον καὶ καινὴν ἐνόσησε μανίαν.

1 Θρασύλλος ὁ Αἰξωνεύς] Auctor hujus rei Heraclides Ponticus apud Athenæum in *fine lib.* XII. Sed ibi Θρασυλάους Αἰξωνεύς vocatur. Melior tamen nostri lectio. Nam Αἰξωνὴ apud Athenienses tribus Cecropidis non Αἰξωνὶς. vide Meursium in *lib. de Pop. Ath.* SCHEFF.

CAP. XXIV.

Qua ratione maxime conservatur amicitia.

Leoprepes Ceus, pater Simonidis, sedebat aliquando in palæstra, tum adolescentes inter se amici, quomodo duratura maximè illis esset amicitia, interrogabant virum. Ille vero respondit: si alter alterius iræ cesseritis, neque affectui obviam euntes, vos invicem irritetis.

2 Ἐν παλαίστρᾳ] More scilicet Philosophorum, qui illic coire & disputationes suas instituere solebant. Vide Hieronymum Mercurialem *Artis Gymnasticæ lib.* I. *cap.* 7. SCHEFF. Solebant & in Gymnasiis otiosi homines sedere, & exercentes ephebos spectare, ac dein confabulari. Vide quæ notavi *ad* III. 7. PERIZ.

CAP. XXV.

De admirabili dementia Thrasylli.

Thrasyllus Æxoneus inaudito quodam ac novo dementiæ morbo

Similem morbum tangit Aristot. *de mirab. auscult. pag.* 183. huc etiam intendit dictum Horat. *lib.* II. *ep.* 2. KUHN.

Θράσυλλος ὁ Αἰξωνεύς] Athenæus *lib.* XII. *extr.* Θρασύλαον vocat. Præfert Schefferus Nostri lectionem. Fecerim id & Ego, licet in mutis

γίαν. Ἀπολιπὼν δὲ τὸ ἄστυ, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν Πειραιᾶ, 2 καὶ ἐνταῦθα οἰκῶν, τὰ πλοῖα τὰ καταίροντα ἐν αὐτῷ πάντα ἑαυτοῦ ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ 3 ἀπεγράφετο αὐτὰ, καὶ αὖ πάλιν ἐξέπεμπε, καὶ τοῖς εἰσωζομένοις, καὶ εἰσιοῦσιν εἰς τὰ λιμένα 4 ὑπερέχαιρε. Χρόνους δὲ διετέλεσε πολλοὺς συνοικῶν τῷ ἀῤῥωστήματι τούτῳ. Ἐκ Σικελίας δὲ ἀναχθεὶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ,

morbo laboravit. Nam urbe relicta, migrabat in Piræeum, atque ibi habitans, omnes naves, in eum appulsas, suas esse putabat, & in rationes suas referebat, iterumque emittebat eas, & iis, quæ salvæ in portum ingrederentur, supra modum gaudebat. Multos autem annos perseveravit huic morbo implicitus. Cæterum frater ejus reversus è Sicilia,

tis nominibus utraque forma sit usitata. Sic *Charillus* & *Charilaus* Rex Lacedæmonis. Vide *supra ad* I. 27. Similiter infamis ille ænei Tauri fabricator *Perillus* & *Perilaus*. Αἰξωνεὺς notat eum, qui est ex pago seu populo, sic dicto, tribus Cecropidis. Vide Harpocrat. & Suidam. PERIZ.

2 Καὶ ἐνταῦθα] Uterque MS. conjunctionem ignorat.

3 Ἀπεγράφετο αὐτὰ] *Referebat in Rationes suas, in Libellum sui Census.* Elegans est hæc locutio, ex qua discimus etiam genuinam & primam Verbi illius significationem, eamque in ista forma tam Activam, quam Passivam. Nam sicuti hic Activi sensus speciem habet, sic Passivo occurrit Lucæ II. 1. Ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, *ut singuli homines nomen suum profitentes referantur iii publicas tabulas.* Cum quo loco, si quis hanc interpretationem in dubium vocare ausit, conferri velim verba Dionysii Halic. *lib.* IV. *p. m.* 215. de Servio Tullio; *Concione dimissa*, φησὶ, ἐξῆς ἡμέραις ἀπογράφεσθαι κελεύσας τοὺς ὑποχρέως, *proximis diebus quum jussisset obæratos*, scil. ut iis succurreret, *referri in tabulas*, quas ideo mox appellat ἀπογραφάς. Nemo, opinor, negabit passive hic sumi illud verbum. Et quo minus negetur, en tibi disertiorem adhuc locum ex Plutarchi *Quæst. Rom.* 43. Διὰτί οἱ πρεσβεύοντες εἰς Ῥώμην ἐπὶ τὸ τοῦ Κρόνου ἱερὸν βαδίζοντες, ἀπογράφονται πρὸς τοὺς ἐπάρχους τοῦ ταμείου; *Cur Legati Romam, Saturni ædem adeuntes describuntur, nomina sua profitentes apud Ærarii præfectos.* Sic in τὰς πατρικὰς ἐγγύας ἀπογεγραμμένου apud Polybium in *Excerpt. de Virt. & Vit. p. p. m.* 1482. h. e. *cujus nomen annotatum est in albo Athletarum.* Sic Aristoteles *Polit.* IV. 13. ubi inter Artes Politicas, quibus homines infimæ plebis absque invidia arceri possint à Reip. administratione, vel à Comitiis & Judiciis, etiam hanc memorat. *Alicubi*, ait, *licet quidem omnibus ἀπογεγραμμένοις, interesse comitiis, & judicia exercere. Si vero illi, ἀπογραφόμενοι, ea negligant, tum graves illi mulctæ imponuntur, ut ita propter hanc mulctam fugiant nonnulli τὸ ἀπογράφεσθαι: propterea vero quod non dederunt nomina sua, διὰ δὲ τὸ μὴ ἀπογράφεσθαι, non exerceant judicia, neque participes sint comitiorum:* atque ita non quidem directe, sed per hanc artem & ambagem, excludantur à Comitiis & Judiciis homines infimæ plebis. Manifestum est, eodem accipi in his seusu, & passivo quidem, τὸ ἀπογράφεσθαι & ἀπογράψασθαι, quæ hic notant relationem civium in tabulas publicas, seu in aliquam tribum. Apud Athenienses enim quicunque cives ad idoneam pervenerant ætatem, *scribebantur & referebantur in aliquam tribum & curiam.* Unde idem Arist. III. 1. eos etiam vocat simpliciter ἐγγραμμένους: παῖδας, dicit, τοὺς μέλλοντας ἐγγεγράμμους: remque ipsam φυλέτευσιν: nam *ibidem* de Clisthene ait, πολλοὺς ἐφυλέτευσε ξένους, *multos peregrinos* in civitatem adscivit *referens eos in tribum.* Isocrates *de Pace p.* 418. jungit τὰς φατρείας καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα; quæ ait *impleri alienigenis*, scil. per istas ἀπογραφάς. Liquet etiam ex his, quod ἀπογράφεσθαι & ἀπογράψασθαι, licet etiam *censum bonorum*, aliquando recte notet, & sua significatione aliquando complectatur, potissimum tamen, sed certe gene-

τοῦ, παρέδωκεν αὐτὸν ἰατρῷ ἰάσα-
σθαι, ⁵ καὶ ἐπαύσατο ἢ νόσου οὗτος.
Ἐμέμνητο ὴ πολλάκις τῆς ἐν μανίᾳ
ἀμνήστου, καὶ ἔλεγε μηδέποτε ἡδέως
οὕτω τοσοῦτον, ὅσον τότε ἥδετο ἐπὶ τοῖς
μηδὲν αὐτῷ προσηκούσαις ναυσὶν ἀπο-
σωζομέναις.

lia, tradidit eum medico, ut sanaretur, atque ita liberatus est a morbo. Sæpissime igitur actæ in amentia vitæ recordabatur, & se nunquam gaudium percepisse tantum dicebat, quantum tunc percipiebat ex navibus illis, quæ ad se nihil pertinerent, servatis.

generatim, denotet qualemcunque relationem in tabulas & plerumque ipsorum tantum hominum: Hinc sæpe etiam ὄνομα additur. Plutarch. in *Pericle extr. Populus concessit* Pericli, cujus legitimi jam liberi erant mortui, licet per ejus legem Nothi à Rep. excluderentur, *ejus* tamen *Nothum filium* ἀπογεγράφθαι εἰς τοὺς φράτορας, ὄνομα θέμενον τὸ αὐτοῦ. Dionys. Halic. *lib.* x. de Civibus in Militiam Nomen dantibus; *concurrebant in loca designata*, ἀπογραφόμενοί τε κατὰ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν στρατιωτικὸν ὁμνύντες ὅρκον. Certum itaque est, quum ne Judæa quidem ipsa, nedum singuli cives ex suis bonis, sub Herode, aut illo tempore, tributum tulerint Romanis, intelligi à Luca *d. l.* solam Hominum numerationem & descriptionem, Augusti jussu istic factam, id quod aliis quoque rationibus demonstravi in *peculiari Dissertatione de illa* Ἀπογραφῇ *istius Loci*. PERIZ.

4 Ὑπερέχαιρε] Uterque MS. ὑπέχαιρε. sed præfero vulgatum.

5 Καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσου ἔτους] Uterque Codex ἔτος. Sic restituimus ex iisdem Codicibus, II. 41. Ἐξ ἐβουλήθη σοφίσασθαι τὸ λέγειν ἐκεῖνος, pro quo edebatur ἐκεῖνο. Vide quæ istic notavimus, & adde Nostrum *Hist. Anim.* II. 42. Καρδίαν δὲ ἔκ ἂν φάγοι ποτὲ ἵππος, τόλμης δήπου δεῶν καὶ μυσικὸν ἐκεῖνος τέρας. Athenæus hic omisit pronomen: nam ait πολλάκις αὐτὸν παρέδωκεν ἰατροῖς, καὶ τῆς μανίας ἐπαύσατο. PERIZ. ἔτος etiam habet Mediceus.

ΚΕΦ. κϛ'.

Περὶ Ηλέκτρας.

1 Ξάνθος, ὁ ποιητὴς τῶν μελῶν, 2 ἐγένετο ὢ οὗτος πρεσβευ-
τὴς

CAP. XXVI.

De Electra.

Xanthus, poëta Melicus, qui fuit antiquior Stesichoro Himerao di-

1 Ξάνθος ὁ ποιητὴς] Non temere addit Auctor hanc descriptionem, quia fuit & Historiarum Scriptor illius Nominis, patria Lydus. Cæterum ex hoc Poëta Melico multa hausisse Stesichorum ait Athenæus XII. 1. Atque ideo antiquum sane oportet fuisse, siquidem Stesichoro fuit antiquior, qui temporibus Cyri, Crœsi, & Phalaridis vixit. Μέλη autem sunt carmina, quæ cantabantur, vel simpliciter Cantica, atque ideo, quia inter ejus generis Carmina, præcipua erant Lyrica, hinc *melici Poëtæ*, seu ποιηταὶ τῶν μελῶν, accipiuntur vulgo pro Lyricis. Vide Turnebum *Adversar.* I. 4. & Cuper. *Observ.* II. 10. Sed tamen non tantum, quæ ad Lyram cantabantur, erant Μέλη, verum etiam, quæ ad Tibias. Sic de Bucolico Carmine *infra* x. 18. μέλη βουκολικά. Hinc ergo distinguebantur, ut dicerentur κιθαρῳδικὰ μέλη, αὐλῳδικὰ μέλη, &c. Vide *supra ad* III. 8. Sed cujuscunque generis Carmina, quia μελῳδίαν habebant, μέλη quoque appellabantur, unde

τῆς 3 Στησιχόρου ἢ Ἰμεραίου, λέγει
4 τὴν Ηλέκτραν ἢ Ἀγαμέμνονος οὐ
τοῦτο ἔχειν τοὔνομα πρῶτον, ἀλλὰ
Λαοδίκην. Ἐπεὶ ὴ Ἀγαμέμνων ἀνῃρέ-
θη, τὴν ὴ Κλυταιμνήστραν ὁ Αἴγι-
σθος ἔγημε, καὶ ἐβασίλευσεν, ἄλεκ-
τρον

dicit Electram Agamemnonis filiam, non appellatam fuisse ab initio hoc nomine, sed Laodicen. Postquam vero de medio sublatus est Agamemnon, & Ægisthus uxorem duxit Clytæmnestram, regnavitque, tunc

cuit Casaubonus *ad Athen.* XIV. 8. Præcipue tamen eo vocabulo absolute posito, ut hic fit, intelliguntur *Lyrica*, & *Bucolica*, ad Lyram aut Tibiam cantari solita. Et solebant talia iidem Poëtæ componere; certe Stesichorus non Lyrica tantum sed & Bucolica condidit, ut traditur à Nostro x. 18. Cæterum *Xanthus* iste Vossii *Poëtis Græcis* addi potest ac debet. PERIZ.

2 Ἐγένετο δὲ οὗτος πρεσβευτὴς &c.] Casaubonus monet πρεσβύτερος legendum esse. Athenæus *lib.* XII. Ξάνθος ὁ μελοποιὸς πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Στησίχορος μαρτυρεῖ. Idem probat Faber quoque. possis credere scripsisse πρέσβυς. Suevit enim Noster aliquando uti positivo pro Comparativo. vide Indicem in *Positivus*. SCHEFF. Mihi placet τὸ πρεσβύτης, quod in textu est, si modo rectè accipiatur. Ut enim πρεσβεύειν, inter alia denotat, *priorem antiquioremque esse*, uti patet ex *hoc loco* Tatiani *contra Gentes*: Χρὴ τὰ πρεσβεύοντα καὶ τῶν ἡλικίαν πιστεύειν μᾶλλον, ἢ ὡς ἕξεις ἀπὸ πηγῆς ἀρυσόμενοι ἕλλησι. *fides potius habenda est illi, qui ætate prior antiquiorque est, quam Græcis ex fonte hausturis*: ita putem apud Nostrum πρεσβευτὴς Στησιχόρου sonare, *antiquior Stesichoro*: quamvis τὸ πρεσβευτὴς non ab ipso Ælianо, sed ejus potius compilatore esse crediderim. KUHN. Quum Auctor in *hisce Capitibus* multum usus sit Athenæi *lib.* XII. & videatur hanc quoque descriptionem Xanthi ex eo sumpsisse libro, atque ibi Athenæus de Xantho sic loquatur, καὶ Ξάνθος δὲ ὁ μελοποιὸς, πρεσβύτερος ὢν Στησιχόρου: vix dubitem idcirco, legendum hic etiam πρεσβύτερος, ut voluerunt Casaubonus, Faber, Scheferus. Idque tanto magis, quia πρεσβευτὴς ita nude positum sine ulla circumstantia, quæ significationem vocis inusitatam designet, neutiquam videtur accipiendum pro illo πρεσβύτερος, quæ significatio insuper nullis dum exemplis est probata. MSti tamen nihil mutant. PERIZ.

3 Στησιχόρου τοῦ Ἰμεραίου] Celebris ille fuit Poëta, atque ideo hic unice ad ætatem Xanthi declarandum memoratur. Noster eum ait x. 18. Τῆς βουκολικῆς μελοποιίας ἀπάρξασθαι, *primum fuisse Auctorem Bucolicorum carminum*. Suidas eum etiam *constituisse chorum citharœdicum*, atque inde nomen accepisse. Athenæus XIII. 8. etiam composuisse illum, vel *constituisse cantica Amatoria*, quæ dicebantur παιδιὰ, vel παιδικά. Dictus ab eo etiam est certus talorum jactus, ut docet Eustath. *ad Iliad.* Υ. *pag.* 1398. *ed. Basil.* Ἐλέγετο δέ τις ὑπ' αὐλητῆς τῆς Στησίχορος, ὁ τὴν ὀκτάβα σημαίνων, ἐπεὶ ὁ ὑπ' ἐμέρᾳ τῇ σικελικῇ πάφος τὸ δὲ τῶ Μελοποιῶ ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέκειτο. Lege ὑπ' Ἰμέρᾳ. Sensus enim est, *dicebatur in his jactibus etiam quidam* Stesichorus, *qui scilicet octo designat, quia sepulchrum istius Melici Poëtæ in Himera Siciliæ octo angulis constabat*. IDEM.

4 Τὴν Ηλέκτραν] De Electra, Laodicea (Λαοδίκη) prius dicta habes apud Eustath. *ad Iliad.* I. 145. Ad Electræ nomen alludsum à Sophocle in *dramate hujus nominis*:

Πάρεστι δ' ἀλγεῖν ἐς τοσόνδε ὦ χρόνῳ.
Ἀλεκτρὰ γηρᾷσαν ἀνυμέναιά τε.
Dolendi rationem habet quæ jam diu,
Consenuit thori & hymenæi nescia.

vid. Etymol. Magnum & Phavorin. in Ηλέκτρα. sunt qui *Laodicen* ab *Electra* distinguaut. vid. Phavorin. in *voce* Ἀγαμέμνων, qui tamen voce Χρυσόθεμις sibi non constare videtur. KUHN. Vide Meziriacum *ad Ovidii Epist. Heroid.* III. 8.

Τὴν Ηλέκτραν τοῦ Ἀγαμ.] Homerus certe eam non *Electram*, sed *Laodicen* appellavit *Iliad. I. v.* 145. ubi Agamemnon offert Achilli

τρον οὖσαν, καὶ καταγηρῶσαν παρθένον, Ἀργεῖοι Ἠλέκτραν ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἀμοιρεῖν ἀνδρὸς, καὶ μὴ πεπειρᾶσθαι λέκτρου.

tunc ipsam carentem conjugali lecto, & virginem jam consenescentem, Electram nominarunt Argivi, quod expers mariti esset, & lectum conjugalem non cognovisset.

ΚΕΦ.

CAP.

in matrimonium, quam velit filiarum suarum. *Sunt mihi domi*, inquit, *Filiæ*,

Χρυσόθεμις, καὶ Λαοδίκη, καὶ Ἰφιάνασσα.

In his *Laodicen* esse Electram, liquet ex hoc Ælliani loco, sed & monet id Eustathius tanquam ex quorundam sententia, qui putent eam vel duplex habuisse nomen, vel ita cognominatam ἀπὸ λόγου τινὸς σκάμματος, ἀφ' ὃ πολὺν χρόνον ἄλεκτρον μείνας. Istum Eustathii locum plane descripsit Phavorinus in χρυσόθεμις. Ut adeo male Idem fecerit, quando in Ἀγαμέμνονα illi tribuit *quatuor* Filias, *Chrysothemin*, *Laodicen*, *Iphigeniam*, & *Electram*. Quum & Ipse in Ἠλέκτρα, dicat, ὁ παρ' Ὁμήρῳ Λαοδίκη, ἀφ' ὃ πολυχρόνιον τὸ παρθενίας, οἷον ἄλεκτρος τις, ὡς Εὐριπίδης. Cæterum etiam hinc discimus, quomodo plerumque posteriora Nomina Hominum invaluerint in Historia præ prioribus. Cujus rei exempla dedi complura in *Originibus Babylonicis*, de *Nimrodi* nomine agens. Quibus adde hunc ipsum *Stesichorum* hujus Capitis, qui illud quoque nomen accepit demum ex eo, quod Κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησε πρῶτος, quum antea *Tisias* esse dictus, ut docet nos Suidas. PERIZ.

5 Καταγηρῶσαν παρθένον] Nupsit tamen Pyladæ, & ex eo genuit duos Filios, ut Pausanias in *Corinth. cap.* 16. ex Hellanico tradit. Confirmat has nuptias etiam Hyginus *fab.* 122. Neutiquam ergo adeo vetula fuit virgo, aut in virginitate sua prorsus consenuit. Quapropter, & quia *Electra* usitatum fuit feminarum illustrium in Græcia nomen (nam sic appellata fuit & Dardani mater, & una ex Danai etiam, atque Oceani filiabus, immo & plures occurrant Viri, inter quos Alcmenæ Pater, qui Ἠλεκτρύων sunt dicti), putem itaque aliam fuisse istius Nominis causam & significationem. Nempe ἠλέκτωρ significavit *Solem*, unde Homerus *Iliad.* i. de Achille

Τεύχεσι παμφαίνων, ὡς τ' Ἠελίῳ Ὑπερίονι.
Armis fulgens tanquam Sol Hyperion.

Vide ibi Eustath. *pag. mihi* 1259. & adde Scidam ac Hesych. Id vero ab ἥλιος fortasse, vel ab eo ipso, unde illud ἥλιος, formatum est, vel potius ab hoc ipso λέκτρον, *lectus*, quia sol nunquam quiescit. Cæterum ab Ilo ἠλέκτωρ derivatur ἤλεκτρον, *electrum*, ita dictum ob fulgorem Soli pene similem. Sic & hinc Αλέκτωρ & ἀλεκτρυών *Gallus*, qui Solis ortum primus denunciat. Inde jam Nomina sunt Propria Ἠλεκτρύων, & Αλεκτρυὼν quoque, quod apud Homerum *Iliad. p.* occurrit, & Ἠλέκτρα, vigilantiam quandam opinor, aut splendorem denotantia. Grammatici autem & Melicus ille Xanthus, sæpe tamen etymologiæ in hac *Electra* rationem habuerunt oportunam, quod illa diu fuerit manserit innupta, πολὺν χρόνον, ut ait Eustath. ἄλεκτρος. IDEM.

ΚΕΦ. κζ.

Περὶ Παμφαοῦς δώρου, καὶ Διοτίμου.

Ὅτι 1 Παμφαὴς ὁ Πριηνεὺς Κροίσῳ τῷ Λυδῷ, ᾧ πατρὸς αὐτοῦ πειόντι, 2 τεττάκοντα μνᾶς ἐδωρήσατο. Παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, μετὴν ἄμαξαν ἀργυρίου 3 ἀπέπεμψεν αὐτῷ.

Ὅτι Διογένης λαβὼν 4 παρὰ Διοτίμου τοῦ Καρυστίου νόμισμα ὀλίγον, ἔφη·

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἀνδρά τε, καὶ οἶκον.

ἐδόκει

CAP. XXVII.

De Pamphais dono, & Diotimi.

Pamphaës Prienensis Crœso Lydo, superstite adhuc ipsius patre, triginta minas dono dedit. Qui quum imperium accepisset, currum argento plenum ei remisit.

Diogenes, accepto exiguo nummo à Diotimo Carystio, dixit:

Dii tibi dent, quæ mente optas, & quanta, Virumque, Atque Domum.

Vi-

1 Παμφαὴς ὁ Πριηνεὺς] Idem Nicolaus Damascenus in *Excerpt.* nisi quod χιλίας στατῆρας dono dedisse scribat, quod est vero similius. Sed & de *Crœso* ait ei currum μεστὸν χρυσίου misisse Pamphai. hunc Pamphaën Ephesium facit Nicolaus ille *l. c.*. KUHN. Nicolaus Damasc. qui *lib.* VII. hanc Historiam quoque retulit, ut videre est in *Excerptis* Valesii *pag.* 454. non *Ephesium* dicit aut *facit* hunc Pamphaen, quod ait Kuhnius, sed *Jonem. Priene* autem erat in Jonia apud Miletum. Vide Geoghraphos. PERIZ.

2 Τεττάκοντα μνᾶς] Exigua sane summa: inprimis si consideremus, maximo desideratam opere, & adhibitam ad conducendos Milites, ut liquet ex Nicolao Dam. Facit enim Carolinos tantum, seu Florenos nostrates, nongentos. Sed neque congruit cum summa, quam expressit Nicolaus. Ille enim χιλίας στατῆρας, *mille stateras*, Crœso donatos refert. At hi sive Aurei, sive Argentei sint neutiquam conveniunt cum XXX. Minis Nostri Auctoris. Crediderim vero quia in Asia frequentes erant Aurei Stateres, & quia sic demum rei momento congruet aliquantulum pecuniæ modus, intelligi Aureos. Sed & diserte Nicolaus Dam. *Stateres* istos in *seqq.* per χρυσοῦς interpretatur, dum ait, Crœsum, quum accepisset τοὺς χιλίους χρυσοῦς, *mille Aureos*, exercitum contraxisse. Quum vero Aurei stateres singuli valuerint XX. Drachmas argenteas, ut docuit Gronovius Pater, ita Mille Stateres facient Minas duocentas, seu non σ'. τεττάκοντα, sed σ'. λιτρῶν μνᾶς. PERIZ.

3 Ἀπέπεμψεν αὐτῷ] Lugd. αὐτοῖς. An ex compendio scripturæ pro ΑΥΤΩΙ Κ. h. e. αὐτῷ Κροίσῳ? Certe enim ille Nominativus desideratur. Sæpe tamen etiam omittitur a Nostro. Vide & *infra* VIII. 17. & Me. *ad* XIII. 40. IDEM.

4 Διοτίμου τοῦ Καρυστίου] *Carystis* est insula Caryensium. *Carystus* vero una Cycladum, & civitas Euboeæ. GESNER. Puto eundem innuere, quem supra *lib.* II. *cap.* 41. inter bibones numeraverat. Ibi autem ex Athenensis, ut hoc patris ejus nomen fuerit, sed nunc scriptum corrupte. SCHEFF. Romana Edi-

ἐδόκει δέ πως ὁ Διότιμος μαλθακώτερος εἶναι.

Videbatur autem aliquo modo mollior aut effeminatior esse Diotimus.

Editio legit Καρυσίᾳ, & ipso literarum ductu insinuat, legendum Καρυστίᾳ, *Carystii*, quod in textum admittere non dubitavi. KUHN.

Τῇ Καρυσίᾳ] Ut priscæ Edd. sic & Lugd. Codex Καρυσίᾳ. A Sluisk. abest. Sed recte reposuit Kuhnius Καρυστίᾳ. Est autem Carystus Urbs Euboeæ. PERIZ. Τῇ Καρυσίᾳ omittit quoque Mediceus.

ϛ Σοὶ δ' ϑεοὶ] Versus Homeri *Odyss.* VI. quibus Ulysses *Nausicaæ*, *Alcinoi* filiæ, nuptias maritumque apprecatur. Diogenes vero ad Diotimum, qui mollis erat & muliebris patientiæ, transfert, atque ita tectè sub voti titulo hominis perversam pathicamque libidinem perstringit. Supplenda etiam versio latina hoc modo:

Dii Tibi dent, animo quantum expetis ipsa, maritum

Scilicet atque domum.

Apud Latinos etiam usitatum, ut, si quem viderent mollem vestitu, incessu, victu, &c. his, & aliis, eum dicerent *Virum quærere*. Scalig. *Auson. Lection.* I. *cap.* 27. KUHN.

Σοὶ δ' ϑεοὶ &c.] Homerica hæc sunt, ex Oratione Ulyssis ad Nausicaam Alcinoi filiam, *Odyss.* Z. 180. in quibus notandum, conjungi ita ἄνδρα τε καὶ οἶκον, quia *domus* vel maxime ratio habebatur in matrimonio. Hinc Latini *domum ducere*. Sed disertius, & plenè, ut Homerus, sic Terent. *Andr.* v. 3. 30. de Filio, qui Uxorem quæsiverat, *Domus, Uxor, Liberi inventi invito Patre*. Hinc jam ἄοικοι Græcis, qui Uxorem non habebant Hesiodus suos Rusticos jubet rep. 602. Θῆτα ἄοικον πειρᾶσϑαι, h. e. *comparare filii servum cœlibem*. PERIZ.

ΚΕΦ. κϑ'.

Ὅτι ὁ Φερεκύδης φθειρίασιν ἔπαϑεν διὰ ἀϑεότητα.

CAP. XXVIII.

Quod Pherecydes in phthiriasin inciderit, propter impietatem in deos.

Φερεκύδης, ὁ Σύριος τὸν βίον ἀλγεινότατον ἀνθρώπων κατέτρεψε, τοῦ παντὸς αὐτῷ σώματος ὑπὸ τῶν φθειρῶν ἀναλωθέντος, καὶ γενο-

Pherecydes Syrius miserrimam omnium hominum vitam exegit, toto ejus corpore à pediculis consumpto, & quum fœda ejus facies

1 Φερεκύδης ὁ Σύριος] Antiquissimus hic fuit Philosophus, vel potius Sophus, seu Sapiens, ut tunc dicebantur, æqualis Thaleti, Præceptor Pythagoræ, Primus omnium, ut tradunt Græci, qui prosâ scripserit dissertationes, licuit dein Hecatæus primus Historias. Vide Suidam in Ἑκαταῖος, & adde Plinium *Nat. Hist.* VII. 56. *Prosam orationem condere Pherecydes Syrius instituit, Cyri Regis ætate*, & maxime Salmasium *Plin. Exercit. pag.* 841. &c. Oriundus fuit non ex Syria, sed ex insula Syro, in mari Ægeo inter Cycladas. Vide Menagium *ad Laertium* I. 119. PERIZ. Porphyrius *de vita Pythag. pag.* 38. ὡς γὰρ Φερεκύδης τὸν Σύριον αὐτῷ διδάσκαλον γενόμενον εἰς Δῆλον ἐπιπόρευτο, νοσοκομήσων αὐτὸν ἀφικτῷ γενόμενον τῇ ἱστορουμένῃ τῆς φθειριάσεως παϑεῖ, καὶ κηδεύσων. Adde Suidam in Ἐπιμελούμενος. & Χρεὼ δῆλα.

2 Τῷ παντὶ αὐτῷ σώματι] MSS. B. & C. αὐτῷ, quod puto esse præferendum. SCHEFF. Vulgata satis commoda. KUHN. Ut MS. B.

γενομένης αἰσχρᾶς αὐτῷ τῆς ὄψεως, καὶ τὴν ἐκ τῶν συνήϑων ἐξέκλινε συνουσίαν. Ὁπότε δέ τις προσελϑὼν ἐπυνϑάνετο,

B. & C. Parisienses, sic & Lugd. αὐτῷ. Sed vulgatum servat Sluisk. Et recte id tuetur Kuhnius. PERIZ.

3 Ὑπὸ τῶν φθειρῶν] Laertius auctor, quosdam tradere eum in agro Magnesio esse mortuum, alios è monte Corycis se ipsum dejecisse. Ab his omnibus dissentit Plutarchus in *Pelopida*, ubi refert, hostiæ instar, ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀναιρεθέντα, καὶ τῷ δορᾷ αὐτὸν κατὰ τὰ λόγια ὑπὸ τῶν βαρβάρων φερόμενον. De *Pherecyde* tamen firmat idem Plutarchus in *Sylla*, Pausan. in *Atticis*, Aristot. *lib.* V. *Animal. cap.* 31. Sammonicus Serenus, Suidas, Apulejus *Floridis*, & Noster *infra lib.* V. *cap.* 2. Plinius *lib.* VII. *cap.* 51. *Pherecydes Syrius copia serpentium ex corpore ejus crumpente exspiravit*. Serpentes hoc loco sunt id genus animalium, quos φθεῖρας appellat Ælianus: testis ille ipse Plinius *lib.* IX. *cap.* 33. *Nascuntur* inquit, *intra hominem tineæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine, jam in carne exanimi, viventium quoque hominum capillo, quæ fœditate & Sylla dictator & Aleman ex clarissimis Græciæ poëtis obiere*. Porro his quos Plinius enumerat, adde *Acastum Peliæ filium* ex Helladii *Chrestomathia* apud Photium. Et ex Plutarchi *Sylla*, Callisthenem Olynthium, Mutium JCtum, & Eunum quendam. SCHEFF. His subnecte *Herodem*, *Act.* XII. qui ἡυϑρῷ σκωληκοβρώτῳ ἐξέψυξε, *à vermibus corrosus exspiravit*: *Alexandrum Pseudomantin*, qui ἀπέϑανε σκωλήκων ζέσας, *mortuus est vermibus exæstuans*: Lucianus in *vita ejus*. *Pheretimam*, Cyrenarum reginam, quæ ζῶσα ὀλαῖον ἐξέζεσε, *viva pediculis ebullivit*. Herod. *lib.* IV. *in fine*. *Platonem* denique, de quo *Myronianus* in ἰαμβίοις φησὶ Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν περὶ τῶν πλάτωνος φθειρῶν, ὡς ἔπος αὐτὸν τελευτήσαντα, *in libro, quem inscripsit*, ὅμοια, *ait, Philonem proverbii, Platonis pediculi, mentionem fecisse, ac si hoc mortis genere defunctus esset*. Laertius in *vita ejus*, ut & *Speusippum*, Platonis successorem. Laert. in *vita ejus*: *Arnulphum* imperatorem Rolevinck *Fasciculo temporum*. *Democritum* ex M. Antonino *lib.* III. *de Vita sua*. *Cassandrum* Antipatri filium, de quo Pausanias in *Bœoticis*: ἐπλήϑη ὑδέρῳ καὶ ἀπ' αὐτοῦ, ζῶντι ἐγένοντο ὀλαί Suidas de nescio quo in λέσβει. ὁ ὃν φθειρσὶν ἐξεζέσας ἐνϑιόμενός τε καὶ κατὰ μικρὰ λεβόμενος ἀπεϑνήσκει, *ille vero pediculis scaturiens exesusque & sensim contabescens moritur*. Mitto alios tam è veteri quam recentiore historia, qui à parvis illis animalculis, quæ inter cutem & crinem gigni solent è concretis sordibus, justo Dei judicio exesi sunt. Vel Cl. Bochartum *Hieroz.* P. I. *p.* 620. 21. vide, qui plura dabit exempla. Qui tamen, hæc *non sine magno errore ad phthiriasin referri alibi probavimus*, inquit, *pag.* scil. 583. ubi refellere satagit eos, qui τὸ σκωληκοβρῶτος, *Act.* XII. de pediculis explicant; cum Lucas velit Herodem à *veris vermibus* erosum esse: ac si *Pediculi* veri vermes non sint. certe Isidorus *Orig. lib.* XII. *cap.* 5. *Pediculi*, inquit, *vermes cutis*, à *pedibus dicti*. imo etiam *serpentes* dicuntur à Plinio *lib.* VII. *cap.* 51. & Apulejo in *Florid.* Nec ad rem facit, quod pediculi *vivis*, *non mortuis infesti sint*, *moriturique hominis corpus deserant*. Nam vivi utique adhuc sunt, quorum corpora phthiriasis exedit, tam lentâ tabe, ut sentiant se mori. vid. Ælianum *lib.* V. *V.H. cap.* 2. Nec Plinius dubitat affirmare etiam in *carne exanimi* generari pediculos, *lib.* XV. *cap.* 33. in morbo pediculari scilicet. Confer Aristotelem *Hist. Anim. lib.* V. *cap.* 32. Non equidem diffiteor Auctores non φθεῖρας, sed σκώληκας vel ὀλὰς, nominare locis à Bocharto laudatis: sed hoc partim κατ' εὐφημισμὸν factum, quo male ominata verba vitare solebant Ethnici: unde sæpius φθειριάσιν circumlocutione designant, & ipsos pediculos modo *tetra & fœda capitis animalia*, modo *animalia exesura corpus* σεσηψακικῶς appellant. vid. Valerium *lib.* I. *cap.* 1. & Plinium *l. c.* & *alibi*. partim ex usu Græcæ linguæ, ut quæ promiscuè utitur his vocibus, cum de morbi hujus fœditate sermo est. Quapropter legas eundem à quibusdam dici ὀλαὰς, ab aliis vero φθειροὶ efferbuisse. vide Suidam in ἀπόνητο. & *curculio*, σκώληξ, *vermis*, in *Gl.* Cyrilli audis φθὴρ αὐτὸς, *pediculus frumenti*, & Scarabæum, qui & *Taurus*, sunt qui *pediculum terræ* appellitent. Plin. *lib.* XXX. *cap.* 6. Quapropter apud

το, 5 ὅπως διάγοι; 6 διὰ δὴ ὀπῆς τῆς χθὼν τὴν θύραν διείρας τὸ δάκτυλον, φιλόν γεγονότα τῆς σαρκὸς, ἐπέλεγεν, οὕτω διακεῖσθαι καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ σῶμα. Λέγουσι δὲ Δηλίων παῖδες, 7 τὸν θεὸν τὸν ἐν Δήλῳ, 8 μηνίσαντα αὐτῷ, τοῦτο ποιῆσαι. Καθήμενον γὰρ ἐν Δήλῳ μὲν τῶν μαθητῶν, ἄλλα τε πολλὰ, φασι, περὶ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας

per foramen januæ digitum, qui prorsus emacruerat, protendens ad. debat, ita totum se corpus suum habere. Dicunt autem Delii, Deum, qui in Delo *colitur*, succensentem ei hoc *malum* intulisse. Sedentem enim in Delo cum discipulis, cum alia multa ferunt de sua dixisse sapientia, tum vero & illud, nulli deorum

S. Lucam σκωληκόβρωτος adhuc mihi tantundem valet ac Hesychio φθειρόβρωτος in *de Vit. Philos.* KUHN.

4 Τῷ οὖν τῶν συνήθων ἐξέκλινε συνεσίαν] Illud οὖν hic est suspectum. vix enim recte dicitur συνεσία οὖν συνήθων. puto scriptum fuisse πῶ μὴ τῶν, videturque exigere sequens ϛ, quod ferè ad μὴ refertur. SCHEFF. Abst ut corrigamus, quod *Noster* passim adhibet inter styli elegantias. Hoc enim modo circumloqui amat adjectiva, ut hoc loco sit ἡ οὖν συνήθων συνεσία, ἡ συνήθης vel συνήθων, *consuetudo familiarium*. ita *lib.* VI. *Hist. Anim. cap.* 15. ἡ ἐξ ἐμοῦ μνήμη i. e. ἐμὴ, *mea commemoratio*. vide indicem in οὖν. KUHN.

5 Ὅπως διάγοι] Reposui, quod uterque habet Codex, ἄγοιτο. Solet hæc forma ita adhiberi. Sic in hac ipsa Historia apud Laërtium in *Pherecyde n.* 118. Πυθαγόρᾳ ὡδηγεκρίνατο, καὶ πυθανομένῳ, πῶς διακείσοιτο. PERIZ.

6 Διὰ τῆς ὀπῆς] Pythagoræ ad se venienti ita digitum monstrasse scribit Aristoxenus *de vita Pythag.* & docet Laertius *in vita ejus* &c. Heraclides in *republica Samiorum*. Imo meminit ipse in *epistola ad Thaletem*, & tangit Synesius in *encomio calvitiei*. SCHEFF. Non tantum digitum per foramen invisentibus ostendit, verum etiam adjecit, cum percontarentur, quomodo valeret, χρῶτ' δῆλον, Laert. vel, ut Suidas habet, χρεὼ δῆλον, *vel ex cute summa apparet*, quod deinde in proverbium abiit de rebus manifeste in deterius refluentibus. KUHN.

7 Τὸν θεὸν τὸν Δήλῳ] Tan. Faber corrigit, θεὸν τὸν Δήλῳ, quod & Cl. Menagio *ad Laertium* displicuit. SCHEFF. Ego hic quoque manum abstinuerim criticam. KUHN.

Τὸν θεὸν τὸν Δήλῳ] Tan. Faber, testante Menagio *ad Laërtium*, voluit θεὸν τὸν ἐν Δήλῳ. Sed quod rejiciunt pariter Schefferus, & Kuhnius: at probant MSti, consentientes in hanc Lectionem, τὸν θεὸν, τὸν ἐν Δήλῳ. Quod nullus dubito esse genuinum, & ideo lubens admisi. Deus autem ille est Apollo. PERIZ.

8 Μηνίσαντα αὐτῷ] Ethnicis quoque creditum est, morbum pedicularem à divina nemesi enormiter peccantibus immitti. Pausan. in *Bœoticis*: τῶν μὲν (Σύλλαν) παυσαμένην ἐλπίδας πόλεις καὶ θεὸς τὸ ἔκλυσιν ἐκμηνίσ- ἐποίησεν ἀκαρεσιάτῃ νόσῳ πατῶν. φθειρῶν δὲ ἔλαβεν (malim ἀπώλεσεν), ἥτε ὑστέρου ἐπιγιγνομένη πεῖραν παρέσχεν αὐτῷ τέλος. *illum vero adeo in Græcas urbes Græcorumque Deos furentem morbus invasit omnium fœdissimus. pediculis enim plenus defloruit, & prior illa felicitas hunc finem sortita est.* Unde Sidon. Apollin. *lib.* III. *ep.* 3. *morbum Sullanum* dixit hanc pestem, ubi Savaro. KUHN.

9 Μηδενὶ τῶν θεῶν θῦσαι &c.] Impietatis & ἀθεότητος hæc magnam præferunt speciem, sed tamen Pherecyden hunc inter Ἄθεους, eos, qui providentiam Deorum negarint, neque ab Auctore Nostro II. 31. neque ab aliis, referri videas. Quin e contrario θεολόγος cognominatur apud Plutarchum & Laërtium, quia scripsit Librum, Θεολογίαν dictum, in quo omnium rerum initia refert ad Deum, qui condiderit cœlum, & terram, & mare. Vide Salmas. *Plin. Exerc. pag.* 842. Quid ergo? Genuinum hic agnosco Præceptorem Pythagoræ, qui præcipua quæque ab illo hausit. Certe Philosophia Hujus & Theologia tota erat mystica & ænigmatica. Idem vero de sua testatur ipse Pherecydes, si ipsius est Epistola *ad Thaletem* apud Laërtium. Sed de

φίας εἰπεῖν, καὶ δὴ καὶ τοῦτο, 9 μηδενὶ τῶν θεῶν θῦσαι, καὶ ὅμως οὐδὲν ἧττον ἡδέως βεβιωκέναι καὶ ἀλύπως, οὐ μεῖον τῶν ἑκατόμβας καταθυόντων. Ὑπὲρ ταύτης οὖν τῆς κουφολογίας βαρυτάτην ζημίαν ἐξέτισεν.

& ipsam μετεμψυχώσεως doctrinam Ille ab Hoc hausit. Hinc Hesych. Milesius de Pherecyde, ἔτος πρῶτος τὸν περὶ μετεμψυχώσεως λόγον εἰσήνεγκε, *Primus opinionem de Animorum translatione ex uno corpore in aliud, in medium protulit.* Cic. *Tusc. quæst.* I. 16. *Pherecydes Primum dixit Animos hominum esse sempiternos*, scil. per illam μετεμψύχωσιν. Ex ea vero sequebatur secundum Pythagoram, ne occiderentur aut Diis offerrentur animalia, sed ut iis potius darentur placentæ, thus, & similia. Vide Jamblich. *de Vita Pythag. cap.* II. & *cap.* 28. *pag.* 137. Nam adeo non rejiciebat Providentiam & religionem Pythagoras, ut dicatur docuisse, θεοπρόθεν ἠρῆσθαι καὶ οἰκονομεῖσθαι πάντα, *à Cœlo pendere & gubernari omnia*, idque cum aliis probavisse rationibus, tum ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῶν ἱερῶν, *ab efficacia Sacrorum.* Sic ergo crediderim, etiam Pherecyden non omnia rejecisse Sacra, sed ea tantum, quibus mactabantur animalia, unde mox ἑκατόμβας memorat: atque adeo voluisse homines suo exemplo revocare ad antiqui moris Sacrificia, quæ consistebant tantum in suffitu, & rebus terra natis, unde & vox θύειν orta est, licet ea deinceps translata sit ad Sacra victimarum vel maxime denotanda. Illud ipsum tamen Delii interpretabantur impie factum, quia scil. Hecatombæ, & similes victimarum cædes, jam prorsus erant usitatæ & receptæ communiter ab omnibus pene populis, ac forsan Deliis utiles, quum ab alienigenis maxime hi sumptus sacrorum in Delo fierent. PERIZ.

ΚΕΦ. κθ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου γελοῖον.

Οὐ γὰρ δὴ δύναμαι πείθειν ἐμαυτὸν, μὴ γελᾶν 1 ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ

Κόσμους εἶναι ἀπείρους γελοίως Ἀλέξανδρος ἐπίστευσεν. *Mundos esse infinitos Alexander ridicule credidit*] Iste Titulus Capiti huic erat præscriptus, sed plane à Mente Auctoris alienus. Nec enim id ridetur in Alexandro, certe non risisset Democritus, qui ipse id non credidit tantum, sed & alios docuit: Verum, quod cupiditati ejus unus orbis vix sufficiebat, seu, ut Valer. Max. de ipso ait VIII. 14. *Angusta homini possessio gloriæ fuit, quæ Deorum omnium domicilio sufficit.* Quapropter, quum Tituli hi non sint ab Auctore

CAP. XXIX.

De Alexandro ridiculum quiddam.

Non possum mihi ipsi persuadere, quo minus rideam Alexandrum Phi-

profecti, sed ab imperitis librariis, (Vide & *supra cap.* 4.) & ideo in quibusdam MStis, veluti Sluisk. nulli compareant, in aliis Varii, & à Vulgatis diversi, non dubitavi hunc removere, & reponere, quem Lugd. exhibebat, περὶ Ἀλεξάνδρου γελοῖον. PERIZ.

1 Ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ] Historiam habet Val. Max. *lib.* VIII. *cap.* 15. & alludit Juvenalis *Sat.* X. *v.* 168. SCHEFF.

2 Ἀπείρους ἀκόσμους εἶναι] h. e. *innumerabiles*, ut liquet ex oppositione μηδὲ τὸν ἕνα, cum in hoc loco, tum apud Plutarch. *de Oracul.*

δρῳ τῷ Φιλίππου· εἴγε [2] ἀπείρους ἀκούων εἶναί τινας κόσμους, λέγοντος [3] Δημοκρίτου ἐν τοῖς συγγράμμασιν, οὔδε ἠνιᾶτο, μηδὲ ἓν ἑνὸς καὶ [4] κοινοῦ κρατῶν. Πόσον ἦ ἐπ' αὐτῷ Δημόκριτος [5] ἐγέλασε καὶ αὐτὸς, τί δεῖ καὶ λέγειν, ᾧ ἔργον τοῦτο ἦν;

Philippi filium: ſiquidem quum audiret innumerabiles eſſe quoſdam mundos, tradente id Democrito ſuis in ſcriptis, ille vero indoluit, quod necdum unius & cogniti potiretur. Quantum vero deriſurus eum fuiſſet ipſe Democritus, quid opus eſt referre, quum id maxime ſolebat?

defectu, τὰ κωλύοντα ποιεῖν κόσμους ἀπείρους, οὐκ ἀπείργει πλείονας ἑνὸς ποιεῖν. *quæ prohibent ſtatuere mundos innumerabiles, ea non impediunt, quo minus ſtatuamus plures Uno.* Sed & ita Heſiod. Ασπ. 472. Λαὸς ἀπείρων θάμβησε Κυκνὸν, de multitudine hominum. Julian. *Orat.* I. ἀπείρων εἶχες ἱππέων πλῆθος, *innumerorum Equitum.* Sed & illud ſenſiſſe Democritum, hoc ipſo vocabulo tradunt Latini. Valer. Max. *d. l. Anaxarcho ex auctoritate Democriti Innumerabiles eſſe mundos referenti.* Cicero *Acad. Quæſt.* IV. 17. *Democritum dicere Innumerabiles eſſe mundos.* Faciebat autem Democritus mundos ἀπείρους, καὶ γινομένους, καὶ φθαρτούς, ut ait Laërtius *n.* 44. h. e. *qui generentur identidem & pereant*, ſeu ut Cic. *de Finibus* I. 6. id interpretatur, *innumerabiles mundi, qui & oriantur & intereant quotidie*, vel, ut Idem *de Nat. Deor.* I. 24. qui *omnibus minimis temporum punctis alii naſcantur, alii cadant.* Nempe infinitos ille numero ſtatuebat atomos, quorum concurſu fortuito & motu inſtabili oriri cenſebat & mutari continuo iſthæc mundorum ſyſtemata. Quam ſententiam, ut & alia multa, à Democrito recepit Epicurus. PERIZ.

3 Δημοκρίτου] Plutarchus Anaxarchum talia differentem audiviſſe ſcribit *lib. de Tranq.* ſed hic forte protulit ex iſto. SCHEFF.

4 Κοινοῦ] Omiſerat id Interpres, forſan, quia non perſpexit vocis ſenſum. Verti Ego, *cogniti*. Nam ea eſt vis vocabuli, ut notet, quod omnibus eſt cognitum, & ſic vulgare. Opponitur enim voculæ Τίνας, quæ Iſtcognitos eſſe nobis declarat illos innumerabiles mundos. Sic Dionyſ. Halic. *Epiſt. ad Pompejum.* de Platone & ejus ſtylo, * κοινότητα διώκει τῶ ὀνομάτων, *nota omnibus vocabula quærit*, vel *ſectatur*. PERIZ.

5 Ἐγέλασε] *Deriſerit* Interpres, quaſi Democritus hæc dicentem audierit Alexandrum. Menagius quoque *ad Laërt. in Dem.* 44. quum hoc caput integrum deſcripſiſſet, ſubdit quæſtionem, *An Alexandri M. jam Imperatoris tempora attigerit Democritus beneficio longiſſimæ ætatis*; *veriſimile* tamen putat, *non attigiſſe*. Scilicet hanc hæſitationem iſti injeciſſe videtur locus hic male intellectus. Nam cæteroqui nullo attigit modo Alexandri res geſtas Democritus, quippe qui æqualis fuit Darii Nothi & Hippocratis, Socrate major natu, & mortuus à pleriſque traditur proximo poſt Darii illius mortem anno, qui eſt ſexageſimus nonus ante Alexandri Regnum. Sed neque id voluit, nec debuit velle Auctor, ſiquidem non Plutarchus tantum *de Anim. Tranquill. p.* 466. quod contra Ælianum notat Scheffer. ſed & Valer. Max. *d. l.* diſerte ait Alexandrum hæc de tot mundis dixiſſe non ex ipſo Democrito, ſed ex *Anaxarcho*, *innumerabiles eſſe mundos ex auctoritate Democriti præceptoris referente*. Sed & Noſter, Democritum ea non coram in colloquio *dixiſſe*, ſed in *ſcriptis ſuis* ait, & ex iis id relatum Alexandro. Manifeſtum itaque, Verbum hoc Aoriſti temporis non exponendum eſſe *deriſerit*, ſed *deriſurus fuiſſet*, vel *eſſet*. Solet autem eo etiam modo & ſenſu poni id tempus. Sic IX. 10. Αὐ ἔγωγε ἂν μετώκησα ὑπὸ τῷ &c. *cap.* 24. Οὗτος κατεκλίθη, *ille recubuiſſet*, vel *recubiturus eſſet*. XIV. 47. Οὐκ ἂν με ἠρώτησας, *ii* &c. *non rogares, ſi oculos meos haberes.* IDEM. Mediceus & Sluisk. ἐγέλασεν αὐτὸς, omiſſa particula καί.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ πέμπτον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER V.

ΚΕΦ. α'.

Οτι Ταχὼς δι' ἀβροτέραν δίαιταν ἐτελεύτησεν.

[1] Ταχὼς ὁ Αιγύπτιος, ἕως μὲν ἐχρῆτο τῇ ἐπιχωρίῳ διαίτῃ, καὶ εὐτελῶς διεβίω, ὑγιεινότατος ἀνθρώπων διῆγεν. Επεὶ ἦ [2] εἰς Πέρσας ἀφίκετο, καὶ εἰς τὴν ἐκείνων τρυφὴν ἐξέπεσε,

CAP. I.

Quod Tachos per lautiorem victum vitam finierit.

Tachos Ægyptius, donec uſus eſt patrio victu, & frugaliter vixit, maxime omnium hominum fuit ſanus. Poſtquam vero ad Perſas venit, & in illorum luxum prolapſus eſt,

1 Ταχὼς ὁ Αιγύπτιος] Rex fuit Ægyptiorum, qui primo bellum geſſit contra Perſas & eorum Regem Artaxerxen, inque illud aliquot Græcorum millia conduxit, quibus præfecit Ageſilaum Spartanum. Sed dein quum hunc offendiſſet, & contra ipſum inſurrexiſſet ejus vel Filius, vel Cognatus, Nectanebis, & huic ſe junxiſſet Ageſilaus, tum vero Tachos ille fugit per Arabiam ad Regem Perſarum, à quo veniam impetravit, ſed iſtic, quum jam bellum contra Ægyptios ipſi eſſet à Rege mandatum, mortuus eſt. Mire horum Regum Hiſtoriam confundunt ipſi Veteres, & maxime Diodorus, qui *lib.* XV. *pag.* 400. Tachon à Perſis rediiſſe ad Ageſilaum, & ab eo adjutum, victo Nectanebe, reciperaſſe regnum, & dimiſiſſe Ageſilaum cum muneribus tradit, *Tachon* in his memorans pro Nectanebi, & *Nectanabin* pro Mendeſio illo, qui Nectanebin oppugnavit. Vide Plutarchum in *Ageſilao*, cum quo conſentiunt Athenæus XIV. I. & Corn. Nepos

πεσέ, τὸ ἄηδες τῶν σιτίων οὐκ ἐνεγκὼν, ὑπὸ δυσεντερείας τὸν βίον κατέτρεψε, τῆς τρυφῆς ἀλλαξάμενος θάνατον.

in *Ages.* Neque est, quod quis dicat, quæ Diodorus refert, de initio belli accipienda, & postea demum ad Nectanebin transiisse Agesilaum, quum utique Diodorus suæ narrationi continuo subjiciat, Agesilaum à Tacho dimissum in reditu esse mortuum, quem Alii à Nectanebi dimissum & sic mortuum scribunt. Similiter in his erravit Nepos in *Chabria*, quem ultro ait *cap.* 2. *Nectanebin ut adjuvaret, profectum, regnum illi constituisse*, quum & Plutarch. & Diod. & Polyæn. III. 11. 5. eum in partibus fuisse Tachus, Plut. etiam, eum studuisse ne transiret ad Nectanebin, disserte tradat. PERIZ.

est, quum non posset ferre insolentiam ciborum, vitam dysenteria finivit, & luxuriam cum morte commutavit.

ΚΕΦ. ϛ'.

Φερεκύδης πῶς τέθνηκεν.

Ὅτι [1] Φερεκύδης Πυθαγόρου διδάσκαλος, ἐμπεσὼν εἰς τὴν ἀῤῥωστίαν, [2] πρῶτον μὲν ἵδρου ἱδρῶτα θερμὸν, ἰξώδη, [3] ὅμοιον ὡς μύξαις, ὕστερον δὴ [4] θηλώδη, μετὰ δὲ ἐφθειρίασε.

CAP. II.

Quomodo mortuus sit Pherecydes.

Pherecydes præceptor Pythagoræ, quum incidisset in languorem, primum quidem sudabat sudorem calidum, viscosum, & muconi ferme similem, postea vero pedicula-

1 Φερεκύδης] Vide, quæ notavi *sup.* IV. 28. & adde Aristot. V. *de Anim. cap.* 285. SCHEFF.

2 Πρῶτον μὲν ἵδρυ. ἱδρῶτα] Nempe hic morbus oritur ex superfluo & calido humore, ἕξιν ὑγρασίας πολλὴν ἐν τῷ σώματι ἔχει, ut ait Aristot. *Hist. Animal. cap.* 285. Adde Aëtium *lib.* VI. *cap.* 67. Serenus Sammon. de Phthiriasi:

Sed quis non fleret Pherecydis fata Tragœdi,
Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.

3 Ὅμοιον ὡς μύξαις] Vix hæc lectio bona; quid enim vult illud ὡς? an non illud ipsum quod ὅμοιον? igitur aut delendum aut scribendum ὅ. ταῖς μύξαις. SCHEFF. Nihil hoc quidem loco rejiciendum. Nam ὡς sæpe per pleonasmum elegantem Græcis usurpatur. Polybius *lib.* I. *p.* 52. ὡς ἐπὶ τὸ λεῖον, ubi vide *notas* Clar. Jac. Gronovii, Herodianus *lib.* III. *cap.* II. ὀξυμύθους ὡς ἐκ τῆς τῶν ἀνατολῶν ἀνθρώπους. *Orientales acumine ingenii valent præ cæteris*, ubi frustra sunt qui ὡς Latine reddere conati sunt. Suidas ad τὸ, ὡς γ' ἐμοὶ κρίνει, παρέλκει ὡς, inquit. vid. Indicem in ὡς. Cæterum quod ad rem ipsam attinet, notavit Photius ex Agatharchide,

σε. Καὶ ἀφανιομένων τῶν σαρκῶν εἰς τοὺς φθεῖρας, ἐπεγένετο τῆξις, καὶ οὕτω τὸν βίον κατέλλαξεν.

de, acridophagorum genti πτερωτὰ γένη φθειρῶν, *alatos quosdam pediculos è corporibus subnasci, μετὰ τὸ τῶν θηλέων ἐκφύσεως καὶ λεπτῶν ἀναχεομένων ἰχώρων, una cum animalculis enatis tenui exoriente sanie* &c. Strabo *l.* XVI. *Geogr.* de eadem gente. τὰ τεταραγμένα ἔτη σπανίως ὑπερβιάσαιν, ἀποθηλυνθῆναι αὐτῶν τὸ σαρκῶδες. quod reddit Xylander. *raro quadragesimum superant annum, carne jam in ferinam versa.* malim, *carne jam in bestiolas vel pediculos resoluta.* Hoc enim signat hoc loco τὸ ἀποθηλυοῦσθαι. KUHN.

Ὅμοιον ὡς μύξαις] Sollicitat hæc Scheffers, rogitans, *quid vult illud ὡς, annon illud ipsum, quod ὅμοιον?* Pronunciat igitur aut delendum, aut scribendum ὅμ. ταῖς μ. Kuhnius vulgatam lectionem tuetur per pleonasmum. Sed nihil in his rejiculum, nihil etiam abundans, aut πλεονάζον. Significat enim ὡς, *ferme, propemodum, quodammodo.* Hinc passim cum Nominibus Numerum notantibus jungitur, velut, ὡς πεντήκοντα, *ferme quinquaginta.* Lucas *Act. Ap.* XIII. 18. Καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. XIX. 34.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.

Ἀριστοτέλης τὰς νῦν [1] Ἡρακλείους στήλας καλουμένας, πρὶν κληθῆναι

CAP. III.

De Columnis Herculis.

Aristoteles affirmat columnas, quæ nunc Herculis appellantur,

1 Ἡρακλείους στήλας] Mela I. 5. quum Montes præaltos, in littore extremo Africæ & Europæ sibi ex adverso objectos, *Columnas Herculis* vocatos memorasset, subjicit hanc appellationis rationem, sed fabulosam: *Addit Fama nominis fabulam, Herculem ipsum junctos olim perpetuo jugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum, ad quæ nunc inundat, admissum.* Fuerint

Πάντων ὡς ἐπὶ ὤρας δύο κρεζόντων. Ita vero & ille ipse locus, quem attulit Kuhnius ex Herodiano III. 11. Δριμύτεροι ὡς πρὸς τὰς σύνεσις οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἄνθρωποι, vertitur à Politiano, *ac sunt Ferme ad Orientem mortales, acerrimis ingeniis.* Nec puto illum frustra in eo esse. Μύξαι quid sint, liquet ex Hesiod. Ἀσπ. 267. de Tristitia, quasi Homine, Τῆς οἱ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον, *illius quidem ex naribus mucus fluebat.* PERIZ.

4 Θηλώδη] *virosum.* GESNER. Θηλώδη, quod Interpres reddit *belluinum*, Gesnerus mutat in *virosum*: mihi ἰδρὼς θηλώδης est *sudor animalcula gignens.* KUHN. Malui *Pedicularem* h. e. pediculis exiguis exuberantem. Nam θηλέα etiam *Pediculos* notare, abunde hic docuit Doctiss. Kuhnius. PERIZ. Haud dubie scripsit Auctor ἰδρὼς θηλώδη, *vermibus* seu *pediculis infestatus fuit*, & sic Avus noster conjecerat. Facillimo enim librarii lapsu augmentum verbi a simili præcedentis particulæ postrema litera absorptum, & τῷ δ in δ mutato, adjectivum loco verbi positum fuit.

p. m.

θῆναι τοῦτο, φησὶ [2] Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτάς. Ἐπεὶ ὃ [3] καθῆρε γῆν καὶ θάλασσαν Ἡρακλῆς, καὶ ἀνδρὶ φιλόγως εὐεργέτης ἐγένετο τῶν ἀνθρώπων,

tur, antequam ita vocarentur, Briarei dictas esse. Postquam vero Hercules terram mareque purgasset, & sine dubio bene meritus esset de homi-

p. m. 18. de Atlante Cœlum sustinente istic agens, & à Piandro etiam Aetnam dici ἐρμεῖον κίονα tradens. Ceterum Isocrates *Orat. ad Philippum* p. 250. Herculem, ait, postquam vicisset & occidisset *Reges Gentium*, τὸ ἐφ' ἑκάτερα τὴν ἠπειρον τὴν θαλαττίαν κατοικούντων, *litus utriusque continentis*, h. e. in utroque Maris Mediterranei littore (sic enim verba Isocratis sunt accipienda, male istic versa, quasi solam *Asiam* denotarent) *habitantium*, *fecisse τὰς στήλας τὰς Ἡρακλείους καλουμένας πρόσταγμα μὲν τῶν Βαρβάρων, μνημεῖον δὲ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ καὶ τῆς κινδύνων, ὅρους δὲ τῆς Ἑλλήνων χώρας columnas illas, quæ Herculis appellantur, ut tropæum essent Barbarorum, monumentum vero virtutis suæ & periculorum, terminos autem Regionis Græcorum.* PERIZ.

[2] Βελάρεω] Locum Aristotelis ignoro, dubitoque an in iis extet, quæ ad nos ex multis ejus viri scriptis pervenerunt. Interim veram esse lectionem credo ex Hesychio, apud quem Βελάρεω στήλαι explicantur οἱ Ἡρακλειοι λεγόμενοι. Porro quis hic Briareus fuerit, cujus mentio fit hoc loco, non sum satis certus. Puto tamen eum intelligi, quem crudelissimum tyrannum fuisse, alioque nomine *Ægeum* appellatum docent Virgilius *lib.* VI. *Æneid.* Servius *ad eum locum*, Apollonii Scholiastes, Timocles apud Athenæum *lib.* VI. Pausanias in *Corinthiacis* & alii. Erasmus *Chiliad.* I. *cent.* 7. vetustissimum Herculem sic nominatum scribit, auctorem non laudat. Sed forte habet ex Scholiaste Pindari, qui hoc Herculis inter alia cognomentum asserit fuisse, & Gyraldus monet in *Syntagm.* Imo potius ex Clearcho, qui apud Zenobium in οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς, meminit *Briarei* καλουμένου Ἡρακλέους ante Tyrium Herculem, quem & ad columnas istas ait profectum, & sic inde acceperint nomen. Eustath. *ad Dionys. Perieg.* de iisdem columnis: *olim vocabantur Saturni columnæ, deinde columnæ Briarei: nam usque ad illos montes protendebantur eorum fines.*

SCHEFF. *Briareus, Ægæon, Gyges* est gigas centimanus, tribus nobilis nominibus, de quo inter alios Phavorin. in Αιγαίων, Demetrius Caletianus *Briareum* unum ex Cyclopibus ait fuisse, qui habuit filios Steropem & Ætnam. apud Dionem Prusæum vocatur, θεὸς πρεσβύτερος, ὃ πλεῖσι μὲ κεφαλαῖς, πλείσι δὲ χερσίν, additque illi ipsi litem, quæ inter Neptunum & Solem de possessione Corinthi fuit, suo arbitratu decidendam à litigantibus commissam esse, in *Corinthiaco.* confer & Tzezem *in Lycophron.* Hesychius in voce Αιγαίων dicit per *Ægæum* intelligi a quibusdam *Briareum*, & *Neptunum*, ut non absurdum adeo sit, si quis Βελάρεω columnas Neptuno vindicet. KUHN.

Βελάρεω] Diversa plane tradunt de *Briareo* Veteres. Plerique ex Homero *Iliad.* A. 403. eum tuliisse auxilium Jovi contra alios Deos, qui Jovem vincire volebant: vel etiam contra Titanas, Vide Schol. *ad Æschyli Prom. Vinct.* 351. Alii eum inter Gigantes oppugnavisse Jovem, & fulmine detrusum in Tartara, in qua sententia fuit Virgilius. Vide *Æn.* VI. & X. Adde Senecam *Herc. Oet.* 167. Alii etiam unum & Cyclopibus in Sicilia fuisse ajunt, qui liberos genuerit *Steropem*, & *Ætnam.* vide Schol. *Theocriti ad Idyll.* I. 65. Sed, quod magis ad hunc locum facit, erat ille δαίμων θαλάσσιος, *Deus Marinus*, qui sedem habuit in Eubœa, unde θαλασσοκρατήσας, *dominationem mari obtinens*, insulas Cycladas subegit, & quia etiam *Ægæon* dicebatur, mari *Ægæo* nomen dedit, quæ tradit ex Arriano Eustath. *ad Hom. Iliad. d. l.* Columnæ itaque istæ, quæ terminabant mare Mediterraneum, in quo dominabatur Briareus, primum *Saturni*, a dein *Briarei* fuerunt dictæ, ἀφ' οὗ τι μεγαλοπρεπὲς τῆδε ὥρων διήκειν τὰ κατ' ἐκεῖνος, *quia illorum res gestæ*, vel *potentia*, *ad illos usque fines se extendebat*, ut ait Eustath. *ad Dionys. Perieg.* 64. Vide ad hunc locum etiam Scheffer. & Kuhnium. Neutiquam tamen Briareus

πων, τιμῶντες αὐτὸν, τὴν μὲν Βριάρεω μνήμην παρ' οὐδὲν ἐποιήσαντο, Ἡρακλείους δὲ προσηγόρευσαν.

minibus, qui ipsum honorantes, Briarei quidem memoriam rejecerunt, & Herculis columnas cognominarunt.

reus est idem, qui *Gyges*, & quando id tradit Phavorinus, ut facit in voce Αιγαίων, errat. Etenim Briareus dicebatur etiam *Ægæon*, sed *Gyges* vel *Gyas* erat ipsius Frater. Vide Hesiod. Θεογ. 149. Palæphatum, Apollodorum, Hyginum, Servium *ad Æn.* X. & Schol. Æschyli *Prom. Vinct. d. l.* PERIZ.

[3] Καθῆρε] *Purgasset*, scil. à latronibus, tyrannis, & monstris, ut ex Laboribus ejus constat. Hinc εὐεργέτης τῶν ἀνθρώπων à Nostro dicitur factus, & ab Eustat. *ad Dionys. Perieg.* 434. decrevisse εὐεργετεῖν τὰς ἠπείρους γῆς, *beneficiis afficere homines ubivis terrarum.* IDEM.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ φυτῶν τινων ἐν Δήλῳ θαλλόντων.

Ὅτι ἀναθήλαι λόγος ἐστὶ Δήλιος φυτὰ ἐν Δήλῳ, [1] ἐλαίαν καὶ φοίνικα, [2] ὧν ἁψαμένην τὴν Λητὼ, εὐθὺς ἀποκυῆσαι, τέως οὐ δυναμένην τοῦτο δρᾶσαι.

CAP. IV.

De arboribus quibusdam nascentibus in Delo.

Delii ferunt, in Delo prodisse arbores, olivam & palmam, quibus apprehensis Latonam confestim partum edidisse, quum ante id facere non potuisset.

ΚΕΦ.

CAP.

[1] Ἐλαίαν καὶ φοίνικα] Res satis est nota. Vide tamen, quæ Munkerus *ad Hygin. fab.* 140. notavit. PERIZ.

[2] Ὧν ἁψαμένην] Hyginus *fab.* 140. *Ibi* (in Delo insula) *Latona oleam tenens parit Apollinem & Dianam.* Adde *fab.* LIII. & Catull. *Hymno ad Dianam.* Vindicant hoc tamen sibi Ephesii apud Tacit. III. *An. cap.* 61. SCHEFF. Scholiastes Apollonii *in lib.* I. *Argonaut.* Ἐθος ἐστὶ τοῖς κυήσασι τῶν θηλυκειμένων λαμβάνεσθαι καὶ δάκνειν ἐωυτὸς τῶν ἀλγηδόνων, ὡς καὶ ἡ Λητὼ ἐλάβετο τῆς φοίνικος. *solent parturientes proxima quæque arripere atque ita dolores suos levare, quemadmodum & Latona palmam comprehendit.* KUHN.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ Επαμινώνδου ἀκτημοσύνης, καὶ μεγαλοφροσύνης.

Ἐπαμινώνδας ἕνα εἶχε [1] τρίβωνα, καὶ αὐτὸν ῥυπῶντα· εἴ ποτε ἢ ἀὐτὸν ἔδωκεν εἰς [2] γναφεῖον, αὐτὸς ὑπέμενεν οἴκοι δι' ἀπορίαν ἑτέρου. Ἐν δὴ τούτοις τῆς οὐσίας ὢν, [3] ᾧ Περσῶν βασιλέως πέμψαντος αὐτῷ πολὺ χρυσίον, ὃ προσήκατο· ᾧ, [4] εἴ τι ἐγὼ νοῶ, μεγαλοφρονέστερος ἦν ᾧ διδόντος ὁ μὴ λαβών.

CAP. V.

De Epaminondæ inopia, & animi magnitudine.

Epaminondas unum habebat pallium, idque sordidum: si quando vero illud dedisset in fullonis officinam, ipse se domi continebat ob inopiam alterius. In ea igitur copia positus, quum ei Persarum rex multum auri misisset, non accepit: & si quid ego intelligo, majore animo fuit is, qui non accepit, quam qui donavit.

1 Τρίβωνα,] Τρίβων vulgare erat pallium Græcorum, vile, & quotidiano usu detritum; nam à τρίβειν, *terere*, est dictum. Cæterum antiquissimis, temporibus tale pallium tribuitur cujuscunque, etiam primi, ordinis hominibus. Nam sicuti hic Epaminondæ datur, sic *infra* VII. 13. Agesilao Regi Spartanorum. Quin immo Aristophanes generatim tribuit Athenienſibus suis, sed maxime senibus, quoniam juvenes jam eo tempore incedebant nitidius vestiti. Postquam vero opulentia & luxuria Græcas civitates & mores invasit, tum vero τρίβων erat pauperiorum hominum, & maxime philosophorum. Sic Plutarch. *de Iside*, ὅτε δὲ φιλοσόφους αἱ τρίβωνοφορίαι ποιῶσιν, ὅτε ἰσπικὴς αἱ λινοστολίαι. Et Lucian. *de morte Peregrini*, Ἀποθέμενος τὴν πήραν καὶ τὸ τριβώνιον. Sed Vide hæc omnia copiosè satis exsequentem Ferrarium *de Re Vestiaria*, *Parte* II. *Lib.* IV. *cap.* 14. 15. 16. 17. & passim Salmasium *ad Tertull. de Pallio*. PERIZ.

2 Γναφεῖον] Solebant Veteres, quia vestimenta gerebant plerique alba, ea subinde dare fulloni ad eluendas sordes, & ideo alia habere debebant, quæ interim gestarent, quæ tamen non habuit Epaminondas. Hinc jam apud Homerum *Odyss.* Θ. 249. ab Alcinoo inter instrumenta opulentiæ memorantur ἕ-

μασι ἐξημοιβὰ, *vestes quæ mutari inter se solent*, induendo per vices. Hesych. ἐξημοιβὰ exp. ἀλλαγὰ, ἀφ' τὸ πλῆθος, *quæ propter multitudinem inter se mutari solent*. Addit, ἐξημοιβεῖ ἕτερα. Sed & apud Orientales res ita sese habebat, ut liquet ex *Genes.* XLV. 22. ubi Josephus dicitur dedisse fratribus suis binas, at Benjamino quinque, חֲלִפוֹת שְׂמָלוֹת *mutationes vestium*, LXX. Καὶ πᾶσι ἔδωκε δυσὶ δυσὶ στολὰς, τῷ δὲ Βενιαμὶν ἔδωκε πέντε ἐξαλλαγὰς στολὰς. Similiter Romanorum in Historiis Valerianus Imperator Probo *vestes Tripolin* dari jussit, Flav. Vopisc. in *Probo*, *cap.* 5. Quidam etiam complura magno numero habebant vestimenta, & sæpius ea mutabant. Vide Meursium *de Luxu Rom. cap.* 4. At Lacedæmonii adolescentes ac pueri ex institutis Lycurgi, ἀντὶ τῶ ἱμαρίοις, vel, ut paulo ante dixerat, ἱματίων μεταβολαῖς, ἀφθόνως ἔφη, ἐπὶ ἱματίῳ δὲ ἕτος ἀφαιδίζεσθαι debebant, *pro eo, quod* alii Græci *mutationibus vestium mollitiem quandam præferebant, uno vestimento per annum assuescere*, ut ait Xenoph. *Rep. Laced.* IDEM.

3 Τῷ Περσῶν βασιλέως] Artaxerxis. Remprolixe describit Cornelius Nepos in *Epaminonda*. SCHEFF. Intelligit Artaxerxem Mnemona. Vide, ut monuit jam Schefferus, Nepotem in *Epam. cap.* 4. Hujus constantiam contra pecuniæ illecebras laudat Auctor etiam *infra* XI. 9. & Frontinus *Strategem.* IV. 3. 6. PERIZ

4 Εἴ τι ἐγὼ νοῶ] Medic. & Sluisk. εἴ γέ τι ἐγὼ νοῶ.

ΚΕΦ. ς'.

Περὶ Καλάνου ἐκουσίας τελευτῆς.

[1] Ἄξιον ἢ καὶ [2] τὸ Καλάνου ᾧ Ἰνδοῦ τέλος ἐπαινέσαι, [3] ἄλλος δ' ἂν εἶπεν, ὅτι καὶ ἀγασθῆναι. Ἐγένετο ἢ τοιοῦτον. Κάλανος ὁ Ἰνδῶν σοφιστὴς μακρὰ χαίρειν φράσας Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Μακεδόσι, καὶ τῷ βίῳ, ὅτε ἐβουλήθη ἀπολύσαι αὐτὸν [4] ἐκ τῶν ᾧ σώματος δεσμῶν, ἐγεγέ-

CAP. VI.

De ultronea morte Calani.

Est & Calani Indi finis dignus, quem laudemus, alius forte dixisset, quem etiam admiremur. Fuit autem ejusmodi. Calanus sophista Indorum quum longum vale dixisset Alexandro, & Macedonibus, & vitæ, quando se ipsum corporis vinculis liberare voluit, extructa tum qui-

1 Ἄξιον ᾗ καὶ] Particula καὶ desideratur in utroque codice MS.

2 Τὸ Καλάνου ᾧ Ἰνδοῦ τέλος] Adde Plutarchum in *Alexandro*. Strabonem *lib.* XV. Diodorum Siculum *lib.* XVII. *Bibl.* Athenæum *lib.* X. Ciceron. *de Divinat.* I. & *Quæst. Tusc.* II. Arrianum *lib.* VII. Val. Max. *lib.* I. *cap. ult.* Suidam. Cæterum hunc *Calanum* sic à salutando vocatum à Græcis, qui sua lingua *Sphines* dicebatur, memorat Plutarchus *supra dicto loco*. SCHEFF. Clearchus ἀφ' ὕπνου; καλοῦντες ᾗ ὥς φασιν οἱ φιλόσοφοι ἀφ' ὧν Ἰνδοῖς Καλανόι, ἀφ' ᾗ Σύροις Ἰσδαῖοι, τύπτοντες λόγῳ ᾧ τόπῳ. *dicuntur autem Philosophi apud Indos quidem Callani, apud Syros vero Iudæi, nomen trahentes a loco.* quod ultimum apertè falsum est. KUHN.

3 Ἄλλος δ' ἂν εἶπεν] Longe aliter sensit Lucianus de *Morte Peregrini*, *pag.* 772. qui, quum retulisset, Peregrini discipulum voluisse hunc assimilare Brachmanibus Indorum, addit; ὥσπερ ἐκ οὐδὲν, ᾗ ὡς Ἰνδοῖς εἶναί τινας μωρὸς, ᾗ κινοδόξους ἀνθρώπους, *quasi fieri non possit, ut etiam in India sint stulti quidam & vani homines*. PERIZ.

4 Ἐκ τῶν ᾧ σώματος δεσμῶν] Nam & hi æternum animum credebant. Pertinet huc quod Calanus, cum in rogum ascenderet, dixisse fertur: *O præclarum discessum è vita*,

cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. Cicero. SCHEFF. Animam ἀτεχνῶς ἐν τῷ σώματι ἀφιδεδεμένην plane in corpore vinctam Plato in *Phædone* ait. alius apud Eustath. corpus vocat θυλάκιον κρεϊκὸν *sacculum carnis*, *in Odyss. p.* 1450. Marcion cum suis hanc doctrinam cupide arripuit dixitque τὸ σῶμα δεσμός ἐστι ψυχῆς· καὶ πάντων τῶν κακῶν αὐτό ἐστι αἴτιον. *corpus est animæ vinculum & omnium malorum causa*, quod refutat eleganter Origenes *Dial. contra Marcionitas p.* 138. *Edit. Wetsteniana*. Eodem verò argumento contra ipsum Origenem qui à Propheta Jeremia animas dici δεσμώτιδας voluerat, utitur Methodius ἐξ ἀναστάσεως λόγῳ apud Photium *pag.* 479. *Ed. Hoesch.* KUHN.

5 Ἐν τῷ Καλίστῃ] Hoc solus autor noster. Melius alii, judicio Bocharti *Par.* I. *Geog. Sac. lib.* IV. *cap.* 13. quia *Calanus* moriturus dixisse fertur, se Alexandrum μεθ' ὀλίγον χρόνον ἐν Βαβυλῶνι ὄψεσθαι, quod non conveniret, si Babylone fuisset mortuus. Refert Plut. & Arrianus. Etiam Κάλιστον esse nomen proprium suburbii, ut Interpres censuit, ambigo, & autores idoneos hujus rei adhuc quæro. SCHEFF. Error Interpretis fluxit ex eo, quod Princeps Editio, quam aliæ secutæ sunt, habuit ἐν τῇ Καλίστῃ πόλει; illud

νητο μὲν ἡ πυρὰ ⁵ ἐν τῷ καλλίστῳ προαστείῳ ⁵ Βαβυλῶνος· καὶ ἦν τὰ ξύλα αὖα, καὶ πρὸς εὐωδίαν εὖ μάλα ἐπίλεκτα, κέδρου, καὶ [6] θύου, καὶ κυπαρίττου, καὶ μυρσίνης, καὶ δάφνης· αὐτὸς ὁ γυμνασάμενος γυμνάσιον τὸ εἰωθὸς, (ἦν δὲ αὐτὸ δρόμος) ἀνελθὼν ἐπὶ μέσης ⁵ πυρᾶς ἕστη ἐστεφανωμένος καλάμου κόμῃ. Καὶ ὁ μὲν Ἡλίῳ αὐτὸν προσέβαλλεν· [7] ὁ δὲ αὐτὸν προσεκύνει· καὶ τοῦτο ἦν τὸ σύνθημα εἰς τὸ ἐξάπτειν τὴν πυρὰν τοῖς Μακεδόσι. Καὶ τὸ μὲν ἐδράτο, ὁ δὲ [8] ἐμπλησθεὶς ⁵ φλογὸς, [9] ἀτρέστως εἰστήκει, καὶ οὐ πρότερον ἀνετράπη, [10] πρὶν διελύθη. Ἐνταῦθα, φασὶν, ἐκπλαγῆναι καὶ τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ εἰπεῖν, ὅτι μείζονας ἀντιπάλους αὐτοῦ

quidem est pyra in pulcherrimo suburbio Babylonis: & ligna erant arida & ad bene olendum selectissima, cedri, & thyæ, & cupressi, & myrti, & lauri; ille vero solitum exercitium quum obiisset, (erat autem id cursus) ascendens in media strue constitit coronatus lanugine arundinum. Et Sol quidem affulgebat ipsi: ille vero eum adorabat: atque hoc erat signum Macedonibus, ut pyram incenderent. Et hoc quidem ita fiebat, at

ille circumdatus flammis intrepide constitit: neque ante est subversus, quam exspirasset. Tunc ajunt etiam Alexandrum stupore quodam perculsum dixisse, Calanum potentiores adversarios debellasse, quam ipse.

grandiusculum & unciale K nominis proprii auctoritatem conciliavit appellativo: scribendum autem καλίσῳ, Nam in *pulcherrimo Babylonis suburbio* pyram *Calano* exstructam dicit. Et imitatur Noster Thucydidem, qui *lib.* II. de Ceramico, Athenienſium publico Sepulchreto, ἔστιν, inquit, ἐπὶ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. Sunt quidem, qui alibi in Perſia id factum ſcripſere, ſed mirum adeo non est nec novum Græcis ſcriptoribus, ut in hiſtoria Calani adverſis inter ſe frontibus concurrant. Componatur ſaltem Arrianus *lib.* VII. cum Noſtro & erit contradictionum meſſis uberrima. Athenæus *lib.* X. Χάρης &c. περὶ Καλάνου (εἶπε) δ' Ἰνδῶν φιλοσόφου, ὃν βίψας ἑαυτὸν εἰς πυρὰν ἐνεμβρίμῳ ἀπέθανε. *quod in ardentem ſe miſerit rogum atque ita obierit.* Oneſicritus, qui Alexandri gubernavit navem & coram vidit Κάλανον καιόμενον, *combuſtum Calanum*, inquit, quod ἐμπηδήσας εἰς τὸ πῦρ, *in ignem inſiliens perierit*, Noſter vero aliud. Solebant quidem non ita agere Brachmanes, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι πλησίον ξυλόφρυκτα, ἀκίνητοι ἀνέχονται παρεστῶτες, εἶτ' ἐπιβάντες, τῷ σχήματι καίονται, ἢν ὅσον ὀλίγον στρέψαντες τῆς καθηκούσης. *poſtquam rogum conſtruxerunt prope aſtantes ſe aduri patiuntur immobiles, deinde aſcendentes & in uno eodemque* corporis *habitu durantes uruntur, nec vel tantillum immutant reclinatum corpus.* Lucianus in *Vita Peregrini.* Philo Jud. in *de Abrahamo* refert, Ἰνδῶν τὰς γυμνοσοφιστὰς ἄχρι μὲν τῶν ἐπειδὰν ἄρχῃ] καταλαμβάνειν ἡ μακρὰ καὶ ἀνίατος νόσος τὸ γῆρας, πρὶν βεβιῶσθαι κορεσθῆναι, πῦρ ἅψαντας, ἀυτὸς ἐμπηδήσαι, δυναμένους ἔτι καὶ πολὺ ἴσως ἀντισχεῖν, *Indorum Gymnoſophiſtas etiamnum ſenectute, morbo illo diuturno & inſanabili, ingruente, antequam plane ingraveſcat, ſe ipſos rogo incenſo comburere, etiamſi longius fortè obluctari ſenio poſſint. Calanum* quoque ſpontanea ſui ipſius exuſtione ſenectutis mala occupare voluiſſe Arrianus indigitat *lib.* VII. vid. Ciceron. II. *Tuſc. Quæſt.* & Strab. *p.* 720. Ammian. *l.* XXIX. *c.* 9. KUHN.

6 Καὶ θρύου] καὶ θύου vel θυΐου. GESNER. θρύου retinendum. Ita enim Noſter etiam in *Hiſt. Anim. lib.* XIV. *cap.* 14. τιθηλεῖται ὑπὸ θρύου, *ſemper virens juncus.* Heſychius mere Grammaticorum, θρύον, εἶδος βοτάνης. Suidas meminit θρυΐνης ψιάθης *tegetis ex junco confectæ*, vide Plinium *l.* XXI. *cap.* 18. IDEM.

Θρύου] Sic quidem & MSti. Sed tamen nullus dubito veram eſſe Geſneri emendationem, legentis θύου, quam & probavit Schefferus. Nam quid *junco* paluſtri, quod notum θρύου, rei eſt cum *lignis odoratis*? Inter ea vero quum fuerit θύον, & ab Homero *Odyſſ.* ε. 60. jungatur *Cedro*, plane ut hic ſit, male me facturum credidi, ſi hoc non admitterem, uti jam admiſerat Schefferus. Verba Homeri ſunt

——— ——— ——— τηλόθι δ' ὀδμὴ
Κέδρου τ' ἰυκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ἰόεσσαν
Δαιομένων ———

Procul vero odor cedrique fiſſilis thuriſque per inſu-

7 Ὁ δὲ αὐτὸν προσεκύνει] Lucian. *de Morte Pereg. pag.* 781. Ὡς περὶ ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοὺς βραχμᾶνας φασὶ ποιεῖν, ἐπιδηήσειν τὸν πυρᾶς: *quod Oriente Sole ſalutato, ut ſane Brachmanas dicunt facere, inſcenſurus ſit pyram.* PERIZ.

8 Πεμπλησθεὶς τῆς φλογὸς] Patet excidiſſe ὑπὸ, ut ſit ὑπὸ φλογῆς, *ille flamma circumdatus* &c. KUHN. Cl. Perizonius *ad lib. cap.* 23. hunc locum allegans quoque legit ὑπὸ τῆς φλογὸς contra fidem MSS. Neque inficiatam eſſe hujus præpoſitionis ellipſin docuit Cl. Bos in *ſpecimine Myſt. Ellipſ. Gr. pag.* 259. Obiter hic emendabo locum Polybii *lib.* XIV. *cap.* 4. πολλοὶ δὲ τῷ πυρὶ καθαλληφθέντες, ὑπὸ τῆς φλογὸς κατεπρήσθησαν. Leg. πολλοὶ περικαθαλληφθέντες ὑπὸ τῆς φλογὸς, κατεπρήσθησαν. neque aliter MS. cujus lectionem firmat Diodorus Sic. *lib.* IV. *Bibl.* ἅφνω δὲ φλεγομένων τῶν βασιλείων, τὸν μὲν Ἰάσονα ταχέως ἐκπνεῦσαι, τὴν δὲ Γλαύκην καὶ τὸν Κρέοντα τῷ πυρὸς περικαταλαβόντος ἀφθαρῆναι.

Πεμπλησθεὶς τῆς φλογὸς ἀτρέστως εἰστήκει] Sic plane Sluisk. At Lugd. reliqua eodem modo, ſed pro ἀτρέστως legit, ut B. & C. Pariſienſes, ἀτρεπῶς. Præfert hoc Schefferus, quia ſequitur, ὁ περίτρεσον ἀνετράπη. Vulgatum tuetur Kuhnius. Et ſane ferri poteſt. Notat enim *intrepide*. Sic XIV. 31. ἡ δὲ ἀτρέστως πάνυ καὶ ἐμμελῶς εἶπε, *illa vero intrepide & facete reſpondit.* Suidas ἀτρέστως, ἀφόβως. Sed tamen ut vere dicam, malim & Ego hoc in loco ἀτρεπῶς, *quiete*, *ſine ullo motu* Corporis, quod de eo tradunt omnes, & quod videri utique potuit à ſpectatoribus. PERIZ.

9 Ατρέστως] MSS. B. & C. ἀτρέπτως. atque ita legit interpres in ſuo, & legendum eſſe docent ſequentia. Nam ἀτρέστως eſt *ſine timore.* quod hic non attenditur. SCHEFF. Cur hoc loco ἀτρέστως *intrepidè* non attendendum, cauſam video nullam. Nam τὸ ἄτρεστον, *animus timore vacuus* efficit gignitque τὸ ἄτρεπτον, i. e. *erectum ſuique ſimilem, vultus, corporis & animi conſtantiam.* ἄτρεπτα οἰκεῖν ex Euripide habet Noſter *l* III. H. A. *c.* 15. & *alibi.* KUHN.

10 Πρὶν διελύθη] *Antequam in cineres diffluxit.* hæc enim ἀλύσεις hoc loco innuitur. Geſnerus eodem ſenſu *conſumtus eſſet.* KUHN.

11 Ταξίλην] Mirum inter Hoſtes, quos vicerit Alexander, *Darium* & *Porum*, memorari quaſi tertium *Taxilam*, Indorum Regem, quum is nunquam contra Alexandrum pugnaverit, ſed ſe ultro ei permiſerit, immo etiam ante, quam Alexander ad Indos pervenit, per legatos ei ſuam ſocietatem obtulerit. Vide Diod. Sic. *lib.* XVII. Curtium VIII. 12. Plut. *Alex.* & Arrian. *lib.* IV. Quin hic ipſe *Taxilas* Calanum quoque induxit, ut ad Alexandrum iret, ſi fides Plutarcho. Cauſa autem iſtius deditionis erat Taxilæ, quod bellum & odium ipſi eſſet inveteratum in vicinos Reges, & maxime Porum, id quod etiam Max. Tyrius teſtatur *Diſſert.* 38. PERIZ.

12 Πρὸς τὸν πόνον] h. e. *dolorem*, *cruciatum.* Quicquid enim durum eſt & triſte, id hoc vocabulo denotatur à Græcis. Sic Heſiod. ἔργ. 91. *Prius enim vivebant Homines in terra,*

τοῦ Κάλανος κατηγωνίσατο. Ὁ μὲν γὰρ πρὸς Πῶρον, καὶ [11] Ταξίλην, ᾧ Δαρεῖον διήθλησεν· ὁ δὲ Κάλανος [12] πρὸς τὸν πόνον, ᾧ τὸν θάνατον.

ipse. Nam Alexander cum Poro, Taxila, & Dario pugnaverat; Calanus vero cum dolore & morte.

Νόσφιν ἄτερ κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἳ τ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.

Absque malis & absque dura Miseria, Molestisque morbis, qui senectam viris adferunt. Sic *v.* 113. Νόσφιν ἄτερ πόνων καὶ ὀιζύος, *absque doloribus & ærumna.* Noster *supra* IV. 1. τῷ σώματι ἤδη τὸ γῆρας πιπονηκότι, *corpore per senectutem jam afflicto*, & quod ideo sibi jam oneri est. Similiter Latini, Plaut. *Capt.* v. 1. *propter meum caput labores homini eveniſſe optimo*, quia scil. datus ille erat in lapicidinas. Terent. *Heaut.* 1. 1. ad Senem in lachrymas erumpentem, *si quid laboris est, nollem, sed quid istuc Mali est, quæso.* Cæterum Vir Illustr. Ez. Spanhemius in literis ad me datis malebat ἐς τὸν πυρὸν, ut pulchrior sit Paronomasia, & oppositio ad illa de Alexandro, ὁ μὲν γὰρ ἐς Πῶρον, & quia Pellæo Heroi haud facile quis negaverit πόνον. Quæ sane elegans est observatio, cui vellem favere Codices MS. PERIZ.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Ἀναχάρσιδος.

[1] Οἱ μὲν Σκύθαι περὶ τὴν ἑαυτῶν πλανῶνται. Ἀνάχαρσις δὲ, ἄτε ἀνὴρ σοφὸς, [2] καὶ περαιτέρω προήγαγε τὴν πλάνην. Ἦκε γοῦν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὁ Σόλων ἐθαύμασεν αὐτόν.

CAP. VII.

De Anacharsi.

Scythæ in sua tantum *regione* oberrant. Anacharsis vero, tanquam vir sapiens, etiam ulterius errorem produxit. Venit enim in Græciam, & Solon admiratus est eum.

ΚΕΦ. CAP.

1 Οἱ μὲν Σκύθαι] Adde Laertium in *ipsius vita.* SCHEFF. Plutarch. in *Solone* & in *Conviv. 7. Sapient.* KUHN. Justin. II. 2. *Nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas Solitudines errare solitis.* De *Anacharsi* Vide *supra ad* II. 41. PERIZ.

2 Καὶ περαιτέρω προήγαγε] More veterum sapientum. Exemplo sunt Thales, Plato, Solon, plurimique alii. Hinc & Laertius de Socrate, ἀποδημίας σὺν ἐδεήθη, καθάπερ οἱ πλείους. vide Diodor. Sicul. *lib.* I. *Bibl.* SCHEFF.

ΚΕΦ. η'.

Πῶς τινες τὰ σκώμματα ἤνεγκαν.

Τὰ σκώμματα καὶ αἱ λοιδορίαι οὐδέν μοι δοκεῖ δύνασθαι. Ἐὰν γὰρ [1] στερεᾶς γνώμης λάβωνται, καταλέλυνται· ἐὰν δὲ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινῆς, ἴσχυσε, καὶ οὐ μόνον ἐλύπησε πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἀπέκτεινε. Τούτων ἀπόδειξις ἐκεῖνα ἔτω· [2] Σωκράτης μὲν

CAP. VIII.

Quomodo aliqui tulerint ſcommata.

Scommata & convicia nihil mihi videntur posse. Nam si in firmum incidant animum, dissolvuntur, seu pereunt: at si in degenerem & abjectum, valent, & sæpe non solum molestia afficiunt, verum etiam ad mortem adigunt. Argumento hisce sint

1 Στερεᾶς γνώμης] Musonius apud Stobæum *serm.* XVII. Μικρόψυχον τὸ ἀγανακτεῖν, ἢ ἐπιλείπεσθαι περὶ τὰ τοιαῦτα. πρέπει δὴ καὶ ἡσύχως οἴσειν τὸ συμβὰν, ἐπεὶ καὶ πρέπον τῷ τῆς βιωλομένῳ εἶναι μεγαλόφρονι. Adde reliqua. Seneca *Consolat. ad Helviam: Nemo ab alio contemnitur, nisi à se ante comtemptus est. Humilis & projectus animus sit isti contumeliæ opportunus*, &c. & *libro de constantia Sapient. cap.* 10. *Sapiens a nullo contemnitur, magnitudinem suam novit, nullique tantum de se licere, renunciat sibi & omnes has, quas non miserias animorum, sed molestias dixerim, non vincit, sed ne sentit quidem.* Adde Hugonem Grotium *lib.* II. *cap.* 1. §. 10. *de I. B. & P.* SCHEFF. Luc. in *Piscatore.* οἶδα, ὡς σὺκ ἂν ἢ ὑπὸ σκώμματος χεῖρον ῥηθείς, ἀλλὰ τἐναντίον, ὅσῳ ἂν ᾖ καλὸν, ὥσπερ τὸ χρυσίον, ἀποστόμωσιν τοῖς κόμμασι λαμπρότερον ἀπεστίλβει καὶ φανερώτερος γίνεται, *scio, quod nihil convitiis fiat deterius, quin potius, quod pulchrum in se est, ut, aurum ictibus contusum, splendidius emicat & illustrius redditur.* Quapropter convitiatores *non quærunt illidere dentem solido, sed fragili*, ut Horatii verbis utar. Lacedæmonii autem à pueris didicerunt τὸ σκώπτειν καὶ σκωπτόμενον μὴ δυσχεραίνειν, *scommata dicere & dicta æquo animo pati.* Qui vero tenerioris frontis erant, eadem deprecabantur & statim ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο. vide præter Xenoph. in *de Rep. Lacedæm.* Porphyrium *lib.* IV. περὶ ἀποχῆς. *p.* 52. KUHN.

Στερεᾶς γνώμης λάβωνται] *In firmum & constantem incidant animum.* Sic II. 13. Ἀλεξοφάνης λαβόμενον ὑποθέσεως ἐν μάλα ἀνδρικῆς. Sicuti autem hic mutatur forma Numeri in Verbis, δοκεῖ, λάβωνται, καταλέλυνται, ἴσχυσε, ἐλύπησε. Sic X. 3. Τὰ τῶ περδίκων νεοττία ἐπειδὰν τάχιστα τὰς πόδας ἔξω ποιήσῃ τῆς λέμματος, εὐθὺς ἤδη δρομικώτατά ἐισι. Lugd. Codex hic habet λάβηται. PERIZ.

2 Σωκράτης μὲν δὴ] De Socrate ridente Aristophanis convicia, Vide *supra* II. 13. & Plutarch. *de Aud. Poëtis.* IDEM.

3 Εγέλα] Seneca *de const. cap.* 18. Musonius apud Stobæum *sermon.* XX. SCHEFF.

4 Πολίαγρος δὲ] Hic quoque exagitatus fuit à Comicis, sed eo nomine, quod uxorem suam aliis prostitueret, muneribus captus. Hinc Plutarch. *de Audiendis Poëtis*, ait, quando Ulysses apud Homerum inducitur tanquam gaudens eo ipso, quod videret Penelopen sua verborum humanitate à procis obtinere multa munera, οὐ μὲν ἐπὶ τῇ δωροδοκίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ χαίρει, τῇ κομιζόμενον ὑπερῴακε μαστροπείᾳ Πολίαγρον, *siquidem gaudet acceptis muneribus & studio habendi, superat lenocinio ipsum illum a Comicis laceratum Poliagrum.* Subjicit dein versus de illo, qui videntur ex Comœdia quadam sumpti, ἐνδεύμων Πολίαγρος ὑράνιον

μὲν οὖν κωμῳδούμενον 3 ἐγέλα· 4 Πολίαγρον δὲ 5 ἀπήγξατο.

sint illa: Socrates, quum in comœdia proscinderetur, ridebat: Poliager vero se ipsum strangulabat.

ἀρίστιον αἶγα πλειοφόρον τρέφων, *Felix Poliager cœlestem alens capram, quæ divitias illi affert.* Per hanc *capram* designatur haud dubie ejus Uxor. Videmus ex his, quam recte Nostet *Socrati* junxerit & opposuerit *Poliagrum*, æque, ac illum, κωμῳδούμενον, sed contrario plane effectu. PERIZ.

5 Ἀπήγξατο] Certum est, Ἄγχεσθαι, ἄγχόνην, & ἀπάγχεσθαι notare potissimum constrictionem faucium, seu id genus mali, quo fauces quoquo modo compressæ intercludunt vitæ spiritum. Quia vero inter genera mortis voluntariæ usitatissimum, & simplicissimum, & ideo etiam antiquissimum fuit, suspendio sibi præcludere & coarctare fauces, idcirco ad id proprie denotandum sæpissime illa vocabula adhibentur à Veteribus. Atque ideo non intercedo, quo minus & hic, & compluribus aliis in locis, ἀπάγχεσθαι notet *se suspendere*, sicut & Suidas ἀπήγξατο exponit βρόχον ἧψε, *laqueum nexuit*, ut solent suspendio necem sibi consciscentes. At vero ut id solum notet necessario ubivis, *nec unquam Græcis in alia fuerit notione acceptum*, quod affirmat Salmasius, immo nunquam adhibitum fuerit, nisi in denotanda tantum violentia, quæ laqueo fit in collo, & ita tantum, ut si illa non laqueo, sed digitis vel manu fiat, tunc locum non habeat ex usu & genio Linguæ Græcæ τὸ Ἀπάγχεσθαι, id sane durum mihi videtur dictu, & ab omni abhorrens verisimilitudine, præsertim quum constet, & agnoscatur ultro, ἄγχεσθαι & ἀγχόνην de quacunque suffocatione, etiam quæ fit nimio animi dolore, sed & ipsum ἀπάγχειν Activum de alia, quam quæ fit laqueo, usurpari à Priscis Scriptoribus. Quæ si vera sunt, ut sunt, Ego sane prius illud de τῷ Ἀπάγχεσθαι neutiquam affirmaverim, etiamsi certus essem, apud Nullos Eorum, qui ad nos perveneruntur, occurrere aliter, quam de Laqueo usurpatum. Nam quot millia Auctorum interciderunt, apud quos illud æque occurrere potuit alio sensu, ac Ἄγχεσθαι apud Eos, qui supersunt? Quid porro Ἄγχεσθαι & Ἀπάγχεσθαι differunt ex usu & Genio Linguæ, quam quod Πνίγεσθαι & Ἀποπνίγεσθαι, & ut illud Rem ipsam seu Actionem, Hoc Finem ejus notet? Quid? si jam considerem rationem & naturam Linguæ Vernaculæ, cujus semper liberior fuit Usus, quam Intermortuæ & Alienæ? quis eam considerans sibi persuadere possit, Græcos homines infinito numero, & diversissimorum in plerisque sensuum, consensisse tamen casu quodam præter rationem & analogiam in re liberrimi Arbitrii in id, ut, quum τὸ Ἄγχεσθαι cum omnibus derivatis etiam de Animi anxietate & inclusi doloris strangulatione adhiberent, & adeo frequenter, ut hinc Latini acceperint, & illo sensu unice adhibuerint suum *Angere*, *Anxius* &c. noluerint tamen iidem pariter τὸ Ἀπάγχεσθαι aliter, quam de Laqueo adhibere? Quæ ratio postulabat, ut omnes ita pariter sua voluntate abstinerent ab alio vocabuli usu, quem Analogia tamen palam non permittebat modo, sed & ingerebat omnibus? Sed quid moramur, aut Analogiam urgemus? quum ex ipso usu & Auctoritate Veterum res sit plane liquida. Etenim disertissime de *Animo* Verbum illud Archilochus adhibuit, & exposuit Aristoteles, qui *Polit.* VII. 7. quum dixisset *Animum Hominis magis in Amicos, si ab iis contemni se sentiat, irritari, quam in ignotos*, subjicit, διὸ καὶ Ἀρχίλοχος σφοδρῶς τοῖς φίλοις ἐγκαλῶν, ἀφλέκτως ἂν τὸν ΘΥΜΟΝ, Οὐ γὰρ δὴ φίλων ἀπάγχει; *Ideo etiam Archilochus, ut oportebat, Amicos incusans, alloquitur ANIMUM: Nonne ab Amicis Vexabaris*, seu *Cruciabaris*? Quid volumus expressius, quid liquidius? Non Corpus, non Collum, applicito exterius laqueo, sed Animus dolore ex injuriis Amicorum concepto dicitur hic Ἀπάγχεσθαι. Quapropter nullus ego dubito, quin sicut ἀγχόνη æque ac ἀπάγχεσθαι, notat quam sæpissime suspendium, sic ἀπάγχεσθαι æque ac ἀγχόνη notet etiam ex animi dolore ac tædio videndi, vel audiendi, vel patiendi rem molestam, mori, aut necem sibi consciscere. Utrumque habemus apud Aristophanem, qui in Ἀχαρν. *pag.* 376. Ταῦτα δῆτ' ἐκ ἀγχόνης; *Hæ res nonne sunt maximum tædium, quod mortem conciliare valeat?* At in Νεφελ. *pag.* 179. Ὥστε μ' ἀπάγχεσθ', ὅπαν ὀρχεῖσθαι παναθηναίοις δέον αὐτὸς. *Ut præ tædio videndi moriar, quando oportet eos saltare in Panathenæis.* Quid quæso aliud hic est ἀπάγχεσθαι? quam illic ἀγχόνη, aut quam ἀποπνίγεσθαι apud Lucian. *Dial. Meretr. pag.* 750. Ταῦτά με ἀποπνίγει, καὶ μάλιστα ὁπόταν λέγῃς, ὡς πολλὰ ἔδωκας. *Hæc me mori cogunt, & maxime quando dicis multa te dedisse.* Et præsertim *pag.* 706. Ἑαυτὸν δ' ἀποπνιγεσθαι τῶν γινομένων, *se autem præ dolore & indignatione periisse* (ὑπερζολικῶς) *quum ista fierent*, vel *fieri videret.* Quis vero dubitet in eadem pagina eodem igitur modo hæc quoque verba exponi debere: ἀπηγξάμην γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῦτο ἐγένετο, *periissem sane, si tale quid factum esset.* Adde jam ipsos Veteres, quod unus dixerat ἀπάγχεσθαι, alterum de quovis genere mortis accepisse, & simpliciter per ἀποθανεῖν, vel *mori*, reddidisse. Ita certe Virgilius, *mori me denique coges*, fecit ex Theocriteo illo, ἀπάγξασθαί με ποιήσεις. Et quod Heraclitus de Ephesiis dixit in Epistola *ad Hermodorum*, & apud Strabonem, *Dignum illis esse*, ἥδιον ἀπάγξασθαι, *ut omnes puberes pereant*, id Laërt. in *Heracl.* ait ἥδιον ἀποθανεῖν; & Cicero v. *Tusc. quæst. esse morte mulctandos.* Denique quod Appian. *B. Civ.* IV. 612. *Getam videbatur Filius cremare*, ὡς ἀπαγξόμενον, id Dio *lib.* XLVII. *pag.* 333. ὡς τεθνηκότα, *ut mortuum*, ait. Putem igitur quum satis certum sit, τὸ ἀπάγχεσθαι significare etiam *maxima tristitia affligi, & ita strangulari, ac mori*, quumque proprie dicta strangulatio usitatissimum fuerit genus mortis voluntariæ, ex nimio metu aut ægritudine animi: ideo illud ἀπάγχεσθαι notavisse hanc quidem præcipue, sed dein etiam aliam qualemcunque mortem, quam quis sibi ea de causa arcessit, vel ultro consciscit, & in qua sic præ ægritudine perit. Plane ut ἀποκαρτερεῖν, & ἀφοκαρτερεῖν, de iis maxime quidem dicitur, qui inedia mortem sibi consciscunt, nihilo tamen minus etiam de iis, qui quasvis necessitates, frigus, sitim, &c. ferre perseverant, adhibetur. Vide Suidam in Ἀπεκαρτέρησεν, & Ἀποκαρτερήσαντα, ac me *infra* XIII. 23. Quopropter nisi quis Judæ mortem ita accipere malit, ut ille ex culmine tecti, aut quocunque alio edito loco se suspenderit, sed dein, laqueo vel abrupto vel soluto per impetum, qui fieri solet, demissi corporis, procidens ita ex alto, disruptus fuerit, h. e. περιὼν γενόμενον ἐλάκησε; nisi quis, inquam, ita rem accipere malit, nullam tum sane video aut reperio magis idoneam rationem conciliandi Matthæum & Lucam de illa morte, quam hæc est ex latiore illa, & qualemcunque voluntariam hominis animo anxii & desperati mortem complexa, verbi istius significatione, petita. Quin ipse Salmasius, qui eo *suspendium* omnino notari sensit, adeo nullam invenit, ut illos pene insimulet discrepantiæ, dum ait, *Judam sibi mortem conscivisse constans fama fuit & vera; quo genere mortis periisset, incertum habebatur. Nihil de Præcipitio Matthæus, nihil de Suspendio Lucas. Alii Præcipitio, alii Suspendio exstinctum tradiderunt.* Quod quid est aliud, quam in diversa plane illos abiisse, & ita alterutrum tradidisse rem minus veram? PERIZ.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Ἀριστοτέλους.

1 Ἀριστοτέλης ἀσωτευσάμενον τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς χρήματα, ὠφλημησεν

CAP. IX.

De Aristotele.

Aristoteles quum paterna abliguriisset bona, in militiam abiit. Dein-

1 Ἀριστοτέλης] Suidas: Τίμωνος φησὶ καὶ Ἀριστοτέλης, εἶναι αὐτὸν δύσκρητα, θεσσαλὸν, ὠφλημηκότα, καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον λιπακλείσαντα, ὡς ὃ, γαλείμαρ-

μησεν ἐπὶ στρατείαν· εἶτα ἀπαλλάττων κακῶς ἐν τούτῳ, φαρμακοπώλης ἀνεφάνη. [2] Παρεισρυεὶς ὢν εἰς τ' περίπατον, καὶ ἀκροώμενος τῶν λόγων, ἀμείνων πεφυκὼς πολλῶν, εἶτα [3] ἕξιν ἀφιεβάλετο, ἣν μὲν ταῦτα ἐκτήσατο.

Deinde quum male hoc ei procederet, pharmacopola evasit. Furtim vero irrepens in peripatum, & obiter audiens sermones illos, quum indole esset multis præstantiore, habitum mentis sibi comparavit, quam deinde possedit.

ΚΕΦ.

CAP.

γον, ὀψαρτυτῶ, ἐπὶ σῶμα φερόμενον οὐ πᾶσι. Athenæus *lib.* VIII. Τίμωνα ὁ Ταυρομενίτης καὶ Αἰσχίνη τ' φιλόσοφον ὀψοφάγον φησὶ γεγονέναι. Apud eundem *dicto libro*. Epicurus ὃν τῇ περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, prodit, ὅτι κατεφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων, ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν· εἶθ' ἁπαξαπλῶς ἐν Πλάτωνος ἐπαίδευτο, φησὶ, σφόδρα ἑαυτὸν προσεκάθισε τοῖς λόγοις, οὐκ ὢν ἀφυὴς, καὶ οὐ μικρὸν εἰς τὸν διαγνωσθῆναι ἐξῆλθεν· Sed hæc omnia falsa sunt & ficta. Vide eruditissimum Casaubonum *ad Laertii Epicurum*, ubi similia de *Aristotele* dicuntur verius, quam probantur. Adde Francisc. Patritium *Discussion. Peripatet. Tom.* I. *l.* I. *p.* 2. ut suadent notæ Codicis *Bigotiani*. SCHEFF. Adeas licet etiam excerpta Polybii *de Virtut. & Vitiis. p.* 1393. & 99. quem Suidas, ut solet, ad verbum exscripsit. Cæterum Aristotelem plurimi dentatis chartis dictisque lacerarunt. Themistius enim *Orat.* IV. ait. Κηφισοδώρῳ καὶ Εὐβουλίδαι καὶ Τιμαίῳ, Δικαιάρχῳ καὶ στρατὸν ὅλον τῶν ἐπιδεμένων Αἰσχίνῃ &c. *Cephesidoro, Eubulidas, Timæo & Dicæarchos totumque exercitum Aristoteli Stagiritæ infestum qui potero facile percensere? quorum orationes etiamnum virulentos & contentiosos spirant animos.* Quibus adde Alexinum Eristicum, Democharem, Lyconem Pythagoricum, ex Aristocle Peripatetico *lib.* VII. *de Philos.* cujus ῥῆσιν dabit Euseb. *lib.* XIV. *Præp. Evang. p.* 791. ubi inter alia habet, eorum, qui *Aristotelem* calumniati sunt, καὶ τὰ ἀνόμαζε καὶ τὰ βιβλία πτηνείαν τ' σαρκῶν μᾶλλον. KUHN.

Αἰσχίνῃ &c.] Hausta hæc sunt ex Epicuri scriptis, ut liquet ex Laërtio in *Epicuro*, & Athen. VIII. 13. cujus verba licet à Scheffero & aliis jam allata, hic quoque repetimus, ut conferantur cum Nostro: ὅτι κατεφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν &c. *cum consumpsisset paterna bona, in militiam ruit, & in ea infeliciter agens, pharmacopolam agere aggressus est, dein aperta Platonis schola, ut ait* Epicurus, *se ipsum sermonibus istis applicuit, & assedit, non ignavæ indolis homo, & paulatim ad scientiam pervenit.* Addit solum hæc dixisse Epicurum, nullum Alium, neque ex illis, qui ex professo contra Aristotelem scripserunt. PERIZ.

2 Παρεισρυεὶς ὢν &c. ἀκροώμενον] Non recte hæc erant expressa ab Interprete. Nam παρακούειν notat plerumque, *nolle audire, negligenter audire, non auscultare*; sed &, *obiter atque eminus audire*. Et ita sumitur hic loci. Sensus ergo est, *Aristotelem furtim irrepsisse in Peripatum, & tantum obiter primum audivisse sermones: ita tamen factum Philosophum.* IDEM.

3 Ἕξιν ἀφιεβάλετο,] *animi indolem & facultatem.* Sic Imp. Julian. *Orat.* I. *p. m.* 41. *Videndum nunc, εἰ μὴ ἀρετῆς καὶ τ βελτίσης ἕξεως ἅπαντα γέγονε, an omnia cum virtute, & optima animi affectione sint facta.* Sic de *Fortunæ statu*, Isocr. *Panath. p.* 580. Spartanos ait post cladem non potuisse καταφῆσαι σφᾶς αὐτὲς εἰς τὴν αὐτῶν ἕξιν, ὅσπερ ἐξέπεσον, *se restituere in fortunam, qua exciderant.* Et plane, ut hic, Plutarchus, in *Bruto, init.* Ἀνδρα τῇ μὲν ἐν λόγοις ἕξει πολλῶν Φιλοσόφων λειπόμενον, *Virum facultate dicendi multis Philosophis inferiorem.* Et Plato in *Theage, extr.* Νῦν δὲ πᾶσα ἐκείνη ἡ ἕξις ἐξερρύηκεν, *nunc vero omnis illa facultas*, vel *habitus animi effluxit.* IDEM.

ΚΕΦ. ι'.

Νηῶν τινων καὶ ὁπλιτῶν ἀριθμὸς, οὓς οἱ Αθηναῖοι ἀπώλεσαν.

[1] Νικίτην τόλον Αθηναῖοι εἰργάζοντο ἑαυτοῖς ἀεὶ φιλοπόνως· τοὺς δὲ χρόνους ὃ τὰ μὲν καλοκἀγαθοῦντες, τὰ δὲ ἡττώμενοι, ἀπώλεσαν τελήρεις μὲν [2] ἐν Αἰ-

CAP. X.

Navium aliquarum & armatorum numerus, quos amiserunt Athenienses.

Athenienses semper summo studio navium classem sibi comparârunt: variis vero temporibus, nunc bene rem gerentes, nunc victi, ami-

1 Νικίτην τόλον] Pleraque hujus capitis debentur Isocrati, in *Oratione de Pace p. m.* 417. Εἰς Αἰγυπτίους μὲν γε ἑξακόσιαι πλεύσασαι τελήρεις αὐτοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν. ἐπὶ δὲ Κύπρον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν· οὐ δὲ τῷ Πόλῳ μυρίας ἁπλῖτις αὐτῶν καὶ τ' συμμάχων ἀπώλεσαν, οὐ Σικελίᾳ δὲ τετρακις μυριάδας καὶ τελήρεις πεπαρέκηνται καὶ ἑξακοσίας, τὸ δὲ πελευταῖον οὐ Ελλησπόντῳ ἑξακοσίας, τὰς δὲ καὶ δέκα καὶ πέντε καὶ πλείους τάττων ἀπολωλυίας, καὶ τὰς καὶ χιλίας καὶ διακοσίας ἀποθνήσκοντας, τίς ἂν ἐξαριθμήσειε; *ducentæ quidem naves in Ægyptum solventes cum ipsis classiariis perierunt. circa Cyprum vero centum quinquaginta. In ponto suorum & auxiliariorum militum gravis armaturæ decem millia desideravunt. in Sicilia autem quadraginta millia cum ducentis quadraginta trircmibus. In Hellesponto ducentæ amissæ sunt. quoties autem modo decem, modo quinque, aut plures pessum iverint, & mille vel bis mille homines cæsi sint, quis quæso enarraverit?* Conferantur ista cum Ælian, & apparebit eum Isocratis lectorem imitatoremque sedulum fuisse. KUHN.

2 Ἐν Αἰγύπτῳ ἑξακοσίας] Diodorus habet τελακοσίας. vide eum *lib.* XI. & XIII. convenit magis Thucydides *lib.* I. quanquam ad ducentas istas accessisse & ipse dicat naves quinquaginta. Belli porro cum Ægyptiis mentionem facit etiam Justinus *lib.* III. *cap.* 6. SCHEFF. Præclare observavit Kuhnius, ex Isocratis *Oratione de Pace* hæc ab Auctore sumpta. Agit id istic Isocrates, ut ostendat, Athenienses post tempora Xerxis imperium maris affectantes minus fuisse felices, sed variis in locis ac temporibus graves mari accepisse clades. Cæterum quæ de Ægypto memorat, acciderunt primis annis Artaxerxis Longimani, quando Ægyptii duce Inaro defecerunt, & ab Athenensibus adjuti sunt missa ducentarum navium classe, quæ naves ab ipsis illis Athenensibus debuerunt incendi, quum, abducto flumine à Persis, destitutæ essent in sicco. Vide Thucyd. *lib.* I. *cap.* 104. & 109. ac Diodor. Sicul. *lib.* XI. *p.* 280. qui non *trecentas*, ut male Schefferus, sed *ducentas* naves ab Athenensibus missas, æque ac Reliqui, tradit. De classiariis vero, seu ipsis militibus, πληρώμασι, diserte ait etiam Thucyd. *cap.* 110. *paucos servatos, plurimos periisse.* PERIZ.

3 Σὺν τοῖς πληρώμασι] De hoc nihil ante dictus auctor. Naves tantum accendisse scribit. Cæterum quæ fuerint πληρώματα apud Græcos, dixi *lib.* II. *cap.* 3. *de Militia Navali.* SCHEFF.

4 Περὶ Κύπρον] An eo bello, quod duce Cimone ibi gestum? atqui tunc fuere victores. vide Corn. Nepot. IDEM.

Περὶ Κύπρον δὲ &c.] Intelligunt Isocrates & Noster haud dubie bellum, quod Cimon extremis Vitæ suæ annis, tempore Artaxerxis Longimani, gessit ad Cyprum contra Persas, quando Salamina & Citium obsedit, & Persæ navali ac terrestri prælio fuerunt victi. Jungit enim hoc bellum Thucydides quoque superiori pro Ægyptiis & Inaro. Vide Eum *lib.* I. *cap.* 112. Profectus est Cimon

Αιγύπτῳ ἑξακοσίας, [3] σὺν τοῖς πληρώμασι· [4] ἐς Κύπρον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· [5] ἐν Σικελίᾳ τεσσαρακοντα καὶ ἑξακοσίας· [6] ἐν ᾗ Ελλησπόντῳ ἑξακοσίας. Οπλίται ᾗ ἀπώλοντο αὐτοῖς ἐν Σικελίᾳ μυριάδες τέσσαρες, [7] χίλιοι ᾗ ἐν Χαιρωνείᾳ.

amiſerunt triremes in Ægypto quidem ducentas, una cum claſſiariis: ad Cyprum vero centum & quinquaginta: in Sicilia quadraginta & ducentas: in Helleſponto ducentas. Armaturæ gravis milites eis perierunt, in Sicilia quadraginta millia, at in Chæronea mille.

ΚΕΦ.

CAP.

mon ad hoc bellum cum 200. triremibus, ſed quarum 60. miſit in Ægyptum Amyrtæo, qui poſt Inarum à Perſis victum & abductum regnabat adhuc in paludibus Ægypti. Vide Plutarchum in *Cimone*. Adde etiam Diod. Sicul. *lib.* XII. *init.* Neque vero obſtat huic expoſitioni, quod Athenienſes *tunc fuere victores*, in quo hæſitat Scheffer. Nam etiam victorias aliquando exiſtere damnoſas, adagium *Cadmeæ victoriæ* ſatis ſuperque declarat, neque victorias ab hiſce damnorum exemplis eſſe excludendas ipſe utique Auctor docet, quando diſerte præmiſit hæc paſſos Athenienſes, *cum Victores*, *tum Victos*. Crediderim tamen Iſocratem, utpote Oratorem, & cauſæ, quam agit, h. e. *Paci* faventem, Oratoria αὐξήσει exaggeraſſe iſtius belli mala, quod ſine cauſa idonea ultro erat ſuſceptum ſolius victoriæ, prædæ, & imperii augendi ſtudio, ut teſtatur Plutarchus. PERIZ.

5 Εν Σικελίᾳ] Cui bello Nicias præfuit. Habes omnia apud Thucydidem *lib.* VII. Diodorum *lib.* XIII. & Plutarchum in *Nicia*. SCHEFF. Bellum hoc ſatis notum. Cæterum numerus navium conflatus iterum Oratorio more ex omnibus diverſo tempore in Siciliam miſſis, non Athenienſium modo, ſed & Sociorum navibus. Nam cæteroqui cum Alcibiade & Nicia miſſæ ſunt tantum 134. triremes, Thucyd. VI. 43. & dein tribus ferme annis poſt, aliæ 65. ſub Demoſthene, VII. 20. His ſi addantur 40. Triremes, quas decem annis ante in Siciliam miſerant, apud Thucyd. IV. 2. habebimus ita demum hunc 240. numerum. Aliter, & majore numero, neque tamen huic congruo, Diodorus *lib.* XIII. *pag.* 331. 335. 336. ſed cui neutiquam tantum tribuerim fidei in his rebus, quantum Thucydidi. PERIZ.

6 Εν Ελλησπόντῳ] Ad Ægospotamos, ſuperati à Lacedæmoniorum duce Lyſandro. vide Diodorum *prædicto libro*. SCHEFF.

Εν ᾗ Ελλησπόντῳ διακ.] Deſignant nobiliſſimam Athenienſium cladem ad Ægoſpotamos, profectam à Lacedæmoniis ductu Lyſandri. Habuerunt iſtic Athenienſes claſſem navium centum & octoginta, in quem numerum conſentiunt Xenophon *de rebus Græcor. lib.* II. *init.* & Diod. Sicul. XIII. *pag.* 388. PERIZ.

7 Χίλιοι δὲ] Et plures, bello cum Philippo. Conſule Diodor. *lib.* XVI. & Suidam *voce* Δημοσθένης. SCHEFF. Schefferus ad celebrem illam pugnam contra Philippum Macedonem infeliciter pugnatam refert, in qua perierunt Mille Athenienſes, & bis mille ſunt capti, teſtibus Pauſania *Achaic. cap.* 10. & Diod. XVI. *pag.* 555. Et veriſimile eſt Noſtrum eam reſpicere, quum etiam infra ejus, & ſimili quidem locutione, faciat mentionem VI. 1. & XII. 53. Sed tamen & Thucydides cladem *mille militum*, χιλίων ὁπλιτῶν, Athenienſibus iſtic illatam à Bœotis & Locrenſibus memorat I. 113. eodem tempore, quo geſtæ ſunt res in Ægypto & Cypro, modo expoſitæ. PERIZ.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ Θρᾳκῶν βασιλέως ὠμότητος πρὸς τοὺς αὐτοῦ υἱούς.

[1] Ο Θρᾳκῶν βασιλεὺς (τὸ ᾗ ὄνομα λεγέτω ἄλλος) ὅτε ὁ Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ελλάδα ἐστράτευσεν, εἰς Ροδόπην τὸ ὄρος ἀπέδρα. Τοῖς ᾗ ἐξ παισὶν αὐτοῦ συνεβούλευε μὴ στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ελλάδα. [2] Δῆλον δέ, ὅτι φιλέλλην ἦν ὁ ἀνήρ. Οι δὲ οὐκ

CAP. XI.

De crudelitate regis Thracum erga liberos.

Rex Thracum (nomen vero alius dicat) quum Xerxes Græciam bello peteret, aufugit in montem Rhodopen. Sex vero ſuis filiis ſuadebat, ut ne contra Græciam militarent. Ex quo manifeſtum eſt, eum Græcis fuiſſe amicum. Illi vero *patri*

1 Θρᾳκῶν βασιλεὺς] Habet, ut opinor, ex Herod. *lib.* VII. quoniam & ipſe nomen ejus non prodit. Tantum enim ita ſcribit ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς Θρηΐξ. Niſi velimus Θρηΐξ eſſe nomen proprium ejus regis, quod non credit Ælianus. SCHEFF. Nec quisquam opinor crediturus eſt. KUHN.

Θρᾳκῶν βασιλεὺς] Primæ Edd. Romana & Baſil. habent, ὁ Θρᾳκ. βασ. Geſneriana omiſit Articulum, haud dubie, vitio Typographi. Nam & MSti pariter eum tuentur. Revocavi ergo, qui à Tornæſianis, Schefferianis &c. Geſnerianæ negligentiam ſecutis, aberat. Cæterum Regem hunc Herodot. VIII. 116. ait fuiſſe *Biſaltarum ac terræ Creſtonicæ*. Quæ terra & Gens quum fuerit ad Occidentem fluv. Strymonis verſus Græciam, alienior poſſet videri ab hoc loco mentio montis *Rhodopes*, quam tamen facit etiam Herodotus. Etenim Rhodope à Ptolemæo *Geogr.* III. 11. diſerte collocatur ὑπὲρ τὴν Νέσον ποταμὸν καὶ τὴν Εὐρον (l. Εβρον) ποταμὸν, *ſuper Neſum*, vel *Neſtum fluvium*, & *Hebrum fluv.* Similiter Plin. IV. 11. Atque ideo ab Ortelio aliiſque iſtic tantum exhibetur, loco ſane à *Biſaltis* quam longiſſime remoto. Quod enim *Biſaltæ* eo loci, ubi dixi, habitaverint, vel ex Herod. ipſo liquet, qui VII. 115. Xerxis iter in Græciam enarrans, poſtquam illum trajeciſſe Strymonem memoraſſet, tranſiiſſe ait per regionem, ἣ καλέεται Βισαλτίη. Adde Thucyd. IV. 109. qui item jungit iſtic *Biſalticam* & *Creſtonicam* infra Strymona, è regione montis Atho. Et maxime Livium XLV. 29. ubi ait Macedoniam à Romanis diviſam in varias Regiones, quarum Prima habitura ſit, *quod agri inter Strymonem & Neſſum amnem ſit, acceſſura huic parti trans Neſſum, Orientem verſus, quæ Perſeus tenuiſſet* &c. *trans Strymona autem vergentia ad Occaſum, Biſalticam Omnem, cum Heraclea.* Turbat Idem tamen *ſeq. capite*, ubi eandem Diviſionem & Regiones repetit, *Pars prima*, ait, *Biſaltas habet fortiſſimos Viros (trans Neſſum amnem incolunt & circa Strymonem) & multas frugum proprietates, & metalla & oportunitatem Amphipolis, quæ objecta &c.* Quomodo, ſi *Biſaltica omnis* erat *ad occaſum Strymonis*, nunc *Biſaltæ* locantur *trans Neſſum*? Vitii hæc reor manifeſta: ſed non æque manifeſta eſt emendandi ratio. Forte ex gloſſa ortum τὸ *incolunt*, legendumque *P. pr. Biſ. h. f. Viros, trans Neſſum autem & circa Strymonem multas fr.* &c. Ut ad *Rhodopen* revertamur, vix dubito ejus nomen communicatum olim cum reliquis montibus ſupra Macedoniam & Strymona fluv. Certe Herodotus IV. 49. apud *Pœonas* locat infra Æmum. Vide & Thucyd. II. 96. ſed maxime Strabonis *lib.* VII. *Epitomen pag.* 331. Οἱ ὁ Στρύμων ποταμὸς ἄρχεται ὑπὲρ τῆς πρὸς τὴν Ροδόπην Αγριανῶν,

οὐκ ἐπείθησαν· ὑποστρέψαντας δὴ αὐτοὺς πάντας [3] ἐξετύφλωσε, μὴ ποιήσας [4] ἑλληνικά.

tri morem non gesserunt: reversis itaque omnibus oculos eruit, faciens minime Græca.

Strymon fluvius oritur ex Agrianibus juxta Rhodopen. PERIZ.

2 Δῆλον δὲ, ὅτι φιλέκκην ἦν] Lugd. δηλονότι φιλ. &c. Sed præfero Vulgatum. Sic x. 20. Εἰ δὲ ἓν Λακεδαιμονίοις κοινὴ φίλος, δῆλον, ὅτι καὶ αὐτῷ ἔσαι. Xenophon *de Rep. Laced.* δῆλον οἷ' ὅτι τὸ μέλλοντα κλωπεύειν, ἀγρυπνεῖν δεῖ. IDEM.

3 Ἐξετύφλωσε, μὴ ποιήσας ἑλληνικά.] Ultimum vocabulum neuter Codex omnibus literis exhibet. Cæterum *excæcavit* iste Thraciæ Rex ideo forsan Filios, quia *Occidere Thracem Thraci nefas erat.* Demosth. *adv. Aristocratem p. m.* 452. *ext.* ὃν ὄντος νομίμου τοῖς Θρᾳξὶν ἀλλήλους ἀποκτιννύναι. Quod vero illam *excæcationem* minime ἑλληνικὴν pronunciat Auctor, ὃ quam longe aliter se res habuit inter Græcos, jam Christianos, maxime post tempora Justiniani Rhinotmeti, quia in eo exemplum fuit Imperatoris, cui præcisæ erant nares, & quem tamen hæc deformitas ab Imperio obtinendo, vel potius recuperando, non prohibuit. Ergo, quum id non amplius valeret satis ad Imperio arcendum, in oculos deinceps sæviebatur, maxime à Græcis, quos inter neque mater Irene pepercit ita sævire in unicum, quem habebat, Filium. Ab illis ad Latinos ista crudelitas est propagata, ut vel ex exemplo Ludovici, illius Pii, Bernhardum Italiæ Regem, sui Fratris Filium, tali afficientis supplicio constat. IDEM.

4 ἑλληνικά] MS. C. ἑλληνικῶς. SCHEFF. Iterum explicat MSti lectio Nostrum, ἑλληνικὰ enim Atticè, communiter ἑλληνικῶς dicitur. KUHN.

ΚΕΦ. ιϚ'.

Ὅτι ὁ Δημάδης ἐζημιώθη, ψηφισάμενον θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον.

Οὐ δύναμαι ἔγωγε Ἀθηναίων μὴ οὐ φιλεῖν ταῦτα. Ἐκκλησίας οὔσης Ἀθηναίοις παρελθὼν ὁ Δημάδης, ἐψηφίσατο [1] θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. Τῆς δὲ ἀσεβείας ὁ δῆμος τὸ ὑπερβάλλον μὴ ἐνεγκὼν, ζημίαν ἐτιμήσαντο [2] τῷ Δημάδῃ [3] ταλάντων ἑκατόν, ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ὄντα [4] ἐνέγραψε τοῖς Ὀλυμπίοις.

CAP. XII.

Demades mulctatus, quod decretum fecerat, ut Alexander Deorum numero haberetur.

Non possum non illa Atheniensium exosculari. Pro concione Athenaiensium Demades progressus, suffragio suo scivit Alexandrum Deum tertiumdecimum. At populus nimiam illius impietatem non ferens, Demadi irrogavit mulctam centum talentorum, quod Alexandrum illum, qui mortalis utique erat, inscripsisset Olympiis.

1 Θεὸν τὸν Αλ. τρισκαιδέκατον] Præcipui, quos Græci veteres colebant, dii erant duodecim, vel οἱ δώδεκα à numero appellari, quos Ennius his versibus comprehendit.

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Meminit Pausanias in *Atticis.* σοὶ, inquit, ὅπισθεν ἀποδόμηται γραφὰς ἔχουσι θεὸς δώδεκα καλούμενος. His Demades adscribi vult *Alexandrum*, eumque decimum tertium constitui. SCHEFF. Demades ille Macedonico conductus auro quævis scribere aut facere in gratiam Regis *Alexandri* ausus est, & deinde absurda psephismata vel decreta his verbis tueri: τοῦτο τὸ ψήφισμα σὸν ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλὰ πολεμος, τῇ Αλεξάνδρε δορὶ γραφέν, *illud decretum non ego scripsi, sed bellum, idque Alexandri hastâ.* Demetr. Phalereus *de Elocut.* Plutarchus in *Vita Phocion.* ait, eum solitum dicere, neminem fore, qui sibi vitio vertat hæc vel illa dicta vel facta πολιδιδομένῳ ναυάγια τὰ πόλεως, *cum res urbis naufragas administraret.* Tandem illum ipsum Macedones, quorum totus fuerat, uno cum filio miserrimè trucidarunt, *ibidem.* Cæterum Joh. Stobæus *Serm.* CXEVII. habet, Philippum Alexandri patrem etiam τρισκαιδέκατον θεὸν, *decimum tertium Deum* cognominatum, cum Cleopatræ filiæ nuptias ingenti pompa celebraret, & postridie in theatro interfectus jaceret. Vide locum & adde Diodor. *lib.* XVI. *p.* 480. 82. imprimis Æneam Gazæum in *Theophrasto. p.* 43. adi *supra lib.* II. *cap.* 19. & notas Salmasii *in Histor. August. p. m.* 138. Breviter, voluit Alexander πάρεδρον haberi XII. Deorum, quos Græci dicebant Ὀλυμπίους, & Athenienses dedicatâ arâ publice colebant. vid. *supra l.* II. *c.* 9. KUHN.

Θεὸν τὸν Αλέξανδρον τρισκαιδέκατον] Non ergo plebejis & vulgaribus Diis, sed Diis majorum gentium, qui erant XII. numero, adscribi volebat Alexander. Vide *supra* II. 19. Et ita Hadrianum quoque Imperatorem Cyziceni τρισκαιδέκατον Θεὸν ἀνηγόρευσαν, sicuti Apollo Pythius Pugilem Cleomeden ὕστατον ἡρώων, ut refert Socrates *Hist. Eccles.* III. 23. & posterius quidem ex Pausaniæ *Eliacis* II. *Duodecim* autem illi erant Juppiter, cum Fratre Neptuno, tribus Sororibus, tum quatuor Filiis, & Filiabus tribus. Hinc pariter una eorum erat Ara Athenis. Plutarchus in *Nicia pag.* 531. inter prodigia refert τὸ πεφυκέναι ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν Δώδεκα Θεῶν. Ad hoc instar instruxit Augustus convivium, in quo Convivæ habitu illorum Deorum accumbebant. Sueton. *Aug.* 70. *Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, quæ vulgo δωδεκάθεος vocabatur, in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas, & ipsum pro Apolline ornatum exprobrant.* Vide & Nostrum VIII. 12. PERIZ.

2 τῷ Δημάδει] Perperam ita editur. Rescribe τῷ Δημάδῃ, ut volunt MSti, & Analogia Declinationum. Dicebatur enim Δημάδης, Δημάδου. Vide *infra* XII. 43. & passim Plutarchum atque Alios. IDEM.

3 Ταλάντων ἑκατὸν] Tanta vero summa hominem privatum & rhetorem multatum, vix est verisimile. Quid? si cum Athenæo scriberemus δέκα ταλάντων. Videretur profecto vero propius. Habet autem Athenæus hanc historiam *l.* VI. *c.* 13. SCHEFF. Etiamsi populus Athenienium majorem mulctam Demadi irrogasset, is tamen nihil solvere aut voluit aut potuit. Septies enim convictus de vi legibus & decretis illatâ infamiaque notatus, publicè dicendi libertatem amiserat. Nec tamen mulctam impositam vel ex parte solvit. Plut. in *Phoc.* KUHN.

Ταλάντων ἑκατὸν] h. e. 180000. Carolinorum, quæ maxima profecto est indictæ privato Homini mulctæ Summa. Quapropter quum Athenæus VI. 13. eandem referens Historiam dicat eum mulctatum δέκα ταλάντοις, h. e. 18000. Carolinorum, pene putem ita voluisse & Nostrum. Idem sensit Schefferus, & inania sunt, quæ Kuhnius illi opponit, Demaden scilicet mulctam solvere nec voluisse nec potuisse, atque ideo Populum facile illi, non soluturo scilicet, etiam majorem potuisse irrogare. Revera enim homo iste satis opulentus fuit, adeo, ut, quum aliquando quid fecisset volens & prudens contra Leges, ultro & ante quam exigeretur, mulctam legibus statutam attulerit & persolverit, quæ erat 100000. Drachmarum, h. e. 30000 Carolinorum. Vide Plutarch. in *Phocione p.* 755. Propter istam ergo hominis opulentiam, & quia illis etiam temporibus Athenienses solebant sane grandes suis civibus irrogare mulctas, incertus ferme sum, utrum Athenæi, an Nostri lectionem præferam; malim tamen Athenæo assentiri. PERIZ.

4 Ενέγραψε τοῖς Ολυμπίοις] h. e. τοῖς δώδεκα. Iidem enim sunt, & sic dicti, quod Jovi, cum à Titanibus oppugnaretur, auxilio venissent. Diodorus Siculus *lib.* IV. Ζεὺς τὰς μὲ συναγωνισαμένας τῶ θεῶν μόνας ὠνόμασεν Ολυμπίους. SCHEFF.

Ενέγραψε τοῖς Ολυμπίοις] Lugd. ἀνέγραψε *Olympii* dicebantur, quia erant Ολύμπια δώματ' ἔχοντες, ut passim Poëtæ, h. e. *in Olympo*, seu *Cœlo*, *habitantes*. Sic autem appellabantur illi majorum Gentium & Cœlestes Dii. Eaque appellatione distinguebantur ab Heroibus & inferis Diis. Porphyrius in *Nymparum antro*: Τοῖς μὲν Ολυμπίοις Θεοῖς ναέτης, ἡ ἕδη, ἡ βαμὸς ἱδρύσηλο, χθονίοις δὲ ἠμὶ Ηρωσι ἐχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρες καὶ μέγαρα: *Olympiis Diis Templa, & ædiculas, & Aras extruunt, Terrestribus vero & Heroibus Focos, Inferis autem scrobes & cryptas.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Οτι οἱ Αθηναῖοι ἀγχίτροφοι πρὸς νεωτερισμούς.

Ησαν ὦ ἄρα [1] Αθηναῖοι δεινῶς εἰς τὰς πολιτείας εὐτρέπελοι, καὶ ἐπιτήδειοι πρὸς τὰς μεταβολὰς παντὸς μᾶλλον. Βασιλείαν μὲν γὰρ ἤνεγκαν σωφρόνως [2] ἐπὶ Κέκροπος, καὶ Ε-

1 Αθηναῖοι &c.] Ingenium Athenienſium plane temporarium & propitio Vertumno natum præter ſacrum ex *Act.* XVII. & profanum Platonis Comici teſtimonium apud Sextum Empiricum *p.* 70. *adverſus Mathemat.* ſatis oſtendit Dio Chyſoſt. in πολιτικῷ, ubi ait, ὃ καταῤῥᾴθυμον ἀλλήλων, σὸν ἐξελαύνομεν, ὃ τὰς μὲ εἰς τὸν βεμλὸν εἰσάγομεν καὶ ἑτέρας ἐξάγομεν; ἐχ ὥσπερ οὖ σεισμῶ πάντα κινεῖται καὶ πάντα μετίσησι, καὶ ἕδὲν βέβαιον. εἰς τῦτο ἥκομεν, ὥστε μὴ ἀξιῶσθαι τοῖς αὐτῶν ἡμέρᾳσιν, ἀλλ' ὥσπερ οὖ τοῖς ἀνιάτοις νοσήμασι, δέονται ξένων ἰατρῶν. *nonne se invicem accusant, ejiciunt? nonne alios in senatum legunt, alios inde pellunt? annon omnia, ut in terræ motu fluctuant, omnia in suspenso sunt nihilque stabile. eò tandem deventum, ut suis ducibus non contenti quasi in morbis incurabilibus peregrinis opus habeant medicis.* Hæc ille de populo Attico. KUHN.

2 Επὶ Κέκροπος, καὶ Ερεχθέως, καὶ Θησέως] Plura in hoc Capite occurrunt obſervatu digniſſima, quorum primum eſt, quod, quum Athenienſes habuerint multos Reges, ex omnibus tamen nominet hoſce tantum Auctor.

CAP. XIII.

Quod Athenienſes ad novas res proclives fuerint.

Athenienſes omnino in varias reipublicæ formas erant mobiles, & ante omnia aptiſſimi ad *faciendas* mutationes. Nam Regnum quidem ſub Cecrope, Erechtheo, Theſeo, & Codridis deinceps moderate tulerunt. Tyrannidem experti ſunt ſub Piſiſtratidis: Ariſtocratia uſi

Ratio eſt, quia hi Tres omnium clariſſimi. De *Cecrope* notum eſt, fuiſſe primum Regni & Civitatis ac Legum iſtic conditorem, à quo Hiſtoria & Chronologia Athenienſium ideo incipit, ut vel ex Marmore Arundeliano conſtat. Hinc paſſim illi *Cecropidæ* vocantur. *Erechtheus* vero, Sextus à Cecrope Rex, non minus celebris fuit apud poſteros, adeo ut & ab eo Athenienſes *Erechthidæ* dicerentur. Quin ipſe Theſeus, quintus licet ab Erechtheo, tamen & ipſe ex illo potiſſimum à Poëtis cognominabatur ἐρεχθείδης, ut obſervat Pauſan. *Achaic. cap.* 17. Sed & Homerus *Iliad.* B. 547. Athenas dicit, etiam poſt Theſea, δῆμον Ερεχθῆος μεγαλήτορος. Refertur idem *Erechtheus* etiam inter Heroas Eponymos, & ſacra illi fiunt ad aram Neptuni. Vide Pauſan. in *Atticis*. Cæterum ſicut ille poſt *Cecropem*, ſic poſt illum *Theſeus*, fuit omnium dein Regum nobiliſſimus, de quo videri poteſt Plutarchus. Id tantum hic dicam, Athenienſes non adeo tamen σωφρόνως Hujus Regnum tuliſſe, quippe quem, optime licet de ſe meritum, ejecerunt in exilium.

Ερεχθέως. καὶ Θησέως, καὶ [3] τῶ Κοδριδῶν κάτω. Τυραννίδος δὲ ἐπειράθησαν ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν· [4] ἀριστοκρατίᾳ

lium. Sed Auctor nullam hic ejus rei habet rationem, quippe quum agat tantum de mutationibus totius Reip. PERIZ.

3 Τῶν Κοδριδῶν κάτω] Neſcio quid ſibi velit Codex Lugd. qui nobis ingerit τῶ Κοδικωδωνήτων. Τυρ, &c. ex quo, viderint alii, ſi quid vulgata & Sluiskiana lectione melius eruere queant, quod non putem. Cæterum notandum hic, quod etiam Codri poſteris tribuat *Regnum*, βασιλείαν, quum Alii diſerte tradant poſt Codri Mortem id in Rep. Athen. ſublatum. Clariſſimus eſt locus Pauſaniæ *Meſſen. cap.* 5. ubi ait Meſſenicum bellum cœpiſſe, quando Athenis nondum erant οἱ τῷ κλήρῳ καθ' ἑαυτὸν Αρχοντες, *Annui Archontes ſorte lecti*, qui ſunt illi *Novem*, de quibus mox. Addit, *Nam Melanthi poſteris, qui vocantur Medontidæ*, à Medonte Codri F. Melanthi N. Archontum Perpetuorum Primo, *ademit primum Populus magnam poteſtatis ſuæ partem*, & Αντὶ Βασιλέως, *Loco Regni*, *tranſtulit eos ad Magiſtratum rationibus reddendis obnoxium*, *poſtea vero dedit illis imperium Decem tantum Annorum.* Et Vellejus I. 2. *Eodem tempore Athenæ ſub Regibus eſſe deſierunt*, *quorum ultimus Rex fuit Codrus.* Sed tamen, quia non multum diſcriminis erat inter priores Reges, & illos Archontes Perpetuos, immo & Decennales, ſiquidem unus obtinebat ſummum Magiſtratum per omne vitæ ſuæ tempus, vel per X. annos, ideo & hi Βασιλεῖς quoque ſunt vocati à multis Scriptoribus. Certe ita Pauſan. *Achaic. cap.* 2. Pythiam ait dediſſe Medonti Βασιλείαν τὴν Αθηνῶν. Et Euſebius ſemper Eos, etiam illos Decennales, dicit βασιλεύειν. *Num.* 1363. Αθήνησιν ἡ ἀρχὴ βία κατελύθη Αρχή. Μετὰ Αλκμαίωνα ὁ τῆ Βασιλέως Αθηνῶν κατεσάθησαν Αρχοντες δεκαετεῖς, *Athenis Perpetui Archontes ſublati ſunt. Poſt Alcmæonem vero* XXX. *Regem Athenienſium conſtituti ſunt Archontes Decennales.* Dehis vero ſemper dein dicit Βασίλευσεν, *Regnavit*, ille vel ille, uſque ad Ann. 1433. quo Annui cœperunt. Iſtic ergo ait: Μετὰ τὸν Βασιλεῖς, Αρχοντες ὠνιαύσιοι ἠρέθησαν ἐξ ἐυπατριδῶν, *Poſt Reges*, *deſignati ſunt Archontes Annui ex Nobilibus.* Sed & in ipſa Athenienſium Epocha Marmoris Arundeliani hoc diſcrimen obſervatur inter Archontes, Priores illos Codridas, & hos Annuos, ut illi dicantur βασιλεύειν, hi tantum Αρχειν. Satis ita liquet, recte Codridis etiam tribui ab Auctore Βασιλέαν. IDEM.

4 Αριστοκρατίᾳ ᾧ ἐχρήσαντο] Obſervant viri docti, perperam collocata eſſe hæc Æliani verba, quia ſi hunc ordinem retinemus, decem illi archontes fuiſſent ante triginta tyrannos, quod tamen & contra hiſtoriam, & contra noſtrum ipſum eſt, qui decem hos illis triginta alias poſtponit. Igitur eruditiſſimus Joannes Meurſius in *Archont. lib.* III. hæc verba ita collocat & emendat. Αριστοκρατίᾳ ᾧ ἐχρήσαντο μέχρι τῶ τετρακοσίων. εἶτα ὕστερον ἐγένετο ἀναρχία ὡδὲ τὸν τῶ τελικοντα κατάστασιν. τελευτῶσιν ᾧ καὶ τῶ πολιτικῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως. *Hoc*, inquit, *vult dicere Ælianus. Varias mutationes experti Athenienſes*, *poſtquam denique anarchiam paterentur*, *cum Triginta imperarent*, *tandem rurſus è civibus ſuis conſtitutos*, *qui annos ſingulos*, *more priſtino*, *principatum urbis tenerent.* Adde, quæ hic ipſe diſputat *cap.* 10. *Fortunæ Atticæ*, nam id integrum huc pertinet. Conſule etiam Mauſſacum *ad Harpocrat. p. m.* 153. & Sigonii *Remp. Athen.* SCHEFF. Videtur Noſter voluiſſe hoc capite non tam ſeriem temporum, quam temporarium & mutabile Athenienſium ingenium proponere, quo aliam atque aliam Reipublicæ formam amplexi ſint, iterumque abjecerint, ideoque ſi non exacte obſervat rationem ordinemque chronologicum, id ei, ut à ſcopo ſuo alienum, fraudi ne ſit, ſufficit, ſi nobis Athenienſes νεωτεροποιὺς exemplis probet per ſaturam congeſtis. *Nec non & illud nimiæ eſt ſuperſtitionis*, *ut quæque ſint tempore*, *ea etiam facere ordine priora: non quin frequenter ſit hoc melius*, *ſed quia interdum plus valent ante geſta*, *ideoque levioribus ſuperponenda*

τία ᾗ ἐχρήσαντο μέχρι τ τῶν Τετρακο-

uſi ſunt uſque ad Quadringentos. Dein-

ſunt inquit Quintil. *lib.* IX. *cap.* 4. Confer Plinium *lib.* III. *epiſt.* 9. Rabbinorum huc ibat regula: אין מוקדם ומאוחר בתורה *non eſt præmiſſum & poſtpoſitum in lege*, id eſt, non ea ordinis in hiſtoriâ ſacrâ habetur ratio, ut ſuo quæque tempore reddantur, ſed interdum quod ordine poſtponendum erat, primo loco ponitur ob dignitatem rei, & vice verſa. v. Abeneſr. *Gen.* II. Noſter autem ordinem invertere non ſine cauſa voluit. Cum enim decemviri inſtar herbæ ſolſtitialis pauliſper floruerint, nec adeò Rem turbaverint publicam, inter quadringentos oligarchicos & triginta tyrannos eos inculcavit medios, uſi Neſtor Homericus κακὸς εἰς μέσσον ἔλασσεν. ipſos autem triginta Tyrannos, qui ſua ambitione graviſſimis patriam calamitatibus affecerunt, loco dedit ultimo, ut omnium perditiſſimos. Præterea non opus eſt, ut turbatum hiſtoriæ ordinem exiſtimemus, ſi verba, εἶτα ὕστερον δέκα &c. accipiantur non de decemviris, qui Triginta Tyrannos exceperunt, ſed de eo tempore, quo abrogato CCCC. imperio Athenienſes iterum τὸ σύστημα τ πολιτείας ὃν τ πολιτῶν συνεστήσαντο, *ſtatum Reipublicæ ad civium autoritatem revocarunt.* Diodorus *lib.* XIII. *Biblioth. p.* 165. Numerantur equidem novem archontes, qui in democratia ſummæ rerum præerant: Noſtro autem placuit numerus rotundus, ut fieri amat in hiſtoria. & quomodo de decemviris illis, qui Triginta tyrannis ſurrogati ſunt, vere dixerit Noſter, καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τ πόλεως, *quotquot annis præfuerunt urbi*? Vix enim deguſtarunt magiſtratum, cum eo iterum abire coacti ſunt. Hoc ſuæ expoſitioni non convenire vidit Meurſius, ideoque mendum in δέκα quæſivit invenitque. legit enim ᾗ καὶ. Sic emendatio peperit emendationem! Quod ſupra dixi de *numero rotundo* vel præpoſtera narratione ſimplicius eſt nec novo tibicine egere videtur. Si tamen nec illud placuerit erudito Lectori, reliquum utique nihil aliud fuerit, quam ut mendum agnoſcamus in voce δέκα, Noſtrumque dicamus ſcripſiſſe ἐννέα, quod primum in ἔνδεκα, inde in δέκα tranſiit. Vice verſâ Meurſius apud Xenophontem *lib.* II. *Græc. Hiſtor. p. m.* 373. pro ἔνδεκα rectè legendum cenſet δέκα. Emendationem ſ δέκα in ἐννέα etiam approbat Edwardus Simſonius *Chronici P.* III. *p.* 73. Cæterum nec in eo videtur Noſter exacte ſeriem temporum obſervaſſe, quod Ἄρχοντας perpetuos, decennales, & annuos, qui inter Reges & Piſiſtratidarum tyrannidem medii fuerunt, non recenſuit, quamvis hunc ſaltum non tam Æliano, quam ejus compilatori tribuerem. KUHN.

Ἀριστοκρατία &c.] Locus profecto egregius, & qui breviter variam Atticæ Reip. formam exſequitur, ſed quem minime intellexerunt Viri Doctiſſimi, non Scaliger modo, qui id *ad Euſeb.* 1333. de ſe fatetur ingenue, ſed & Schefferus, Kuhnius, Simſonius, Mauſſacus, Valeſius, & ipſe Meurſius *de Archont.* III. 15. variis modis tentantes lectionem, quæ ſincera eſt & integra. Hærent potiſſimum in illis δέκα τ πολιῶν, & vel turbatum incuſant Hiſtoriarum ordinem, vel mutari ea volunt, quia deſignari iis putant *Novem annuos Archontas*, qua in ſententia ſunt Simſonius, Valeſius, Kuhnius, ſed quam refutat Mauſſacus *ad Harpocrat. v.* δέκα, qui *Decemviros* putat deſignari, Reip. præfectos, poſt remotos XXX. Tyrannos, ipſe viciſſim iſtic refutatus à Valeſio, & jam ante à Meurſio. At nemo exponit nobis præter Meurſium *d. l.* quam, & cujus temporis, hic intelligant *Ariſtocratiam*, quos *Quadringentos*, quam *Anarchiam*. Nam certe *Novem* illi etiam ante Piſiſtratidas, & poſt XXX. Tyrannos, immo & ſub utriſque exſtitere in Rep. Quid ergo? Auctor *Regno Regum* & Archontum ſubjicit continuo *Tyrannidem* Piſiſtrati, non quod hæc illis Archontibus Perpetuis, aut Decennalibus, ſtatim ſucceſſerit, ſed quod forma utriuſque imperii fuerit eadem, h. e. Monarchica. Deín *Ariſtocratiam* memorat, quæ fuerit uſque ad *Quadringentorum* Senatum in Rep. conſtitutum. Nempe *Ariſtocratia* hæc exſtitit vel maxime ſub illis Novem Archontibus primum conſtitutis, quando præcipua fuit Eorum poteſtas, uſque ad tempora Solonis, qui Senatum *Quadringentorum* induxit, & Novem Archontum poteſtatem majorem in modum imminuit: atque

χοσίων. ὕ Εἶτα ὕστερον Δέκα τῶν πολιτῶν

Deinde in ſingulos annos Decem ex ci-

atque ideo dicitur primus conſtituiſſe Democratiam, qualis deinceps exſtitit, ſed ab hoc gradu poſtea etiam in deterius longe mutata. Quod Ariſtocratia tum fuerit, liquet ex eo, quod Euſeb. *Ann.* 1433. ait primos illos lectos ἐξ Εὐπατριδῶν, *ex Nobilibus*, male propterea reprehenſus à Scaligero, quia ſcilicet *Athenis Democratia eſſet, non Ariſtocratia.* Immo vero *Ariſtocratia* tunc erat, in eo potiſſimum ſita, quod Magiſtratum gererent οἱ Εὐπατρίδαι, ſed & *Democratia*, in quantum illi erant Populo ὑπόδικοι. Hinc Iſocrates in *Panathen.* favens Ariſtocratiæ, vel etiam, ut ait, *Oligarchiæ*, id agit, ut oſtendat optimam fuiſſe Atticæ Reip. formam & fortunam, quæ Regno erat proxima. Laudat enim *pag.* 616. antiquum Populum, qui poſt Reges, *conſtituerit Democratiam, non illam omnia miſcentem, ſed* Ἀριστοκρατίᾳ χρωμένην, *quæ Ariſtocratice regeretur.* Similiter *pag.* 630. Lycurgum ait ſuam Remp. non inveniſſe ipſum, ſed ab Athenienſibus ſumpſiſſe, & *Democratiam conſtituiſſe*, τὴν Ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν, *Ariſtocratia mixtam, qualis apud Nos erat.* Illam autem Reip. formam duraviſſe ait *p.* 626. uſque ad *tempora Solonis & Piſiſtrati.* Sed diſertiſſimus in hanc rem eſt locus Ariſtotelis *Polit.* II. 10. ubi ait Solonem Ὀλιγαρχίαν καταλῦσαι, λίαν ἄκρατον οὖσαν, καὶ δουλοῦντα τὸν δῆμον παῦσαι, καὶ Δημοκρατίαν καθιδρῦσαι τὴν πάτριον, μίξαντα καλῶς τὴν πολιτείαν, *ſuſtuliſſe Oligarchiam, quæ judicio populi non ſatis erat obnoxia, & finem impoſuiſſe ſervituti populi, & Democratiam conſtituiſſe avitam, miſcendo pulchre Remp.* Adeo diverſa erat Reip. forma ante Solonem! Diverſitatem autem hanc induxit, non tantum eo, quod infimos ex plebe admiſit ad Judicia, ſed & quod Novem Archontum poteſtatem, in qua ſita erat vis Ariſtocratica, imminuit. Nam quod illi Archontes plurimum tunc potuerint in Rep. diſerte tradit Thucydides I. 126. ἐμφαλκῶς addens, τότε ᾗ, *TUNC vero*, ſcil. ita ſe res habebat, neutiquam poſtea. Quod Solon iis pleraque ademerit, Suidas in *v.* Ἄρχων. Κύριοι ἦσαν, ἅτε τὰς δίκας αὐτοτελεῖς ποιήσαντα· ὕστερον ᾗ Σόλωνος ἀνεῖλε μοθετήσαντος, ὃθεν ἕτερον αὐτοῖς ἐπελθεῖν, ἢ μόνον ὑποκρίνειν τοὺς ἀντιδίκους. *Jus habebant lites per ſe plane dijudicandi: ſed quum Solon illis leges ſcripſiſſet, nihil dein ab illis perficiebatur, niſi quod* (vertit ita Portus) *reſpondebant adverſariis.* in Notis addens, *N. L. Fortaſſe tamen leg.* τοῖς ἀντιδίκοις; ὑποκρίνειν *autem poni pro* ὑποκρίνεσθαι, *pro quo uſitatius ſit* ἀποκρίνεσθαι. Ego vero, nihil minus, dixerim, nec mutandum quidquam. Archontes illi poſt Solonem debebant litigantium cauſam prius & obiter cognoſcere, vel examinare, & ita dein inducere in judicium. Illud Suidas dicit ὑποκρίνειν, Alii ἀνακρίνειν. Porro autem inſtituit Solon illos *Quadringentos*, βουλὴν τ τετρακοσίων, ſcil. ex ſingulis Tribubus, quæ quatuor tunc erant, Centum. Vide Plut. in *Solone.* Hic Senatus præerat Concioni, conſtituebat formabatque res ad populum ferendas, tractabatque Politica. Vide Libanium in *Argumento Androt. Demoſth.* Recte ergo Noſter *Ariſtocratiam* duraviſſe, uſque dum *Quadringenti* in Rep. cœperunt tempore Solonis. At peſſime Meurſius *Ariſtocratiam* conſtituit poſt tempora demum Solonis & Piſiſtrati, quando ſumma erat Democratia, per Cliſthenem & Ephialten omnibus reliquiis Ariſtocratiæ ſublatis. Ceterum *Ariſtocratiam* hanc, & hos *Quadringentos* omittit, Alios licet Quadringentos, de quibus mox, memoret, Strabo *lib.* IX. *p. m.* 397. mutationem iſtic Reip. Athenienſium itidem quidem exponens, verum minus accuratam, ſeu paucioribus verbis, & ex Regno tranſeuntem ſtatim in Democratiam, tyrannide & oligarchia quadam interruptam. Ἐδουλεύοντο μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρότερον, εἶτ' εἰς Δημοκρατίαν μετέστησαν. Τυράννων δ' ἐπιθεμένων αὐτοῖς, Πεισιστράτου καὶ τ Παίωνος, ὕστερον τε Ὀλιγαρχίας γενομένης, ἣ τε τ Τετρακοσίων, καὶ τ τῶν Τελέοντα Τυράννων, ὃς ἐπέστησαν Λακεδαιμόνιοι, τότε μὲν διεκρέσαντο ῥᾳδίως, ἐφύλαξαν ᾗ τὴν Δημοκρατίαν μέχρι τ Ρωμαίων ἐπικρατείας. *Athenienſes itaque prius Reges habuerunt, deinde in Democratiam tranſierunt. Tyranni vero, Piſiſtratus & Enii, quum invaſiſſent eos, ac poſtea Oligarchia exſtitiſſet, cum illa Quadringentorum, tum illa Tyrannorum*

λιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως· civibus rempublicam gesserunt: postre-

norum XXX. *quos Lacedæmonii illis imposuerunt, facile quidem eos depulerunt, servarunt autem Democratiam usque ad imperium Romanorum.* Videlicet, ille, æque ac Isocrates, post Reges *Democratiam* statim inducit: cujus tamen quia varii fuerunt gradus, & varii Magistratus, immo quia primum illa fuit Αἰσυκρατία μεμιγμένη καὶ χρωμένη, ut ait Isocrates, ideo Noster eam accurate prorsus divisit in Tres potissimum partes, in *Aristocratiam* usque ad tempora Solonis & Senatum Quadringentorum, in Remp. sub *Decem* illis Annuis Magistratibus, quando validior jam erat Democratia, & denique in *Anarchiam*, quæ erat vera Ochlocratia seu excessus Democratiæ, sed quo tempore, ut erat perturbationis plenum, exorta est etiam Oligarchia quædam, tum illorum *Quadringentorum*, sed ad breve momentum, per ipsos Athenienses, tum illorum XXX. *Tyrannorum*, quos Lacedæmonii illis imposuerunt. Diversi autem hi *Quadringenti* ab illis, quos Noster memorat, ut proxima docebimus Nota. PERIZ.

ς Τῶν τετρακοσίων] Intelligit Kuhnius, Maussacus, & Meursius, haud dubie & reliqui, *Quadringentos* illos, qui septimo anno ante XXX. Tyrannos acceperunt à Populo, volente quidem, sed decepto, Remp. quorum præcipui erant Pisander, Phrynichus, &c. de quibus copiose Thucydides *lib.* VIII. Ratio est, quod Horum crebra mentio apud Oratores, & Philosophos, quorum præcipui Isocrates, Demosthenes, *&c.* Plato, Aristoteles *&c.* proxime post illa tempora floruerunt. Hinc & Grammatici, veluti Harpocration, Τετρακοσίους non alios interpretantur, quam hosce. Accedit etiam, quod neque alii tunc exstiterint *Quadringenti*, siquidem Solonis *Quadringenti* mutati jam fuerant post ejectos Pisistratidas in *Quingentos*. Sed neutiquam tamen Illos ab Æliano intelligi, certum est; Non modo, quod illi eodem anno constituti sunt & sublati, seu tantum per *quatuor menses præfuerunt Civitati*, ut ex Aristotele docet Harpocration, (Vide & Thucyd. *d. l.*) atque ideo constantem illi ac receptam aliquandiu Reip. formam, de qua hic agitur, minime exhibuerunt; Sed vel maxime, quod neutiquam ad illos usque duraverit Vetus *Aristocratia*; quippe quum perturbatissima jam Democratia omnia tunc obtineret, quod ipsum causa fuit revocandi Remp. ex illis turbis ad pauciores, seu ad quadringentos. Thucyd. VIII. 53. Necessario itaque intelligendi sunt *Quadringenti* à Solone instituti, cum quibus orta est, ut dixi, nova quædam Reip. forma, magis Democratica, quæ deinceps invaluit, usque ad Pisistratum, & dein iterum post Pisistratidas ejectos. Mansit enim post illos ejectos iste Senatus, licet cum aliqua mutatione, sed ita, ut Ejus potestas per eam evaserit major, sicuti ipsa quoque Resp. tunc magis adhuc evasit Democratica. Fuit autem tunc *Quingentorum*, sicuti postea etiam *Sexcentorum*, qui in inscriptionibus tempore primorum Cæsarum frequentes. Apud Sponium *Itiner. Tom.* II. *p.* 347. Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρειοπάγου, καὶ ἡ βουλὴ τῶν Χ. καὶ ὁ δῆμος &c. quæ pessime Sponius interpretatur, ἡ βουλὴ τῶν χιλίων, licet fateatur *se illud Consilium Mille Hominum nusquam reperisse, neque in Lapidibus.* Immo vere X notat hic *Sexcentos*. Confer ex *pag.* 471. ejusdem plane temporis inscriptionem, ubi integris literis τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρειοπάγου, καὶ τῇ βουλῇ τῶν Ἑξακοσίων, καὶ τῷ δήμῳ. Sic & Dio Chrysost. *Orat.* 50. *init.* Ceterum *Sexcenti* illi constituti sunt post tempora Alexandri Magni sub Antigono & Demetrio, quando duæ novæ Tribus additæ sunt X. prioribus. Vide Plutarchum in *Demetrio pag.* 893. IDEM.

ζ Εἶτα ὕστερον Δέκα τῶν πολιτῶν &c.] In his *Decem* inveniendis vel præcipua est hæsitatio. Meursius idcirco totum ordinem invertit, & hoc Comma post sequens ponit. Nec id satis habet, sed & pro δέκα legit ε ϛ, ut sensus sit, post XXX. Tyrannos ejectos, iterum creatos singulis annis, qui Urbi præessent more pristino. At ea quidem vis est, nec unquam *antea* desierant in singulos annos creari Archontes, ne sub XXX. quidem. Schefferus, & maxime Maussacus *ad Harpocrat.* intelligunt X. illos, qui post XXX. Ty-

λεως· τελευταῖον δὲ ἐγένετο ἡ Ἀναρχία postremo Anarchia fuit, quum Triginta

Tyrannos sunt constituti & Reip. præfecti: atque ideo Ælianum ἀνοχλουσιμαθῆ, seu turbati ordinis, insimulant. Sed refutant eos Kuhnius & Valesius, hoc potissimum argumento, quod illi X. ne uno quidem integro anno præfuerint Civitati. Quod quum verissimum sit, quis non videt, quam sit alienum de Illis hoc in loco cogitare, præsertim quum Eos etiam ante istos XXX. memoret Auctor. At nihilo minus absurdum, quod volebat Kuhnius, Novem Archontas hic designari, eosque numero rotundo dici ita simpliciter Δέκα τῶν πολιτῶν, *Decem ex Civibus.* Nam quid certi foret in Historia, si Magistratus, qui perpetuo & certo numero sunt & dicuntur *Novem*, vocarentur ita absolute *Decem*? Sed & quia hæc interpretatio nullo probari poterat exemplo, confugit tandem ille ad Crisin, & cum Simsonio, (addo & Valesium *ad Harpocr.*) legi vult Ἐνέα, ut ita *Novem* illi Archontes hîce tamen verbis intelligantur. Sed neque id patitur series rerum, aut mens Auctoris, qui mutationes Reip. memorat, & ideo hic intelligit Novos Magistratus, qui post illam *Aristocratiam*, & post illos *Quadringentos*, cœperint tum demum potissimas in Rep. partes agere. *Novem* autem illi Archontes valuerunt maxime in illa *Aristocratia*, ante illos *Quadringentos:* tantumque abest, ut hoc demum tempore cœperint, quod series illa postularet, ut è contrario, quum antea plurimum potuissent, hoc tempore potuerint parum & quasi consenuerint. Quid ergo? Post ejectos Pisistratidas mutata est denuo aliquantum Resp. à Clisthene, cujus frater fuit avus maternus Periclis. Ille enim ab Herodoto VI. 131. dicitur constituisse Athenienses τὰς φυλὰς, καὶ τὴν δημοκρατίαν, *Tribus* illo scil. numero, quo dein fuerunt, h. e. Decem, & *Democratiam*, quam scil. magis intendit, quam fecerat Solon, cujus cæteroqui Remp. restituit. Vide Isocr. *Areopag. p.* 338. Ita vero factum, ut dein Senatus *Quadringentorum* fieret *Quingentorum*, in quem ex singulis Tribubus quotannis legerentur, Quinquaginta: sed &, ut Magistratus multi constituerentur *Decem* numero, pro numero Tribuum. Inter hos statim exstitere *Decem* στρατηγοὶ, quos certe tempore Belli Persici primi, contra Darium gesti, jam reperimus; & ita, ut Polemarchus, unus ex Novem Archontibus, illis tunc adjungeretur in Bello, tanquam Undecimus, qui, si illi paribus sententiis dissiderent, suâ eos dirimeret. Vide Herod. I. 109. Τὸ μὲν παλαιὸν Ἀθηναῖοι ἀμόψηφον τὸν Πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖσι στρατηγοῖσι. *Olim enim Athenienses dederunt Polemarcho jus suffragandi cum Strategis.* Ex quo, *olim*, liquet, neque illud tempore Herodoti amplius fuisse in usu. Ceterum quum post Persas & ipsum Xerxem depulsum Athenienses majorem in modum invaluissent, & sibi jam imperium armis unice quærerent in Insulas maris Ægei, & varias continentis Civitates, tum vero tota eorum Resp. ad bella deinceps gerenda se composuit, & plus auctoritatis etiam in Foro & Concione dedit illis *Strategis*, adeo ut plurimum illi tunc in Rep. possent. Hinc plerisque sequentium temporum Illustribus Viris legimus additam hanc descriptionem. *Supra* I. 25. Φωκίωνι μόνῳ, τῷ Ἀθηναίων στρατηγῷ, γεάφων ἀφοσπάθει τὸ χαίρειν. VI. 10. Περικλῆς, στρατηγῶν Ἀθηναίοις. Immo postea etiam Imperatores Romani ab Athenientibus hoc magistratu honorari se lubentes sunt passi. Julian. *Or.* I. de Constantio. Βασιλεὺς ὢν καὶ κύριος πάντων, Στρατηγὸς ἐκείνων ἠξίει καλεῖσθαι. Scilicet, ordinarius ille tunc erat Magistratus, & ideo quotannis, etiamsi nullum foris esset bellum, creabantur tamen hi *Decem Strategi*. Vide Harpocrat. & Suidam: Sed & in Urbe illi convocabant Populum, & quæ vellent, ad eum ferebant. Hinc passim apud Demosth. *de Corona p.* 318. Συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ Στρατηγῶν γενομένης. Quin & aliis dabant Concionem, unde *pag.* 336. habemus ψήφισμα *scitum populi*, convocati βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμῃ, *ex sententia Senatus* Quingentorum, & *Strategorum.* Porro vocabant etiam Senatum. Res clara est ex *pag.* 323. ubi in Concione ab illis convocata decernitur ad eorum relationem, ut Prytanes & Strategi convocent Senatum, & Legatos decernant ad Philippum.

χία περὶ τὴν τῶ Τριάκοντα κατάστασιν.

ginta *Tyranni* essent constituti. Hanc

pum. Dein vero dicuntur in Senatu, & ex ejus sententiâ, Prytanes & Strategi χρηματίσαι, πρὸ οὐ τῆς ἐκκλησίας ἀνενεγκόντες, *verba fecisse, referentes quæ decreta erant in Concione*, & ita *Decrevisse Legatos Cephisophonta* &c. Sed & accipiebant illi Census hominum, (Demosth. *contra Phænipp.*) & ex eo *describebant Cives* opulentos εἰς συμμορίας, *in classes*, (de quibus Vide Harpocr. & Ulpian. *ad Demost. Olynth.* II.) & *constituebant Trierarchos*. Vide Demosth. *contra Bœotum*. Sed quòd Resp. in eorum potissimum manu facto ipso fuerit, liquet ex Demosth. *Olynth.* II. *pag.* 9. ubi ait, *Antea quidem tributum conferebatis* κατὰ συμμορείας, *secundum classes, nunc vero secundum illas Classes regunt vos. Rhetor est Dux utrarumque*, & *Strategus sub eo*, & *adjutores Trecenteni. Reliqui attributi estis, Alii His, Alii Illis.* Leguntur eadem in Orat. *de Rep. Ord. p.* 70. Sed minus recte. *Rhetorem* autem, mea quidem sententia, primo loco nominat, & illi quasi subjicit *Strategum*, ad invidiam Demagogis faciendam, quos ibi incusat. Cæteroquin enim Strategi debent fuisse Principes illius πολιτείας, quum ipsi illas Classes conscriberent, eæque ad usum belli pertinerent. Erant quidem etiam alii Ηγεμόνες τῶν συμμορειῶν, proprie sic dicti, sed hi semper erant, qui omnium essent opulentissimi, atque adeo tantum ordine Ηγεμόνες, ut Romæ *Principes Senatus*. Sed tamen & Lycurgus Rhetor apud Harpocrationem in Δοκιμασθεὶς, tres commemorans solennes δοκιμασίας h. e. *probationes* & *inquisitiones*, ex legibus in vitam electorum Magistratuum, *Rhetores* quoque præmittit Στρατηγοῖς, dum primam ait τῶν Ενέα Αρχόντων, secundam τῶν Ρητόρων, tertiam denique τῶν Στρατηγῶν. Nempe *Rhetores* hi erant electi, vel sorte ducti, qui jus habebant de publicis rebus loquendi ad populum, & quorum ideo magna item fuit dignitas in immodica illa Democratia. Vide de iis Petitum *ad Leges Aticas pag.* 259. Adde jam, quod Leges quoque tulerint ad Populum, etiam de rebus non Bellicis. *Infra* VI. 10. *Pericles* στρατηγῶν *legem scripsit, ne Reip. esset particeps, qui non esset natus ex civibus, Patre & Matre.* Sed & eandem legem postea, quum denuo factus esset στρατηγὸς, ut diserte Plutarchus in *Pericle*, abrogavit. Στρατηγὸς αἱρεθεὶς, εἰσηγήσατο λυθῆναι τὸ νόμον περὶ τῶν νόθων. Manifestum sic satis, quam tunc *Vim* in Rep. obtinuerint *Strategi*. *Auctoritatem* porro eorum variis in rebus, & *Dignitatem* maximam velim videas apud Plut. in *Cimone p.* 483. & Stobæum *Serm.* XLI. (in *al. Ed.* CXLI.) ex Eupolide. Si quis adversus hæc dicat, Archontes tamen fuisse potioris ordinis & dignitatis, quippe per quorum primum designabatur Annus, cujus etiam Nomen præscribebatur omnibus populi Scitis & SCtis, is sciat velim, Archontes tunc habuisse quidem multa adhuc vestigia pristinæ potestatis, cæteroqui tamen devenisse ferme eo, quò Consules Romani tempore Imperatorum. Hinc Plut. in *Pericle* notat, Eum, qui plurimum verepoterat in Rep. & qui fuit Strategus, nunquam fuisse tamen Archontem, neque ἐπώνυμον, neque in Reliquis, haud dubie, quia non desideravit. Etenim judicia Archontibus primum adempta sunt à Solone, dein per illum Senatum *Quadringentorum* seu *Quingentorum* factum est, ut ex eo Prytanes & Proëdri maxime regerent concionem, & ita, uno verbo, curarent Politica; Denique quicquid habuerunt *Strategi*, id omne olim fuerat etiam penes *Archontes*, inter quos idcirco erat *Polemarchus*. Hinc Isocrates passim queritur desciviisse Remp. in eo quoque à majoribus, quod illi *Eosdem* habuerint στρατάρχας τῆ πόλεως, *Magistratus Urbis*, καὶ στρατηγὲς, secus quam suo tempore fiat, quo illi Magistratus non sint simul στρατηγοὶ, sed semper alii. Vide *de Pace p.* 402. 404. & *Panathen. pag.* 624. Noster vero in hisce potissimum memorat eos, penes quos erat *Vis* Reip. ex voluntate populi, non qui pristinæ dignitatis quasdam servabant reliquias. Sic memoravit etiam *Quadringentorum* Senatum nulla Areopagitarum facta mentione, licet hi Dignitate essent priores, & ideo in Inscriptionibus semper ponantur ante illos, ut ex iis, quas ex Sponio supra attuli, patet. Ratio est, quia cum Resp. esset plane jam Democratica, maxima necessario potestas fuit illorum *Qua-*

σιν. Ταύτην ὴ τὴν ἔτως ἀγχίστροφον μεταβολὴν ἢ τρόπου [8] εἰ ἐπαινεῖν χρὴ, ἀλλὰ ἔγωγε τοῦτο οὐκ οἶδα.

Hanc tam proclivem sententiæ commutationem an laudare oporteat, id ego saneignoro.

ΚΕΦ. CAP.

Quadringentorum, seu *Quingentorum*, qui prius tractabant res ad populum ferendas, & per vices erant Prytanes, & Proëdri, atque ita summam Remp. quæ erat penes Concionem, revera regebant. Similiter vero, quum Resp. jam esset bellis prorsus dedita, & unice per ea quæreret opes & magnum imperium, tunc summa certe auctoritas & ἀρχὴ aliquandiu fuit penes *Decem Strategos*, qui singulis tunc annis creabantur, & quam ἀρχὴν tunc potissimum Illustrissimi quique desiderabant. Certe nullos alios *Decem*, qui potiori jure in annum dicantur ἄρξαι τῆς πόλεως in illo temporis intervallo, ante XXX. Tyrannos, repertum iri, certus sum. Sed & diserte Plutarchus in *Politicis præceptis p.* 813. ex omnibus Athenienſium Muneribus & Magistratibus hunc sumit tanquam præcipuum, & maximæ auctoritatis ac potentiæ, dum ait, æquum esse, ut is, qui majores magistratus Αρχὰς, veluti Στρατηγίας *Athenis*, *Prytanias Rhodi*, *Bœotarchias Thebis*, accepit, non respuat minores, si à Populo ingerantur. Quin ad hoc exemplum deinde etiam Reſpublicæ Græcorum, quæ post Alexandri M. tempora potissimum exortæ, ex variis constabant Populis in unum Gentis totius Concilium coeuntibus quotannis, & res communes istic ordinantibus, summum suæ gentis & Concilii Magistratum itidem appellabant Στρατηγὸν. De Achæis ait Polybius II. 42. eos quotannis creavisse Scribam & duos Στρατηγὲς, sed postea visum illis, unum modo constituere, eique totam remp. permittere. Quin & alibi, etiam in Asia, multarum Urbium summi Magistratus Στρατηγοὶ dicebantur, ut ex innumeris pene liquet Græcorum Nummis. Quapropter etiam Epictetus, pene itidem ut Plutarchus, in *Enchirid. cap.* 26. aliquot enumerans præcipuos Magistratus, ait, οὐ ὴ αὐτὲς, ὁ Στρατηγὲς, ὁ Πρύτανις, ὴ Υπατον εἶναι θελήσεις, ἀλλ' ἐλεύθερον. PERIZ.

7 Αναρχία περὶ τὴν] *Anarchia* appellabatur ab Athenienſibus tempus XXX. Tyrannorum, quippe qui soli tunc, Lacedæmoniis servientes, omnem vim Magistratuum obtinerent. Xenoph. *de rebus Græc. p.* 270. *Sequente anno*, postquam scil. Athenæ Lacedæmoniis se dediderant, *Pythodorus Athenis Archon fuit, sed quem Athenienses, quia in illa Oligarchia electus fuit, non nominant, verum* Αναρχίαν τὸ ἑαυτὸν καλέσιν, *Anarchiam illum annum vocant.* Ergo Archontes tum quidem erant, immo & Strategi, verum nihil nec illi poterant, nec Populus, quum omnis potestas esset penes illos XXX. quorum creandorum prætextus erat novis legibus *Remp. constituere*, sed constituerunt, ut Triumviri Romæ. Hinc Plut. in *Lysia*, quasi Archon tunc nullus fuisset, ἐπὶ Αναρχίας ὴ ὡς Ευκλείδε. Περὶ hic denotat tempus. Sic XIV. 10. Χλαμύδα, ἣν ἐιώθεις φέρειν περὶ τὴν στρατηγίαν, *quando Strategus eras.* Cæterum illa tamen mutatio Athenienſibus vitio verti non debuerat ab Auctore, quippe quæ Lacedæmoniorum, non ipsorum, sponte est facta. PERIZ. Αναρχίαν Athenienſium in tertiam & nonagesimam Olympiada incidisse docet Suidas in Θεόπομπος. Χίος, ῥήτωρ, ὑὸς Δαμασιστράτε, γεγονὼς κῆ τὰς χρόνως τῆς ἀναρχίας Αθηναίων, ἐπὶ τῆς ἑνενηκοστῆς τρίτης Ολυμπιάδος.

8 Ει ἐπαινεῖν χρὴ] Respiciunt hæc *initium superioris Capitis*, ὁ δύναμαι ὴ Αθηναίων μὴ ὃ φιλῶν ταῦτα. PERI

ΚΕΦ. ιδ'.

Νόμος Ατθικὸς περὶ σωμάτων ταφῆς, καὶ βοῶν σφαγῆς.

Νόμος καὶ οὗτος Ατθικός· [1] ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώ-

CAP. XIV.

Lex Attica de corporum sepultura, & boum mactatione.

Lex etiam hæc est Attica: si quis in insepultum cadaver hominis inci-

[1] Ος ἂν ἀτάφῳ] Vide Petitum *de Legib. Athen.* adde Sophocl. Schol. *in Antigon.* ubi de hac consuetudine, & Fabium *decl.* v. SCHEFF. πάντως γῆν ἐπιβάλλειν, hic est, ad minimum aliquot terræ aut pulveris pugillos mortuo injicere prætereuntem. χυτὴ γῆ, dicitur illa paulatim congesta terra, Scholia Græca in *Sophoclis Antigon.* ubi de hujusmodi mortuo, qui scilicet ita sepultus erat, ait: ὁ κῆρ βάθος λῶ πεθαμμένος, ἀλλ' ὡς εἶχε ἐπιβεβλημένη λῶ ἡ ἄμμος. τοῦτο δὲ ἐπίνοιεν ὁ θάψας νόμιμα χάριν. οἱ γὰρ νεκροὶ ἐῶντες ἄταφον καὶ μὴ ἐναμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς ἐδόκουν &c. λόγος δὲ ὅτι Βυζύγης Αθήνησι κατηράσατο τοῖς ἐφιορῶσι ἄταφον σῶμα. *non altè terra erat obrutus, sed obiter injectus pulvis. idque fecit legis respectu, qui eum sepelivit. Qui enim mortuum insepultum videbant, nihilque pulveris illi inspergentes præteribant, piaculum commisisse videbantur. Ajunt etiam Athenis Buzygem devovisse eum, qui corpus hominis præteriens insepultum sineret.* vide Horat. *lib.* I. *Carm. Od* 28. & ibi Acronem, Nostrum. *Hist. An. lib.* II. *cap.* 42. Huc facit ex Suida fragmentum Auctoris nescio cujus: ἰδὼν νεωστὶ σῶμα ἐρριμμένον ἀκηδῶς καὶ ὀλιγώρως, παρελθεῖν ἐκ ἐτόλμησε, ἀλλὰ ἔθαψε τὸ τεθνεῶτα, θίαμα τῷ ἡλίῳ ἑδαμῇ φίλον δοκεύσατων ἀνθρωπίνῳ θεσμῷ. *cum in corpus naufragi temerè abjectum insepultumque incidissem, non ausus sum præterire, sed mortuum sepelivi & lege humanâ spectaculum soli nequaquam gratum contexi.* in *voce* ἀκηδὴς. Quintil. *Declam.* VI. *Inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde injecta ab alienis humus.* Ne verò scilis hominibus hæc lex videatur lata, Ægyptii de accipitre tradunt, illum non tantum hominis mortui vicem dolere, verum etiam jacenti γῆν ἐπαμήσασθαι εἰς τὰς ὀφθαλμὰς, ὧν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατιεῖν πεπιστεύκασι φῶς, *terram inspergere oculis, quibus solis,* (cui accipitrem sacrarunt) *lumen ineſſe credunt.* Porphyr. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. *lib.* IV. *p.* 54. *ex* Plutarcho *de Iside & Osir.* Servius *in Virgil.* VI. *Æneid. Qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura esse voluerunt. unde, quum pontificibus nefas esset cadaver videre, magis tamen nefas fuerat, si visum insepultum relinquerent. Genus autem sepulturæ fuerat, injectio pulveris.* Philo de Hebræis suis: μὴ παφῆς νεκροῦν (lect. vulg. malim præ νίκην *Vergeri*) ἐξείργειν, ἀλλὰ καὶ γῆς αὐτοῖς, ὅσον γε εἰς τιμὴ ὁσίων, περιεπιβάλλειν, *mortuorum sepulturæ ne intercedas, sed etiam terræ aliquantulum, dicis saltem gratia eis superinjice,* apud Euseb. *de Præpar. Evangel. p.* 358. & 368. ubi eadem ex Josepho allegata. KUHN.

Ος ἂν ἀτάφῳ &c.] De hoc more apud Romanos æque, ac apud Athenienses, usitato, satis dixit *ad hunc locum* Kuhnius, & Kirchmann. *de Funer.* III. 21. vel potius Meurs. *ad Lycophr. p.* 191. unde is pleraque habet. Adde Turneb. *Adv.* XVI. 22. Minus recte vero Lactant. *Divin. Institut.* VI. 12. *Peregrinorum & pauperum sepulturam* ait *illos virtutis justitiæque Doctores* (intelligit Philosophos Gentilium) *prorsus non attigisse.* Attigit certe legislator Athenienſium *Solon*, ut diserte Noster ait *Hist. Anim.* II. 42. Ille autem erat unus ex Clarissimis illis Septem Sapientibus, qui præcipui inter Græcos, vel certe primi, fuerunt *Virtutis justitiæque Doctores.* Memorabile etiam est non tantum, quod ibidem de Accipitre refert Noster,

θρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν· [2] θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς [3] βλέποντας. Καὶ τοῦτο δὲ ἦν φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς· [4] Βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ ὗ

incidat, ut omnino ei terram injiciat: sepeliat vero *mortuos* ita, ut ad occasum spectent. Sed & hoc servabatur apud ipsos: Bovem aratorem, & qui sub jugo laborat cum ara-

ster, sed & quod ex Æthiopum Historiis tradit v. 49. de Elephante. Ὅτι ἂν τὸ ἐλέφαντα θεασάμενον ἐλέφας νεκρὸν, ἐκ ἂν παρέλθοι, μὴ τῇ προβοσκίδι γῆν ἀρυσάμενον καὶ ἐπιβαλὼν, ὁσίαν τινὰ ἀπέρρητον ὑπὲρ τὰ κοινῆς φύσεως πλῶν, καὶ φεύγων ἄγος. ἔνιοι γὰρ τὸ μὴ θεῶσαι τοῦτο ἐναγίζει. *Elephas si Elephantem viderit mortuum, non præterit, nisi proboscide terram effodiat & illi injiciat, ita jus quoddam reconditum respectu communis naturæ præstans, & fugiens Piaculum: Illud enim non præstare est impium.* PERIZ.

[2] Θάπτειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντας] Jungunt hæc ita superioribus Interpretes, ut tantum de inhumato illo Cadavere dici putent, & ideo malint in Singulari βλέποντα. Quapropter etiam Vultejus & Gesnerus verterunt, & *sepeliat ad Occasum spectans*, scil. *Cadaver.* Tornæsius vero, & Reliqui deinceps, & *ita sepeliat, ut ad Occasum spectet.* Sed nihil omnino mutandum, nec mutant MSti. Neque vero de insepultis & ignotis hominibus tantum intelligenda illa putem, sed vel maxime de Civibus Athenienſium quibuscunque, qui omnes ita sepeliebantur. Vide Plut. in *Solone*, & Nostrum *infra* VII. 19. Vix itaque dubitem, quin hæc sit altera & diversa a superiori Lex, illi addita, quia item de Sepultura agit. Cæterum Laërt. in *Solone* contrarium de Athenienſibus affirmat, scil. τὰς νεκρὰς πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένας, & ipsa sepulchra πρὸς ἕω βλέπειν, *spectare Orientem.* Nostro assentitur Plutarchus. In concordiam redigere eos tentat Kuhnius *ad* VII. 19. Sed nullam video ejus conciliandæ rationem, nisi dicamus perinde esse in situ corporis sepulti, sive *Orientem*, sive *Occidentem spectare* eodem sensu dicatur. Quod durum est dictu. IDEM.

[3] βλέποντας] Non habet adjectivum hoc, quo possit referri: præcedit enim σώματι, & αὐτῷ, quæ nec genere nec numero conveniunt. Kirchmannus in *opere de Funere. lib.* III. *cap.* 8. edidit βλέποντα, quasi in eo intelligi debeat ἄνθρωπον, cum superius sit σῶμα ἀνθρώπου. SCHEFF. Kirchmannus secutus est Casaubonum *notis in Laërt. vitâ Solon.* Cæterum βλέποντες rectius pronunciaveris quia lex de pluribus significanter loquitur & subintelligit νεκροὺς *mortuos.* vid. *infra lib.* VII. *cap.* 19. KUHN.

[4] Βοῦν ἀρότην] Habet idem Petitus *de Legib. Att. p.* 398. Alias non Athenienses solum, sed & in universum omnes veteres bove aratore abstinuerunt. Varro *lib.* II. *cap.* 5. *Bos socius hominum in rustico opere & Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstinerè voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset.* Plinius *lib.* VIII. *cap.* 45. *Socium laboris agrique culturæ habemus hoc animal, tantæ apud priores curæ, ut sit inter exempla, damnatus à populo Romano die dicta, qui concubino procaci rure omasum se edisse negante, occiderat bovem: actusque in exilium, tanquam colono suo interempto.* Et Poëtæ ferreo demum seculo edi cœpisse scribunt. Uti patet ex Arato, Virgilio & aliis. Adde, quæ notavit Bisciola *Tom.* II. *lib.* IV. *cap.* 17. *Hor. Subs.* & Barth. *lib.* I. *Adv. cap.* 15. SCHEFF. Pythagoras quoque voluit, suos βοὸς ἀροτῆρος ἀπίχεσθαι, *à bove aratore se abstinere*, Eustathius *in Odyss.* 1717. rationem adfert, quia soli consecrati sunt boves. vide Plutarchum *Orat.* II. de σαρκοφαγίᾳ, si duæ illæ *Orationes* Plutarchi sunt, Cujacium *l.* IV. *Observ. c.* 20. Nostrum *lib.* XII. *Hist. Anim. cap.* 34. Stobæum *Serm.* 165. Columellam *lib.* VI. *de Re Rustica* in *præfatione.* Porphyr. *lib.* II. περὶ ἀποχῆς. Apud Lyndios tamen βοῦς ἀρότης Ηρακλεῖ θύεται, *bos arator Herculi cæditur.* vide Philostratum *lib.* II. *Iconum.* ut & apud Athenienses in festo, quod vocant Διιπόλια, Noster *lib.* VIII. *cap.* 3. vid. Cl. Bocharti *P.* I. *Hierozoic. p.* 314. Adde quod Thebani etiam Apollini πολιεῖ ἐναγῆ βοῦν νομίζουσι ex historia, quam habes

ᾗ σὺν [5] τῇ ἀμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν [6] γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός.

arato, vel etiam cum plaustro, ne mactent, quoniam etiam ille est agricola, & humani generis laborum socius.

bes apud Pausaniam in *Bœoticis*. *p*. 290. KUHN.

Βῦν ἀρότην] Abunde ad hunc locum monuerunt & declararunt Viri Eruditissimi, Schefferus & Kuhnius, abstinuisse Veteres plerosque à *Bove Aratore* in sacris faciendis; nec tamen id fuisse perpetuum, ne apud Athenienses quidem, quippe qui festum habuerint, βουφόνια dictum: Vide *infra* VIII. 3. Unum Ego addam, ab illis prætermissum, quod tamen vel maxime ad hunc locum pertinet: Auctorem scilicet Legibus de Sepultura mortuorum agentibus hanc de Bove non immolando haud temere addidisse, quia nempe Solon diserte & in perpetuum sanxit, non generatim, sed tantum in Funere, μὴ σφαγίζειν βῦν, *bove non Parentare*, ut refert Plutarchus. Cæteroquin enim Bubus, certe postea, adeo non abstinebant aliis in sacris, ut Isocrates in *Areopag*. *p*. 344. exprobret sui temporis hominibus, *Trecentos Boves* eos sacris devovisse. PERIZ.

5 Τῇ ἀμάξῃ] Ἅμαξα est proprie plaustrum onerarium. Hinc Hes. ἔργ. 426. &c. Rusticum suum jubet sibi comparare ἅμαξαν & ἄροτρα duo. Imponebant enim ἁμάξαις onera, unde Idem *v*. 692. cavere eum jubet, ne imponat ὑπέρογον ἄχθος ἐφ' ἅμαξαν, *nimium onus in plaustrum*. Sed & inde Ἁμαξεία est *Onus plaustrorum*, ὁ τῶν ἁμαξῶν φόρος, ut Suidas exp. Trahebantur autem à *Bubus*, ut liquet etiam ex Proverbio apud Suidam, Ἅμαξα τὸ βῦν ἕλκει, quod notat, meliorem regi à deteriore. Sed & in Bello Plaustra, quæ vehendis oneribus adhibebantur, ἅμαξαι dicebantur. Sic XII. 64. ἅμαξαι περσικαὶ, quæ sequebantur exercitum Ptolemæi. Et apud Plutarch. in *Æmilio* ἅμαξαι dicuntur, quæ arma Macedonica in Triumphali pompa Pauli vehebant. Denique & in Urbibus erant; unde Xenophon *de Rep. Lacedæm. pag*. 397. Laconas ait habuisse tantum Nummos æreos decem Minarum, quæ *requirerent spatium* in ædibus, & quum apportatur, ἁμαξῶν ἀγωγὴν, *plaustrorum actum*. IDEM.

6 Γεωργὸς] Eleganter Pythagoras apud Ovid. *Metam*. XV. 141.

Cumque Boum dabitis cæsorum membra palato,
Mandere vos vestros scite & sentite COLONOS.

IDEM.

ΚΕΦ. ιε'.

Δικαστήρια ἐν Ἀθήναις περὶ τῶν σφαγέων.

Ὅτι [1] δικαστήρια ἦν Ἀθήνησι, περὶ μὲν τῶν ἐκ προνοίας ἀποκτεινάντων, [2] ἐν Ἀρείῳ πάγῳ· [3] περὶ δὲ τῶν ἀκουσίως, [4] ἐν Παλλαδίῳ· περὶ δὲ τῶν κλεῖναι μὲν ὁμολογούντων, ἀμφισβητούντων δὲ, ὅτι δικαίως, [5] ἐπὶ Δελφινίῳ γίνονται αἱ εὐθῦναι.

CAP. XV.

Loca ubi judicia Athenis exercebantur in homicidas.

Judicia erant Athenienſibus, de iis qui conſulto aliquem occiderant, in Areopago: qui vero præter voluntatem ſuam, in Palladio: at qui cædem quidem ſe feciſſe confitebantur, jure vero feciſſe contendebant, de iis in Delphinio jus dicebatur.

1 Δικαστήρια] Habes Hæc omnia accuratius apud Pollucem *lib*. VIII. *Onomast*. *cap*. 10. & Pausaniam in *Atticis*. SCHEFF.

2 Ἐν Ἀρείῳ πάγῳ] Quæcunque hic traduntur, memorantur ita etiam à Pausania & Polluce, ut notatum à Scheffero. Adde iis Demosth. *adv*. *Aristocr*. *p*. 438. 439. Sciendum tamen, neutiquam hæc ita semper observata fuisse.

fuisse. Fuit sane Areopagus Athenis locus antiquissimis jam temporibus judiciis de cæde destinatus. Unde, ut fabulosa mittam, Messenii dicuntur jam tempore illo, quo Athenis adhuc erant Archontes Perpetui, Lacedæmonios ante Bellum provocasse ad Arbitrium vel Argivorum, vel Amphictyonum, vel denique *Areopagitarum*, quod, ut ait Pausan. in *Messenicis cap*. 5. ille confessus judicabat jam tunc ὁν παλαιῶ, *antiquitus*, δίκας τὰς φονικὰς, *lites de cæde*. Sed judicabantur tamen istic etiam alterius generis crimina. Tacit. *An*. II. 55. *Theophilum quendam* memorat *Areo judicio falsi damnatum*. Sic Æschylus, quod *mysteria enunciaverat* in fabula quadam, dicitur capitis judicatus ὁν Ἀρείῳ πάγῳ apud Clem. Alex. *Strom*. II. *p*. 387. Et de simplici *vulnere* Lucianus in *Timone p*. 88. Πρόκλημαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. Sed de vulnere res nota est etiam ex Polluce *lib*. VIII. Quin immo istic etiam, quæ in *Delphinio* secundum hanc Nostri & Aliorum sententiam judicari debebant, fuisse judicata liquet ex Gellio XII. 7. Quid? quod etiam publicis attendebat moribus, τῇ εὐκοσμίᾳ civium? Docet id nos tota Isocratis *Oratio Areopagitica*. Sed & in politicis maximam habuit auctoritatem à tempore Solonis usque ad Periclem, qui eam imminuit. Vide Isocratem *d*. *Orat*. Arist. *Polit*. II. 10. & V. 4. Cicer. *de Offic*. I. 22. PERIZ.

3 Περὶ δὲ τῶν ἀκουσίως] sc. ἀποκτεινάντων. Sed Slusk. habet ἀκουσίων, scil. φόνων. Et ita in hac re Aristot. *Polit*. IV. 16. Περὶ τε τῶν ἐκ προνοίας, καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων. Demosth. *adv*. *Aristocr*. *p*. 438. δικαστήριον τὸ τῶν ἀκουσίων φόνων. Et Pollux VIII. 10. de Palladio, ἐν τούτῳ λαγχάνεται περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων. Sed tamen præfero vulgatum. Cæterum etiam in *Palladio*, inde, ut ajunt, dicto, quod ibi Palladium Trojanum, Diomedi à Demophoonte ademptum, fuerit collocatum, alterius generis judicia fuerunt exercita. Certe Isocrates *adv*. *Callimachum pag*. 910. Cratino ait diem dictam homicidii *in Palladio*, quod alterius Ancillæ caput ita contrivisset, ut ex eo vulnere moreretur, quod utique ἐκ προνοίας debuisset esse factum. PERIZ. Παλλάδιος mentio fit in inscriptione, quam exhibet Sponius in *Miscell*. *Erudit*. *Antiq*. *Sect*. X. *pag*. 320. ΙΕΡΕΥΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΟΥ ΕΠΙ ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ. Confer Harpocrationem in *v*. Βουδίσεως & Ἐπὶ Παλλαδίῳ. & Suid. in Ἐπὶ Παλλαδίῳ.

4 Ἐν Παλλαδίῳ] Pollux ἐπὶ Παλλαδίῳ. GESN.

5 Ἐπὶ Δελφινίῳ] Erat Templum Apollinis sic cognominati, quod exstruxit Ægeus Thesei pater, qui & istic habitavit, ut constat ex Polluce VIII. 10. & Plut. in *Theseo*. Theseus etiam primus ibi dicitur judicatus & absolutus, quum Pallantidas occidisset, & Latrones Scirona & Sinin. Addit Pausan. in *Atticis pag*. 28. *Antequam Theseus absolveretur, necessum fuisse omnibus, qui cædem admiserant, fugere, vel vicissim occidi*. Atqui Orestes dudum antea confessus cædis in Matrem perpetratæ reus, absolutus fuerat Athenis, quia jure eam occiderat. Vide Demosth. *adv*. *Aristocr*. *p*. 439. Illud vero judicium non in *Delphinio*, quod tunc necdum exstabat, verum in Areopago peractum traditur. Addunt his Tribus Judiciis etiam alia Pausanias & Pollux, immo & Demosthenes ac Aristoteles *dictis locis*. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Οτι παιδίον ἀφ' ἱεροσυλίαν θάνατον κατεκρίθη.

Ὅτι ἐκ τῆς τῆ Ἀρτέμιδος [1] στεφάνου πέταλον χρυσοῦν ἐκπεσον [2] ἀνείλετο παιδίον, οὐ μὴν ἔλαθεν. Οἱ οὖν δικασταὶ παίγνια καὶ ἀστραγάλους προὔθηκαν τῷ παιδὶ, καὶ τὸ πέταλον. Ὁ δὲ καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν χρυσὸν κατηνέχθη· καὶ ἀφ' ταῦτα ἀπέκτειναν αὐτὸν ὡς θεοσύλην, οὐ δόντες συγγνώμην τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τιμωρησάμενοι διὰ τὴν πρᾶξιν.

CAP. XVI.

Puer ſacrilegii nomine capitis damnatus eſt.

Puer aureum folium, quod ex Dianæ corona deciderat, ſuſtulit, nec vero latuit. Judices igitur crepundia & talos propoſuerunt puero, & folium illud aureum Ille vero iterum delatus eſt ad aurum: & propterea occiderunt eum tanquam ſacrilegum, ætati veniam non dantes, ſed punientes eum propter id quod fecerat.

ΚΕΦ.

CAP.

1 Στεφάνου] Nam Deorum ſtatuæ plerumque erant aureis *coronis* ornatæ. Hinc Heſiod. Θεογ. 17. Ηδην, & Aviam hujus Dianæ, Φοίβην v. 136. dicit χρυσοστέφανον: ſicuti Venerem ἐυστέφανον v. 196. & 1008. Similiter apud Romanos; unde Plaut. *Trinum.* I. 2. 46. *Nam nunc Ego ſi te ſurripuiſſe ſuſpicer Jovi coronam de capite è Capitolio.* Et ita paſſim in Nummis Coronati conſpiciuntur Dii. Per πέταλον autem intellige *folium*, ſeu *laminam foliis ſpecie.* Nam coronæ illæ aſſimulabant plerumque frondes aut fructus, quibus ipſis etiam Dii coronabantur. Hinc Artemidorus II. 34. Στεφανεῖν θεὸς ἄνθεσι καὶ κλάδοις τοῖς σεσηκόσι καὶ νενομισμένοις ὁσίοις, ἀγαθὸν πᾶσιν, *Coronare Deos floribus & rumis conveneintibus & habitis ſanctis, bonum eſt omnibus.* Ita accipiendum videtur, quod Clemens Alex. *Protrept. p.* 34. Antiochum Cyzicenum loco aureæ ſtatuæ feciſſe ex alia materia ſimilem, πετάλοις κεχρυσωμένην. Confer II. 18. & VIII. I. *extr.* PERIZ.

2 Ἀνείλετο παιδίον] Pueri mater ſacerdos Dianæ Braurone, quod diſcimus ex fragmento Hyperidis apud Pollucem *lib.* IX. *cap.* 4. κόρη, inquit, νόμισμα παρ' Ἀθηναίοις ἐστὶ, ὡς Υπερείδης, τῆς παιδίσκης τῆς τῆ Βραυρωνίᾳ ἱερείας τῶν ἀναθημάτων τι λαβοῦσα ἀνατεθῆναι λέγων ἐπὶ πυρὰν (lego πεῖρα) συνέσεως κόρην· κόρη *numiſma eſt apud Athenienſes, ut Hyperides ait, puero ſacerdotis illius Deæ, quæ eſt Braurone, donarium aliquod ſumenti, Coren eſſe propoſitam, ad explorandum ejus intellectum. Cum vero ille iterum ad aureum donarium manus extenderet, judicio feciſſe ſacrilegium viſus damnatuſque eſt.* V. loc. KUHN.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ Ἀθηναίων δεισιδαιμονίας.

Ὅτι τοσοῦτον ἦν Ἀθηναίοις δεισιδαιμονίας· εἴτις [1] πρινίδιον ἐξέκοψεν [2] ἐξ Ηρῴου, ἀπέκτειναν αὐτόν· ἀλλὰ

CAP. XVII.

De Athenienſium ſuperſtitione.

Tantum ſuperſtitionis inerat Athenienſibus: Si quis vel parvam ilicem excidiſſet è luco Herois, eum

1 Πρινίδιον ἐξέκοψεν] Nefas enim fuit, arborem excidiſſe è Luco, aut quidquam, quod ſacrum erat, in ſuum convertiſſe uſum. Immo vero ne frondem quidem licuit ex luco ſumere, ac dare pecoribus ægris, neque paſcere in loco ſacro. Unde apud Ovidium *Faſt.* IV. 747. Paſtor, rogans ſibi veniam,

Sive Sacro pavi, ſedive ſub arbore ſacra,
Pabulique è buſtis inſcia carpſit ovis.
Si mea ſax ramo lucum ſpoliavit opaco,
Unde data eſt ægræ fiſcina frondis ovi.

Sic cum Hyrnethoni Temeni Filiæ exſtructum eſſet ἡρῷον, addita eſt illi loco & agro lex, ut neque avulſa ventis ex oleis aut ex aliis arboribus ittius loci liceat domum auferre, aut in ſuum adhibere uſum: ſed prorſus iſtic relinquere ea oportebat, tanquam ſacra Hyrnethoni. Vide Pauſan. *Corinth. cap.* 28. PERIZ.

2 Ἐξ Ηρῴου] Verterim *ex luco Herois alicujus.* Emphaſis enim in eo eſt, & magis id declarat vim ſuperſtitionis, quod ita puniverint, non modo eum, qui violaſſet lucum majoris Dei, ſed etiam qui *Herois.* Erant enim *Heroes* Dii tantum medioxumi, ſeu terreſtres. Hinc Porphyrius, ut *ad cap.* 12. oſtendimus, collocat Eos cum χθονίοις medios inter *Olympios Deos* & *Inferos.* Neque alii credebantur quam veri fuiſſe Homines, ſed priſci temporis, & majoris ſtaturæ ac virtutis, qui poſt mortem ſuam relati eſſent in Deos. De eorum ſtatura elegans eſt locus Pauſaniæ *Eliac.* II. 5. ubi ait Polydamantem fuiſſe hominum maximum, πλὴν τῶν Ηρώων καλουμένων, καὶ εἴ τι ἄλλο ἦν σεβῶν τῶν Ηρώων θνητὸν γένος, *exceptis illis, qui Heroes vocantur, & ſi quod aliud ante Heroas mortale genus fuit.* Addo Ariſtot. *Polit.* VII. 14. *init.* Relati credebantur poſt mortem ſuam in cœlum, & ideo divinis colebantur honoribus. Qua de re Vide Illuſtriſſ. Viri Ezech. Spanhemii *Obſervationes ad Julian. Or.* I. *pag.* 67. & 295. Hinc ſi quis Novus illis accedebat, paſſim is, etiam in Nummis, Ηρως dicitur, & τιμὰς ἡρώων accipere. Sic apud Polyæn. I. 18. Athenienſes dicuntur Codro ἀνασήσασθαι ἡμᾶς τῶν Ηρώων. Hinc ergo Ηρῷον Sacellum, quo talis Heros colitur. Ita habuimus modo feminæ Hyrnethonis ἡρῷον ex Pauſ. *Corinth.* Idem in *Phocic. cap.* 4. ἡρῷον ἦρω ἀρχηγέτου Anton. Liber. *fab.* 33. Τὸ ἡρῷον τὸ τῆ Αλκμήνης. Tale Ηρῷον hic intelligitur, cujuſmodi plura erant Athenis, ſicuti plures habebant Heroas, quos colerent, inter quos tamen præcipui erant *Eponymi*, de quibus Vide Pauſan. in *Atticis* & *Phocicis.* IDEM.

3 Τῆ Ασκληπιῆ ἱερὸν σφενδόνη] Fuit, cum nunc locum vitioſum haberem, & pro σφενδόνη, πυρέαν ſcriberem, certumque intelligerem ſerpentem, ſeu draconem, quem Æſculapio conſecratum ejuſque miniſterio dedicatum, ex hoc ipſo ſcriptore *lib.* VIII. *Hiſt. Anim. cap.* 12. didiceram. Sciebam enim paſſerem, quem vulgo illa vox latine ſignificat, nullibi huic Deo ſacrum reperiri. Verum quoniam nil temere mutandum, cenſeo interpretationem ſupereſſe, ſecundum quam intelligi hic locus poſſit, atque priſca ejus lectio retineri. Nimirum ſi dicamus, ἱερὸν σφενδόνη non ſacrum Æſculapii paſſerem, ſed ſacram ejus alitem, quæcunque ea denique ſit, ſignificare, ac fortaſſe gallum aut galli-

ἀλλὰ καὶ Ατάρβην, ὅτι ὃ τοῦ Ασκληπιοῦ τὸν ἱερὸν στρουθὸν ἀπέκτεινε πατάξας,

eum morte mulctabant: sed & Atarben, quod Æsculapii sacrum passe-

nam intelligi posse, quam Æsculapio immolari consueviſſe testis Festus *l.* IX. & Plato in *Phædone*, quando moriturus Socrates Critoni dicit, ἀλεκτρυόνα ὀφείλομεν Ασκληπιῷ. Ita enim veteres Græcos hoc nomen invenio accepisse. Gerhard. Joh. Voſſius *Idolol. lib.* III. *cap.* 86. *Quandoque vox* στρουθὸς *generalem habet significationem, ac gravioribus etiam alitibus competit. Imo Cæsar Scaliger ex Nicandro, qui priſco more loqui amat, colligit,* στρουθὸν *antiquiſſimis dictam esse gallinam, eoque & ſtruthiocamelum, non tam passerem marinum, quam gallinam marinam reddi debuisse.* SCHEFF. Nondum adeo in anguſtum, ut Comicus ait, noſtræ coguntur copiæ, ut hic caſcâ quâdam ſignificatione στρουθὸς accipiamus pro *gallo gallinaceo*. Eſt enim ὁ ἱερὸς στρουθὸς τοῦ Ασκληπιοῦ passerculus ille, qui in fano Æſculapii, ut aviculæ id genus ſolent, nidulum ſuum ſuſpenderat, & loci ſanctitate ab omni injuria defendebatur. Hunc Athenienſes ut Æſculapii hoſpitem ſupplicemque, ſacrum reputarunt Deo, apud quem habitabat. ita Herodotus *l.* I. *c.* 159. refert, Cumæos miſiſſe legatos ad Branchidas, qui *Apollinem* conſulerent, an Pactyam Lydum, qui ſupplex ad eos confugerat, Perſis ad necem deposcentibus dederent. Oraculo reddito, Pactyam Perſis dedendum eſſe, unus ex legatis de induſtria templum Apollinis perluſtrans ἐξαίρει τοὺς στρουθοὺς καὶ ἄλλα ὅσα ὑπὸ γηροτροφίαι ὀρνίθων ᾠήκει ἐν τῷ νηῷ, *passeres aliaſque aviculas, quæ in templo nidulatæ erant ſuis exemit nidulis. Quo facto hanc vocem emiſſam adyto ferunt,* ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε τολμᾷς ποιεῖν; τοὺς ἱκέτας μὲ ὄντα σὸν νηῷ κερατίζεις; *Hominum impuriſſime, cur iſta auſus es facere? Itane meos ſupplices templo exturbas?* Ex quibus ſatis patet, aviculas illi Deo ſacras haberi, in cujus æde nidificarunt. Varro ideo hirundines vocat *hoſpitas* Apollinis apud Arnobium *lib.* VI. *contra gentes*. Sunt etiam, qui iſta *Pſalmi* [illegible] &c. explicant de paſſerculis & hirundinibus in altari Domini nidificantibus. Quapropter talis quoque fuit paſſer, quem eliſit ictu Atarbes, eo-

que nomine ab Athenienſibus interfectus eſt. His viſum fuit ſubjicere locum è Plinio geminum germanum noſtro. Ita autem ille: *Tiberio principe ex fœtu ſupra Caſtorum ædem genitus pullus* (corvi), *in oppoſitam ſutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinæ domino. Is maturè ſermoni aſſuefactus, omnibus matutinis evolans in roſtra, in forum verſus, Tiberium, dein Germanicum & Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntem Pop. Rom. ſalutabat, poſtea ad tabernam remeans, plurium annorum aſſiduo officio mirus. Hunc ſive æmulatione vicinitatis manceps proximæ ſutrinæ, ſive iracundiâ ſubitâ, ut voluit videri, excrementis ejus impoſitâ calceis maculâ, exanimavit, tanta plebis conſternatione, ut primo pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit, funuſque innumeris aliti celebratum exequiis: &c. Adeo ſatis juſta cauſa pop. Rom. viſa eſt exequiarum ingenium avis, aut ſupplicii de cive Romano, in ea urbe, in quâ multorum Principum nemo deduxerat funus.* confer & Dionem Chryſoſtomum in ῥοδιακῷ. KUHN.

τῷ Ασκληπιῷ ἱερὸν στρουθὸν] Etiam hunc Lucianus *in Jove Tragœdo p.* 205. παρείγγραπται dicit, h. e. *aſcitum* in Societatem Deorum. Nam revera & ille ex Homine factus erat Heros, ſed inter primos & antiquiſſimos. Quæ autem fuerit hæc ejus *Avis*, quis etiam ille *Atarbes*, ignoro. Dubitem de *Paſſere*, de quo ceteroqui non inelegans eſt conjectura Kuhnii, nempe, non omnes paſſeres fuiſſe ſacros Æſculapio, ſed *Sacrum* hic dici talem paſſerem, qui forte nidum tunc habuerit in templo Æſculapii; dubitem tamen, quia Atarbes dicitur avem interemiſſe παπύξας, *percutiens, verberans*, quum paſſeres vix admittant quenquam tam prope, ut ab eo percuti queant. Si *Gallum gallinaceum* intelligamus, ut voluit Schefferus, omnia erunt magis expedita. Gallus enim adeo proprius fuit & Sacer Æſculapio, ut Pictores vel Figuli formare eum fuerint ſoliti, ita, ut Gallum manu geſtaret. Vide Plutarch. *de Oracul. defectu pag.* 400. Solent autem ejuſmodi Aves

τάξας, οὐκ ἀργῶς τοῦτο Ἀθηναῖοι παρεῖδον, ἀλλ' ἀπέκτειναν. Ατάρβην, καὶ οὐκ ἔδοσαν 4 οὔτε ἀγνοίας συγγνώμην, οὔτε μανίας, προσεύθυνα τούτων

paſſerem occidiſſet feriendo, non legniter id neglexerunt Athenienſes, ſed morti adjudicarunt Atarben, neque dederunt veniam ignorantiæ, ne-

ves Sacræ nutriri in Deorum templis. Plutarch. *de Fortuna Roman. pag.* 325. Χῆνες ἱεροὶ σῴζει τὸ νεὼν τοῦ Ἥρας, ἐτρέφοντο θεοφιλούμενοι τὴν Θεὸν, *Anſeres ſacri in templo Junonis colebantur, venerantes Deam.* Legerim autem hîc, non ὅτι, ſed ὅτε τῷ Ασκ. Concinnior ita erit nexus. PERIZ. Cl. Fabrettus in *Syntagm. de Columna Trajani cap.* 7. τῷ Ασκληπιῷ ἱερὸν στρουθὸν *cornicem* interpretatur, eamque Æſculapio dicatam fuiſſe ait propter matrem ejus *Coronida*, unde & ipſe *Coronides* ab Ovidio dicitur *lib.* XV. *Met. v.* 624. atque hinc etiam in gemma, quam hic quoque exhibui,

expreſſum Æſculapium, dextra *cornicem*, læva *baculum* tenentem fingit contra fidem veterum monumentorum, in quibus Æſculapii baculo inhæret ſerpens lubricis amplexibus, quin imo ex pileo evidenter apparet, in hac gemma repræſentari Medicum, qui multis ſeculis poſt Æſculapium vixerit, forte ipſum Galenum, quem pileo ornatum quoque præferunt Nummi Pergamenorum: aviculâ vero, quam dextra tenet, coturnicem deſignari opinor, utpote quæ maximum in medicina uſum præſertim contra epilepſiam præſtare credebatur.

4 Οὔτε ἀνοίας] Geſnerus legit ἀβουλίας. Caſaubonus, ἀνοίας, quod eſt propius à veteri ſcriptura firmatque MS. A. in MSS. B. & C. legitur ἀγνοίας. SCHEFF.

Οὔτε ἀνοίας συγγνώμην] Neſcio unde illud ἀνοίας devenerit in Edd. niſi ſi primo Editori arriſerit illa παρονομασία, quæ eſt in ἀνοίας & μανίας, ac de ſuo nobis eam dederit. Certe enim, qui nunc excuſſi ſunt Codices, legunt vel ἀνοίας, ut Pariſ. A. & Sluisk. vel ἀγνοίας, ut Pariſ. B. & C. ac noſter Lugd. Illud ἀνοίας conjecit dudum etiam Caſaubonus, ſed legendum omnino cum poſterioribus ἀγνοίας. Nam quid ἄνοια, *dementia*, tantum differt à μανία, *Inſania*? Deinde vero, ut in ſeqq. μεμνηὼς reſpicit μανίαν, ita hic dici quid debet, quod reſpondeat τῇ Ακουσίως in ſeqq. Hoc autem eſt ἀγνοία, *ignorantia, imprudentia*. Nam qui quid *ignarus* facit is vero id facit ἀκουσίως, *non conſulto*, non ἐκ προνοίας, quod *cap.* 12. τῇ Ακουσίως opponebatur. Herodianus I. 13. ἀγνοίᾳ τῶν πραττομένων, *ignoratione eorum quæ fiunt*. PERIZ. Arrianus *lib.* VI. *de Exp. Al. cap.* 25. ἴσασιν ὃ τῶν παρόντων ἑώρων, τὴν τῆς ἀγνοίας πρόφασιν μᾶλλόν τι, ἢ τὴν ὡς γνώμῃ πεμένων ἐπιχώρησιν. quem locum adfert Suidas in *v.* ἐπιχώρησις. ubi ἀγνοίας quoque reſtituendum ex MS. & Arriano pro vulg. ἀνοίας.

5 Οἱ δὲ μεμνηὼς] Hæc non intelligo. quo enim pertinent οἱ δὲ? ſententiam eſſe puto, fuiſſe alios qui dicerent, eum (Atarben) feciſſe hoc non ſponte, alios feciſſe per furorem, ſed Athenienſes neutrum exceptionis loco voluiſſe accipere. certe, niſi explices hoc modo non conveniet ſuperioribus, in quibus dicitur, Athenienſes nec imprudentiam nec inſaniam attendiſſe. Græca tamen quomodo emendari debeant non ſatis video. SCHEFF. οἱ δὲ ſcil. φασὶ alii vero, ajunt. Solet enim Noſter tam conciſè loqui. aliud exemplum hujus locutionis extat in *fragmentis* Ælian. voce ἀκράτων. vide *infra l.* VIII. *c.* 19. KUHN. De ratione hujus Conſtructionis

των ἀμφοτέρων τὰ ἔργα θεοῦ ποιησάμενοι. Ἐλέγετο γὰρ ἀκουσίως, ἢ οἱ μὲν μεμηνὼς τοῦτο δρᾶσαι.

neque insaniæ, utrisque his antiquiora ducentes ea, quæ erant Dei. Dicebatur enim haud consulto, ab aliis vero, per furorem id fecisse.

ctionis Vide quæ notavi *ad* II. 11. Ut & *infra ad* XIII. 20. & maxime *cap.* 43. & XIV. 18. Solet autem illud οἱ δὲ ut recte monuit Kuhnius, sæpe ita poni, quando alia & diversa narratio exponitur, idque ut intelligatur φασὶ, licet id constructioni superiorum aliquando non videatur satis respondere. Sic XII. 35. Σιβύλλαν τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία &c. οἱ δὲ φασι, καὶ ἑτέραν ἑξ. XIII. 23. ἀπήντησε γὰρ αὐτῷ τὸ ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι ὑπὸ Ἀλκάνδρου, ὡς μὲν φασι, λίθῳ βληθείς. *Hist. Anim.* I. 6. Γλαύκης ἀκέω, ἐραθῆναι κύνα, οἱ δὲ οὐ κύνα, ἀλλὰ κηλόν. PERIZ.

ΚΕΦ. ιή.

Περὶ ἐγκύου γυναικὸς θάνατον κατακεκριθείσης.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ἐπεί τινα φαρμακίδα συνέλαβον, καὶ ἔμελλον θανατώσειν, [1] οὐ πρῶτον αὐτὴν ἀπέκτειναν, [2] πρὶν ἀπεκύησεν. [3] Ὅτε γὰρ συνελήφθη, ἔκυε. Τὸ

CAP. XVIII.

De muliere prægnante, quæ capitis damnata est.

Senatores Areopagi, quum veneficam quandam prehendissent, & eam morti tradere vellent, non prius ipsam interemerunt, quam partum edidisset. Nam quum prehenderetur,

1. Οὐ πρῶτον] Et sic non Græcorum modo, sed & Ægyptiorum & Romanorum legibus cautum erat. Quintilianus *declamat.* CCLXXVII. *Supplicium prægnantis lex differri in diem partus jubet.* Plutarchus *de sera numinis vindicta: Legem Ægyptiam nonne videntur recte quidam Græcorum descripsisse, quæ jubet gravidam, si mortis fuerit damnata, asservari, donec pariat.* Idem testatur Diodorus *lib.* 11. Brisson. *lib.* 11. *cap.* 20. *Antiquit. Select.* Causam vide apud Hug. Grotium *lib.* 11. *de I. B. & P. cap.* 21. §. 14. SCHEFF. Ulpianus *l.* 3. *ff. de Pœnis. Prægnantis mulieris consumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat. Ego quidem, & ne quæstio de ea habeatur, scio observari, quamdiu prægnans est.* confer. Covarruv. *lib.* IV. *Variar. c. ultim.* Freherum *lib.* 1. *Parergôn. cap.* 17. & quos laudat Gothofredus *in Ulpiani locum ante citatum.* quibus adde hæc Philonis περὶ φιλανθρωπίας: πάντων ἀνοσιώτατον ἐνὶ καιρῷ καὶ ἡμέρᾳ μιᾷ ἔγγονον ὁμοῦ καὶ μητέρα κλέψειν. συνιέντες δέ μοι δοκοῦσιν ὁρμηθέντες ἔνιοι τὸ νομιζόμενον καὶ ἐπὶ ταῖς κατακλίσεσι γυναιξὶν εἰσηγήσασθαι νόμον, ὃς κελεύει τὰς ἐγκύους ἂν ἀξίᾳ θανάτῳ δρῶσι, μὴ θανεῖν, μέχρις ἂν ἀποτέκωσιν, ἵνα μὴ ἀναιρεθμὸν συναπόληται τὸ κῆ χωρεῖς, *omnium impiissimum est, fœtum una cum matre uno eodemque tempore & die necare* (Levit. 22.) *Id vero legislatores nonnulli intellexisse & ad ferendam legem de damnatis mulieribus mihi moti videntur, quæ prægnantes, si quæ capitis damnari mereantur, ad supplicium dare vetat ante partum, ne cum illâ interfectum simul pereat quod utero clauditur.* vide *Synopsin Puerperii* à Bartholino editi. KUHN. Adde Menagii *Amœnitates Jur. Civ. cap.* 21. Οὐ πρῶτον αὐτὴν ἀπέκτειναν &c.] Hinc Coronis gravida ex Apolline, & ab eo propter adulterium sagittis confixa apud Ovid. *Metamorph.* 11. 609.

—— *Potui*

Τὸ αἰτίαμα οὖν βρέφος ἀναλύοντες τῆς καταδίκης, τὴν αἰτίαν μόνην ἐδικαίωσαν τῷ θανάτῳ.

—— *Potui pœnas tibi, Phœbe, dedisse,*
Sed peperisse prius, duo nunc moriemur in una.

Plura in hanc rem Vide apud Schefferum & Kuhnium. PERIZ.

2 Ὁ τε καὶ συνελήφθη ἔκυε] Videtur hic aliquid depravatum, quid si? ὅτε δὲ τὸ συλληφθὲν ἔκυε. GESNER. Casaubonus corrigit: ὅτι καὶ συνελήφθη καὶ ἔκυε. Ut sit sensus, priusquam in lucem edidisset, quod erat conceptum & in utero gerebatur. Gesner. ὅτε δὲ τὸ συλληφθὲν ἔκυε. Sequerer Casaubonum. Nisi quis mallet scribere, ἢ ἔκυε, repetita littera ex fine præcedentis verbi, quam videtur per similitudinem absorpsisse. SCHEFF. Verba illa, ὅτε καὶ συνελήφθη ἔκυε, parenthesi includenda, ut μετάξυλογίαν, & ita accipienda, *cum enim comprehenderetur, gravida jam erat.* συλλαμβάνειν enim significat vel *auxiliari*, vel *concipere*, vel etiam *comprehendere maleficum*, quæ ultima significatio est hujus loci. vide Thomam Magistrum in *hac voce.* Juvant etiam MS. B. & C. qui, notante Scheffero, habent, ὅτε γὰρ συνελήφθη, atque adeo more suo explicant Noltrum. vid. Indicem in καὶ. KUHN.

3 Ὅ, τε γὰρ συνελήφθη, ἔκυε] Cum non tantum Excerpta Parisiensium Codicum, sed & meus uterque, immo & Mediceus Primus à Gudio excussus, diserte habeant, ὅτε γὰρ συνελήφθη, ἔκυε, *cum enim prehenderetur, gravida erat*, non dubitavi id recipere. Nam quæ Alii hic tentarunt MStis destituti, condonanda ipsis sunt. Respicit vero Auctor hisce verbis superius illud, ἐπεί ἵνα φαρμακίδα συνέλαβον, quo sensu etiam hoc συνελήφθη accipiendum est. PERIZ.

ΚΕΦ. ιθ'.

Αἰσχύλος ἀσεβείας κριθεὶς πῶς διεσώθη.

Αἰσχύλος ὁ τραγῳδὸς [1] ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι. Ἐτοί-

CAP. XIX.

Æschylus impietatis nomine condemnatus quomodo evaserit.

Æschylus tragœdus ob quoddam drama impietatis damnabatur. Quum-

1 Ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπὶ &c.] h. e. non jam *damnatus erat*, ut recepta Versio, sed *judicabatur*, vel summum *damnabatur*. Quid vero fuit, quo ita peccavit Æschylus? An Fabula, quæ dicitur *Eumenides*? Primus enim illarum crinibus angues inseruit, ut nos docet Pausan. *Atticis cap.* 28. Sed & Auctor Vitæ ejus inter causas Exilii, in quod tandem abiit, hanc quoque refert, quod chorum Eumenidum tanto induxerit numero, populumque iis ita terruerit, ut infantes exanimarentur, & fœtus abjicerentur à gravidis: id quod ex Polluce confirmat istic Stanlejus. An vero Crimen ejus fuit, quod, ut notant Herodotus, 11. 156. & Pausan. *Arcad.* 37. Primus Poëtarum secutus Ægyptiorum potius Theogoniam, quam Græcorum, Dianam ausus est dicere Filiam, *non Latonæ*,

Ετοίμων οὖν ὄντων Αθηναίων [2] βάλλειν αὐτὸν λίθοις, [3] Αμεινίας ὁ νεώτερος ἀδελφὸς, [4] ἀφκαλυψάμενος τὸ ἱμάτιον, ἔδειξε τὸν πῆχυν ἔρημον τῆς χειρός. Ετυχε γὰρ ἀριστεύων ἐν Σαλαμῖνι ὁ Αμεινίας, ἀποβεβληκὼς τὴν χεῖρα, [5] καὶ πρῶτος Αθηναίων τῶν ἀριστείων ἔτυχεν. Επεὶ δὲ εἶδον

Quumque Athenienſes jam parati eſſent eum lapidibus obruere, Aminias junior frater, quum aperuiſſet pallium, cubitum oſtendit manu carentem. Fortiſſime autem pugnarat Aminias in Salamine, ubi manum amiſit, & primus Athenienſium fortitudinis præmium conſequutus eſt. Ubi

quæ ex illorum ſententia Nutrix fuerit Apollinis & Dianæ, *ſed Cereris*. Verum neque hæc, neque prior illa, cauſa eſt hujus judicii & periculi. Veram enim nobis reliquit Clemens Alex. *Strom.* II. *p.* 387. Αισχύλος τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξενεγκὼν ἐν Αρείῳ πάγῳ κριθεὶς, οὕτως ἀφείθη, ἐπιδείξας μὴ μεμυημένον, *Æſchylus, quum Myſteria in ſcena enunciaſſet, cauſam dicens in Areo pago ita evaſit, quum docuit, ſe non fuiſſe initiatum.* Adde Ariſtot. *Ethicis* III. 1. ubi agens de eo, qui quid peccat invitus vel ignarus, & hoc colore ſe excuſat, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτὸν, ἢ οὐκ εἰδέναι, ὅτι ἀπόρρητα ἦν, ὥσπερ Αισχύλος τὰ μυστικὰ, *ſicuti qui dicunt ſe ſibi excidiſſe, aut neſciviſſe, eſſe illa arcana, ſicuti Æſchylus ſe neſciviſſe Myſtica.* Kuhn.

2 Βάλλειν αὐτὸν λίθοις] Athenienſibus quoque uſitatum fuit hoc genus ſupplicii. Cicero de *Offic.* III. 11. *Athenienſes Cyrſilum quendam, ſuadentem, ut Xerxem reciperent, lapidibus obruerunt.* Sed & reliquis Græcis, à quibus eo ſupplicii genere ad Trojam extinctus dicitur Palamedes. Et inde Lucian. *de morte Peregr.* inter Bacidis, ut ait, Verſus hunc quoque exhibet *pag.* 775.

Λάοισι βαλέειν τοῦτον τάχα πᾶσιν Αχαιοῖς.

Oportet, *ut illum omnes Græci lapidibus petant.* Et antea de Parianis *pag.* 766. ſi quis eum parricidii inſimularet, λίθοις ἐνθὺς ἐβάλετο. Vide & Meurſium *ad Lycophr. Caſſandram p.* 182. Periz.

3 Αμυνίας] Autori *vitæ Æſchyli* eſt Αμεινίας, de re ipſa conſule Diodorum Siculum *lib.* XI. Heraclidem apud Euſtrat. III. *Nicom.* 1. Scheff. Ariſtoph. in *Veſpis* Αμυνίας quoque legit. Etymologicum. ὡς φαίνω Φανίας, ἀμύνω, Αμυνίας, ἔτω χαίρω Χαρίας καὶ πλεονασμῷ τοῦ β Χαβρίας. Cæterum non tantum *Amynias* in pugna navali ad Salaminem mancus eſt factus, verum ante in campo Marathonio alter Æſchyli frater *Cynegirus* utramque manum amiſit, navim jam fugientem retinere conatus. vid. Juſtin. *lib.* II. & alios, & ipſe Æſchylus in eadem pugna fratris fortitudinem æmulatus eſt ſtrenuè, ut ex Pauſania in *Atticis* videre eſt. Kuhn. Quum uterque MS. legat Αμεινίας, & ita eum vocet etiam Auctor *Vitæ Æſchyli*, immo & Herodotus VIII. 84. & 93. non dubitavi id recipere. Utrumque enim Αμεινίας & Αμυνίας æque eſt Proprium Nomen, & diverſis ideo locis à Suida ponitur. Quem Ariſtophanes Αμυνίαν dicit, is vere etiam erat Αμεινίας. Vide Scholia *ad* Νεφὶλ. *pag.* 124. Supereſt ergo ſolus Diod. Siculus, qui hunc Αμυνίαν vocet; ſed forſan, ſi excuterentur ejus Codices MSti, æque pateret Ejus, ac Æliani, Editionum error. Ex ſequentibus liquet, Athenienſes, quando quieti conſiſtebant, habuiſſe manus intra pallium contractas, de qua re Vide Meurſ. *Spicil. ad Theocr. p.* 84. Apud Lacedæmonios vero etiam Lege *jubebantur* Adoleſcentes *intra pallium continere manus.* Xenophon *de Rep. Laced. p. m.* 395. ᾗ σὺν ταῖς ἰδίαις ἐπέταξεν αὐτοὺς μὴ τῷ ἱματίῳ τὰς χεῖρας ἔχειν. Periz.

4 Διακαλυψάμενος &c.] Quintilianus *lib.* II. *Inſtit. cap.* 25. *M. Aquilium defendens Antonius quum ſciſſâ veſte cicatrices quas is pro patria pectore adverſo ſuſcepiſſet, oſtendit, non orationis habuit fiduciam, ſed oculis populi Romani vim attulit, quem illo ipſo aſpectu maxime motum in hoc ut abſolveret reum, cre-*

δον οἱ δικασταὶ τὸ ἀνδρὸς τὸ πάθος, ὑπεμνήσθησαν τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ ἀφῆκαν τὸν Αισχύλον.

Ubi vero judices viderunt viri cladem, quam erat paſſus, redierunt in facinorum ejus memoriam, Æſchylumque abſolverunt.

creditum eſt. vide & ſequentia *l. c.* Kuhn.

5 Καὶ πρῶτος Αθηναίων &c.] Intellige *primum* ordine ex iis, qui poſt illud prœlium ſtatim communi Græcorum decreto honorati ſunt τοῖς ἀριστείοις. Nam plures fuiſſe tunc iis ornatos docet Herod. VIII. 93. qui & virtutem Aminiæ exponit *cap.* 84. Adde Diod. Sic. XI. *pag.* 22. Ipſe etiam Æſchylus in pugna Marathonia cum altero fratre Cynægiro fortiſſime rem geſſit, ſed & dein in pugnis Salaminia ac Platæenſi. Vide Pauſan. in *Atticis*, & *Vitam Æſchyli*. Nihilo minus in exilio tamen eſt mortuus in Sicilia, ſed quod, utrum fuerit voluntarium, an coactum, incertum facit diverſitas ſententiarum, quæ reperitur apud ipſos Veteres. Ego poſterius crediderim. Periz.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Ταραντίνων νηστείας, καὶ Ρηγίνων.

Ταραντίνων πολιορκουμένων [1] ὑπὸ Αθηναίων, καὶ μελλόντων ἁλῶναι λιμῷ, οἱ Ρηγῖνοι ἐψηφίσαντο μίαν ἡμέραν ἐν ταῖς δέκα νηστεύειν, καὶ [2] ἐκείνης [3] τὰς τροφὰς ἐκχωρῆσαι Ταραν-

CAP. XX.

De Tarentinorum jejunio, & Rheginorum.

Quum Tarentini ab Athenienſibus obſiderentur, periculumque eſſet, ne fame vincerentur, Rhegini diem unum ex decem jejunare decreverunt, & ejus alimenta concedere Ta-

1 Ὑπὸ Ρωμαίων] Nihil ad hunc locum notant Viri Eruditiſſimi, Schefferus & Kuhnius, haud dubie, quia nihil in Hiſtoriis reperiebant, quod ad illuſtrandum hujus Capitis argumentum pertineret, licet Bella Romanorum à tot Scriptoribus & tam copioſe fuerint conſcripta, ut res tam illuſtris, irrita Tarentinæ Urbis obſidio, neutiquam nobis ignota eſſe deberet. Sed quid, facerent, quum corruptus ſit hic locus, nec abſque MStorum ope, aut certiſſima rei geſtæ demonſtratione, ad alios transferri populos tota debeat Hiſtoria. At egregium ſe nobis hoc in Capite præſtat Codex Sluisk. qui diſerte legit ὑπὸ Αθηναίων. Id quod confirmatur à duobus Codicibus Regiis, ut me docuit Cl. Boivinius. Lugd. vero Noſter magis etiam corruptus eſt, quam ſunt Editiones, ſed unde tamen novo patet exemplo, quantopere corrumpi ſoleant Nomina Propria. Legit enim, ὑπὸ ἄλλων πολιορκουμένων ὑπὸ Ρωμαίων. Neque aliter Codex Regius 3064. Cæterum à Romanis bis obſeſſa fuit hæc Urbs, ſed & Capta: Prius poſt quam Pyrrhus ex Italia exceſſit, à Papirio. Vide Scalig. *ad Euſeb.* 1742. Dein Bello Annibalico, à Fabio. Nunquam vero Illi ab ea diſceſſerunt re infecta. Athenienſes vero, quum varia molirentur in Sicilia ac Italia, adverſos ſibi habuerunt Tarentinos, qui illos non modo

ραντίνοις. Ἀποστάντων οὖν αὐτῶν ἐσώθησαν, καὶ μεμνημένοι τῶν πάθους, ἑορτὴν ἄγουσι τὴν καλουμένην Νηστείαν οἱ Ταραντῖνοι.

Tarentinis. Ita vero decedentibus illis ſervati ſunt, & memores calamitatis feſtum agunt Tarentini, quod Jejunium appellabant.

in forum ac ſtationem, ſed ne ad aquam quidem admiſerunt, ut refert Thucyd. VI. 44. In hac ergo expeditione quin aliquid, ſed irriti conatus, obiter tentaverint contra Tarentinos, atque adeo hic legendum ſit, ΥΠ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ex Codice Sluisk. & Regiis, pro ΥΠΟ ΡΩΜΑΙΩΝ, haud magnâ ſane diſcrepantiâ, vix dubito. PERIZ. Mediceus etiam exhibet ὑπὸ Ἀθηναίων. quod præferendum duxi.

2 Ἐκείνοις] Mallem ἐκείνας. SCHEFF.

Ἐκείνοις τὰς τροφὰς ἐκχωρῆσαι Ταραντίνοις] Sine dubio etiam hic aliquid eſt vitii. Quamobrem varie hæc tentarunt Eruditi. Schefferus mallet ἐκείνας. Faber inſuper τὰ τροφῆς. Tu vero lege, mi Lector, ſine hæſitatione, τῇ ἐκείνης (ſcil. ἡμέρᾳ) τὰς τροφὰς ἐκχωρῆσαι Ταρ. *& illius* dici *alimenta concedere Tarentinis*. Legunt ita mei MSti uno conſenſu. Quibus accedunt Duo Codices Regiæ in Galliis Bibliothecæ, quod iterum me monuit Humaniſſ. Boivinius. PERIZ.

3 Τὰς τροφὰς ἐκχωρῆσαι] Lego τῆς τροφῆς. FABER. Vix opus erit propter ἀντίθεσιν. KUHN.

ΚΕΦ. κα'.

Ὅτι ἡ Μήδεια τὰ οἰκεῖα τέκνα οὐκ ἀπέκτεινεν.

CAP. XXI.

Quod Medea proprios liberos non occiderit.

Λέγει τις λόγῳ, τὴν φήμην τὴν περὶ τῆς Μηδείας ψευδῆ εἶναι. Μὴ γὰρ αὐτὴν ἀποκτεῖναι τὰ τέκνα, [1] ἀλλὰ Κορινθίους. Τὸ δὲ μυθολόγημα τοῦτο ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, καὶ τὸ δρᾶμα, [2] Εὐριπίδην φασὶ ξυμπλάσαι, δεηθέντων Κορινθίων· καὶ ἐπικρατῆσαι τῷ

Hiſtoria quædam tradit, famam de Medea falſam eſſe. Non enim illam liberis ſuis mortem intuliſſe, ſed Corinthios. Fabulam vero de Colchide, & Tragœdiam, Euripidem ajunt confinxiſſe, rogantibus Corinthiis: & mendacium

1 Ἀλλὰ Κορινθίους] Qui eos obruerunt lapidibus propter munera, quæ attulere à matre. Vide Pauſaniam *Corinth. cap.* 3. KUHN. & apud Barneſium in *Vita Euripidis* §. 17. PERIZ. & Brodæum *ad Epigram. Gr. lib.* III. *pag.* 321.

2 Εὐριπίδην] In Tragœdia, cujus nomen eſt *Medea*, quam vide una cum Scholiaſte. SCHEFF. Ita & Minoëm Tragici falſis criminibus traduxerunt, ut Plato in *Minoe* contendit, ſimulque monet, non eſſe Poëtas irritandos iis, qui ad poſteros ſui memoriam ſine labe transfundi cupiunt. KUHN.

3 Μέχρι τῆ νῦν ἀναγίζουσι] Scilicet ex Oraculi monitu, quum eorum Liberi prius in-

τῷ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος διὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ ἀρετήν. Ὑπὲρ ὧν τολμήματός, φασι, τῶν παίδων [3] μέχρι τῆ νῦν ἐναγίζουσι τοῖς παισὶ Κορίνθιοι, [4] οἱονεὶ δασμὸν τούτοις ἀποδιδόντες.

cium ſupra veritatem valuiſſe propter poëtæ præſtantiam. Pro ſcelere vero in pueros etiam nunc, ut fertur, Corinthii inferias faciunt Pueris, quaſi tributum iis reddentes.

feſtarentur à Diis Manibus illorum Medeæ Filiorum. Ergo Sacra his annua ſunt conſtituta, in quibus Corinthiorum Liberi tondebantur, & atras geſtabant veſtes. Vide *ibidem* Pauſan. PERIZ.

4 Οἱονεὶ δασμὸν ἀποδιδόντες] Vide quam negligenter Editio Editionem ſit ſecuta, præſertim quia error non magnopere vitiabat ſenſum. MSti pariter poſt δασμὸν addunt τέτοις. Illud ipſum agnoſcunt etiam Editiones omnium Primæ, Romana, & Baſileenſis. At Tigurina Geſneri per incuriam haud dubiam omiſit. Sic factum, ut deinceps in nullâ amplius, neque in Tornæſianis, neque Schefferianis, compareat. IDEM.



ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ἕκτον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER VI.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ τινων καθ' ἄλλων ὀργῆς, ἀπανθρωπίας, ὕβρεως, ἀδικίας, ἐπάρσεως.

1 Ἀθηναῖοι, κρατήσαντες Χαλκιδέων, κατεκληρούχησαν αὐτῶν τὴν γῆν εἰς δισχιλίους κλήρους, 2 τὴν Ἱππόβοτον καλουμένην χώραν. 3 Τεμένη

CAP. I.

De quorundam in alios ira, inhumanitate, contumeliâ, injuria, arrogantia.

Athenienſes, devictis Chalcidenſibus, terram eorum, quæ Hippobotos dicebatur, in duo millia ſortium diviſam coloniſaſſignarunt. Tem-

1 Ἀθηναῖοι] Hiſtoriam habet Herodotus in *Therpſichore*. SCHEFF Notabile eſt, quod in Neutro Codice appareat hic ullum indicium Novi Libri, quod in Sluisk. ſolet ſemper Rubris Literis Majoribus declarari. Idem de Regiis omnibus teſtatur Doctiſſ. Boivinius, & veriſimiliter colligit inde, nihil ex Libro Sexto nunc ſupereſſe, ſed Librarios, ut hunc defectum diſſimularent, Librum Unum, ſeu Quintum, in Duos diviſiſſe. Quin ex Mediceo notat Gudius. *Conjungitur cum libro* v. & *ſpatium relinquitur vacuum pro libro Sexto, ſeptem folia vacua.* Cæterum res, de qua hic loquitur Ælianus geſta eſt paulo poſt ejectos Piſiſtratidas, tempore Darii Hyſtaſpis, ſed ante Marathonium bellum. Cauſa autem iræ adverſus Chalcidenſes in Eubœa, de quibus agitur, erat, quod ſuppetias miſiſſent Cleomeni Regi Spartanorum, qui Atticam invaſerat, ut Iſagoram Athenienſibus daret Tyrannum, & expelleret Cliſthenem cum ſua factione. Vide

μένη δὲ ἀνῆκαν τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῷ ὑπὸ Λιλάντῳ ὀνομαζομένῳ τόπῳ· τὴν δὲ λοιπὴν

Templa vero Minervæ dederunt in loco, quem Lilantum vocant: reliquam

de Herodot. v. 77. qui tamen circumſtantias quaſdam omittit, veluti de *Columnis Locationum*, quaſdam aliter refert, veluti de *Sortibus* prædiorum, vel colonis iſtic collocatis, quos ille facit *quatuor millium*, quod & veriſimilius. Certe XL. *Sortes* ſunt nimis exiguæ numero. Sed Sluisk. habet εἰς β̂ κλήρους, h. e. διχιλίους, *duo millia ſortium*. Idque confirmat Codex Regius, qui fuit Strategi, tum Alter Numeri 3132. ex priore manu, nam recentior ſubſtituit vulgatum. Quapropter crediderim iſtam lectionem eſſe omnium optimam, etiam præ Herodotea. Cæterum Athenienſes tanto magis ſuccenſebant Chalcidenſibus, quod hi eorum eſſent Coloni jam ante Bellum Trojanum eo miſſi. Vide Strabon. x. *pag.* 446. 447. PERIZ. Pro τριακοσίους repoſui διχιλίους ex MS. Mediceo, cujus ſcripturam vindicavit Parens in *Præfat. Tom.* IV. *Theſ. Antiquitatum Græc. præfixa.*

2 Ἱππόβοτον] Puto Ἱπποβοτῶν ſcribendum. Nam apud Herodotum eſt Ἱπποβατῶν χώρη. Sic autem vocabantur, qui Reipubl. præerant, apud Chalcidenſes. vide Strabon. *lib.* x. *pag.* 447. & ibi Caſaub. SCHEFF. Ego nihil mutem. FABER.

Τὴν Ἱππόβοτον καλ.] Herod. *d. l.* χώρην, ait, τῶν Ἱπποβατέων, & addit, Οἱ δὲ Ἱπποβάται ἐκαλέοντο, οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων, *Opulenti inter Chalcidenſes vocabantur Hippobatæ*, h. e. *Equorum inſcenſores*. Malit ergo & hic loci Schefferus ἱπποβατῶν. Sed cum Fabro nihil mutandum cenſeo. Nam MSti tuentur vulgatum, & utrumque recte de eodem agro dici poteſt. Erat enim ſimul τῶν Ἱπποβατῶν & ipſe ἱππόβοτος, h. e. *equos alens*. Sic paſſim apud Homerum Ἄργος ἱππόβοτον. Emendaverim potius Strabonem, qui *lib.* x. *pag.* 447. videtur idem voluiſſe, quod Herodotus. Nam ait Chalcidenſes multas miſiſſe colonias in Italiam & Siciliam, quando ἡ τῶν Ἱπποβοτῶν καλουμένη ἐπεκράτει πολιτεία· ἀφῃρέθησαν δ' αὐτὴς ὑπὸ τιμημάτων ἀφειδοκράλικας ἄρχοντες. Homines enim illi non dicebantur ἱππόβοτοι, vel ἱπποβόται, ſed ἱππόβατοι, ut ex Herodoto patet.

Videmus autem ex illo Strabonis loco Remp. Chalcidenſium fuiſſe olim in manu iſtorum *Hippobatarum*, h. e. Civium, qui opulentiores erant, & equos in uſum Reip. alere poterant. Nam ubi tale quid requirebatur, iſtic plerumque erat Ariſtocratia, vel Oligarchia, ut notat Ariſtoteles *Polit.* IV. 3. hos ipſos etiam *Chalcidenſes* in exemplum adferens. PERIZ. Nihil omnino mutandum cenſeo in *loco cit.* Strabonis, quum ἱππόβοτος, non vero ἱππόβατος, Chalcidenſium opulentiſſimos fuiſſe teſtetur Plutarchus in *Camillo.* τῶν Χαλκιδέων τοὺς Ἱπποβότας λεγομένους, πλέθρῳ τὴν δόξῃ λαμφέροντας, ἐξέβαλεν. Sed & Herodotus *l. c.* ex MS. Florent. Ἱπποβοτίων & Ἱπποβότῃ, ſcripſit, quare & apud eundem *lib.* VI. *cap.* 100. pro Ἱπποβοτίων reſcripſerim Ἱπποβοτέων. & ſicut Ἱππόβοτος χώρα dicta fuit pars regionis Chalcidenſis, ita pratum quoddam in Media ſitum a Strabone *lib.* XI. vocatur λειμὼν Ἱππόβοτος.

3 Ἀνῆκαν] Interp. *Templa Minervæ reliquerunt*, ut ſit ſenſus, Athenienſes Minervæ templa, quæ ante fuerant in campo condita, reliquiſſe intacta. malim accipi locum de *campo Minervæ ſacrato*, ita, ut locus ille partim τέμενος fuerit, partim ad colendum ſerendumque redemptoribus ceſſerit. KUHN.

Τεμένη δὲ ἀνῆκαν &c.] h. e. ut interpretor, ex terra Chalcidenſium, loca quædam in Lilanto, Agro juxta Fluvium ſic quoque dictum, ſeparârunt, & permiſerunt, vel dederunt & conſecrarunt, ſuæ Minervæ. Ἀνιέναι enim ſæpe ita ponitur pro *Concedere, permittere quid alicui.* Sic Lucian *de Morte Peregr. pag.* 758. Τὸν τῇ πατρίδι ἀνέντα πενταχιλίαν τάλαντα, *qui patriæ ſuæ reliquit*, vel *conceſſit*, 5000. *Talentorum.* Τεμένη autem ſunt quælibet loca ex profano uſu exempta, & Diis conſecrata, cujus generis quia etiam Luci & Templa erant, hinc paſſim τέμενος etiam pro *Luco* vel *Templo* ponitur. Heſ. Ασπ. 58. Ἐν τεμένει Ἀπόλλωνος, *in Luco Apollinis.* Dio Chryſoſt. Τρωικὸ *extr.* Caſſandram ait ὑπὸ τῷ τεμένει φθαρῆναι τῇ Ἀθηνᾷ, ἐκμένην ἀγάλματος, *in Templo Minervæ ſtupratam*,

πὴν ἐμίσθωσαν, ⁵ καὶ τὰς στήλας τὰς πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἑστηκυίας, αἱ περοῦν τὰ τῶν μισθώσεων ὑπομνήματα εἶχον. Τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἔθηκαν, ⁶ καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔσβεσαν τὸν κατὰ Χαλκιδέων θυμόν.

⁷ Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίων κρατήσαν-

quam terram pretio elocarunt, & columnas, ad Regiam porticum collocatas, quæ monimenta continebant elocationum. Captivos vero in vincula dederunt, & ne his quidem factis iram adversus Chalcidenses extinxerunt.

Lacedæmonii Messeniis superatis,

tam, quum teneret ejus statuam. Vide & Hesych. *Lilantus* campus vel *Lelantus*, ut Strabo, fuit supra Chalcidem, in quo fontes erant aquæ calidæ ac salubris ad depellendos morbos, & venæ æris ac ferri mixtæ. Vide Strabon. *lib.* x. *pag.* 447. Flumen *Lelantum* habes apud Plinium IV. 12. qui illi addit continuo *aquas calidas, quæ Hellopiæ vocentur.* Ab *ære ibi primum reperto* tota quondam insula *Chalcis* fuit dicta, ut ex Callidemo ibidem refert Plinius. Ab Sluisk. abest τόπῳ, nec sane desideratur. Abest etiam à Codice Regio Strategi, & Codici 3132. recentior demum manus adjecit. PERIZ. Desideretur eadem vox quoque in Mediceo.

4 Λιλάντῳ] Λίλαντον semper & Strabo nominat. vide eum *lib.* x. præcipue *p. m.* 447. ubi campum sic ostendit appellatum. SCHEFF. Eustathius etiam per ι legit Λιλάντειον à λιλαίω, *cupio*, *in Iliad. p.* 279. 1198. KUHN.

5 Καὶ τὰς στήλας] Casaubonus legit, ἢ τὰς στήλας ἔστησαν τὰς πρὸς &c. Melius haud dubie Meursius: τ. δ. λ. ἐμίσθωσαν ἢ στήλας τὰς π. τ. Ut sit sensus: elocarunt agrum Chalcidensem juxta columnas hujus porticus. vide eum *lib.* VI. *Att. Lect. cap.* 17. & in *Ceramico cap.* 3. SCHEFF. Accusandi casus Atticis pro nominativo usurpatur, ita, ut sæpe ab illo incipiant orationem, postea tamen quasi sui obliti desinant non aliter ac si nominativus præcessisset. Arrianus *lib.* I. *de Rebus gestis Alex.* ἠγγέλθη αὐτῷ ἢ τὸν ὁδὸν τὰς Ἀσπενδίους, ὃν ὁδὸν τῶν συγκειμένων πρόξενοι ἐθέλουσιν. ubi Ἀσπενδίους pro ὃν Ἀσπένδιοι. & ita alibi *eodem libro* loquitur. Scholiastes Thucydidis *in lib.* III. *pag.* 195. μεταβασιν ἀπ' αἰτιατικῆς εἰς εὐθεῖαν, *transitionem ab accusativo ad rectum* veteri Atticismo videtur asserere. ideoque τὰς στήλας &c. ita in formulam communis Syntaxeos redigerem: καὶ αἱ στήλαι αἱ πρὸς τῇ βασιλείᾳ στοᾷ ἑστηκυῖαι αἷ- &c. *& columnæ ad porticum, ut vocant Regiam stantes, illæ inquam indicium elocationis præferebant.* nec repugnabo, si quis hic accusativum absolute velit positum pro καὶ τῶν στηλῶν τῶν πρὸς τῇ β. σ. ἑστηκῶν, *etiam erectis vel collocatis ad porticum regiam columnis*, quæ more vetusto pacta conventa & alia quævis acta publica servabant incisa & inscripta. vid. *Observat.* Lucæ Holstenii *ad Porphyrium de Vit. Pythag. p.* 68. prius tamen malim. Phavorin. αἰτιατικὸς ἀντὶ εὐθείας πλεονάζουσιν Ἀττικῶν ἐστι, *accusandi casum pro recto adhibere Atticorum est.* Aristoph. *Avibus* δεινόν γε, τὸν κήρυκα, τὸν πρὸς τὰς βροτὰς οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοστήσει πάλιν. *indignum est si præco ad homines missus nunquam redeat.* vid. Scholia *ibidem. p.* 416. *Edit. Basil.* & *notas ad lib.* II. *Nostri cap.* 13. quibus hæc Casauboni *in Polyænum* addas, *p.* 659. *putet aliquis mendum in hac sententia esse: non est tamen, sed est καινοπρεπείας non invenustæ σχῆμα, quo ejus ætatis Sophistæ mirifice delectabantur. Passim etiam in Æliani scriptis oppido quam elegantibus & eruditis id observabis.* Quod igitur σχῆμα in nominandi casu absolute posito agnovit Casaubonus, id ipsum etiam hic loci in quarto casu manifeste se ingerit legentibus: ideoque sine emendatione Noster sibi suam καινοπρέπειαν postliminio habeat. KUHN.

Καὶ τὰς στήλας &c.] Lege cum Meursio & Scheffero ἢ τὰς στήλας, h. e. *Secundum illud, quod tradunt hæ columnæ* &c. Nam ut ita absolute Accusativus ponatur pro Nominativo, & nihil sequatur, quod de eo enuncietur, id mihi absurdum videtur. Saltem deleri ita deberet τὸ Αἰτερεῦν. Tunc enim sensus foret; *Et quod ad columnas* &c. *continebant*

σαντες, ⁸ τῶν μὲν γινομένων ἁπάντων ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ τὰ ἡμίσεα ἐλάμβανον αὐτοί, καὶ ⁹ τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας εἰς τὰ πένθη βαδίζειν ἠνάγκαζον, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ μηδὲν σφίσι προσήκοντας, νεκροὺς κλαίειν. ¹⁰ Τοὺς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον γεωργεῖν, οὓς δὲ ἀπέδοντο, οὓς δὲ ἀπέκτειναν.

Ἀθηναῖοι δὲ ὕβρισαν καὶ ἐκείνην τὴν ὕβριν,

tis, omnium, quæcunque Messenia ferret, dimidiatam partem sibimet ipsi ceperunt, & mulieres liberas in funera prodire coëgerunt, & alienos, neque quicquam ad se pertinentes, mortuos deflere. Ex viris vero aliquos reliquerunt colendo ruri, nonnullos vendiderunt, nonnullos etiam interfecerunt.

Athenienses vero etiam hanc exer-

bant illæ monumenta locantium. De Accusativo satis ipse egi II. 13. Sed non ubique locum hoc habet, nec nisi, ubi Latine exponi potest vel per Ablativum absolutum, vel per Ellipsin τὸ *quod ad.* Quo constructionis modo etiam apud Latinos occurrit. Exempla attuli complura *ad Sanctii Minervam pag.* 130. 146. & 545. Cæterum *Regia* illa *porticus*, βασίλειος στοὰ, erat Athenis, sic dicta, quia istic ille ex Annuis Novem Archontibus, qui *Rex* dicebatur, jus dicebat. Vide Meursium *Ceramico Gem. cap.* 3. & *Attic. Lect.* VI. 17. Hæc quum jam ita scripsissem, perlatæ sunt ad me literæ Eruditissimi Boivinii, quibus suam de hoc loco conjecturam mecum communicavit. Suspicatur ille legendum forsan, καὶ ταῖς στήλαις, ταῖς πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἑστηκυίαις. ἐτήρουν τὰ τ. μ. ὑπομνήματα, delecto ἔιχον. Conjectura hæc est, sed commodi sensus: & conjecturis agi oportet, ubi MSti conspirant, ut hic faciunt, in manifestum errorem. PERIZ.

6 Καὶ ἐδὲ] Cuperus καὶ ἴδε, quia nihil amplius fecisse videntur. SCHEFF. Imo ira Athenienſium intra hos se terminos non continuit. Captivos enim duabus minis redimi à suis passi equidem sunt, at vincula eorum in arce consecrarunt, ut apud posteros extaret aliquod fædæ captivitatis monumentum. vide Herod. *l.* VII. *c.* 77. hoc est quod Noster ait ἐδὲ ἐνταῦθα &c. KUHN.

Καὶ ἐδὲ ἐνταῦθα] Mediceus ἢ ἐδὲν ἐντ.

7 Λακεδαιμόνιοι] Adde Justinum *lib.* III. *cap.* 5. & Pausan. *lib.* IV. *p. m.* 122. SCHEFF.

8 Τῶν μὲ γινομένων &c.] Humani sane & benigni fuerunt victores, si Messeniis omnium, quæ habebant, dimidiam tantum partem abstulerunt, quum alii illis temporibus non modo omnia victis eripere solerent, sed & ipsos insuper vel occidere vel vendere, id quod etiam hi ipsi Lacones mox fecisse in Messenios dicuntur. Neque vero quisquam extitit, qui Laconum Clementiam in Messenios multum laudaverit, neque certe id agit Auctor hoc Capite. Quid ergo? Nempe simplicissima hæc verba, quæ nihil vitii habent, & quæ si quis ad juvandam juventutem explicanda censuisset, clamarent continuo nasutuli, ea à nemine non intelligi, neutiquam tamen intellecta fuerunt à Tot Editoribus, qui sine animadversione ulla hanc retinuerunt versionem Vulteji, *quæcunque in Messenia erant, dimidiatam* &c. At vero γινομένων, non notat hic *res, quæ erant* istic, sed quæ quotannis *nascebantur & producebantur, fruges, & fructus terræ.* Sic *supra* I. 15. ἐξ ὧν νοστοῦ ἢ γίνοιτο αὐτοῖς. Plut. in *Solone*, plane ut hic, ἐγεώργουν ἐκείνοις ἕκτα τῶ γινομένων τελοῦντες, *Agrum colebant illis sextam partem fructuum solventes.* Thucyd. VI. 54. de Pisistratidis, εἰκοστὴν πρασσόμενοι τῶ γιγνομένων, *viceſimam partem annui proventus exigentes.* Et de Hominibus ipsis, quum nascuntur, Noster XIII. 1. Ταύτην ὁ πατὴρ γενομένην ἐξέθηκε. Firmat hanc expositionem & indubiam reddit ipsa Historia, quæ ita factum tradit. Pausan. *Messen.* 14. Spartanos scribit Messeniis illlis, quos ἀπέλιπον γεωργεμένων τροφῶν σφίσιν ἀποφέρειν εἰς Σπάρτην πάντα ἡμίσεα; *alimentorum vero, quæ ex agricultura proveniunt, ut Spartam deferrent omnia dimidia.* Vide istic etiam antiquissimi Tyrtæi carmen. PERIZ.

ὕβριν. Εὐτυχίας γὰρ λαβόμενοι, τὴν εὐπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. Τὰς γοῦν παρθένους [11] τ῀ μετοίκων [12] σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ἑαυτῶν κόραις, τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυ-

exercuerunt insolentiam. Nacti enim meliorem fortunam, non tulerunt modeste illam felicitatem. Inquilinorum itaque puellas adigebant, ut umbellas suis puellis in pompis sacris præ-

9 Καὶ τὰς γυναῖκας] Tyrtæus Poëta vetus de Messeniis

Δεσπότας οἰμώζοντες ὁμῶς, ἄλοχοί τε καὶ αὐτοὶ
Εὐπ῀δ' ἐλομήν μητέρα κήχοι θανάτε.

Pausanias in *Messeniacis*: ἐσέφηπτο δὲ καὶ ἐπὶ τὰς ὑπηρεσίας τ῀ βασιλέων καὶ ἄλλων τ῀ ὧν τέλει, καὶ ἄνδρας καὶ τ῀ Μεσσηνίας καὶ τὰς γυναῖκας οὐ ἐοδηλ῀ ἦκειν μελαίνῃ. Nota, etiam viros servilia hæc ministeria coactos facere, non tantum fœminas. SCHEFF. Confer Homer. *Iliad.* T. KUHN.

Τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας &c.] Conjunctim hæc sunt accipienda. Ingenuæ enim feminæ non prodibant in funus, nisi propinquorum, multo minus *lamentabantur* tanquam præficæ, quod tamen Messenias facere coegerunt Lacones. Hujusmodi enim mulieres cæteroqui pretio conducebantur, & apud Græcos quidem dicebantur *Caricæ* vel *ex Caria*, Hesych. in Καρίνη. Apud Latinos vero *Præficæ*. Vide Festum. Conferri cum hoc facto Lacedæmoniorum debet, quod mortuo Augusto quidam in Senatu Romano censuerunt, funus triumphali pompa ducendum, *canentibus næniam principum liberis utriusque sexus*, Suet. *Aug. cap.* 100. Sed & hoc nimium istic habebatur, & ideo rejectum est. At in Græcia res tanto erat indignior, quia istic feminæ minus prodibant in publicum, nec *in celebritate versabantur*, ut ait Nepos, quia metuendum erat, ne quæ fierent insidiæ illis, si conspecta essent forma. Cujus rei in exsequiis illustre habemus exemplum apud Lysiam *Orat.* 1. *non longe ab initio*. PERIZ.

10 Τὰς δ' τ῀ ἀνδρῶν] h. e. *quosdam*. Sic XIII. 46. ᾧ τὰς μὲν δυσπορήσειν, ὡς δ' ἀπίξεσθαι, αὐτὸν δ' πελεσάμενος. Ubi male Faber. IDEM.

11 Τῶν μετοίκων] *Inquilini* plerisque locis Græciæ vix distinguebantur à Servis. Immo Aristot. *Polit.* III. 1. Πολλαχ῀ δὲ τούτων (scil. τ῀ δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι, *vocari in jus & vocare*) πλέως οἱ μέτοικοι μετέχουσι, ἀλλ' ἀνάγκη νέμειν προστάτην. *Multis in locis neque eorum plane participes sunt inquilini, sed necesse illis sibi adoptare Patronum.* Tales προστάτας certe Athenis etiam habebant μέτοικοι. Unde Isocr. *de Pace p.* 402. eleganter, *tales moribus credimus esse nostros Inquilinos, quales sibi* τὰς προστάτας νέμωσιν, *Patronos adoptaverint*. IDEM.

12 Σκιαδηφορεῖν] Hoc enim servile ac liberis hominibus indignum veterum opinione ministerium. vide Laurentium Pignorium *de Servis p.* 221. SCHEFF. In *Edit.* Patavina est *p.* 206. KUHN.

Σκιαδηφορεῖν] Scil. ne Sole adurerentur, qua gratia *sequebantur* eas Filiæ Inquilinorum cum σκιαδίοις. Aristoph *Avibus p.* 611. Φέρε μοι σκιάδειον, ἵνα ἀκολουθ῀ν δοκῶ κανηφόρῳ. *Da mihi Flabellum, ut videar sequi Canephoram.* Σκιάδ῀α erant ejusmodi instrumenta, quæ explicari & complicari poterant, & quibus Virgines se tuebantur adversus Solis radios. Aristoph. *Equitibus p.* 362. Τὰ δ' ὦτά σε ἐξεπετάννυτο, ὥσπερ σκιάδιον, καὶ πάλιν ξυνήκετο, *aures tuæ expandebantur, & iterum complicabantur, tanquam flabellum.* Ubi Schol. exp. σκίπασμά τε, ὅπερ οἱ γυναῖκες ποιοῦσι τοῖς Ἀθηναίοις ἔχουσι θέουσαι, ὑπὲρ τ῀ μὴ κρίεσθαι τὰς ὄψεις ὑπὸ τ῀ ἡλίου· ἐκτείνεται δὲ καὶ συσέλλεται πρὸς τ῀ καιρ῀ τοῦ καύματος. *Umbraculum aliquod, quod habent Feminæ apud Athenienses, currentes, ne adurantur earum vultus à Sole; Extenditur autem & contrahitur, prout tempus id postulat.* Sed quid sibi vult illud θέουσαι, *Currentes*? Legendum haud dubie θεῶσαι vel θεωρ῀σαι, *Sacris spectaculis & pompis operam dantes.* Sic Socrates apud Stobæum *Serm.* 183. ad Uxorem, ἐκ ἵνα θέ῀σαι, περιῇς, ἀλλ' ἵνα θεαθ῀ς. Dicit autem Scholiastes γυναῖκας. Non ergo solæ Virgines iis utebantur, sed & Matronæ: Neque ergo ratio est, quare hoc in Æliani loco negemus, τα῀ς γυναιξὶ Ἀθηναίων σκιαδηφορ῀σας γυναῖκας, quod facit Kühnius,

γυναιξὶ, [13] τοὺς δὲ ἄνδρας [14] σκαφηφορεῖν.

præferrent, & mulieres mulieribus, viri vero alveolos in iis gestarent.

[15] Σι-

nius, qui putat, quando γυναῖκες nominantur, addendum omnino ὑδριαφορεῖν, quia hoc etiam facere debebant Inquilinorum Uxores. Sed id Auctor hic loci non voluit, atque ideo non magis fecit mentionem *hydriarum*, quam *Sellarum*, δίφρων; unde & διφροφόροι dicebantur Virgines τῶν μετοίκων. Vide Suidam, & Etymol. M. PERIZ.

13 Τὰς δ' ἄνδρας σκαφηφορεῖν] Mutila hæc verba censet Meursius in *Panathen. cap.* 21. & sic restituenda: τὰς δ' ἄνδρας, φήσι σκαφηφορεῖν. De re ipsa consule Harpocrationem in Σκαφηφόρος. SCHEFF. Mutilum esse locum arbitror, lego ἄνδρας ἀνδράσι σκαφ. FABER. Locus mihi non videtur mutilus. Cum enim inquilinorum uxores cogerentur Athenienses uxoribus ὑδριαφορεῖν, & virgines virginibus σκιαδηφορεῖν, reliquum erat, viros non aliis quam viris σκαφηφορεῖν, etiamsi non dixeris. Etymolog. Magnum *voce* ἀσκοφορεῖν. οὐ πᾶς Διονυσιακ῀ς πομπ῀ς τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀστῶν πράττεται, τὰ δὲ τ῀ς μετοίκοις ποιεῖν ὑπὸ τῶν νομοθετησάντων προστέτακται. οἱ μὲν ἐν μέτοικοι, χιτῶνας ἐνδεδυμένοι χρῶμα ἔχοντας φοινικοῦν καὶ τὰς σκάφας φέρουσι· ὅθεν καὶ σκαφηφόρῳ λέγεται· οἱ δὲ ἀστοὶ ἐσθ῀τα ἔχουσιν ἐν῀ βύσσου), καὶ ἀσκὸς κατὰ τῶν ὤμων φέρουσι καὶ ἀσκοφόροι καλοῦνται), *in festivis Bacchi pompis alia civibus, alia inquilinis à legislatoribus imperata. inquilini enim puniceis induti tunicis alveos ferunt: unde & σκαφηφόρῳ alvearius nomen habet. Cives autem vestem, quam cuique libitum, sumunt & utres humeris gestant: unde ἀσκοφόροι utrigeri dicuntur.* σκαφηφόρῳ reddidi *alvearius* ex *Glossar.* Cyrilli, quod σκάφη, *scafa, lintreum* (vel linter) *alveum* interpretatur. alii reddunt, *ligonem*. Cæterum in textu omnino excidit post γυναιξὶ τὸ ὑδριαφορεῖν, *hydriam gestare*, quod onus inquilinorum uxoribus proprium erat. ita intelligendus Hesychius: ὑδριαφόροι μέτοικοι, *inquilinæ*, quarum mariti in pompis σκαφηφόροι, filiæ σκιαδηφόροι. vel διφροφόροι. ita plerique omnes qui de hoc argumento scripserunt, nisi quis velit ex hoc Nostri loco colligere, geminum & ὑδριαφορεῖν & σκιαδηφορεῖν officium inquilinorum uxoribus datum esse. KUHN.

Τὰς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν] Nescio quare Meursius in *Panathen. cap.* 21. interponat σφίσι, aut Faber ἀνδράσι. Neque enim σκάφῃ ita inserviebant Viris, ut σκιάδ῀α Feminis. Miror etiam verti ab illo *Ligones*, quod secutus est Interpres Harpocrationis in Μετοίκιον & Σκαφηφόρος: quum tamen σκάφῃ fuerint hic revera *alvei*, in quibus aliquid gestari poterat, sicuti in Navibus τὰ σκάφη dicebantur proprie τὰ κοιλώματα τ῀ νηῶν, ἃ ἡμεῖς γαστέρας καλ῀μεν, ut ait Schol. Thucyd. I. 50. ergo illa potissimum pars navium, quæ onus earum continebat. Vide & Suidam. Cæterum hasce σκάφας Schol. Aristoph. *ad Equites p.* 360. interpretatur ξύλινα ἀγγεῖα *lignea vasa*. Quod vero suum habuerint usum in sacris ad gestandas res ad sacra adhibendas, liquet ex Athenæo VIII. 3. Ταύτ῀ ὅπου θύουσιν οἱ Δηλιάδες, προστίθεσιν αὐτ῀ σκάφας πάντων πλήρεις ἀγαθῶν, πλὴν ἰχθύων. *Huic igitur Deæ quum sacra faciunt Deliorum feminæ, adferunt ei Alveolos plenos omnium bonarum rerum, præterquam piscium.* Atque hac de causa Hesych. σκαφηφόρος quum dixisset appellari inquilinos, addit, *Scaphas enim ferebant in Panathenæis*, ἵνα ὡς ἔνιοι (lege, ὡς ἔνιοι, *ut quidam* volunt, seu tradunt,) ἀελθμῶντας μετέχοντες τ῀ θυσιῶν. Scilicet *Participes* erant *sacrificiorum*, dum gestabant res ad eorum usum pertinentes, non ad solum servitium aut fastum civium, licet vel sic revera tamen Inquilini illi fuerint quasi bajuli quidam, pro Civibus illa gestantes, & præterea satis duriter in hoc negotio tractarentur, quippe quum iis in hac pompa ne hiscere quidem aut mutire licuerit, ut patet ex Proverbio, Συσομώτερος σκάφης. Vide Meurs. *Attic. Lect.* IV. 9. PERIZ.

14 Σκαφηφορεῖν] Hoc Noster ὕβριν *contumeliosam* tractationem vocat. Hesychius autem mitius interpretatur, & inquilinos eâ de causa in Panathenaïcis scaphas gestasse ait, ὡς δ῀νοι ἀελθμῶντας μετέχοντες τ῀ θυσιῶν, *ut inter eos, qui Athenien sibus bene vellent, numerarentur, dum sacrificiorum fiunt participes.* KUHN.

15 Σιβυρτίοις] Similis Tarentinorum in de-

15 Σικυώνιοι ϑ 16 Πελλήνην ἑλόντες, τάς τε γυναῖκας τ̃ Πελληνέων ϗ τὰς θυγατέρας 17 ἐπ' οἰκήματ@ ἔστησαν. Ἀγελιώτατα ταῦτα, ὦ Θεοὶ Ἕλληνιοι, καὶ οὐδὲ ἐν βαρβάροις καλὰ, κατά γε 18 τὴν ἐμὴν μνείαν.

Ἐπεὶ τὴν 19 ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην ἐνίκησεν ὁ Φίλιππ@, ἐπὶ τῷ πραχθέντι 20 αὐτός τε ἥδετο, καὶ οἱ Μακεδόνες πάντες. Οἱ ϑ Ἕλληνες δεινῶς αὐτὸν κατέπληξαν, καὶ ἑαυτοὺς κατὰ πόλεις ἐνεχείρισαν αὐτῷ φέροντες. Καὶ τοῦτο γε ἔδεισαν Θηβαῖοι, καὶ Μεγαρεῖς,

Sicyonii quum cepissent Pellenam, uxores & filias Pellenensium in lupanari prostituerunt. Immaniſſima illa sunt, ô Dii Græci, & ne in Barbaris quidem decora, ut mea fert memoria.

Quum vicisset Chæronensem pugnam Philippus, elatus erat animo cum ipse, tum Macedones omnes, propter rem gestam. Græci vero magno metu eum metuebant, seque oppidatim ei offerentes ultro tradebant: idque fecere Thebani, & Megarenses,

victos Carbinates crudelitas, de qua vide Athenæum *lib.* XII. SCHEFF.

16 Πελλήνην] Erat Urbs Achaiæ, vicina Sicyoniis. Vide Pausaniæ *Achaica in extr.* Inde gentile est Πελληνιεύς, apud Stephanum *de Urbibus*. Bellum gesserunt Sicyonii contra Achæos sub Regibus suis ante tempora Belli Trojani. Nam postea, quum Heraclidæ Peloponnesum occupassent, Argivorum Reip. fuerunt additi: Pausan. *Corinth.* PER.

17 Ἐπ' οἰκήματ@] Οἴκημα Atticis τὸ πορνεῖον, *Lupanar*, notat. Vide Harpocr. & Hesych. Plenius LXX. Ezech. XVI. 24. καὶ οἰκοδόμησας σεαυτῇ οἴκημα πορνικόν. Cæterum facinus illud Sicyoniorum diriſſimum revera fuit. Nihilo humanius tamen egerunt Tarentini, quum Carbinates in Japygia expugnassent. Eorum enim Uxores, Filias, & Pueros in ipsis Templis nudos omnium exposuerunt libidini, ut refert Athen. XII. 5. Nec abhorret ab his factum Locrensium in Filias Dionysii Junioris, de quo Noster IX. 8. PERIZ. Οἴκημα pro lupanari adhibuit quoque Lucianus in *Eunucho.* μεπαιδεραστηκέναι τινας τῶν ἐξ οἰκήματ@ γυναικῶν. & Dio Coccej. in *Excerpt. pag.* 673. ἀλλὰ τάγε διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἐκπεδεχθέντα καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τάς τε παῖδας τὰς τῶν ἀρχοντικῶν, ἐς ἐξ ἑαυτὰ καθίζων ὕβριζεν. Sed & τέγ@, quod idem valet, pro lupanari quoque usurpari observat Henr. Valesius *ad Eusebii Histor. Eccles. pag.* 11. *cap.* 13.

18 Ἐμὴν μνείαν] Magis placet γνώμην. FABER. Vix assentior. respicit nimirum, quid barbaris probari vel improbari soleat, ad quod narrandum memoria magis quam judicio est opus. SCHEFF. Bene Fabri emendationem rejecit Schefferus, id quod confirmat Noster *lib.* XII. *cap.* 32. *Hist. Anim.* ubi iterum usus hac locutione est: καπίγε τὴν μνείαν τὴν ἐμὴν, *quod ego quidem sciam* vel *meminerim*, inquit. KUHN.

19 Ἐν Χαιρωνείᾳ μάχῃ] Justinus *lib.* IX. *cap.* 4. Diodorum *lib.* XVI. SCHEFF.

20 Αὐτός τε ἥδετο] Sed mox moderatissime se gessit, inprimis erga Athenienses. Vide *infra* VIII. 15. & qui istic laudantur à Kuhnio. PERIZ.

21 Καὶ Εὐβοεῖς, οἱ ἐν τῇ Ἀκτῇ πάντες.] Vertitur, *Thebani, Megarenses, Corinthii, Achivi, Elienses, & Eubœi, qui in littore habitabant omnes.* Quid ergo? an Populi illi Omnes tantum in littore habitarunt, an vero soli intelliguntur Eubœi? quum insula hæc sit sane oblonga, vix quidquam spatii, quod Mediterraneum possis dicere, habens. Nam quum superiora omnia per Καὶ nectantur, eaque copula hic omittatur, necessario *illi omnes in littore* accipiendi ergo sunt, non tanquam alius populus, sed tanquam descriptio superiorum. Certe ita accepit Interpres. Sed nugæ hæ sunt. Neque vero dubito, quin legi debeat κ. Εὐβ. ϗ Οἱ ἐν &c. Et per Ἀκτὴν intelligi Atticam regionem, situ ipso oppositam Eubœæ, & in his distinctam ab Urbe ipsa Athenarum, quæ licet se tueretur

ρεῖς, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Ἀχαιοὶ, καὶ Ἠλεῖοι, 22 καὶ Εὐβοεῖς, οἱ ἐν τῇ Ἀκτῇ πάντες. Οὐ μὴν ἐφύλαξε τὰς πρὸς αὐτοὺς ὁμολογίας ὁ Φίλιππ@, ἀλλ' 23 ἐδουλώσατο πάντας, 23 ἔκδικα καὶ παράνομα δρῶν.

tur & munitionibus reparandis operam daret, regio tamen ipsa, & regionis illius oppidula ac pagi permittere se debuerunt Philippo. Stephanus *de Urb.* Ἀκτὴ ἔτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, addens varias istius appellationis rationes. Adde Harpocrat. Suidam, & Strabon. *lib.* IX. *init.* qui & *lib.* I. *p.* 58. *extr.* Τόν τε πειραιᾶ νησιάζειν ποτέ φασι, καὶ πέραν τ̃ Ἀκτῆς κεῖσθαι, ἔτως φασὶν ὀνομασθῆναι, *Pyræum quoque prius insulam fuisse, & ultra Actem* (h. e. Atticam) *sitam, inde ita ferunt appellatam.* PERIZ.

22 Ἐδουλώσατο πάντας] Pausan. *Atticis cap.* 25. *Clades ad Chæroneam omnibus Græcis causa fuit mali, nec minus in servitutem redegit eos, qui communem causam negligebant, quam qui cum Macedonibus steterant.* In Græco est μετὰ Μακεδόνων ἐτάχθησαν, sed nullus dubito legendum κατὰ, *contra.* IDEM.

23 Ἔκδικα δρῶν] Hinc Demosthenes *Orat. Philipp.* III. appellat *Philippum* τ̃ ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι αὐξανόμενον λῃστὴν τῶν Ἑλλήνων. *Iatronem Græcorum in medio totius Græciæ convalescentem.* Utque pueri talis & tesserulis, ita Rex ille lusit juramentis, qui lusus adhuc in mundo

Luditur & ludetur in omne volubilis ævum. KUHN.

ΚΕΦ. Ϛ.

Περὶ ἀνδρείας τ̃ υἱοῦ τ̃ Ἁρματιδίου.

CAP. II.

De fortitudine filii Harmatidii.

1 Ὁ Ἁρματιδίου τ̃ Θεσπιέως παῖς ϖροσαγορευόμεν@ 2 σύμμαχ@ Ἀθηναίοις μ̃ ϗ ἄλλων πολιτῶν, τὰ μὲν πρῶτα ἔμαχετο εὖ ϗ καλῶς· καταναλωθέντων ϑ αὐτοῦ τῶν ὅπλων, ψιλαῖς ταῖς χερσὶ πρὸς καθωπλισμένους ἀγωνιζόμεν@, εὐκλεῶς τ̃ βίον ἐτελεύτα.

Harmatidii Thespiensis filius, qui cum aliis civibus auxilio venerat Athenienſibus, primum quidem bene ac strenue pugnavit: deinde vero absumptis ejus armis, nudis manibus adversus armatos dimicans, vitam glorioſe finivit. Paterno itaque

1 Ἁρμαλιδίᾳ] Ἁρμαπίδεον nominat Herodotus *lib.* VII. *cap.* 27. SCHEFF.

Ὁ Ἁρμαλιδίᾳ &c.] Hæc quidem ex memoria scripsit Auctor, quæ causa est vera, quare hunc Juvenem, non Suo, quod non veniebat in mentem, (erat autem *Dithyrambus*) verum Paterno tantum Nomine descripserit. Sed & hinc ortum, vitio illius memoriæ, quod Thespienses hos proprie *Athenienſium* socios dicat, quum fuerint Spartanorum, & una cum Leonida & Trecentis Spartanis pugnaverint ad Thermopylas contra Xerxen. Vide Herodot. VII. 222. & 227. PERIZ.

2 Σύμμαχ@ Ἀθηναίοις] Quid si Nostro hîc me-

τα. Πατρόθεν οὖν τὸν νεανίαν προσεῖπον, [3] κυδαίνων αὐτὸν Ομηρικῶς. Τὸ δὲ ὄνομα αὐτοῦ εἴ τῳ ἐπιμελὲς εἰδέναι, [4] ἀλλαχόθεν εἴσεται.

que nomine juvenem appellavi, Homerice eum celebrans. Ipsius vero nomen si cui curæ est cognoscere, aliunde sciet.

ΚΕΦ.

CAP.

memoriola vacillavit? Athenienses enim ad Artemisium stabant cum classe id temporis, cum prælium ad Thermopylas commissum, & Thespienses Lacedæmoniorum socii duce Leonida strenue Persarum impetum sustinuerunt. Rectius itaque non Ἀθηναίοις, sed Λακεδαιμονίοις σύμμαχοι &c. hoc loco esset. KUHN.

3 Ομηρικῶς] Stylo Homeri, qui fortissimum quemque πατρόθεν vel Patronymico nomine illustriorem reddit, hinc Πηλεϊάδης dicitur Achilles, Λαερτιάδης Ulysses, Ατρείδης Agamemnon &c. ad hunc modulum Noster dixit Αρμαλιδὴς Θεσπιεὺς παῖς, *filius Harmatidii Thespiensis* i. e. *Dithyrambus*. Præprimis autem respicit Noster locum Homeri *Iliad.* K. ubi Agamemnon Menelaum his instruit mandatis:

> Φθέγξεο δ' ᾗ κεν ἴηθα, καὶ ἐγρήγορθαι ἄνωχθι,
> Πατρόθεν οἰκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον,
> Πάντας κυδαίνων. μηδὲ μεγαλίζεο θυμῷ.

In quem locum Synesius *Orat. de Regno* ita commentatur. ὃς (Ποιητὴς) αὖθ' πω τοῦτο πρῶτον παρενοήσας, ὅτι πλείστῳ ἔχει ῥοπῇ εἰς δύψυχίαν ἀνδρῶν τὸ μηδὲ τὰς ἀγελαίας ἀγνοεῖσθαι τῷ βασιλεῖ, οὐκ ὀνόματι μόνον καλύπτειν τὰς στρατιώτας πεποίηκεν Αγαμέμνονα· ἀλλ' ἔτι αὐτῷ καὶ τὸ ἀδελφὸν ἠθετεῖ ὡς τῇ ὠφελείᾳ παρόθεν ἢ οἰκ γενεῆς ἄνωθεν ὀνομάζειν ἄνδρα ἕκαστον, ἢ πάντας κυδαίνειν, μηδὲ μεγαλίζεσθαι ἢ τὸ κυδαίνειν ἢ αὖ, δύ λέγειν ἐστὶν, εἰ τῳ τι ἀγαθὸν ἢ πραχθὲν ἢ δυτυχηθὲν συνπίπτοι. *ita alicubi Poeta primus animadvertens, quod plurimum momenti habeat ad confirmandos militum animos, si nec gregarii regem lateant, non tantum Agamemnonem sistit nomine milites compellantem: sed fratrem quoque idem admonet, ut unumquemque virum*

præmisso nomine, etiam à patre & altius à genere compellet, & elogio condecoret, nec superbius se jactitet. κυδαίνειν *enim est, honorifice mentionem alicujus facere, si quandam bene aut feliciter rem eum gessisse nosset.* Ita πολλοὶ παλαιόθεν ὀνομάζουσι Κλεοβουλίνην, ænigmatum Poëtriam, quam Pater Cleobulus Ευμηλιν dixerat: Plutarch. in *Sympos.* KUHN.

Κυδαίνων αὐτὸν Ομ.] Respicit illa Homeri *Iliad.* K. 68. 69. ubi Agamemnon monet fratrem, quomodo res ipsi gerenda sit in prælio,

> Πατρόθεν οἰκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον,
> Πάντας κυδαίνων. ——————

Unumquemque ut paterno nomine & genere compellaret, omnes laudans. Ubi Eustath. πατρόθεν μὲν ἔν τινα σωσφανεῖ ἴις, ὡς τὸ Λαερτιάδη. οἰκ γενεῆς δὲ, ἤγουν οἰκ ὠφελούντων, ὡς τὸ Διογενές. Τὸν γὰρ ἀρχηγὸν τοῦ γένους, Δία, ἡ λέξις σημαίνει. Πατρόθεν *quis appellat aliquem, veluti, Laërtiades*, de Ulysse; *ex Genere, vel à majoribus, veluti, Diogenes.* de plerisque Heroibus; *Nomen enim hoc Jovem declarat generis Auctorem.* Cæterum non tantum Homerus, sed & alii apud Græcos, etiam directe, per solum nomen paternum designare solebant Homines. Noster *infra* XIII. 32. Ω Σωφρονίσκε scil. παῖ, *O Fili Sophronisci*, qui erat Socrates. Herodot. I. 6. Ω παῖ Τισάνδρε. Plura hujus generis, ut & phraseon, πατρόθεν ὀνομάζειν, ἀναγορεύειν, καλεῖσθαι, χρηματίζειν, exempla, attuli jam olim in *Dissert. Triade pag.* 30. &c. PERIZ.

4 Αλλαχόθεν] Ex Herodoto, qui eum Δημάρατον appellat. Cæterum hoc factum in Thermopylis, ubi Leonidas Spartanorum rex cum paucis ingentes Xerxis copias per quatriduum detinuit. SCHEFF.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Ισάδα παιδός.

Οτι Λακεδαιμόνιοι [1] Ισάδαν, ἔτι παῖδα ὄντα, [2] καὶ μήπω ἐς νόμου καλοῦντος αὐτὸν εἰς ὅπλα, ὅτι ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκπηδήσας ἠρίστευσεν, ἐστεφάνωσαν μὲν· ὅτι δὲ πρὸ τῆς ἀπαιτουμένης ἡλικίας, καὶ [3] μὴ τὰ ἐπιχώρια ἔχων ὅπλα, ὥρμησεν εἰς τοὺς ἐχθροὺς, [4] ἐζημίωσαν.

ΚΕΦ.

CAP. III.

De Isada puero.

Lacedæmonii Isadam puerum adhuc, necdum Lege eum ad pugnam vocante, quoniam exiliens gymnasio rem bene gesserat, corona donaverunt: quoniam vero ante requisitam ætatem, nec cum receptis patriæ armis in hostes irruerat, mulcta affecerunt.

CAP.

1 Ισάδας] Vid. Plutarch. in *Vita Agesilai.* Polyænus *lib.* II. *Stratag. p.* 127. *Isidam* appellat. KONIG.

2 Καὶ μήπω τοῦ νόμου &c.] Sic apud Romanos lege vetitum erat, *minorem* 17. *annis* καταλέγεσθαι στρατιώτην, *legi militem*, Plut. in *Gracchis p.* 837. Neque tamen à C. Graccho id primo inductum est in Remp. sed ex superiori tempore ab eo repetitum. Nam jam tempore Belli Punici II. apud Livium XXV. 5. legimus decrevisse Senatum, *Tribuni pl. ad populum ferrent, ut, qui minores* XVII. *annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & decem annorum, aut majores, milites facti essent.* Certo argumenro, jam tum id vetitum fuisse, ut ita in hoc gravissimæ necessitatis casu contraria Lex ferri debuerit, qua id permitteretur, quod, ut apparet, SCto permitti non poterat, quum SCtum Legem tollere non posset. PERIZ.

3 Μὴ τὰ ἐπιχώρια ἔχων ὅπλα] Plut. in *Agesil. p.* 615. fuisse ait γυμνὸν καὶ ὅπλων τῶν σκεπόντων, καὶ ἱματίων, *nudum ab armis, quæ tegunt corpus, & à vestibus:* tantumque in una manu habuisse λόγχην *lanceam*, altera ξίφος *gladium.* Polyænus II. 9. paulo aliter rem refert, sed tamen etiam ille *nudum* prorsus fuisse tradit, & tantum ensem habuisse axilla occultatum. Cæterum ἐπιχώρια ὅπλα simpliciter notat *solita, usitata arma*, Sic Xenoph. *de Rep. Lacedæm. p. m.* 396. Καὶ γὰρ δὴ ἐπιχώριον, ὦ τοῖς φιλιτίοις λέγεσθαι, ὅ, τι ἂν καλῶς τις ἐν τῇ πόλει ποιήσῃ, *nam etiam in more erat positum, memorari in convictibus, quid quisque egregii in civitate fecisset.* IDEM.

4 Εζημίωσαν] Mille drachmis, teste Plutarcho, qui unam hanc addit rationem, quia χωρὶς ὅπλων, *sine scuto*, pugnaverat. Censebant scilicet Ephori, qui mulctarunt Isadam, idem, quod inter Romanos Manlius Torquatus, quum de Filio victore, quod contra edictum Consulum pugnasset, sumeret supplicium, *plus esse in imperio*, ac disciplina & legibus, *quam in victoria*, ut ait Florus I. 14. 2. IDEM.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ ᾧ τὴν Λυσάνδρου θυγατέρα ἐγγυησαμένου.

Ὁ μὲν Λύσανδρος ἐτεθνήκει, [1] ὁ δὲ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἔτι ζώνης ἐγγυησάμενος, ἐπεὶ καὶ ἡ παῖς ἐρήμη πατρὸς ἀπελείπετο, καὶ ὁ Λύσανδρος μὲν τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν ἀνεφάνη [2] πένης ὤν, [3] ὅδε ἀνεδύετο ὁ ἐγγυησάμενος, καὶ οὐδὲ ἔφασκεν ἄξεσθαι γυναῖκα. Ἐπὶ τούτοις οἱ Ἔφοροι τὸν ἄνδρα ἐζημίωσαν. Οὔτε γὰρ Λα-

1 Ὁ δὲ τῷ] Non unus, verum plures fuere, teste Plutarcho in *Lacon. Apopht.* & Nostro ipso *lib.* x. *cap.* 15. SCHEFF.

2 Πένης ὤν] Cum Lysander contra Lycurgi leges multam auri argentique vim Spartæ intulisset, post Athenienses feliciter debellatos, sibi ne drachmam quidem ex tanta præda servavit & patriam ornare, quam domum suam maluit. nisi quis dixerit Lysandrum potius labefactasse fundamenta Spartanæ Reipublicæ, dum cives avaritiam docuit, quâ perituram esse Spartam oracula cecinerant. Eleganter de eo Plutarchus in *Vitâ*, τῷ πατρίδα ἔπαυσε θαυμαζομένῳ ἐπὶ τῷ μὴ θαυμάζειν πλοῦτον. *finem attulit admirationi, in qua erat Patria, quod divitias non admiraretur.* De hac renuntiatione sponsaliorum Petr. Ærodius agit *l.* II. *R. I. c.* 3. *Tit.* 36 vide *infra l.* x. *c.* 15. KUHN.

3 Ὅδε ἀνεδύετο] proprie, *retro regrediebatur* ab eo, quod promiserat. Sic Lucian. *de Morte Peregrini*, qui palam promiserat se præcipuæ cujusdam constantiæ in contemnenda morte exemplum editurum, ipsum se immittendo in ignem, ἃ μὲν ἐδὲ ῥάδιον ἀνδρὶ ἐπ' ἀναδύναι, *neque vero facile illi amplius erat retro regredi*, ubi velim videas Fabrum. Cæterum quæ hic traduntur, adversari penitus videntur legibus Lycurgi, & Justino III. 3. qui de Illo ait, *Virgines sine dote nubere jussit, ut*

CAP. IV.

De eo qui Lysandri filiam sibi desponderat.

Lysandro vita defuncto, ille, qui superstitis adhuc filiam sibi desponderat, quum & puella orba parente relinqueretur, & Lysander post obitum pauper reperiretur, tergiversabatur iste sponsus, & se nolle eam ducere uxorem dixit. Ob eam causam punierunt eum Ephori. Neque enim Lacedæmonio, neque etiam

Uxores eligerentur, non Pecuniæ. Et suffragantur ei Plutarchus, Aliique. Quin adeo sine Dote inibantur ibi matrimonia, ut Juvenes cœlibes & Virgines pariter in obscurum concluderentur locum, & quam quisque ibi cepisset, ducere cogeretur ἄπροικον, *sine dote*, si fides Hermippo apud Athenæum XIII. *init.* Dices, *mulctatum* fuisse hunc juvenem, qui in ducenda uxore ita palam præcipuam habebat rationem pecuniæ. Et sane Plut. in *Lysandro*, *in extr.* ait fuisse Lacedæmone etiam δίκην κακογαμίου, *judicium male initi matrimonii*, cui obnoxios fuisse potissimum illos, qui *affines sibi quærerent & caperent, non tam bonos & amicos, quam opulentos.* Sed ex eo ipso, quod talia facerent, satis liquet, eos, qui opulenti hominis Filiam ducerent, solitos etiam Lacedæmone tunc accipere cum ea, sive dotis, sive quocunque alio nomine, pecuniam, quod unum hic volo. Quin Aristoteles *Polit.* II. 7. diserte ait, Lacedæmonios μεγάλας διδόναι φερνάς, *magnas dare dotes.* Videntur ergo Lacedæmonii legem Lycurgi hac in parte eluisse, sicuti Romani Patres in gratiam Filiarum legem Voconiam, quæ Feminas ab hæreditate etiam paterna excludebat, variis itidem eluserunt artibus. Et haud dubie alio, quam Dotis, nomine dederunt primum Filiabus magnam hæreditatis partem, unde tot istic ἐπίκληροι virgi-

Λακωνικὰ ἐφρόνει, ἔτε ἄλλως Ἑλληνικὰ, φίλου τε ἀποθανόντος ἀμνημονῶν, καὶ τῶν συνθηκῶν τὸ πλοῦτον προτιμῶν.

gines, *quæ κλῆρον, agrum, possidebant*, de quibus *ibidem* Aristoteles, adeo ut dicat, *Feminarum esse Duas ferme Partes ex Quinque Totius Agri.* PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ Ἀθηναίων πρέσβεων.

Ὅτι [1] Ἀθηναῖοι τοὺς εἰς Ἀρκαδίαν ἀποσταλέντας πρεσβευτὰς, ἐπεὶ ἑτέραν ὁδὸν ἦλθον, καὶ οὐ τὴν προστεταγμένην, καί τοι κατορθώσαντας, [2] ὅμως ἀπέκτειναν.

1 Ἀθηναῖοι] Tale quid Plutarch. in *vita* X. *Rhetor.* de Antiphonte memorat. Hic enim una cum Archeptolemo Spartam legatus à Quadringentis missus, quod hostium navi vectus & per Deceleam terrâ profectus erat, accusatus postea & condemnatus domi est, & pœna quæ proditoribus debetur, de eo sumpta, cadaver insepultum abjectum, & cum tota posteritate inter infames relatus est. Ko-

CAP. V.

De legatis Athenienſium.

Athenienses missos in Arcadiam legatos, quoniam alia via profecti fuerant, non ea, quæ præscripta erat, tametsi rem bene gessissent, tamen morte mulctarunt.

NIGIUS.

2 Ὅμως ἀπέκτειναν] Immodicæ enim vero severitatis id fuit, qua tamen deterior longe est illa crudelitas Cn. Pisonis, qui Centurionem occidi jussit, quoniam jussus militem non occiderat, cujus innocentiam certissimâ fide nec opinato cognoverat, & Pisoni lætus renunciabat, apud Senecam *de Ira* I. 16. PERIZ.

ΚΕΦ. ϛ'.

Λακωνικοὶ νόμοι.

Ἦ γὰρ οὐ καὶ ταῦτα Λακωνικά; [1] Νόμος ἐστὶ τοῖς Σπαρτιάταις, τὸν τρεφόμενον υἱοὺς τρεῖς ἀτέλειαν ἔχειν φρουρᾶς· [2] τὸν δὲ πέντε, πασῶν τῶν

1 Νόμος ἐστὶ] De his Lycurgi legibus vide Plutarchum in *Lycurgo.* Xenophontem *de republ. Spart.* Justinum *lib.* III. *cap.* 3.

CAP. VI.

Laconicæ leges.

Nonne vero hæc quoque digna sunt Laconibus? Lex est Spartanis, ut qui tres filios exhiberet *reipublicæ*, is ab excubiis haberet im-

2 Τὸν δὲ πέντε] Aristoteles immunitatem hanc concessam refert ei, qui quatuor genuisset. Verba extant in II. *Pol. c.* 9. ἔστι

τῆς λειτουργιῶν ἀφείδαι. 3 Γαμεῖν ᾧ 4 ἀπροίκους ἔτι. 5 Βάναυσον ᾗ εἰδέναι τέχνην ἄνδρα Λακεδαιμόνιον οὐκ ἐξὸν.

immunitatem: qui vero quinque, ab omnibus publicis muneribus liberaretur. Item ut ducant indotatas plane.

αὐτοῖς νόμος τὸ μὴ γηήσαντα τρεῖς υἱεῖς, ἄφρουρον εἶναι, τὸ ᾗ πέντε ἀτελῆ πάντων. Porro similis Persarum lex, de qua Strabo *lib.* XV. Usum rationemque ejus vide apud Musonium in *Sentent.* Stobæi. *serm.* LXXIII. SCHEFF. Huc facit jus trium liberorum apud Romanos, quo parentes fruebantur qui vel totidem liberos Reipublicæ genuerant, vel, matrimonium minus fœlix experti hoc juris à bonitate principis impetraverant. nonnunquam etiam mortuis liberis matri in solatium jus trium liberorum datum est. commoda huic juri annexa recenset Halicarnass. *lib.* III. *Antiq. Roman. p. m.* 119. Appianus *lib.* II. *Bell. Civil.* Euseb. in *Chronicis*, Justinian. in *Institut.* Cod. Theodos. *de jure liberorum*, Plin. *lib.* VII. *ep.* 15. Claudius jus quatuor liberorum fœminis concessit, auctore Suetonio in *vita ejus.* KUHN.

Τὸν ᾗ πέντε] In Lugd. numerus est corruptus, una expressus nota, quæ majusculæ G. figuram præferens videtur *sex* vel *Nonaginta* designare. At Sluisk. omnibus literis exhibet πέντε. Crediderim tamen aliquid vitii in eo hærere: & verius eandem legem exponi, sed breviter, apud Aristotelem *Polit.* II. 7. Τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱεῖς, ἄφρουρον εἶναι· τὸν ᾗ πέντε, ἀτελῆ πάντων, *qui tres genuit liberos, immunem esse ab excubiis: qui quatuor, ab omnibus oneribus.* Propius vero est, legem statuisse aliquid de eo, qui tribus liberis unum adjecisset, quam penitus eum prætermisisse, quod ex Æliani loco colligendum foret. Ut vero Aristoteles immunes illos ab excubiis vocat ἀφρούρους, sic Xenophon *de Rep. Laced.* eos, qui excubias agere debebant, ἐμφρούρους dicit, sed quod Interpres neutiquam percepit: οὐδὲ γὰρ ὑπὸ φανερᾷ τῇ ἕλῃ ἔμφρουρον ἔξεστι πορεύεσθαι. Vertit Interpres; *neque enim sub lumine eum, qui adhuc intra præsidium sit, proficisci licet.* At voluit Xenophon, *neque enim eum, qui adhuc excubiis agendis obligatus est, ingredi cum tæda licet.* PERIZ.

3 Γαμεῖν ἀπροίκους] *Ut uxores eligerentur, non pecuniæ, severiusque matrimonia sua viri coercerent*, inquit Justinus. Aristotelem vide *prædicto loco*, & Hermippum apud Athenæum *l.* XIII. *c.* 1. Verissimum, quod ait Antiphanes.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν βαρύτερον τῆ φορπίδων
Οὕτως γυναικὸς προῖκα παλιὸν φιερέστης. SCHEFF.

Adeundus Plutarchus in *Lacon. Apophthegm.* KUHN.

4 Ἀπροίκους ἕλ.] Quasi nihil prorsus significet illud ἕλ, ita nulla ejus in Versione habetur ratio. Et sane παρέλκειν apud Atticos tradit Schol. Aristoph *ad* Ἐκκλησ. *p.* 720. Mihi vero videtur intendere orationem, & ea gratia sæpe addi negationibus. Sic Hesiod. Ἀσπ. 50. de Hercule & Jolao, fratribus recens natis, οὐκ ἴσ' ὁμῶ φρονέοντε, κασιγνήτω γε μὰ ἦτην, *neutiquam similes*, vel *paria cogitantes, fratres licet essent.* Ἐργ. 172. Μηκέτ' ἐπεὶ ὤφελεν ἐγὼ Πέμπτοισι μετεῖναι Ἀνδράσιν. *utinam ego neutiquam interessem Quintis hominibus*, h. e. quintæ ætati hominum. Noster XII. 52. de Urbe Athenienſium, οὐκ ἐπιδημῆσαι μὰ εἶναι ἡδίστην, ἐνοικῆσαι δὲ ἀσφαλῆ μηκέτ' εἶναι, *suavissimam quidem esse ad peregrinandum in ea, ad inhabitandum vero neutiquam esse tutam.* Xenophon *de Rep. Lacedæm. p.* 395. εἴ τις ὅτῳ φύσει, μηδενὸς ἐπὶ τῶ καλῶν τυγχάνειν, *si quis illa facere detrectet, eum nihil plane consequi eorum, quæ pulchra habentur.* De re ipsa jam egimus *ad Caput* 4. PERIZ.

5 Βάναυσον ᾗ εἰδέναι] Meminit Polyænus II. *Agesi.* 7. Causam vide apud Plutarchum in *fine Numæ*. Et in *Instit. Lacon.* & in *vitâ Lycurgi.* Nos quoque olim quædam de hac re indigitavimus in *dissertatione nostra de Novis tabulis.* SCHEFF.

Βάναυσον δὲ εἰδέναι τέχνην &c.] Scilicet, ut ait Xenophon *de Rep. Laced. pag. m.* 397. Lycurgus ingenuis hominibus τῶν μὲ ἀμφὶ χρηματισμὸν ἀπεῖπε μηδένὸς ἅπτεσθαι· ὅσα δ' ἐλευθερίων ἔργων πόλεσιν ἐπιτηδεύεται, παῦτα ἔπαξε μόνα ἔργα ἀυτῶν νομίζειν, *vetuit ea attingere, quæ ad*

ἦν. 6 Φοινικίδα ᾗ ἀμπέχεσθαι κατὰ τὰς μάχας, ἀνάγκη ἦν· ἔχειν ᾗ τὴν 7 χρόαν καὶ σεμνότητός τι· πρὸς ταύτῃ γε μὴν καὶ τὴν 8 ῥύσιν ᾧ ἐπιγενομένου αἵματος ἐκ τῶ τραυμάτων 9 ἔτι δὲ μᾶλλον ἐκπλήττειν τοὺς ἀντιπάλους βαθυτέρας τῆ ὄψεως γινομένης, καὶ φοβερωτέρας μᾶλλον.

plane. Artem illiberalem nosse, nulli viro Lacedæmonio licebat. In præliis indutum esse punicea veste, necesse erat; colorem enim illum habere etiam aliquid majestatis: præterea vero fluxum sanguinis supervenientis de vulneribus etiam magis terrere hostes, † aspectu magis saturo & magis formidabili.

ad pecuniam acquirendam pertinent; *at quæ libertatem civitatibus parant, ea jussit sola ducere sua esse opera*, vel sibi decora. Ergo facere & curare tantum ea voluit, quæ cives suos bello, quo defendi debebat libertas, redderent idoneos. Hoc autem non faciebant artes opificum; nam ut Idem ait *p.* 393. οἱ πολλοὶ τῶ τὰς τέχνας ἐχόντων ἐθραῦοί εἰσι, *plerique, qui artes exercent, sedentarii sunt.* Sed in aliis quoque Civitatibus olim, quia pleræque in Græcia bellis erant gerendis accommodatæ, ὁ βάναυσος τεχνίτης, ut ait Aristot. *Polit.* III. 3. *non erat particeps Reip.* Immo, ut *ibidem* Ille, ὡ τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις, παρ' ἐνίοις ἰῶ δῆλον ᾧ βάναυσον, ἢ ξενικόν, διόπερ οἱ πολλοὶ τοιῦτοι καὶ νῦν. Ἡ δὲ βελτίστη πόλις ἡ ποιήσει βάναυσον πολίτω, *prisci temporibus apud quosdam Opifices erant Servi, aut Peregrini, idcirco etiam nunc plerique tales. Optima autem Civitas opificem non faciet civem.* Quinam autem sint βάναυσοι, docet idem VIII. 2. PERIZ. Βάναυσοι τέχναι a Romanis dicebantur *artes sellulariæ.* Dionys. Halic. *lib.* II. *cap.* 28. de Romulo. ἐπιδιφείους μὲν ᾗ βαναύσους ᾗ ὠφελιμαγωγὲς ἐπιθυμιῶν αἰσχρῶν τέχνας, ὡς ἀφαιζέσας ᾗ λυμαινομένας τά τε σώματα ᾗ τὰς ψυχὰς, τῶν μεταχειριζομένων δόλοις ᾗ ξένοις ἐπέδωκε μεθωδεύειν. Apud Lucianum *de Parasito*, τὰς βαναύσους τέχνας, *mechanicas artes* inepte vertit Interpres, qui & in *Somnio*, εἰ δὲ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τέτων ἐκμάθοιμι, *quod si mechanicam aliquam artem didicissem.* ubi pro τέχνην forte scribendum τεχνῶν. Suidas in Θεοδόσιος. ἀλλ' εἰς γ' ἐτῶν ἡλικίαν ἐληλυθὼς διετέλεσε, βαναύσους τέχνας μετιὼν τέχνας. Quatenus vero βάναυσος & τεχνίτης inter se differant, docet Ammonius *de differ. voc.* τεχνίτης ᾗ βάναυσος. Ἀμφίρει. Τεχνίτης μὲν γάρ ἐστιν ὁ λογικῆς τινος τέχνης ἐμπειρος καθεστώς. Βάναυσος ᾗ ὁ (leg. ὃ) ἀμ' λόγε τινος ἐπιτηδεύματος.

Ὅτι

6 Φοινικίδα] Xenophon *de Rep. Laced.* Schol. Aristoph. in *Pace*: ταῖς φοινικίσιν ἐχρῶντο Λακεδαιμόνιοι, ἵνα μὴ αἱσθάνωνται ᾗ αἵματος διὰ τὸ ὁμοίστητα, ᾗ ἵνα τρωθέντες μὴ νοσθῶσι τοῖς πολεμίοις. *Puniceis induti Lacedæmonii erant, ne sanguinem aut ipsi viderent ob coloris similitudinem, aut hostes animadverterent eos esse vulneratos.* Noster id ait factitatum, ut quandam gravitatem ipso colore sibi parerent, simulque puniceæ vestes sanguinis profluvio saturationis coloris redditæ, hostibus terrorem offunderent. vid. Suid. in καταξαίνειν. Hieronymus *in Cap.* III. *Esaiæ*, τὰ ἀμφανῆ Λακωνικὰ, accipit de tenuissimis vestibus, quibus Lacedæmoniorum corpora tegebantur. Sed hic vestitus nec bellicus fuit, nec antiquæ & indefiexæ Lacedæmoniorum reipublicæ convenire videtur. Interpr. error notatur in indice, *voce* ὄψις. KUHN.

7 Χρόαν ᾗ σεμνότητός] Καὶ abest a Mediceo, & Sluisk.

8 Ῥύσιν] Miror locum hunc intactum reliquisse Fabrum. Neque enim dubitari potest, quin legi debeat ῥεῦσιν. SCHEFF. Locum intactum etiam Vir doctus reliquisset vellem. ῥύσις enim idem quod ῥεῦσις. ῥύσις ὕδατος Suidæ explicatur per ῥεῦσις. Hesychio ῥύσις, ἀποῤῥοια *defluxus* est. Exempla Auctorum in re tam clara, tam certa non adducam. KUHN.

9 Ἔτι γε μᾶλλον] Uterque Codex ἔτι δὲ μᾶλλον. Mox βαθυτέρας ὄψεως recte exponitur à Kuhnio in *Indice*. Revera enim βαθὺ Græcis dicitur etiam omne id, quod *multum, magnum*,

Οτι οὐκ ἐξῆν ἀνδρὶ Λάκωνι [12] οὐδὲ σκυλεῦσαι τὸν πολέμιον. Οἱ δὲ καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ ἀποθανόντες, [13] θαλλοῖς ἀνεδοῦντο καὶ κλάδοις ἑτέροις, καὶ [14] δι' ἐπαίνων ἤγοντο· οἱ δὲ τελέως ἀριστεύσαντες, καὶ φοινικίδα αὐτοῖς ἐπιβληθείσης, ἐνδόξως ἐθάπτοντο.

Lacedæmonio ne ſpoliare quidem occiſum hoſtem licebat. Qui vero ſtrenue pugnaſſent, & occubuiſſent, oliva & aliis ramis redimiti, laudibus ferebantur: qui vero omnibus numeris abſolutam virtutem præſtitiſſent, ii etiam, injecta illis veſte punicea, glorioſe ſepeliebantur.

magnum, & plenum eſt. Sic βαθὺς πλοῦτος *ſupra* III. 18 βαθεῖα ἑσπέρα apud Polyæn. I. 28. 2. Neutiquam ergo id hic ſollicitandum, quod Fabrum feciſſe, & Scheffierum probaſſe, miror. Cæterum Valer. Max. qui idem Lacedæmoniorum inſtitutum refert, aliam ejus reddit cauſam. Nempe ait II. 6. 2. *ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem Pœniceis in prælio tunicis utebantur: non, ne ipſis aſpectus ejus terrorem, ſed, ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret.* PERIZ.

10 Εκπλήττειν] In eundem fere modum Maximus Valerius *lib.* II. *cap.* 6. *Ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, Pœniceis*, inquit, *in prælio tunicis utebantur; non ne ipſis aſpectus ejus terrorem, ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret.* Adde Plutarchum in *Inſtit. Laconicis.* SCHEFF.

11 Βαθυτέρας ὄψεως] Lego βαρυτέρας. FABER. quod amplector. SCHEFF. Nollem factum. Vide *Indicem* in βαθὺς & ὄψις. KUHN.

† *Adſpectu magis ſenſum penetrante*] Malim *colore magis ſaturato.* nam & *alibi* hic Auctor πορφύραν βαθυπάτην dixit, & κυανῶν βαθύπατον de plenis & ſaturatis hiſce coloribus. GESNER.

12 Οὐδὲ σκυλεῦσαι] Ne ſpoliis intenti pugnam negligerent, ſed ſimul cum paupertate ordinem ſervarent, teſtis ipſe legiſlator apud Plutarch. *Apopht.* SCHEFF. Patet tamen ex Thucydide *lib.* V. *Hiſt.* Lacedæmonios hujus legis ſæpe oblitos τὸς νεκρὸς σκυλεῦσαι, *cæſos ſpoliaſſe.* hoſtem tamen ſemel fugientem non longe inſecuti ſunt. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι μέχρι μὲν [ου] τρέψωσι χρονίως πρὸς μάχας καὶ βεβαίως πρὸ μένειν ποιοῦνται, τρέψαντες δὲ βραχείας καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ τὰς διώξεις. Lacedæmonii pugnant diu & conſtanter, donec hoſtem fugaverint, fugatum autem nec diu nec longe perſequuntur. cauſam hujus rei dabit Plutarchus in *Vita Lycurgi.* KUHN.

Σκυλεῦσαι τὸν πολέμιον] Vertebatur, *ne manubias quidem hoſti detrahere.* Sed hoc maxime fit vivis hoſtibus. At agitur hic de hoſtium occiſorum ſpoliis. Unde apud Plut. in *Apophth. Laconicis* rogatur Lycurgus, διὰ τί τὸς τῶν πολεμίων νεκρὸς ἀπηγόρευσε σκυλεύειν, *quare hoſtium cadavera vetuerit ſpoliare.* Et rogabatur id tanto magis, quoniam cæteroqui apud alias id gentes erat in uſu, ut oſtendi *Animadv. Hiſtoricis cap.* 7. Sed & quum reliquæ gentes ſpolia de hoſtibus capta publice ſuſpenderent in templis maxime, ideo etiam Cleomenes rogatus fuit, quare Spartani τοῖς θεοῖς οὐκ ἀνατιθέασι πὰ ἀπὸ τῶ πολεμίων σκῦλα, *Diis non ſuſpendant hoſtium ſpolia.* Reſpondente illo, *quia de timidis*, & victis, *capta ſint.* Lycurgus vero optimam reddidiſſe rationem dicitur, quare etiam mortuos noluerit ſpoliari; ne ſcil. in prœlio remitterent de pugnæ ardore, dum inhiarent illis ſpoliis: & ſimul ut Laconicam ſervarent frugalitatem, quæ illis hoſtium ſpoliis poterat corrumpi. PERIZ.

13 Θαλλοῖς ἀνιδεῖτο] Apud Polyæn. I. 21. 1. Piſiſtratus ſuis θαλλοφορεῖν ἐκέλευε θαλλῷ στέφεσθαι, *præcepit, ut coronarent ſe oliva*, ad ſimulandam ſcil. pactionem fœderis & pacis. Heſych. Θαλλὸς, κλάδος ἐλαίας, αὐξὸς, γέννημα, καὶ πᾶν τὸ θάλλον· κυρίως δὲ κλάδος ἐλαίας, ἢ φοίνικος βλάστημα, *ramus olivæ, ſtirps, germen, & quicquid viret, ſed proprie ramus olivæ, vel ſurculus palmæ.* Hic autem deſignatur Oleæ ramus, nam *oleagina corona* apud Laconas erat *virtutis bellicæ præmium.* Diſerte Herodot. VIII. 124. ait dediſſe illos Eurybiadæ poſt pugnam ad Salamina ἀριστεῖα, ἐλαίας στέφανον. IDEM.

14 Δι' ἐπαίνων ἤγοντο] h. e. ſimpliciter, *laudabantur.* Sic III. 22. Δι' αἰδῦς τὸς θεὸς καὶ γεναμένες ἄγειν, *Deos & parentes venerari.* VIII. 2. Σιμωνίδην δι' σπουδῆς ἄγων, *favens Simonidi, & amans, ac deſiderans eum.* Cæterum laudationes illæ eorum, qui pugnantes pro patria periiſſent, non apud Lacedæmonios tantum, ſed & alios Græcos, maxime Athenienſes, frequenti fuerunt in uſu. Habemus ejuſmodi Laudationem inter *Orationes* Lyſiæ. Vide in primis Thucyd. II. 34. ubi morem hunc laudandi mortuos accurate exponit, & talis Laudationis exemplum ſubjicit. Similia etiam apud barbaras gentes fuerunt in uſu. Quum Theodoricus Rex Viſigothorum in Gallia occubuiſſet in prœlio contra Attilam Hunnorum Regem, Gothi, quum eum inter denſiſſima cadavera reperiſſent, *cantibus honoratum, inimicis ſpectantibus, abſtulerunt*, ut refert Jornandes *de Rebus Geticis cap.* 41 De Canticis, quibus Viri fortes poſt mortem ſuam laudabantur, plura dixi *Animad. Hiſt. cap.* 6. Adde Tacit. *de Mor. Germ. cap.* 2. & ibi Notas. PERIZ.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ σεισμοῦ τῇ Σπάρτῃ ἐπιπεσόντος.

Ὅτε οἱ Λακεδαιμόνιοι [1] τὸς ἐκ Ταινάρου ἱκέτας παρασπονδήσαν-

CAP. VII.

De terræ motu qui Spartæ contigit.

Quando Lacedæmonii ſupplices ex Tænari *templo* contra fidem

1 Τὸς ἐκ Ταινάρου ἱκέτας] Pauſanias, qui hanc hiſtoriam recenſet *lib.* IV. Lacedæmonios quosdam ait fuiſſe, ob noxam capitis damnatos, eoſque ſupplices fugiſſe ad Tænarum, indeque per vim ab ara eſſe abſtractos. Adde eundem *lib.* VII. & Suidam voce ἀπέσπασε. Sed cum noſtro facit Thucydides *lib.* I. Terræmotus meminit præter alios etiam Diodor. *lib.* II. SCHEFF.

Τὸς ἐκ Ταινάρου οἰκέτας] Qui tandem hi οἰκέται), *domeſtici Servi*, ex Tænaro, ſeu *Tænarenſes*, ut vertebatur? Nulli omnino. *Tænarum* eſt promontorium Laconicæ, ubi templum fuit Neptuni, in quod confugerunt *Supplices*, quiqui tandem illi fuerint. Nam Pauſan. in *Meſſen. cap.* 24. ſatis declarat ſe neſcire, qui fuerint, dum ait homines Lacedæmonios, damnatos crimine, ὅτῳ δὴ, *quodcunque illud fuerit*, confugiſſe ἱκέτας ἐς Ταίναρον, *ſupplices Tænarum*, ſeu, ut in *Achaic. c.* 25. ἐς ἱερὸν ἐπὶ Ταινάρῳ τῷ Ποσειδῶνος, *templum Neptuni in Tænaro.* At Thucyd. I. 128. & Suidas in Ταινάριον, *Helotas* fuiſſe tradunt, æque ac Noſter. Omnes autem in eo conveniunt, conſiſtere hanc Hiſtoriam unice in *Supplicibus* violatis, & ejus crimis pœna ab illo Deo immiſſa, in cujus templum *ſupplices* illi confugerant. Hinc & Noſter de Lacedæmoniis ait ἀθεμιτοποιήσαντες, quia ſcil. fecerunt contra jus Deorum, & datam haud dubie fidem, dum quando illos ſupplices ex Templo *ſurgere juſſerunt*, promiſerunt iis ſalutem, & tamen mox abductos occiderunt. Quum itaque tota hoc velit Hiſtoria, & in illam ejus longe præcipuam circumſtantiam conſentiant omnes, qui cæteroqui videntur diſſentire, ea vero circumſtantia hic penitus in vulgata lectione ſit omiſſa, & ideo neque ullus dubito, quin recte prorſus Sluisk. MS. cui accedit Codex Regius Strategî, legat τὸς ἐκ Ταινάρου ἱκέτας, h. e. *ſupplices templi Tænarii.* Sed & mox, quamvis ibi nihil nos juvet nec Sluisk. ille, nec Regius codex, legerim ſine hæſitatione, ἦσαν δὲ οἱ ἱκέται τῶν Εἱλώτων, *erant autem illi ſupplices ex Helotibus.* Confirmat me multum, quòd eodem plane modo Thucyd. *d. l.* quem Noſter reſpexiſſe videtur, de hoc crimine, quod vocat τὸ ἀπὸ Ταινάρου ἄγος, *piaculum Tænari*, agens, ait, οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι ἀναπείσαντες ποτὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου Εἱλώτων τὸς ΙΚΕΤΑΣ ἀπαγαγόντες διέφθει-

σαντες ἀνέστησαν καὶ ἀπέκτειναν, (ἦσαν δὲ οἰκέται τῶν Εἰλώτων) [2] κατὰ μῆνιν τοῦ Ποσειδῶνος σεισμὸς ἐπιπεσὼν τῇ Σπάρτῃ, τὴν πόλιν ἀνδρειότατα κατέσεισεν, ὡς [3] πέντε μόνας ἀπολειφθῆναι οἰκίας ἐξ ἁπάσης τῆς πόλεως.

dem datam surgere jusserunt, & occiderunt, (erant autem hi servi ex Helotarum genere) per iram Neptuni terræmotus Spartæ accidens, vehementissime concussit urbem, ut ex universa illa urbe quinque solum ædificia relinquerentur.

ραν. *Lacedæmonii enim quum surgere jussissent ex Templo Neptuni in Tænaro supplices Helotarum, abductos interemerunt.* Vides hic τὰς ἱκέτας τῶν Εἰλώτων, ut apud Nostrum censui legendum. Vides agi, non de *servis Tænarensibus*, sed de *Supplicibus, qui in Templum Neptuni in Tænaro confugerant.* Vides etiam ἀναστῆσαι non notare in hac Historia, homines suis *sedibus movisse*, ut voluerunt Interpretes, sed *jussisse ex templo & ab Ara surgere.* Vides denique, quæ ratio sit, quare Noster dicat, κατὰ μῆνιν τοῦ Ποσειδῶνος Terræ motum tam gravem obvenisse Spartanis, quam rationem frustra in Vulgata lectione & interpretatione quæras. PERIZ. Amplexus sum lectionem MSS. qui præferunt τὰς ἐκ Ταινάρου ἱκέτας, eosque οἰκέτας τῶν Εἰλώτων fuisse Auctor mox indicat.

2 Κατὰ μῆνιν Ποσειδῶνος] E cujus templo abstractos occiderant Elotas. Notum est etiam aliâs Neptuno terræ motus adscribi. vide Senecam *lib.* VI. *Quæst. Natur. cap.* 23. de ipsa historia Suidas in Ταίναρος, qui tamen sua ex Scholiis Aristoph. *in Acharnenses* fideliter descripsit, Polyænus *lib.* I. *Strateg. p.* 65. KUHN.

3 Πέντε οἰκίας] Diodorus *lib.* XI. συνέβη πεσεῖν τὰς οἰκίας ἐκ θεμελίων ἢ τῶν Λακεδαιμονίων πλείους τῶν δυσμυρίων φθαρῆναι. *Accidit, ut domus funditus corruerent & plusquam viginti millia Lacedæmoniorum obruerentur.* IDEM.

Πέντε μόνας] Sic plane Polyæn. I. 41. 3. Λακεδαιμονίων ἡ πόλις ἐσείσθη, καὶ πέντε μόνας διεσώθησαν οἰκίας. Vide & Diodorum Sicul. *lib.* XV. *p.* 378. ubi addit, accidisse rem paulo ante Messeniacum bellum tertium. PERIZ.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ Ἀρταξέρξου ἀναιρέσεως.

Ἀρταξέρξην, τὸν καὶ Ὦχον ἐπικληθέντα, ὅτε ἐπεβούλευσεν αὐτῷ [1] Βαγώας ὁ εὐνοῦχος, ὃς ἦν Αἰγύπτι-

CAP. VIII.

De occidione Artaxerxis.

Ajunt Artaxerxem, qui etiam Ochus cognominatus est, quum ei insidias Bagoas eunuchus, qui erat Æ-

1 Βαγώας ὁ εὐνοῦχος] Posterius vocabulum prioris est interpretatio. Persis enim spado vel eunuchus, *bagoas*, Plinius *lib.* XXX. *cap.* 4. *Babylone natæ palmæ regiæ uno in horto Bagoi. Ita enim vocant spadones, qui apud eos etiam regnavere.* SCHEFF.

Βαγώας ὁ εὐνοῦχος] Fuit hic homo, licet Eunuchus, & Ægyptius, tamen etiam ad Bellum, & contra Ægyptios quidem, summa ferme cum potestate adhibitus ab Ocho. Et postea tantum apud Eum potuit, ὥστε τῆς βασιλείας κύριον εἶναι, *ut summam in Regno haberet potestatem, nec quidquam ageret Ochus præter ejus sententiam, & post Ochi mortem successores ipse constituerit, quos vellet, & omnia Regis habuerit, præter Appellationem*, ut ait Diod. Sicul. *lib.* XVI. Et sane Ocho successorem dedit Filium natu minimum, Arsa-

γύπτιος, φασὶν ἀναιρεθέντα καὶ κατακοπέντα [2] τοῖς αἰλούροις φαγεῖν. Ἐτάφη δέ τις ἄλλος ἀντ' αὐτοῦ, καὶ [3] ἀπεδόθη ταῖς βασιλικαῖς θήκαις. Θεοσυλίαν μὲν δὴ Ὦχος καὶ ἄλλαι μὲν λέγονται, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν Αἴγυπτον. Τῷ δὲ Βαγώᾳ οὐκ ἀπέχρησε τὸ ἀποκτεῖναι τὸν Ὦχον· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ λαβὰς μαχαιρῶν ἐποίησε, τὸ φονικὸν αὐτοῦ ἐκδεικνύμενος [4] διὰ τούτων. Ἐμίσησε δὲ αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν [5] Ἆπιν ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενον ἀπέκτεινε καὶ οὗτος, [6] ὡς ὁ Καμβύσης πρότερον.

ΚΕΦ.

Ægyptius, struxisset, interemptum & in frusta concisum, felibus projectum fuisse. Sepultus autem est ejus loco alius, & regiis conditoriis traditus. Sacrilegia vero Ochi cum alia feruntur, tum maxime, *quæ* in Ægypto *commisit.* At Bagoæ non satis fuit occidisse Ochum; sed etiam ex ejus femoribus gladiorum manubria fecit, per ea ipsius animum ad cædes propensum declarans, Odio autem eum habuit, quod Apin, in Ægypto quum esset, trucidarat & ipse, sicut Cambyses antea.

CAP.

Arsamen, eoque iterum interfecto, regnum suo beneficio transtulit ad Darium Codomannum. Ut plane ita ille in Aula Persica dominationem in ipsos exercuerit Reges, sicuti postea Stilicones, Ricimeres, & similes Magistri Militum in ultimos Imperii Occidentalis Augustos, & Majores Domus in Francorum primæ familiæ Reges. PERIZ.

2 Τοῖς αἰλούροις] Suidas *voce* λαβαῖς, nescio ex quo auctore scribit, non felibus objecisse Artaxerxis carnes, verum comedisse. Quod an certum sit, in medio relinquo. Id saltem non ignoro usitatum priscis, magnæque iræ indicium hoc fuisse. Patet exemplo Locrensium, qui Dionysii Tyranni uxoris filiarumque ossa pylis contusa simul cum carne in pulmenti modum præpararunt præceperuntque, ut de eo omnes gustarent, teste Athenæo *lib.* XII. & Nostro *infra* IX. *cap.* 8. SCHEFF.

3 Ἀπεδόθη ταῖς βασιλικαῖς θήκαις] Mediceus & Sluisk. ἐδόθη ταῖς β. θ. quod præstat. Ovidius *lib.* II. *Met.* 326. *corpora dant tumulo.* & *in Ibin. Et dare plebejo corpus inane rogo.* & de Numa, qui testamento caverat, ne corpus suum post mortem combureretur, Plutarchus similiter ait, πυρὶ μὴ ἐκ ἔθεσαν τὸ νεκρὸν, αὐτῷ κωλύσαντος, ὡς λέγεται.

4 Διὰ τούτων] Malim, quod videtur, sed per compendium, scripsisse Lugd. Δι' ὧν τόπων. Sic passim. *Supra* I. 15. ὁ ἄρχων ἐμπλύνει αὐτοῖς ἀπελαύνων αὐτῶν τὸ φθόνον δι' ἄρας τόπου. Τὸ φονικὸν αὐτοῦ his ipsis etiam verbis memoravit jam Auctor II. 17. ubi Vide Notas, & adde Val. Max. IX. 2. PERIZ.

5 Ἆπιν] Sacrum Ægyptiorum bovem. vide Nostrum *l.* X. *Hist. An. cap.* 8. SCHEFF.

6 Ὁ Καμβύσης] Justinus *lib.* I. *cap.* 9. *Cambyses offensus superstitionibus Ægyptiorum, Apis cæterorumque Deorum ædes dirui jubet.* Adde Suidam in Ὦχος. IDEM.

Ὡς ὁ Καμβύσης] Nam & ille quum Ægyptum domuisset, irridens Ægyptios, Apin vulneravit & occidit. Vide Herodot. III. 27. 28. &c. ubi & Apis accurate, ut & ejus inventi festivitas, exponitur. PERIZ.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ θησαυροῦ ὑπὸ Δελφῶν ζητουμένου ἐν Πυθοῖ.

Ἐπεὶ καὶ [1] ἐκ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων ἦκεν εἰς Δελφοὺς λέγουσα δόξα, παλαιόπλουτον εἶναι τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος χωρίον, ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐκείνοις·

[2] Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρήεσσῃ.

[3] τοὺς Δελφοὺς ἐπιχειρῆσαι ἀφορύττειν

CAP. IX.

De thesauro quæsito à Delphis in templo Apollinis.

Quoniam ex Homeri quoque carminibus fama ad Delphos pervenerat, tradens Apollinis sedem ditissimam antiquitus esse, his versibus:

Nec quas divitias *Phœbi, qui oracula reddit,*
Saxea saxosâ in Pytho complectitur ædes.

Delphos ajunt, terram circa aram &

1 Ἐκ τῶν Ὁμήρου] Hi versus sunt Homeri *Iliad.* I. quorum prior recitatur etiam *lib.* VI. *Histor. Anim.* GESNER.

2 Οὐδ' ὅσα &c.] Versus hi sunt 404. & 405. ex *Iliade* I. ubi Achilles ait, nullas divitias, quantas quantas, sibi esse ψυχῆς ἀνταξιον, *dignum vitæ pretium.* In iis vero, quid Homerus intellexerit, quando Apollinem cognominat Ἀφήτορα, ipsi Veteres incerti sunt, ut videri potest apud Eustath. *ad hæc Homeri verba.* Triplicem enim adfert significationem, vel quod significet τοξότην *jaculatorem*, ab ἀφίημι, ἀφίω, unde & ἥμων, ὁ ἀκοντιστὴς, vel *Prophetam*, & *oraculi datorem*, ex A, quod est ὁμοῦ, *simul*, & φάω *dico*, vel denique quod Strabo tradat, sicuti id tradit *lib.* IX. *p.* 421. quosdam accepisse illud vocabulum sensu *thesauri*, atque ita ἀφήτορος οἶδον significare *thesaurum subterraneum*, quæ & causa sit, quare Phocenses duce Onomarcho noctu effoderint humum. Prima omnium expositio forsan alicui arriserit, tanquam Homeri loco & menti sic satis congrua, tanto magis, quoniam & Apollo & Diana jaculatione multum dicuntur usi. Unde *jaculatricem Dianam* dicit Ovid. *Metam.* v. 375. Sed tamen quia à verbo ἵημι & compositis non descendunt ejus formæ & terminationis vocabula, descendunt autem complura à verbo φάω & φημὶ, veluti ἀποφήτως, συμφήτως, & similia, vix dubito secundam significationem ac derivationem esse reliquis præferendam. Atque ita Suidas, Ἀφήτορος, ὁ κοινότερον, ἀλλὰ τῆ Πυθίᾳ, οἷον ὁμοφήτορος, διὰ τὸ οἷον εἰς λόγους ἔρχεσθαι τοῖς χρησμῳδεμένοις. *Aphetoris non est appellativum, sed* proprium *Pythii, quasi collocutoris, quia quodammodo in colloquium venit cum illis, qui oracula accipiunt.* Hesych. Ἀφητορεία, μαντεία. Ἀφήτορος, προφητεύοντος, ἢ τῆ τοξότῃ. Sed ex Prioris Vocabuli interpretatione satis liquet Posterioris interpretationem priorem esse veriorem. Versum hunc Homeri etiam in *Hist. Anim.* VI. 13. attulit Noster de Hominum aviditate agens, ὃς ἐκ ἂν ἐμπλήσαι ποτε ἕως ἅπαντος, Οὐδ' ὅσα λάϊνος οἶδος Ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει. Ubi vertitur, *quos sane nunquam ne Orbis quidem terræ explere queat*, quasi per λάϊνον οἶδον Ἀφήτορος, cum Strabone intelligerent *terræ viscera.* Sed sensus est, quos nunquam ad mortem

πτειν λόγος ἔχει τὰ περὶ τὴν ἑστίαν, καὶ τὸ τρίποδα· γενομένων δὲ σεισμῶν περὶ τὸ μαντεῖον ἀνθρώπων, παύσασθαι σωφρονήσαντας.

& tripodem effodere aggressos: sed quum terræ motus vehementes fierent circa oraculum, ab incœpto destitisse sapientiores factos.

ΚΕΦ.

CAP.

tem usque expleverint neque illæ divitiæ, quas templum Delphicum continet: ut ex hoc Auctoris loco patet. Divitias illas Templi respicit etiam Lucianus in *Timone*, *p* 85. Ὦ Μίδα, καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ οὐ Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς ἄρα ἦτε ὡς ἄφες Τίμωνα, καὶ τὸ Τίμωνος πλοῦτον, *O Mida, & Crœse, & Donaria Delphica, quam nihil eratis, comparata Timoni & ejus divitiis.* PERIZ.

3 Τοὺς Δελφοὺς &c.] Scilicet Cives æque, ac ipsa Urbs, dicebantur Δελφοὶ. Hinc Stephanus, Τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως τῇ πόλει, *Gentile nomen idem est, quod Urbis.* Callimachus *Hymno in Apoll. v.* 98.

——— ——— ——— ——— τῦτο
Δελφός τοι πρώϊστον ἐφύμνιον ἔυρετο λαός.

Ubi Vide Illustriss. Spanhemium. Quod vero Auctor hic narrat, accidit tempore Sacri seu Phocici belli, quando non tamen ipsi *Delphici*, sed Phocensis Onomarchus cum suis tentavit noctu effodere humum, ut invenirent divitias, quas istis Homeri versibus decepti credebant esse terra conditas, non tam, ut arbitror, quia ἀφήτορος οἶδον interpretabantur, quod putat Strabo, τὸ κατὰ γῆς θησαυρισμὸν, *repositum sub terra thesaurum*, sed quia non reperiebant in templo opes tam antiqui, seu Homerici, temporis, & deprædationem ante sua tempora factam ignorabant. Atque idcirco tradit ipse Strabo, fuisse postea, qui ante direptionem Templi à Phocensibus factam, *aliam priorem & antiquam* ἐπινοῆσαι, non, ex Historiis probant, aut affirmant, sed, *excogitant, ex conjectura tradunt*, eam scilicet, *quæ divitias ab Homero memoratas asportaverit*, hac ratione, quia *ad tempora Onomarchi* videbant οἶδος ἔχειν αὐτὸ (πλέτος) σωθῆναι, *ne vestigium quidem illarum divitiarum esse servatum.* Confer omnino cum hoc Strabonis loco Eustathium *ad Homeri Iliada* I. *p.* 662. Cæterum, quos Noster σεισμὸς ἀνθρώπους vocat, Strabo dicit μεγάλους, ex qua collatione patet, quomodo igitur interpretari debeamus, certe Noster interpretatus sit, σεισμὸν μέγαν. Atque ita etiam Lucian. *de Morte Peregr. pag.* 781. σεισμὸν μέγαν vocat, qui acciderit juxta rogum Peregrini, & tamen in locis proximis non fuerit animadversus. PERIZ. Templum Delphicum a Phlegyis, qui post mortem Zethi & Amphionis Thebas ceperunt, primum direptum fuisse docet Scholiastes *Homer. Iliad.* N. 303. ex Pherecyde, cujus direptionis videtur meminisse Strabo *lib.* IX. *pag.* 421.

ΚΕΦ. ι'.

Νόμος περὶ ἀστῶν τοῦ Περικλέους τεθείς.

1 Περικλῆς, στρατηγῶν, Ἀθηναίοις, νόμον ἔγραψεν, ἐὰν μὴ τύχῃ τις 2 ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχων ἀστῶν, τούτῳ μὴ μετεῖναι τῆς πολιτείας. 3 Μετῆλθε δὲ ἄρα αὐτὸν ἡ ἐκ τοῦ νόμου νέμεσις. Οἱ γὰρ δύο παῖδες, οἱπεροῦν ἦσαν αὐτῷ, Πάραλός τε καὶ Ξάνθιππος, ἀλλὰ οὗτοι μὲν κατὰ τὴν νόσον τὴν δημοσίαν τοῦ λοιμοῦ ἀπέθανον. Κατελείφθη δὲ ὁ Περικλῆς ἐπὶ τοῖς 4 νόθοις, οἱπεροῦν 5 οὐ μετέχον τῆς πολιτείας τῆς πατρῴων νόμων.

CAP. X.

Lex de civibus à Pericle lata.

Pericles, quum prætor esset, Athenienſibus legem ſcripſit, ut gerendæ reipublicæ non esset particeps, niſi qui utroque *parente* cive natus esset. Tetigit autem ipſum legis iſtius divina ultio. Nam duo filii, qui erant ipſi, Paralus & Xanthippus, communi illo peſtilentiæ morbo mortem obierunt. Relictus autem ſuperſtes eſt Pericles cum nothis, qui excluſi erant ab adminiſtranda republica per legem paternam.

1 Περικλῆς] Suidam vide in Δημοποίητος. Noſtrum *infra lib.* XIII. *cap.* 24. legis autor Solon, & Pericles poſt eum. vide Plutar. *Parallela.* KUHN.

2 Ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχων ἀστῶν] Ita exhibet & Fabri editio. At docet apertè cum res ipſa, tum illud ἀμφοῖν, quod eſt numeri dualis, legendum eſſe ἀστοῖν. Ipſe Noſter ita habet loco, quem notavi in ſuperioribus. SCHEFF. Vix neceſſe erit hic mutare aliquid. Nam Græci etiam duali copulant pluralem. Plutarchus de hac ipſa lege agens. ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων in *Pericle.* Idem in *Camillo* δυοῖν ὑπάτων κατειλεγμένων, *duobus deſignatis Conſulibus.* ita & Laërtius in *Socrate*, ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων. KUHN. Antiqui Athenienſes facile olim in civitatem recipiebant peregrinos, & ex eo validi evaſerunt ac potentes, ut teſtatur Thucyd. *lib.* I. *init.* & Theophilus *Inſtit.* I. 2. *pag.* 12. Vide & Noſtrum XIV. 5. & quæ notavi *ſupra ad* IV. 6. Quin etiam poſt Piſiſtratidas ejectos Cliſthenes πολλὰς ἐφυλέτευσε ξένας, καὶ δούλας, καὶ μετοίκους, h. e. *in tribus retulit peregrinos, & ſervos, & inquilinos*, apud Ariſtot. *Polit.* III. 1. At poſtea Pericles, abundante jam multitudine, & aucta majorem in modum opulentia Athenienſium, hanc legem tulit. Adeo verum eſt, quod ait Ariſtot. *ibidem* III. 3. qui antea quoſvis receperunt, ipſi dein ὑποπτεύοντες τῷ ὄχλῳ καὶ μικρὸν ὕστερον τοὺς ἐκ δούλων πεφυκότας τοὺς ἐκ δούλων ἢ δούλας, εἴθ' τοὺς ἀπὸ γυναικῶν· πλῷ ἦ μόνον τοὺς ἐξ ἀμφοῖν αὐτῶν πολίτας πιέζουσιν, *abundantes multitudine paulatim recidunt primum illos, qui ex ſervo vel ſerva ſunt nati, dein eos, qui tantum ex mulieribus Atticis: ad extremum vero ſolos faciunt cives, qui ex utroque Cive ſunt.* Legendum enim iſtic videtur pro ἀμφοῖν αὐτῶν ex Noſtro ἀμφοῖν ἀστῶν. Cæterum lex iſta Periclis, quum ipſius liberi, quos ex legitima Uxore habuerat, jam periiſſent, ſuadente vel rogante ipſo Pericle, qui nothum etiam habebat ex Aſpaſia, ſublata eſt. Vide Plutarch. Atque ita dein facillime iterum dabant exteris Civitatem, adeo ut Iſocrates *de Pace pag.* 400. exprobret Athenienſibus, *quod ſe efferant eo, quod aliis nobiliores ſint nati: facilius autem adſciſcant in ſuæ nobilitatis communionem eos, qui velint, quam Triballi faciant aut Lucani.* Quis ergo non miretur Imp. Claudium apud Tacit. *Ann.* XI. 24. *Lacedæmoniis* jungere ita abſolute *Athenienſes* in eo, quod pariter *victos pro alienigenis arcuerint* a ſua Civitate. Prima capitis hujus verba rectius forſan diſtinxeris, Περικλῆς στρατηγῶν, Ἀθηναίοις νόμον ἔγραψεν, *Pericles, quum Prætor eſſet, Athenienſibus legem ſcripſit.* PERIZ.

3 Μετῆλθε ἦ ἄρα αὐτὸν ἐκ τοῦ νόμου νέμεσις] Sluisk. ἡ ἐκ τοῦ *v. v.* Quod haud dubie rectum, & ideo à me admiſſum eſt. Nemeſis enim illa & vindicta divinitus in eum ſæviit propter inſolentiam & faſtum, quem illa lege declaravit, qua ſuæ ſocietatis participes eſſe vetuit, qui non ex utroque cive eſſent nati, ſeu, qua Athenienſes immane quantum prætuliſſe viſus eſt cæteris. Hinc & Plutarchus ait Periclem poſt mortem filiorum exiſtimatum ab ipſis Athenienſibus δίκην τινὰ δεδωκέναι τῆς ὑπερηφανίας, καὶ τοῦ μεγαλαυχίας ἐκείνης, καὶ νεμεσητὰ παθεῖν, *pœnam quandam dediſſe iſtius faſtidii & arrogantiæ, ac pati divinam ultionem.* PERIZ.

4 Νόθοις] Unus tamen memoratur tantum à Plutarcho & à Suida in *v.* Δημοποίητος. Et is dicebatur quoque *Pericles*, ac poſtea inter illos στρατηγὸς fuit, qui ad Arginuſas pugnarunt feliciter quidem contra Laconas, ſed tamen, quia quoſdam ſuorum reliquerant inſepultos, damnati ſunt, & à populo occiſi. IDEM.

5 Οὐ μετέχον τῆς τῆς πολιτείας] Mihi ſimplicius paulo & uſitatius videtur, quod præfert Lugd. qui omittit τῆς. Sic *paulo ante* μετεῖναι τῆς πολιτείας. Sed tamen nihil hic definio. Nam & ſic *ſupra* III. 19. Διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιλελοίπει τὸ τῆς μνήμης αὐτοῦ, pro μνήμη. IDEM.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ Γέλωνος τὴν ἀρχὴν ἀποδοῦναι βουλομένου.

1 Γέλων 2 ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας Καρχηδονίους, πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Σι-

CAP. XI.

De Gelone volente ſubditis imperium reddere.

Gelo, quum ad Himeram viciſſet Carthaginienſes, univerſam Sici-

1 Γέλων] Meminit hujus Strabo *lib.* X. Juſtinus *lib.* XXIII. *cap.* 4. SCHEFF.

2 Ἐν Ἱμέρᾳ νικήσας &c.] Quo Strategemate & ſucceſſu Hamilcarem, vel, ut alii, Imilconem Ducem Carthaginienſium vicerit & ceciderit Gelo juxta Himeram Urbem Siciliæ, Vide apud Diod. Sicul. *lib.* XI. Accidit hæc victoria eodem anno, quo Xerxes Græciam invaſit, & eo quidem die, quo Leonidas cum ſuis Trecentis vicit & occubuit ad Thermopylas, ſecundum Diod. at ſecundum Herodotum VII. 166. eo die, quo Græci vicerunt Xerxem ad Salamina. Pacem dein petivere Carthaginienſes, & impetravere, ſed legibus à Gelone dictis, ut quo millia talentûm ſolverent ad ſarciendas belli impenſas, vide ibidem Diodor. *p.* 256. De hac Pace ita data intelligendum eſt, quod ait Schol. Pindari *ad Pyth. Od.* 2. *init.* τὴν Καρχηδόνα ὑπ' αὐτοῖς γενέσθαι, ὥστε καὶ ὑπακούειν. *Carthaginem illis* (Geloni & Hieroni) *ſubjectam, ita ut dicto eſſent illis audientes*, ſcil. dum leges pacis ab illis accipiebant, inter quas etiam hanc refert Scholiaſtes ille ex Theophraſto *de Rebus Etruſcis*, ut ne amplius humanas mactarent victimas. Nam hoc ad Carthaginienſes eſſe referendum, certum eſt ex nexu rerum, quo illud adfertur quaſi exemplum & documentum ejus, quod Carthaginienſes Geloni fuerunt dicto audientes. Conſtat etiam, talia illos potiſſimum feciſſe ſæra. Sed & diſerte Plutarch. *de Sera Num. Vind. p.* 552. *ea ne omitterent, Carthaginienſibus à Gelone imperatum in hac pace dan-*

Σικελίαν ἐποιήσατο. [3] Εἶτα ἐλθὼν εἰς τὴν ἀγορὰν [4] γυμνὸς, ἔφατο ἀποδιδόναι τοῖς πολίταις τὴν ἀρχήν. [5] Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτοῦ, καὶ δημοτικωτέρου, ἢ κατὰ τὴν τῶν μοναρχῶν ἐξουσίαν. Διὰ ταῦτά τοί καὶ [6] ἐν τῷ τοῦ Σι-

Siciliam in poteſtatem ſuam redegit. Poſtea nudus in forum progreſſus, dixit reddere ſe civibus imperium. Illi vero noluerunt *recipere*, experti videlicet illum, etiam magis popularem, quam ſolent, qui poteſtatem monarchæ tenent. Propter hanc igitur

da tradit. Male ergo Simſonius *ad Ann. M.* 3525. id de *Tyrrhenis* dictum putavit, & ſuperiora inſuper Scholiaſtis verba ita interpretatur, *ut Carthaginem ipſam in ſuam poteſtatem redegerint*, quod nunquam fecit Gelo aut Hiero. PERIZ.

3 Εἶτα ἐλθών] Habes hæc prolixe deſcripta apud Diodorum Siculum *lib.* XI. *Bibl.* SCHEFF.

Εἶτα ἐλθὼν εἰς τὴν ἀγορὰν &c.] Sic pene & Diod. Siculus, ac Polyænus I. 27. Sed Herodot. VII. 155. tradit jam antea, quum quoſdam Syracuſanorum Exules armata manu reduceret, accepiſſe imperium in Syracuſas, plebe ſe & Urbem ei dedente. Et ſane potentem valde jam antea oportet fuiſſe, ſiquidem Græci ad eum potiſſimum in Siciliam miſerant Legatos, ut ſibi ſuppetias contra Xerxem ferret. Sed forſan tunc Auctoritate jam valuit maxima apud Syracuſanos, at hoc demum tempore ſupremam in illos vel perpetuam accepit Poteſtatem. Atque inde & Noſter mox ait, Syracuſanos (nam de illis intelligendus eſt) jam ante expertos ipſius popularitatem, majorem, quam Monarchis ſit ſolita. At *infra* tamen XIII. 37. aliam Noſter hujus Facti occaſionem & cauſam memorat. PERIZ.

4 Γυμνὸς] Intellige τὸ ὅπλον, quod contra morem tyrannorum, qui nunquam inermes in concionem prodire ſolebant. Claudianus VI. *Honor. Conſ.* convenit

Sors iſta Tyrannis
Muniti gladiis vivant, ſeptique venenis.

Sic Antoninus Caracalla ſub veſte Senatoria lorica munitus Senatum ingreditur apud Spartanos. SCHEFF. Diodorus *l. c.* addit quod etiam ἀχίτων ἐν ἱματίῳ ſine tunica in veſte prodierit. atque hoc reſpectu à Noſtro *nudum* dici eum exiſtimo. KUHN.

Γυμνὸς] Neutiquam id in hac Hiſtoria de armis tantum eſt intelligendum, ſed & de Veſtibus, ut ex Diodoro jam contra Scheferum monuit Kuhnius. Adde Polyæn. *d. l.* qui ait eum exuiſſe ad extremum etiam τὴν ἐσθῆτα *veſtem*, atque ita ſtetiſſe *nudum*. Id vero etiam Noſtrum ſenſiſſe, liquet ex eo, quod addit ſtetiſſe ideo etiam imaginem ejus in Templo Junonis *nudam*, h. e. non Inermem tantummodo, nam id non foret extraordinarium aut inſolitum, ſed & ſine Veſte exteriore. Vide & *infra* XIII. 37. ubi diſerte ait, ſtatuam ei poſitam ἐν ἀζώστῳ χιτῶνι, *in diſcincta tunica*, ſine exteriore veſtimento. PERIZ.

5 Οἱ δ' οὐκ ἤθελον] Atque ſic, quod ante tyrannicum erat imperium, juſtum fecerunt. vide Grot. II. 4. 14. *de I. B. & P.* SCHEFF.

6 Ἐν τῷ τῆς Σικελίας Ἥρας ναῷ] Hic locus vitii manifeſtus eſt, & MSS. in vulgatam lectionem conſpirant, ex cujus veſtigiis forte legendum ἐν τῷ τῆς Σικελίας ἡρῴῳ. Gelonem enim poſt mortem inter Heroas relatum fuiſſe a Siculis tradit Diodor. Sic. *lib.* XI. *pag.* 30. εἰλαῦθα δ' αὐτὸν ταφέντα, ὁ μὲν δῆμος πάφον ἀξιόλογον ἐπιστήσας, ἡρωικαῖς τιμαῖς ἐτίμησε τὸν Γέλωνα. Statuam Gelonis a Syracuſanis etiam in magno honore habitam fuiſſe Plutarchus in *Timoleonte*.

7 Εστηκεν αὐτῷ εἰκών] Ita & Faber: at *infra lib.* XIII. *c.* 33. ubi rem eandem habet, ſcribit εἰκόνα. & ſic poſtulat ratio grammatica, quod & ipſum Faber monere neglexit. SCHEFF. Non puto neglexiſſe Fabrum, quod monere non debuit. vidit enim ſine dubio, τὸ ἕστηκε hoc loco ſumi neutraliter pro *ſtetit*; *infra* vero

Σικελίας Ἥρας ναῷ [7] ἕστηκεν αὐτοῦ εἰκὼν, γυμνὸν αὐτὸν δεικνῦσα, ᾗ ὁμολόγει τὴν πρᾶξιν ὁ Γέλωνος [8] τὸ γράμμα.

tur cauſam etiam ſimulacrum ipſius in delubro Junonis, quod in Sicilia eſt, nudum ſtetit, & factum Gelonis declarabat inſcriptio.

ro τὸ ἕστηκεν Συρακοσίοις accipiendum μεταβατικῶς pro *collocarunt* εἰκόνα. KUHN.

8 Τὸ γράμμα] Interpres vertit *pictura*, quod Cuperus *lib.* I. *Obſer. cap.* 7. malè factum exiſtimat. *Neque pictura erat*, inquit, *ſed ſtatua, an igitur inſcriptio per* τὸ γράμμα *ſignificatur: cum veriſimile ſit actionem hanc, utpote cauſam poſitæ ſtatuæ, baſi inſcriptam fuiſſe, an vero* γράμμα *eſt ipſa ſtatua? cum* γράφειν & γράμμα *non de ſola pictura ponatur, ſed etiam de aliis effingendi modis. hinc* πλαστογράφος & *alia.* Hæc ille. mihi ſimpliciter τὸ γράμμα eſt ἡ εἰκών, cujus modo erat facta mentio. IDEM.

Τὸ γράμμα] Accipiendum eſt hoc, ut & ſuperiora, de *pictura*, ſeu Tabula picta, vel, ſi cui id minus placeat, legendum tunc putem ἐπίγραμμα, ut notetur *inſcriptio* ſtatuæ, quæ rem geſtam declaraverit, vel ipſa res expreſſa. Sic IX. 11. loco plane ſimili, παρράσιος ὁ ζωγράφος οὐκ μὴ παρφυείδα ἐφόρει, κ' χρυσέαν στέφανον ὠρθίκειτο, μαρτυρῆσι καὶ ἄλλοι, καὶ τὰ ἐπιγράμματα ἃ ἐπὶ πολλῶν εἰκόνων αὐτῶ. Sed & ipſum hoc γράμμα pro *inſcriptione*, ſeu *titulo*, occurrit apud Suidam, & in *Fragm.* Callimachi *fr.* 71. *Collectionis Bentleianæ*, ἀδὲ τὸ γράμμα Ηιδέωη, ᾧ λέγον, μ' νῖα Λεωπρεπίος. *Neque inſcriptionem*, ſcil. ſepulchri, *veritus, quæ ſignificabat, me eſſe Simonidem filium Leoprepis.* Ut adeo etiam hic Locus ſine ulla emendatione ita videatur accipiendus. PERIZ.

ΚΕΦ. ιϚ.

Περὶ Διονυσίου εὐδαιμονίας, καὶ οἵου τέλους αὐτῆς ἔλαχεν.

Διονύσιος ὁ δεύτερος τὴν ἀρχὴν εἶχεν [1] εὖ μάλα πεφραγμένην τοῦτον τὸν τρόπον. Ναῦς μὲν ἐκέκτητο οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακοσίων, [2] ἑξή-

CAP. XII.

De Dionyſii felicitate, & qualem ejus exitum ſortitus ſit.

Dionyſius junior imperium habebat optime munitum hoc modo. Naves poſſidebat non pauciores quadringentis, hexeres & quinque-re-

1 Εὖ μάλα πεφραγμένην] Lugd. οὖ μάλα πεπιφραγμένην. quod non eſt plane rejiculum. PERIZ.

2 Ἑξήρεις καὶ πεντήρεις] Quomodo hexeres, cum penteres, quæ minores erant, non ita diu ante pater ejus princeps invenerit? Diodorus *lib.* XIV. ἤρξατο ἅ (de Dionyſio loquitur) ναυπηγεῖσθαι τριήρεις καὶ πεντήρεις καὶ σκάφη, πρῶτος πάντων τῶν κατασκευῶν τῶ γεῶν ἐπινοήσας. Puto igitur τελήρεις aut τετρήρεις pro ἑξήρεις emendandum eſſe. Sed de hac re amplius diſputamus *lib.* I. *de Militia Navali cap.* 3. SCHEFF. Plinius *lib.* VII. *cap.* 56. inventionem navis ſex ordinum remis inſtructæ non Dionyſio attribuit, ſed Xenagoræ Syracuſano. cum igitur nondum conſtet de primo hexeris inventore, nolim in textu aliquid mutare. Certe τετρήρη, *quadriremem* primò molitos eſſe Carthaginienſes, εὐαυτήνως ἅ αὐτῶ Βόσπορος αὐτόχθων. *ſtruxit autem illam Boſporus indigena.* inquit Clemens *lib.* I. *Stromat.* Ergo ego quidem verba Diodori ita acceperim, quaſi in Sicilia quinqueremis &c. inventum aſſerant Dionyſio, cum ante eum nemo ibi naves id genus habuiſſet. KUHN.

Ἑξήρεις καὶ πεντήρεις] Quum Dionyſius pater auxerit formam & magnitudinem navium bellicarum, &, triremibus jam pridem Corinthi inventis, ipſe fecerit primus quadriremes & quinqueremes, teſte Diodoro *lib.* XIV. *pag.*

[2] ἐξήρεις καὶ πεντήρεις· πεζῶν δὲ δύναμιν εἰς δέκα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ [3] ἐννεακισχιλίους. Ἡ δὲ πόλις τῶν Συρακουσίων λιμέσιν ἐκεκόσμητο μεγίστοις, καὶ τείχει αὐτὴ περιεβέβλητο ὑψηλότατον. Σκευὴ δὲ εἶχεν ἕτοιμα νηυσὶν ἄλλαις πεντακοσίαις. Τεθησαύριστο δὲ αὐτῇ καὶ σῖτος εἰς ἑκατὸν [4] μεδίμνων

remes: Pedítum copias usque ad centum millia, equitum novem millia. Urbs vero Syracusanorum maximis erat ornata portubus, & murus ei altissimus circumdatus. Instrumenta vero parata continebat aliis navibus quingentis. Reconditum etiam in ea erat frumentum usque

419. nihil causæ video, quare hanc lectionem cum Scheffero sollicitemus, & *Hexeres* inde removeamus. Nihil enim usitatius est, quam homines, initio augendi semel facto, ulterius subinde progredi. Ipsæ triremes ante Bella Persica Græcis achuc erant raræ, ut diserte tradit Thucyd. *lib.* 1. quid mirum ergo, si Dionysius, qui paulo post bellum Peloponnesiacum fecit jam quadriremes & quinqueremes. dein etiam fecerit Hexeres; quod tanto verisimilius, quia & hæ dicuntur inventæ à *Syracusio* homine, apud Plinium VII. 56. Raræ tamen manserunt sequentibus seculis, certe apud Romanos non satis fuerunt in usu. Unde quum illi Latine dicerent *biremes*, *triremes*, *quadriremes*, & *quinqueremes*, reliquas plurium ordinum naves Græcis vocabulis expressérunt. Liv. XXXVII. 23. *Regia* (Antiochi) *classis septem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres Hepteres, & quatuor Hexeres.* Numerus autem ille in his navibus designabat, ut notum est, tot remorum ordines in utroque latere. PERIZ.

3 Ἐννεακισχιλίους] Variant Scriptores, sicut alias, ita hic in numero: Diodorus *lib.* XVI. εἶχε ἱππεῖς δ' μυρίους. SCHEFF.

4 Μεδίμνων] Mensura hæc est Atticis usitatissima, qua maxime modum Aridorum exprimebant. Continebat autem *sex modios*, ut diserte ait Nepos in *Attico cap.* 2. *universos frumento donavit, ita ut singulis sex Modii tritici darentur, qui modus mensuræ Medimnus Athenis appellatur.* Vel, quod idem est, continebat *quadringenta & octo choenicas.* Vide Scholia Aristoph. *ad Nephelas pag.* 164. Nostratis mensuræ continet duos *Schepelos* cum dimidio, siquidem *Modius* dimidio *Schepeli* minor est. Polybius II. 15. ait Italiam adeo esse fertilem, *ut sæpe suo tempore*, (quod tamen tempus præcessit illam opulentiam & luxuriam Romanorum) *medimnus Siculus tritici venditus fuerit quatuor obolis, at hordei, duobus.* Male istic vertitur *modius* à Casaubono. Sed sequitur ille Budæum *de Asse*, qui de hoc loco agens miratur exiguum hoc pretium, quum apud Ciceronem legamus modium tritici fuisse in Sicilia æstimatum duobus aut tribus sestertiis, atque ideo μέδιμνον à Polybio pro *Modio* dictum censet. At omnium rerum longe majus erat pretium Romæ, tempore Ciceronis, quam Polybii, quando prisca adhuc parcimonia & paupertas supererat, quum paulo post, & maxime post Sullanas victorias, incredibile quantum opulentia & luxuria ibi invaluerit. Quantum & quam brevi illæ istic progressæ tunc fuerint, docere vel unus potest Plinius, qui *lib.* XXXVI. 15. tradit eo anno, quo mortuus est Sulla, *domum pulchriorem non fuisse Romæ, quam Lepidi* tunc Consulis; *at hercule intra annos* XXXV. *eandem centesimum locum non obtinuisse.* Præterea declarat satis Polybius, non ordinarium illud fuisse pretium, sed extraordinarium, & quod etiam in ista argenti penuria idoneum sit ad demonstrandam maximam rei frumentariæ istic abundantiam, ut adeo nullus dubitem, quin *medimnus* ibi solito, sed Siculis, sensu sit accipiendus. *Siculus* autem *medimnus* capiebat quinque modos. PERIZ.

5 Καὶ δόρασι. καὶ κνημίδας ἀξιστὰς] εἶχε addiderim. GESNER. Omnino tale quippiam desideratur, SCHEFF. Nihil desideratur, si, legas ἀξιστὰ, quod à præcedente & subsequente *ac* vitium contraxit. KUHN. Sluisk. & Regius 3132. καὶ δόρασι, καὶ κνημὶδ. ἀξιστὰ. καὶ θώρηκας, καὶ κατα[illegible]. Vitii aliquid sine dubio hæret in hoc loco. Atque ideo Gesne-

μυρίων μυριάδας. Καὶ ὁπλοθήκη γεγεμισμένη ἀσπίσι, καὶ μαχαίραις, [5] καὶ δόρασι, καὶ κνημίδι περιττοτάτῃ, καὶ θώραξι, καὶ καταπέλτῃ. [6] Ὁ δὲ καταπέλτης εὕρημα ἦν αὐτοῦ Διονυσίου. Εἶχε δὲ καὶ συμμάχους παμπόλλους. Καὶ τούτοις ἐπιθαρρῶν ὁ Διονύσιος [7] ἀδάμαντι δεδεμένην ᾤετο τὴν

que ad centum medimnorum myriades; Et armamentarium erat refertum scutis, & gladiis, & hastis, & ocreis quamplurimis, & thoracibus, & catapultis. Catapulta autem inventum fuit ipsius Dionysii. Præterea socios habebat quamplurimos. Et his rebus confidens

Gesnerus voluit interponi εἶχε, idque probavit Schefferus. Kuhnius leviori opere rem expediri posse censuit, si legamus περιτὴ, scil. ὁπλοθήκη. At mihi veram lectionem digito commonstrare videtur Sluisk. à quo adjutus legerim, καὶ ὁπλοθήκη ιεν. ἀσπ. καὶ μαχ. καὶ δόρασι: καὶ κνημίδες ἀξιστὰι, καὶ θώρακες, καὶ καταπέλται. Nominativi hi eadem accipiendi sunt constructione, qua ὁπλοθήκη. Utrobique est Ellipsis verbi Substantivi, quæ Dionysium vel Urbem Syracusanam habuisse utraque illa per hanc constructionem declarat. Cæterum Plutarch. in *Timoleonte pag.* 242. ait Dionysium Filium habuisse in arce, quum eam dederet Timoleonti, *omnis generis machinas, & tela*, ac denique ὅπλων, inquit, ἀπείκοντο μυριάδες ἑπτὰ τεθησαυρισμένων ἐκ παλαιοῦ, *scutorum jam olim* (scil. à Patre) *repositorum erant istic septem myriades.* PERIZ. Huic loco admodum corrupto unice medicinam adfert Mediceus, cujus lectionem idcirco in contextum admisi: κνημὶς ἀξιστωτάτη, ut apud Ovid. *lib.* IV. *Fast. v.* 441. *Plurima lecta rosa est.* & Homer. *Iliad.* T. 222. πλείη καλάμη.

Αἰψά τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνδράσιν, ἥστε πλείην μὲ καλάμην χθονὶ κάλπις ἔχευεν.

6 Ὁ δὲ καταπέλτης εὕρημα ἦν αὐτοῦ Διονυσίου] Plinius hoc genus machinæ (de quo consulendus Lipsius in *Poliorcet*) Syros scribit invenisse *lib.* VII. *cap.* 56. Diodorus, Syracusios *ante dicto loco*: Καὶ δή, ait, τὸ καταπελτικὸν εὑρεθὲν ἐν τότε τὸ κρεῖον ἐν Συρακούσαις, ὡς ἂν τὰ κρατίστων τεχνιτῶν πανηχθὲν εἰς ἴσα τὸ πᾶν συναγμένων. Nota hic in genere artificibus Syracusas convocatis tribui, quod à nostro privatim Dionysio adscribitur. Dionysio inquam, sed juniori, contra Diodorum Siculum, qui jam prioribus temporibus hoc telum inventum asserit. Porro verba Plinii aut de alio genere accipienda sunt: aut pro *Syri*, *Syracusii* scribendum. Ac fortasse illud *Syri* nihil aliud, quam compendium & *Syracusii*. Ita enim crebro in MSS. codicibus, nomina præsertim propria abbreviantur. SCHEFF.

Ὁ δὲ καταπέλτης &c.] πέλτη notat æque ἀκόντιον, δόρυ, *jaculum*, *hastam*, ac ἀσπίδα, *parmam*, docente Hesychio. Hinc ergo καταπέλτης, *catapulta*, machina, unde jacula, hastæ, pila mittebantur in hostes, quum è Ballistis mitterentur Saxa. Plautus *Curcul.* V. 3. 11. *quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium, Atque ita te nervo torquebo, itidem ut catapultæ solent.* Sed pleraque ad eam describendam & explicandam pertinentia, vide apud Lipsium *Poliorcet.* III. 2. Cæterum Plinius VII. 56. à *Syris* inventam dicit *catapultam*, pro quo Schefferus non absurde suspicatur legendum *Syracusiis*. Malim tamen Ego vulgatum retinere. Nam certe in Syria & Judæâ dudum ante Dionysios Siciliæ Tyrannos tales Machinæ fuere in usu. Hinc Uzzias II. Paralip. XXVI. 15. fecisse dicitur *machinas*, *quas collocaverit in Turribus* לירוא בחצים ובאבנים גדלות, *ut jacularetur ex iis sagittas & lapides magnos.* Vides hic Catapultas & Ballistas, atque ita non temere earum inventionem primam *Syris* vel *Syrophœnicibus* adscribi. In Græciam tamen *ex Sicilia* venere, & demum tempore Philippi. Hinc Archidamus Agesilai F. quum vidisset καταπελτικὸν βέλος τότε πρῶτον ἐκ Σικελίας κομισθὲν, *catapultarium telum tunc primum ex Sicilia allatum*, *exclamavit*, *ô Dii, periit virtus viri.* Vide Plu-

τὴν ἀρχὴν κεκτῆσθαι. Αλλ' οὗτός γε [8] πρώτους μὲν [9] ἀπέκτεινε τοὺς ἀδελφούς· [10] εἶδε δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς βαίως ἀποσφαγέντας, καὶ τὰς θυγατέρας καταμυνθείσας, εἶτα ἀποσφαγείσας γυμνάς. Οὐδεὶς δὲ τῶν ἀπ' αὐτοῦ ταφῆς ἐνομιζομένης ἔτυχεν. Οἱ μὲν γὰρ ζῶντες κατεκαύθησαν, οἱ δὲ καταλιμηθέντες εἰς τὸ πέλαγος ἐξερρίφησαν.

dens Dionyſius, adamante firmatum obtinere ſe putabat imperium. At ille primum fratres ſuos morte affecit: vidit porro etiam filios per vim trucidatos, & filias ſtupratas, ac deinde nudas occiſas. Nemo vero ab eo *genitus* ſepulturam juſtam adeptus eſt. Nam alii vivi combuſti ſunt, alii conciſi & in mare projecti. Id

Plutarch. in *Apopth.* PERIZ.

7 Ἀδάμαντι δεδεμένῳ] *adamante vinctum.* proverbialiter dicitur de imperio tam probe fundato, ut ſine convellentium exitio nequeat convelli. Diodorus *lib.* XVI. *Biblioth.* περιρρήδα vocat πεδεδήσθαι, καὶ δεδεμένῳ, ὡς ἔφασαν, ἀδάμαντι. Plut. in *Dione* indicat, ipſum Dionyſium patrem dicere ſolitum, ſibi eſſe & ſuæ Tyrannidi ἀδαμαντίνας δεσμὰς, *vincula adamantina*, metum ſcilicet, vim, navium multitudinem, & barbarorum cuſtodiam μυριάνδρου. Hos quidem

—— Si figit adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas
Clavos, non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

dicat aliquis merito ex Horat. *lib.* III. *Car. Od.* 14. KUHN.

Ἀδάμαντι δεδεμένον] Quicquid durum, firmum, & maxime munitum eſt, *adamantinum* dicitur Græcis & Latinis. Sic apud Ovid. *Metam.* IV. 453. Furiæ dicuntur

Carceris ante fores clauſas adamante ſedere.

Vide Illuſtrem Grævium *ad Heſ.* Ασπ. *v.* 135. & Clariſſ. Kuhnium *ad hunc locum*, cujus obſervationibus adde, phraſin hanc Patris proprie fuiſſe, neque id Plutarchum modo dicere, ſed & Diodorum *lib.* XVI. *pag.* 512. D. Filius, ait, *accipiens maximum regnum ſupra omnes per Europam Dynaſtias, & Tyrannidem*, τὴν ὑπὸ τῷ Πατρὶ λεγομένην, ἀδάμαντι δεδέσθαι, *quæ a Patre dici ſolebat, vinc-*

cta eſſe adamante. Et Plutarchus etiam in *lib. de Garrulitate p.* 508. Dionyſii majoris Tyrannidem, ἀδαμαντίνην καὶ ἄῤῥηκτον, ait vulgo dictam. PERIZ.

8 Πρῶτος] Lego πρῶτον: ſequitur enim εἶτα. FABER. Verum illud εἶτα abeſt longius, neque huc refertur. vid. Indicem. SCHEFF.

9 Ἀπέκτεινε τοὺς ἀδελφούς] *Ut, quibus conſortium regni debebat, ne ſpiritus quidem conſortium relinqueret, tyrannidem in ſuos prius quam in exteros auſpicatus.* Juſtinus *lib.* XXI. *c.* 1. SCHEFF. Non tamen omnes interemit. Vide *ſupra ad* II. 41. *initio*, ubi tres memorantur ejus fratres, vel certe duo, qui poſt Dionem occiſum, tyrannidem Syracuſis tenuerunt. PERIZ.

10 Εἶδε δὲ] Vide Noſtrum *infra lib.* IX. *cap.* 8. SCHEFF.

Εἶδε δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς &c.] Eodem pene modo Plutarchus in *Timoleonte pag.* 242. Καὶ δὴ υἱῶν συνήλικων θανάτους, καὶ θυγατέρων καταπορνεύσεις παρθένων, ἐπεῖδε, καὶ τὴν αὐτὴν ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα, ζῶσαν μὲν εἰς τὸ σῶμα ταῖς ἀσελγεστάταις ὑπὸ τῶν πολεμίων ἡδοναῖς παραδομηθεῖσαν, βίᾳ δ' ἀποθανεῖσαν μετὰ τέκνων, καὶ καταπομπευθεῖσαν εἰς τὸ πέλαγος. *Etenim vidit ille filiorum adulterum mortes, & filiarum virginum ſtuprationes, eandemque ſororem ſimul & uxorem, vivam libidinoſiſſimis voluptatibus in corpus conſtupratam ab hoſtibus, violenta dein morte occiſam cum liberis, & in mare merſam.* Paſſus autem illa eſt, maximam certe partem, à Locrenſibus in Italia, qui ab eo, quum Syracuſis excidiſſet pulſus a Dione, peſſime habiti, viciſſim, quum ille poſt mortem Dionis in Siciliam rediiſſet, ejecto illius præſidio,

σαν. Τοῦτο δὲ ἀπήντησεν αὐτῷ, Δίωνος καὶ Ἱππαρίνου [11] ἐπιθεμένου τῇ ἀρχῇ. Αὐτὸς δὲ ἐν πενίᾳ μυρίᾳ διάγων κατέστρεψε τὸν βίον γηραιός.

Λέγει δὲ Θεόπομπος, ὑπὸ τῆς ἀκρατοποσίας τὸν ἄγαν [12] αὐτὸν διαφθαρῆναι τὰς ὄψεις, [13] ὡς ἀμυδρὸν βλέπειν· ἀποκαθῆσθαι δ' [14] ἐν τοῖς κουρείοις, καὶ γελωτοποιεῖν. Καὶ ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς Ελλάδος ἀχημονῶν διετέλει, βίον διανλῶν ἀλγεινότατον. Καὶ

Id adeo evenit ei, quum Dion, filius Hipparini, imperium invaſiſſet. Ipſe vero in extrema paupertate agens, ſenex vitam finivit.

Theopompus autem dicit, nimio meri potu oculos ejus corruptos, ita ut cæcutiret: ſediſſe vero in tonſtrinis, riſumque aliis feciſſe. Atque in medio plane Græciæ turpiter agens perſeveravit, vitam ſuſtinens miſerrimam. Et erat documentum non vul-

dio, uxorem ejus & duas filias vulgo conſtupratas occiderunt, ut & filium natu minorem. Nam natu major cum eo inde abierat ad recuperandam Syracuſarum tyrannidem. Vide Strabonem *lib.* VI. *pag.* 259. Adde Noſtrum IX. 1. PERIZ.

11 Ἐπιθεμένου τῇ ἀρχῇ] Immo vero evenerunt illa Dionyſio, ſeptem minimum annis poſt mortem Dionis. Nam quum illo occiſo, primum Callippus, deinde Hipparinus per duos annos, poſtea Nyſæus Syracuſas tenuiſſent, jamque etiam Dionyſius ſpe nova ad recuperandam Siciliæ tyrannidem erectus, ex Italia & Locrenſi Urbe navigaſſet Syracuſas, tum demum Locrenſes, ejecto illius præſidio, de Uxore ejus ac Liberis apud ſe relictis tam diram ſumſerunt ultionem. Vide Strabon. *d. l.* & adde Juſtin. XXI. 3. IDEM.

12 Αὐτὸν ἀμφθαρῆναι &c.] Verba ſunt Athenæi *lib.* X. *pag.* 435. ex Theopompo, quem ait inter φιλοπότας καὶ μεθύσους retuliſſe etiam Dionyſium Juniorem, ὃν καὶ τὰς ὄψεις ὑπὸ τῆς οἴνης ἀμφθαρῆναι. Vide locum, ubi idem etiam auctoritate Ariſtotelis ac Theophraſti confirmatur. IDEM.

13 Ὡς ἀμυδρὸν βλέπειν] Juſtinus *lib.* XXI. *cap.* 2. *ex nimia luxuria oculorum valetudinem contraxit, adeo ut non ſolem, non pulverem, non denique ſplendorem ferre lucis ipſius poſſet.* Idem tradidere Theopompus & Ariſtoteles ὡς τὴν Συρακουσίων πολιτείαν. vide Athenæum *lib.* X. SCHEFF.

14 Ἐν τοῖς κουρείοις] Quæ hominum viliſſimorum ſcurrarumque fuit conſuetudo. vide Plutarch. *lib. de Garrulitate.* Reddit hic locus lucem ei, qui eſt apud Juſtinum *antedicto libro cap.* 5. ubi ait: *Non contentus* (erat Dionyſius) *in publico vagari, ſed potare, nec conſpici in popinis, lupanaribuſque, ſed totis diebus deſidere.* Adde Plutarch. *vita Timoleontis.* SCHEFF.

Ἐν τοῖς κουρείοις] Sic *ſupra* III. 7. Ψομοὺς ἕνας καθεζομένους ἐν ἰατρείῳ. Vide quæ iſtic notavi. Neque vero in tonſtrinis tantum ſedebant otioſi homines, ſed & in omnibus officinis. Sic Plutarch. in *Nicia, p.* 531. Γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις συγκαθεζομένους, *ſenes in officinis pariter ſedentes.* Diog. Laërt. in *Socrate*, 21. eum ait *de rebus moralibus philoſophari cœpiſſe*, ἐπί τε τῶν ἐργαστηρίων, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, *in officinis, & in foro.* Plutarch. in *Timol.* Dionyſium ait ſediſſe ἐν μυροπωλίῳ *in unguentaria taberna.* PERIZ.

15 Δεῖγμα ἐκ τύχης] Demoſthenes hoc ipſo exemplo utitur in *Orat. contra Leptinem* ad deprimendos Athenienſium ſpiritus. ἐδίγε, inquit, ὁ νῦν ὢν Διονύσιος ἥλπισεν ἄν ποτ' ἴσως πλοίῳ στρογγύλῳ καὶ στρωμάτιον ὀλίγοις Δίωνα ἐλθόντα ἐπ' αὐτὸν σώσαντ' ἐξελεῖν τὰ τειχέα πολλὰς καὶ ξένας καὶ πόλεις κεκτημένον. ἀλλ' οἶμαι τὸ μέλλον ἄδηλον πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ μικροὶ καιροὶ μεγάλων πραγμάτων αἴτιοι γίνονται. διὸ δεῖ μετρίαζειν ἐν ταῖς εὐπραγίαις καὶ σωφρονοῦντα τὸ μέλλον φαίνεσθαι. *neque Dionyſius, qui hodienum ſupereſt, unquam ſibi perſuaſerat, fore, ut Dio cum paucis militibus navi oneratiæ impoſitis contra ſe inſurgens regno ejiceret tot triremibus, mercenariis militibus urbibuſque munitum. Verum enim vero futura omnibus opinor hominibus incerta & inexplorata eſſe, & breve momentum magnarum rerum cauſa exiſtit. Ideoque res ſecun-*

Καὶ ἦν τι δεῖγμα οὐ τὸ τυχὸν τοῖς ἀνθρώποις εἰς σωφροσύνην καὶ τρόπου κόσμον ἡ ὦ Διονυσίου ἐκ τῶν τηλικούτων εἰς οὕτω ταπεινὰ μεταβολή.

dæ moderate ferendæ sunt, ac in futurum ut consultas videndum. KUHN.

Δεῖγμα δὲ τὸ τυχὸν &c.] Sic Diod. *lib.* XVI. de eodem, τὸ δ' ἴδιον βίον καὶ τὴν μεταβολὴν ἔσχε παράδειγμα τοῖς κεκτημένοις ἀφρόνως ἐπὶ ζωῆς εὐτυχίαις. *Vita sua & ejus vicissitudine præbuit exemplum iis, qui stolide se efferunt prosperis rebus.* Adde Valer. Max. VI. 9. *extr.* 6. PERIZ.

vulgare mortalibus, ad *amplectendam* temperantiam & morum honestatem illa *fortunarum* Dionysii ex tantis in tam abjectas mutatio.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ τυραννίδων, αἳ εἰς ἐγγόνους ἐν Ἑλλάδι διήκεσαν.

[1] Καλῶς τὸ Δαιμόνιον [2] ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον, ἀλλὰ ἢ παραχρῆμα ἐκτρίβον τοὺς τυ-

1 Καλῶς τὸ Δαιμόνιον &c.] Vide Eustathium in *Commentariis*, & Strabonem *lib.* IX. Itidem in translatione lege *Non quanta Delphis.* GESNER.

2 Ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον] Seneca Tragœdus in *Troade*:

Violenta nemo imperia continuit diu.

Seneca Philosophus *lib.* I. *de Clementia: Tyrannorum exsecrabilis ac brevis potestas est.* Adde Aristotelem *Politic.* V. *c.* 12. SCHEFF.

Ἐπὶ τριγονίαν] Culpa est penes educationem, & animum eorum, qui in spem successionis educati à teneris aliorum hominum contemptu, & insolentia, ex suæ in alios potestatis amplitudine. Ita enim evenit, ut raro, ita jam educatus, retineat ipse & relinquat suis liberis tyrannidem, vel despoticam illam & militarem potestatem. Notabile in hanc rem est, quod per tria integra sæcula, quibus Imperium Romanum quamplurimos habuit Cæsares & Imperato-

CAP. XIII.

De tyrannidibus, quæ usque ad posteros in Græcia perdurarunt.

Rectè Deus Tyrannides ad tertiam generationem non producit, sed aut confestim tyrannos tan-

res, nullus omnino exstiterit, qui imperium à patre naturali acceptum propagaverit ad filium ab se genitum: nam de adoptivis, qui aliter plerumque sunt educati, non loquor. Primus exstitit Constantinus M. qui Patri Constantio Chloro successerit, & filios suos habuerit successores, seu in cujus familia imperium εἰς τριγονίαν duraverit. PERIZ.

3 πίτυ⊙ δίκλω] Vide in *Chiliadibus* Erasmi *pinus in morem*, & πίτυ⊙ δίκην in *Indice Eustathii in Homerum.* GESNER. MSS. B. & C. πίτλυ⊙. SCHEFF. Græcorum proverbium de funditus eradicatis, ut nec renascendi spes reliqua sit. Herod. *lib.* VI. ὁ Κροῖσ⊙ ἀφευγόρεῦε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι μεδίνην Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μή, σφέας πίτυ⊙ τρόπον ἀπαείρας ἐκτρίψειν· πλακωθέων δὲ τῶν Λαμψακηνῶν ἐν τοῖς λόγοισι, τὸ θεῖον τὸ ἔπ⊙ εἶναι τὸ σφι ἀπείλησεν ὁ Κροῖσ⊙, πίτυ⊙ τρόπον ἐκλείψειν, μόγις ἡστε μαθὼν τῶν πρεσβυτέρων εἶπε τὸ ἐὸν, ὡς πίτυς μούνη δενδρέων πεύκων ἐκκοπεῖσα βλαστὸν ἀδύνα μετίει, ἀλλὰ παμπόλλης ἐξαπόλλυται. *Crœsus denunciavit Lampsacenis, ut Miltiadem dimitterent: ni fieret,* minatus est, se illos in morem pinus exstirpaturum. *Lampsacenis autem à sensu dicti illius aberrantibus, nec, quid sibi minæ vellent, assecutis, vix tandem quidam è senioribus rem acu tangens exposuit, solam pinum ex omnibus arboribus, si excidatur, non renasci, sed plane emori.* Gellius tamen in *excerptis lib.* VIII. inquit, *Herodotum parum vere dixisse, unam solamque pinum arborum omnium cæsam nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare.* confer Plinium *lib.* XVI. *c.* 10. Eustathium *in Iliad.* I. *p.* 42. KUHN.

πίτυ⊙ δίκην] *Instar piceæ*, vel *pinus.* Illa enim arbor cæsa dicitur neutiquam renasci, & repullulare. Suidas Δίκην, τρόπον, adferens porro ex Veteri Auctore, ὃ δὲ μὴ ἐξετελέσῃ πίτυος δίκην, ῥιφεὶς εἰς θάλασσαν. *Et ille quidem excisus est, instar piceæ, abjectus in mare.* Vide & apud Paræmiographos, Zenobium, Diogenianum, Apostolium, πεύκης τρόπον, & Doctissimi Kuhnii *notas ad h. l.* PERIZ.

4 Η παίδων ἐξιχύου] ἢ παῖδας ἐξιστχύου GESN. Aliquid latere arbitror, quod divinare non possum. FABER. Barthius ἐκ παίδων, quasi ut radicibus deorsum actis, sic ex filiis exstirpandi. vide eum *lib.* VI. *Adversar. cap.* 21. Faber hic ait, aliquid latere, quod divinare non possit. Mihi non videtur quicquam mutandum. δαιμόνιον ἐξιχύου τυράννε παίδων dicitur, cum fato nulli eis conceduntur; vel si concessi fuerint, eripiuntur liberi, quibus Tyrannidem suam reddere possint firmiorem. SCHEFF. τῶ παίδων ἐξιχύειν est in liberos Tyrannorum pœnam παιγωλοθρίας, quam parentes debebant, derivare, ut ipsi stirpitus cum tota ab origine gente miserrimè intereant. vide indicem in Ἐξιχύειν. KUHN.

Παίδων ἐξιχύου] Sic plane Lugd. At Sluisk. ultimas vocis literas non exhibet. Ἐξιχύειν autem non notat aliquem viribus suis spoliare, ut hic vertit Interpres, sed majorem

τυράννους [3] πίτυ⊙ δίκην, [4] ἢ † παίδων ἐξιχύου. Μνημονεύονται ὑφ' Ἑλλήνων ἐξ αἰῶν⊙ καὶ εἰς ἐγγόνους διαρκέσαι αἵδε, ἥτε [5] Γέλων⊙ ἐν Σικελίᾳ, καὶ ἡ [6] τῶν Λευκανίων παρὰ Βόσ-

† παῖδας ἐξιχύου.

pacenis, ut Miltiadem dimitterent: ni fieret, minatus est, se illos in morem pinus exstirpaturum. *Lampsacenis autem à sensu dicti illius aberrantibus, nec, quid sibi minæ vellent, assecutis, vix tandem quidam è senioribus rem acu tangens exposuit, solam pinum ex omnibus arboribus, si excidatur, non renasci, sed plane emori.* Gellius tamen in *excerptis lib.* VIII. inquit, *Herodotum parum vere dixisse, unam solamque pinum arborum omnium cæsam nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare.* confer Plinium *lib.* XVI. *c.* 10. Eustathium *in Iliad.* I. *p.* 42. KUHN.

πίτυ⊙ δίκην] *Instar piceæ*, vel *pinus.* Illa enim arbor cæsa dicitur neutiquam renasci, & repullulare. Suidas Δίκην, τρόπον, adferens porro ex Veteri Auctore, ὃ δὲ μὴ ἐξετελέσῃ πίτυος δίκην, ῥιφεὶς εἰς θάλασσαν. *Et ille quidem excisus est, instar piceæ, abjectus in mare.* Vide & apud Paræmiographos, Zenobium, Diogenianum, Apostolium, πεύκης τρόπον, & Doctissimi Kuhnii *notas ad h. l.* PERIZ.

4 Η παίδων ἐξιχύου] ἢ παῖδας ἐξιστχύου GESN. Aliquid latere arbitror, quod divinare non possum. FABER. Barthius ἐκ παίδων, quasi ut radicibus deorsum actis, sic ex filiis exstirpandi. vide eum *lib.* VI. *Adversar. cap.* 21. Faber hic ait, aliquid latere, quod divinare non possit. Mihi non videtur quicquam mutandum. δαιμόνιον ἐξιχύου τυράννε παίδων dicitur, cum fato nulli eis conceduntur; vel si concessi fuerint, eripiuntur liberi, quibus Tyrannidem suam reddere possint firmiorem. SCHEFF. τῶ παίδων ἐξιχύειν est in liberos Tyrannorum pœnam παιγωλοθρίας, quam parentes debebant, derivare, ut ipsi stirpitus cum tota ab origine gente miserrimè intereant. vide indicem in Ἐξιχύειν. KUHN.

Παίδων ἐξιχύου] Sic plane Lugd. At Sluisk. ultimas vocis literas non exhibet. Ἐξιχύειν autem non notat aliquem viribus suis spoliare, ut hic vertit Interpres, sed majorem

tanquam piceas exstirpat, aut in liberos *eorum* vim suam exercet. Memorantur autem Græcis intra hominum memoriam hæ *solum tyrannides* etiam ad posteros permansisse,

in modum valere. Syracid. VII. 6. μὴ ἐκ ἐξιχύτεις ἐξάρῃ ἁμαρτίας, *non valebis eo usque, ut tollas peccata.* Hic vero ἐξιχύει παίδων est *valere & vim suam exercere in liberos tyrannorum.* Vide quæ in Indice notavit Kuhnius. PERIZ.

5 Γέλωνος] De *Gelone* & *Cypselidis* videndus Aristoteles *loco antea prolato.* De Leucane illiusque posteris habes apud nostrum & Strabon. Adde, quæ ibi habet Casaubonus. SCHEFF. His adde Clearchum, cujus tyrannis Heracleæ in Ponto ad usque τριγονίαν perduravit, apud Memnonem in Photii *Biblioth. p. m.* 365. Bacchiadæ tyrannidem quoque tenuerunt per 200. ferè annos. Strabo *lib.* VIII. quem vide. Isocrates *in Panathenaico* antiquos Atticæ oborigines adeo Diis acceptos fuisse ait, ὡς, ὃ δοκεῖ χαλεπώτατον εἶναι καὶ σπανιώτατον, εὑρεῖν πᾶσι τοῖς οἰκοῦσι τὴν χώραν ἀεὶ βασιλικῶν ἐπὶ πέντε γενεὰς διαμείναντας καὶ τοῦτο συμβαίνειν μόνοις ἐκείνοις, *ut, quod difficillimum rarissimumque videtur esse, inveniantur quædam tyrannicæ, & regiæ familiæ, quæ per quatuor vel quinque ætates, duraverint, idque non aliis unquam contigerit. &c.* Doctissimus Wolfius ultima verba aliter accepit quam par erat. KUHN.

Ἥτε Γέλωνος ἐν Σικελίᾳ] Non video, qua de causa inter Tyrannides, quæ εἰς τριγονίαν duraverint, *illam Gelonis* referat Auctor, quum ille nec Filio, nec Nepoti eam reliquerit, sed Fratribus Hieroni, & dein Thrasybulo, quo armis expulso constituta est Democratia liberrima, quæ viguit usque dum, annis 60. post, nova Dionysii Tyrannis exorta est. An ergo Fratres & Successores Gelonis credidit ejus fuisse Filium & Nepotem? an vero, quod pene putem, licet nihil me juvent MSti, legendum ΙΕΡωνος, pro ΓΕλωνος minima mutatione. *Hiero* enim is, qui tempore Punici belli I. & II. vixit, tyrannidem communicavit cum *Filio* Gelone, & successorem dein habuit *Nepotem* Hieronymum,

Βόσπορον, καὶ ἡ 7 τῶν Κυψελιδῶν ἐν Κορίνθῳ.

sisse, Gelonis illa in Sicilia, & Leucaniorum in Bosporo, & Cypselidarum Corinthi.

ut constat ex rerum Romanarum Scriptoribus. Adde quod antiqui illius *Gelonis* & successorum tyrannis ex sententia Aristotelis & Diodori Siculi *lib.* XI. *p.* 30. duravit octodecim tantum annos, at ista *Hieronis* annos quinque & quinquaginta, ut etiam hac ratione mereatur potius, quam illa, inter tyrannides, quæ diutius duraverint, referri. Denique ætatis ordo, si ratio ejus est habita, hic potius *Hieronem* postulet, quam *Gelonem*, qui inter *Cypselidas*, & *Leuconem* est medius, quum tamen *Leuco* & *Leuconii* medio hic loco ponantur, & recte quidem, si *Hieronem* recipiamus, ante quem regnavit *Leuco*, post *Cypselidas*. PERIZ.

6 Τῶν Λευκανίων ὡδὶ Βοσπόρου] Sic Lugd. At Sluisk. ר לאכאניון ווד בוסף. Præferrem hic ווד, quod propius quid notat. Reges enim hi dicuntur passim *Bosporani*, βοσπόρῳ, ὁ βοσπόρου. Aristot. *Oeconom.* II. 8. Ἡρακλεώτῃ πέμποντες ναῦς τεσσαρακοντῶ ἐπὶ τὸν ὁ βοσπόρῳ τυράννης. Sic Strabo, Plutarchus, Aliique: intellige autem Bosporum Cimmerium. At vero corruptum est haud dubie illud Λακανίων. Melius λευκανίων editur, quamvis & hoc ipsum mirer, quum nobilissimus inter hosce Reges, & à quo sine dubio appellatio hæc formata est, fuerit *Leucon*, Λεύκων, passim ab omnibus ita dictus. Sic certe Diodorus, Strabo, Plutarchus, Athenæus, & Æneas in *Tacticis*. Lucianus tamen in *Toxari*, *pag.* 89. nominat quendam *Leucanora*, *Regnantem* ὁ βοσπόρῳ. *Leuconis* autem illius laudes memorasse videtur Chrysippus. Nam Strabo *lib.* VII. *p.* 301. Ορα ὃ κἀμὲ λέγει Χρύσιππος ὡδὶ τὸ τῦ Βοσπόρῳ βασιλέων τὸ ὡδὶ Λεύκωνα: *considera etiam, quæ Chrysippus tradit de Bosporano Rege Leucone.* Hinc & Plutarchus *de Stoicis contradict. pag.* 1043. ait à Chrysippo Sapientes ablegari pecuniæ causa *ad Leuconem Ponticum* ἐς Παντικάπαιον, quæ erat Sedes istorum Regum, quos ibidem vocat τὺς ὁ βοσπόρῳ Τυράννης. Adde Eundem *adversus Stoicos pag.* 1061. Athenæum VI. 16. Æneam *cap.* 5. & maxime Strabonem *lib.* VII. *pag.* 310. ubi de Panticapæi, seu Bosporo, Regibus hisce ait, ἐκαλῆντο δὲ Τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀφ' Ἡρακλέους καὶ Λεύκωνος. *Vocabantur autem Tyranni, quamvis plerique eorum modesti fuerint, usque à Parisade & Leucone.* Crediderim autem ex his omnibus, corruptum ergo esse etiam illud Λευκανίων, ita a Librariis scriptum, quia nomen Gentis Λευκανῶν, *Lucanorum*, ipsis erat multo notius, quam quod hic legi debebat, Λευκωνίων. Sed & Regius Codex Strategi, in quo item, ut in Sluisk. legitur ווד בוסף. habet etiam Λακωνίων. Ex quo id saltem liquet, varie in hoc Nomine proprio erratum, idque hic ad Λάκωνας, illic ad Λευκανες deflexum. Cæterum non male hæc Tyrannis accensetur iis, quæ diu duraverunt, siquidem duravit omnium diutissime. Vide Casaubonum *ad Strabonem d. l.* De *Leucone* ipso vide Demosthenem *adv. Leptinem p. m.* 365. 366. PERIZ. τῶν Λευκανιδῶν pro Λευκανίων emendat Jos. Scaliger *lib.* III. *Can. Isagic. pag.* 342. Dio. Chrysost. *Orat.* II. *de regno*, Λεύκωνα accenset regibus, qui moderate vivendo vitam longius produxerunt. Ceterum in Mediceo quoque legitur ווד Βόσπορον.

7 Κυψελιδῶν] Melius scribi putarim per λ simplex, ut Suidas habet, & versus quoque recitat. Vide *infra lib.* XII. *cap.* 35. GESN. *Cypselidarum* Tyrannidem ad ἐκγόνους, *nepotes*, transmissam Noster ait. Strabo etiam *lib.* VIII. ad τριγονίαν tertiam generationem vel nepotes pertigisse scribit, quibus Oraculum *Cypselo* datum videtur contradicere his verbis:

Ολβιος ὅτος ἀνὴρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει
Κύψελος Ηετίδης, βασιλεὺς κλεινοῖο Κορίνθου,
Αὐτὸς καὶ παῖδες, παίδων γε μὴν οὐκ ἔτι παῖδες.
Est hic vir felix, qui nostras venit ad ædes
Cypselus Eetides, claræ rex ille Corinthi,
Ipse equidem & nati, sed non qui natus ab illis.

Hoc oraculo motus Scaliger statuit morte Periandri, filii Cypseli, tyrannidem exstinctam. Sed quia Lycophron, filius Periandri natu minor, jam erat à patre ἀμφοχος τυραννίδος, *successor tyrannidis* designatus, &, nisi à Corcyræis occisus esset, Corinthum tyrannus venisset, Noster eum inter Tyrannos recensuit. vid. Herodot. *lib.* III. *cap.* 53. KUHN.

Τῶν Κυψελιδῶν] Reposui Κυψελιδῶν. Nam Κύψελον etiam in versu eum appellant Græci. Quod autem *Cypselidarum* tyrannis, seu potius Cypseli τυραννῶδες οἶκος, μίχρις τριγονίας duraverit, disserte ait Strabo *lib.* VIII. *p.* 378. Ast illa οἶκος τριγονία in ista Tyrannide non erat probanda, quod tentat Kuhnius, per *Lycophronem Periandri Filium*, à Patre jam sene ad excipiendam tyrannidem ab exilio revocatum, sed in eo à Corcyræis interfectum; verum, ut disserte facit Aristoteles *Polit.* V. 12. per *Psammetichum Gordiæ Filium*, qui ex eadem familia post *Periandrum* liberis orbum regnavit annos tres. Duravisse eam ait *ibidem* Aristoteles ultra annos 73, ejusque rationem hanc reddit, quod Cypselus fuerit popularis, Periander vero bellicosus. Illos autem *Cypselidas* Lacedæmonii tandem expulere Corintho, ut ait Plutarchus *de Herodoti Malign.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Δαρείου ἐπιβουλευθέντος.

CAP. XIV.

De Dario insidiis petito.

Ἡμερώτατον δὲ Δαρείου τοῦτο τὸ ἔργον ἀκούω γ' παιδὸς γ' Ὑστάσπου. Ἀείθαζος ὁ Ὑρκανὸς ἐπεβούλευσεν αὐτῷ, μετὰ καὶ ἄλλων ἀνδρῶν, 1 οὐκ ἀφανῶν τῶν ἐν Πέρσαις. Ἦν δὲ ἡ ἐπιβουλὴ ἐν κυνηγεσίῳ. Ἀπερ προμαθὼν ὁ Δαρεῖος 2 οὐκ ἔπηξεν, ἀλλὰ 3 προστάξας αὐτοῖς λαβεῖν τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους, 4 ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἀμφιέννυσθαι τὰ παλτὰ, καὶ δεινὸν ἐνιδὼν, τί οὖν οὐ δρᾶτε τοῦτο,

Mansuetissimum vero Darii, qui filius fuit Hystaspis, hocce factum audio. Aribazus Hyrcanus insidias illi struxerat, una cum aliis non obscuris in Perside viris. Struebantur autem hæ insidiæ inter venandum. Quod quum resciisset Darius, nihil territus est, sed quum jussisset eos arma sumere & equos, mandavit iis, ut intentarent jacula, torvumque aspiciens, quid igitur non

1 Οὐκ ἀφανῶν τ' ἐν Πέρσαις] Si addicerent MSti, malim, μετ' ἄλλων ἀνδρῶν, ἐκ ἀφανῶν τόπων ἐν Πέρσαις. PERIZ.

2 Οὐκ ἔπηξεν] Simile fere exemplum in *Tito* apud Suetonium *cap.* 9. qui insidiatoribus in spectaculo juxta se collocatis arma gladiatorum inspicienda dedit. Adde *infra lib.* XIII. *cap.* 37. SCHEFF.

3 Προστάξας αὐτοῖς λαβεῖν τὰ ὅπλα] Medic. & Sluisk. αὐτὲς. ut *lib.* X. *cap.* 9. ὡσαύτως τὸν παῖδα πρίασθαι τὴν λοιπάδα. Sed utraque constructio Græcis placuit.

4 Ἐκέλευσεν αὐτοῖς διατείνασθαι τὰ ὅπλα] Lugd. Διατείνεσθαι. At Sluisk. ἐκέλευσεν αὐτὲς Διατείνασθαι τὰ πάν cum suprascripto τ. quasi vellet πάντα. Regii Codd. & ille quidem Strategi, τὰ πέλ. cum suprascripto τ. at alius numeri 3132. a prima manu habuit τὰ πάλ. itidem cum τ. superius scripto. Unde Eruditiss. Boivinius legendum suspicatur τὰ πέλλα, vel τὰ παλτά. Quod posterius haud dubie verum est. Παλτὸν enim proprie dicebatur jaculum Persicum seu Medicum. Pollux *lib.* I. *cap.* 10. quum enumerasset ὅπλων

το, [5] εἶπεν, [6] ἐφ' ὃ ἦλθε ὁρμήσατε; Οἱ δὲ ἰδόντες ἄτρεστον ἀνδρὸς βλέμμα, ἀνεστάλησαν τὴν ὁρμήν· τὸ δέος δὲ αὐτοὺς κατέσχεν οὕτως, ὡς καὶ ἐκβαλεῖν τὰς αἰχμὰς, καὶ [7] ἀφαλέσθαι τῶν ἵππων, καὶ προσκυνῆσαι Δαρεῖον, καὶ ἑαυτοὺς παραδοῦναι, ὅ, τι καὶ βούλοιτο πράττειν. Ὁ δὲ διέγνω ἄλλους ἄλλῃ, καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ

non facitis, inquit, id, quod tanto ſtudio decreviſtis? At illi quum intrepidum viri vultum viderent, ſtudium illud & conſilium remiſerunt: metus autem ita eos cepit, ut haſtas abjicerent, & deſilientes ab equis Darium adorarent, ſeque dederent illi, ut quicquid etiam vellet, de ſe faceret. Ille vero ſegregavit eos, alios

ὅπλων ἐνέμφαι, adjungendas illis dicit ἢ τὰ βαρβαρικὰ, interque ea memorat τὸ παλτὸν Μηδικὸν, quod exponit ἀκόντιον. Vide & Suidam *v.* παλτὰ, & Briſſon. *de Regno Perſar. lib.* III. Quin & eadem plane phraſi Xenophon *Cyripæd. lib.* I. de Babyloniis ſeu Aſſyriis, οἱ δ' ἐν πολέμιοι, ὡς εἶδον τὰς Μήδας παρακινηθέντας, ἀμφεπάρθησαν οἱ μὲν τὰ παλτὰ, οἱ δὲ τὸ τόξα, ἔστησαν. Ut adeo nullum mihi ſit dubium, quin ex ſententia Doctiſſimi Viri, ſuffragantibus inſuper ex parte MStis, emendandus ſit hic Æliani locus, in quo ut proprium teli Perſici vocabulum, librariis ignotum, exprimitur, ita mox occurrit uſitatius de iiſdem telis, τὰς αἰχμάς. PERIZ. Elegantiſſimæ conjecturæ Cl. Boivinii favet Mediceus, ex quo παλτὰ repoſui. Quale vero genus jaculi fuerit παλτὸν, docet Xenophon *lib.* I. *de Cyri Exp. pag.* 352. de Moſynœcis: ἐν ᾗ τῇ δεξιᾷ (ἔχοντες) παλτὸν ὡς ἐξάπηχυ, ἔμπροσθεν μὲν λόγχην ἔχον, ὄπισθεν δὲ αὐτῷ τῷ ξύλῳ σφαιροειδές. Nihil igitur commune habuit παλτὸν cum ſecuri, quæ a Perſis ﺑﻠﻄﻪ vocatur, ut exiſtimavit Doctiſſimus Relandus in Diſſert. *de Vet. Ling. Perſ.* nam Xenophon *paulo poſt* ait Moſynœcos, qui vario armorum genere inſtructi erant, etiam habuiſſe πελεκεῖς σιδηρᾶς *ſecures ferreas*. Equitibus etiam παλτὰ tribuit idem Xenophon *lib.* I. *p.* 263. *de exp. Cyri* ſicut autem παλτὸν mox ἀκόντιον ab Æliano, ita βέλη eadem miſſilia dicuntur a Diodoro Siculo *lib.* XIV. *pag.* 253. ἐπεὶ δ' ἤγγισαν οἱ μετὰ Κύρου τῆς τοῦ βασιλέως στρατοπεδείας, τοσοῦτον ἐπ' αὐτοῖς ἐφέρθη βελῶν πλῆθος, ὥστε μικρὰ ἐστιν ὁ δυνάμεως ἐνεχθῆναι συνεστώσης ὁπλιτείας ὁπόσα ἐφέρθησαν· οὐ μὴν ἀλλὰ βραχὺν χρόνον παντελῶς πᾶσι παλτοῖς ἀφανισθέντες, τὸ λειπὸν ἐκ χειρὸς ἤδη τὴν μάχην συνίσαντο. Verum ſtrenue nugatur Euſtathius vocem hanc Perſicam derivans ἀπὸ τοῦ πάλλειν, eamque confundens cum παλτός. Ita enim ille *ad Homeri Iliad.* H. 171. Παλάσσω παραγωγὴ ἀπὸ τοῦ πάλλω τὸ κινῶ, ἐξ οὗ καὶ πάλος, ὁ κλῆρος .... καὶ παλτὸν, εἰδός τι ὅπλου, ἐξ οὗ καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ δίπαλτος φονεύς, καὶ παλτὸν πῦρ, τὸ κεραύνιον.

5 Εἶπεν] Neuter codicum MSS. hoc verbum agnoſcit.

6 ΕΦ' Ὃ ΗΛΘΕ ὁρμήσατε] Peſſime verſum, *cujus gratia veniſtis*. Etenim ὁρμὴν æque & ſæpius refertur ad motus & impetus Animi, quam Corporis Sic *ſupra* II. 30. de Platone, ἐπὶ πτερυγικὴν ὥρμησε. Julian. *Or.* I. *pag.* 48. Λείπεται ἢ λοιπὸν, καθάπερ αὐτὸς ἤρμηκας, τὸ πάντας δὴ ποιεῖν. *Supereſt ergo id reliquum, prout animus tuus ſua ſponte in id rapitur*, ſeu *prout ipſe in id effuſus es tua ſponte, bene omnibus facere*. Polyæn. I. 9. Ὁρμὴ δ' ἦν αὐτοῖς, χωρεῖν ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν, *animus illis eſt*, vel *Conſilium, eundi in Iſthmum*. PERIZ.

7 ΑΦΕΛΕΣΘΑΙ] ἀφαλέσθαι GESN. Poſſis & ἀφάλασθαι. FABER. quod videtur optimum. SCHEFF. Mihi placet Geſneri ἀφαλέσθαι, *deſilire*, cujus ſimplex ἁλέσθαι, *ſalire* Strabo *l.* X. *p.* 311. & Heſychius habent. at de ἄλασθαι vel ἀφάλασθαι, nondum ſum certior factus. KUHN.

ΑΦΕΛΕΣΘΑΙ Τ. ἵππων] Mirum profecto, ita Codice in utroque ſcriptum reperiri. Sed tamen quum jam Vultejus & reliqui omnes in verſione ediderint *deſilientes*, & porro pariter conjecerint Geſnerus, Schefferus, Faber, Kuhnius, legendum ἀφαλέσθαι, quod &

ἐπὶ τὰ τῆς Ἰνδικῆς ὅρια ἀπέπεμψε, τοὺς δὲ ἐπὶ τὰ Σκυθικά. Καὶ ἐκεῖνοι ἔμειναν αὐτῷ πιστοὶ, ἀφ' ἧς μνήμης ἔχοντες τὴν εὐεργεσίαν.

in aliam partem, & hos quidem ad Indiæ confinia dimiſit, illos vero ad Scythica. Atque illi fideles ipſi manſerunt, memores iſtius beneficii.

& res ipſa poſtulat, recepi hanc veram haud dubie conjecturam. Eam vero docuit me inſuper Cl. Boivinius, firmari etiam à Regio Codice Strategi, ut & prima manu Codicis 3132. PERIZ. & a Mediceo.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ἕβδομον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER VII.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ Σεμιράμιδος, καὶ πῶς τὴν τῶν Ασυρίων ἀρχὴν κατέσχε.

Σεμίραμιν τὴν Ασυρίαν ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀδουσιν· [1] ὡραιοτάτη δὲ ἐγένετο γυναικῶν, εἰ καὶ ἀφελέσθαι ἐχρῆτο τῷ κάλλει. Αφικομένη δὲ

CAP. I.

De Semiramide, & quomodo regnum Assyriorum sibi vendicaverit.

Semiramin Assyriam alii aliter quidem celebrant: sed tamen fuit illa inter feminas speciosissima, tametsi negligentius formam curaret.

1 Ὡραιοτάτη &c.] Sensus est: *Varia quidem & diversa traduntur de Semiramide, sed in eo conveniunt omnes, fuisse illam formosissimam.* Relinquit ergo Auctor quasi in medio Semiramidis originem, quam alii ab Dea ortam *Derceto*, alii ancillam παλλακευομένην, vel simpliciter ἰπαῖραν, fuisse produnt. Vide Diod. Sicul. *lib.* II. qui utramque sententiam, priorem ex Ctesia copiose, alteram ex Athenæo & Aliis breviter, exponit, sed quam posteriorem prætulerunt etiam Plutarchus Ερωτικῷ & Plinius; laudati jam à Scheffero. Neque vero dubito & Nostrum illos sequi, siquidem Iidem etiam hoc addunt, quod Ælianus nobis hic narrat, eam scilicet, accepto in paucos dies summo imperio, in vincula dedisse & occidisse Ninum, maritum suum. PERIZ.

2 Κλητὴ κῦ κλέος τ ὥρας] Plutarchus in *Amatorio* Syram fuisse scribit, Regiique famuli ancillam. Diodorus Siculus *lib.* II. ex Athenæo aliisque Scriptoribus ἰτώρεαν, id est meretricem. Cum Plutarcho consentit Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. *Echionis*, ait, *nobiles picturæ sunt, Liber pater, Semiramis ex ancilla adipiscens regnum &c.* SCHEFF. *Semiramidem* Nini filiam facit Conon apud Photium, quem vide *p.* 222. *Ed. Hœsch.* KUHN.

δὲ πρὸς τὸν τῶν Ασυρίων βασιλέα, [2] κλητὴ κῦ κλέος τῆς ὥρας, ὅδε ἐντυχὼν τῇ ἀνθρώπῳ, ἠράσθη αὐτῆς. Η ὃ ἤτησεν ἐκ ϐ βασιλέως τὴν βασίλειον στολὴν [3] λαϐεῖν δῶρα, καὶ πέντε ἡμερῶν τῆς Ασίας ἄρξαι, [4] καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης προστατ|όμενα δράσαι· κ οὐδὲ τ αἰτήσεως ἐτύχησεν. Επεὶ δὲ ἐκάθισεν αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ ϐ θρόνου, καὶ ἔγνω διὰ χειρὸς καὶ γνώμης ἔχουσα πάντα, προσέταξε τοῖς θρυφόροις, [5] αὐτὸν τὸν βασιλέα κτεῖναι· καὶ οὕτω τὴν τῶν Ασυρίων ἀρχὴν κατέχε. Λέγει δὲ ταῦτα [6] Δείνων.

ret. Quum vero venisset ad Regem Assyriorum, vocata propter famam pulchritudinis, ille ubi vidit Feminam, statim ejus amore est captus. At illa petiit ab rege, ut stolam regiam muneri acciperet, Asiæque imperaret quinque dies, & ille quæ ab ipsa jubeantur, faceret: neque ejus, quod petiit, tulit repulsam. Quum vero collocasset eam Rex super thronum, ipsaque jam cognosceret, in sua se manu & voluntate habere cuncta, mandavit satellitibus, ipsum ut regem interficerent: atque ita Assyriorum imperium obtinuit. Refert autem illa Dinon.

ΚΕΦ.

CAP.

2 Κλητὴ κῦ κλέος τ ὥρας] Plutarchus in *Amatorio* Syram fuisse scribit, Regiique famuli ancillam. Diodorus Siculus *lib.* II. ex Athenæo aliisque Scriptoribus ἰτώρεαν, id est meretricem. Cum Plutarcho consentit Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. *Echionis*, ait, *nobiles picturæ sunt, Liber pater, Semiramis ex ancilla adipiscens regnum &c.* SCHEFF. *Semiramidem* Nini filiam facit Conon apud Photium, quem vide *p.* 222. *Ed. Hœsch.* KUHN.

3 Λαϐεῖν δῶρα] Videtur Auctor sentire, petiisse illa Semiramin, tanquam dona nuptialia, & pignora amoris: siquidem continuo jungit amorem Nini, & illam feminæ petitionem. De donis autem Nuptialibus, quæ proprie ἕδνα dicebantur, egimus *supra ad* IV. 1. PERIZ.

4 Καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης] Lego ἀφ' αὐτῆς. FABER. Bene. SCHEFF. Non opus est correctione. KUHN.

Καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης προστατ|όμενα δρᾶσαι] Vertebatur, *& eorum, quæ in hoc tempore gererentur, potestatem*, satis laxo mehercule, & alieno sensu. Nec enim conveniunt τὰ προστατ|όμενα, & *quæ gererentur.* Sed tamen vel durior est Ellipsis in Græco, qua intelligendum sit πάντας, h. e. omnes homines, qui ibi erant, præter ipsos Ninum & Semiramin: vel legendum δρᾶσθαι, leviissima mutatione & sensu oportunissimo. Sic τὰ δρώμενα κ τὰ ὁράμενα, *quæ fiebant & videbantur*, apud Dionys. Halic. *lib.* III. *pag.* 155. Noster *supra* v. 6. καὶ τὸ μὲν ἐδρᾶτο. PERIZ.

5 Αυτὸν τ βασιλέα κτεῖναι] Diodorus tantum in vincula conjectum ab illa scribit. Nimirum si Plutarcho credimus, detentum aliquamdiu in carcere, postremo necari jussit. Porro ab his omnibus dissentit Trogus, aut qui eum in compendium redegit Justinus. Hic enim *lib.* I. *cap.* I. *decessisse Ninum* ait, hoc est naturali morte defunctum esse, *relicto impubere & uxore Semiramide.* Semiraminque imperium non ob aliud aggressam esse, quam quod immaturo tradere non auderet. SCHEFF. Vide Mureti *Var. Lect. l.* VI. *c.* 18. KUHN.

6 Δείνων] Scriptor rerum Persicarum, Corn. Nepos in *Conone.* vixit sub Philippo Amyntæ filio. Meminit ejus Noster *l.* I. *Hist. Anim. c.* 10. KUHN. Celebris est Historicus, qui vixit tempore Philippi Macedonis, & scripsit de rebus Gentium Orientalium, maxime Persicis, in quibus illi *plurimum se credere* ait Corn. Nepos in *Cononè.* Vide Vossium. PERIZ.

ΚΕΦ. Ϛ.

Περὶ Στράτωνος καὶ Νικοκλέους τρυφῆς.

CAP. II.

De Stratonis & Nicoclis luxu.

1 Στράτων ὁ Σιδώνιος λέγεται τρυφῇ καὶ 2 πολυτελείᾳ ὑπερβαλέσθαι σπεῦσαι ἀνθρώπους πάντας. Καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος παραβάλλει αὐτοῦ τὸν βίον 3 τῇ τῶν Φαιάκων

Strato Sidonius dicitur omnes homines luxu & magnificentia superare studuisse. Et Theopompus Chius comparat ejus vitam Phæacum comessationibus, quas

1 Στράτων ὁ Σιδώνιος] Fuit rex Sidoniorum teste Athenæo *lib.* XII. ubi integram hanc historiam invenies. SCHEFF. Ex Theopomp. *lib.* XV. *de rebus Philipp.* KUHN. *Strato* quispiam, Sidoniorum Rex fuit tempore Alexandri, qui eum regno exuit. Vide Curtium IV. 1. Cum quo congruere aliquantum videtur, quod Max. Tyr. *Dissert.* IV. luxuriosum hunc *Stratonem* redactum dicit ἐπὶ πτίαν, *ad paupertatem.* Sed tamen, quum Hieronymus *lib.* I. *adv. Jovinianum.* & ex eo Kuhnius, memorent *Stratonem Sidonis Regulum, qui manu propria se voluerit confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Ægyptii Regis societate neglexerat*, nullus dubito, quin respiciat Hieronymus Sidoniorum defectionem à Persis tempore Ochi Artaxerxis factam, in qua illi Ægyptiis se junxerunt: (Vide quæ notavimus *supra ad* IV. 8. & Diod. Sicul. *lib.* XVI.) atque adeo, quin *Strato* ille, ab Hieronymo memoratus, immo & à Nostro, sit idem qui à Diodoro dicitur *Tennes*, & à Persis jussu Ochi fuit occisus. Convenit etiam hoc tempus in ætatem *Nicoclis*, Euagoræ F. Salaminii Regis. Probabile autem, *Stratonis* nomen fuisse Regibus Sidoniis frequens, ab *Astarte* Dea, præcipuo Sidoniorum Numine, (vide Seldenum *de Diis Syris*) formatum, sed quod Græci suo more in speciem nominis Græci flexerint. Cæterum quæ Auctor Noster hoc capite narrat, habet ea ex Athenæo *lib.* XII. *cap.* 8. qui & ipse ex Theopompo Chio, & ejus *Philippicis Historiis*, hausisse illa fatetur: ex quo liquet, non debere ergo hunc *Stratonem* ac *Nicoclem* infra Philippi, aut ad Alexandri, tempora demitti. PERIZ.

2 Πολυτελείᾳ] *Magnificentia, luxu, sumptu magno, quem quis facit.* Sic Athenæus *d. l.* πυνθανόμενοι πῶς τε πλουσιώτατα τῶν οἰκείων, καὶ τὰς πολυτελείας τῶν θυσιῶν. Isocrates *ad Nicoclem pag.* 40. Τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐνδείκνυσο ἐν μηδεμιᾷ τῶν πολυτελειῶν, τῶν εὐθὺς ἀφανιζομένων. *Magnificentiam in nullis ostende sumptibus, qui cito intereunt.* Julian. *Orat.* I. *pag.* 35. *Spectabat*, vel *Proponebat sibi Indorum divitias*, καὶ Περσῶν τὴν πολυτέλειαν, & *Persarum magnificentiam.* Vide ibi Illustriss. Spanhemium, ut & *ad pag.* 7. IDEM.

3 Τῇ τῶν Φαιάκων &c.] *Phæacum* τρυφῇ & ἁπαλωτικῷ βίῳ, h. e. *voluptaria vita*, in adagium abiit ex Homero apud Græcos & Latinos. Rex eorum erat Alcinous, qui, ut solebant Phæaces, Ulyssem liberaliter excepit, & palam de se & Phæacibus profitetur *Odyss.* Θ. 248.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη, κιθάρις τε, χοροί τε,
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί·

Nobis semper jucunda est cœna, & cithara, & saltationes, & Vestium mutatio, & calida balnea, & cubilia. Quos versus ex Homero

κῶν διαίτῃ, ἥπερ καὶ Ὅμηρος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ μεγαλόνοιαν, ὥσπερ εἴθιστο, 4 ἐξετραγῴδησεν. Τούτῳ γε μὴν 5 οὐχ εἷς παρῆν ᾠδὸς, καταᾴδων αὐτοῦ τὸ δεῖπνον, καὶ καταθέλγων αὐτόν· ἀλλὰ πολλαὶ μὲν παρῆσαν γυναικῶν μουσουργοὶ, καὶ αὐλητρίδες, καὶ ἑταῖραι κάλλει ἀφροδίτην πρέπουσαι, καὶ ὀρχήστριδες. Διεφιλοτιμεῖτο δ' ἰσχυρῶς καὶ πρὸς 6 Νικοκλέα τὸν Κύπριον, ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνος πρὸς

quas Homerus pro grandi suæ mentis spiritu, ut solitus est, magnifice decantavit. Huic vero non unus præsto erat cantor, qui ad cœnam ipsius cantaret, & ipsum oblectaret: sed multæ aderant mulieres cantrices, tum tibicinæ, tum meretrices forma excellentes, & saltatrices. Ambitiose vero certabat etiam cum Nicocle Cyprio, quoniam & Hic cum Illo. Erat autem illa contentio

ro sæpe memorat Athenæus. Habitabant in insula, quæ postea dicta est *Corcyra*, hoc nomine satis nota. Vide Eustath. *ad Hom. Odyss. E. p.* 204. Cæterum in illorum Phæacum & Alcinoi convivio, quo excipiebant Ulyssem, erat unus tantum Cantor, qui *Demodocus* dicebatur, quo respicit Auctor, quando mox ait, Stratoni non *Unum* fuisse *cantorem* in epulis, sed Plures, & Feminas quidem. PERIZ.

4 Ἐξετραγῴδησεν] *Magnifice illud describsit, & grandi stylo*, qualis esse solet Tragicorum. Sic Lucian. *de M. Peregrini pag.* 781. Πρὸς δὲ τὰς βλάκας ἐτραγῴδουν ἃ παρ' ἐμαυτῷ, *magnifice quid apud homines stultos narrabam à me ipso* de illo exitu Peregrini, h. e. mirabiles quasdam, & quæ ad stuporem illos redigere possent, circumstantias fingebam & enarrabam. PERIZ. Polybius *lib.* VI. *Hist. cap.* 13. τὰς ἐπιτυχίας τῶν ἡγεμόνων ὑπερτραγῳδῆσαι καὶ συναυξῆσαι.

5 Οὐχ' εἷς παρῆν ᾠδὸς] Respicit locum Poëtæ. Nam in Phæacum convivio, quod describit, unus tantum cantor aderat, versus hic est

Κήρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν ἄγων ἐρίηρον ἀοιδόν.

SCH. Cæterum ex hac Homerica Phæacum descriptione natum est, ut homines luxu diffluentes dicerentur, *Phæaces aut sponsi Penelopes, nebulones Alcinoique*: & *Phæacum dicta* vita est mollitie & luxu effeminata & in cute curanda plus æquo operata. KUHN.

6 Νικοκλέα] Qui & ipse Rex Salaminis Cypriorum fuit. Anaximenes auctor apud prædictum Athenæum. SCHEFF.

Νικοκλέα τὸν Κύπριον] Confusa est Historia Regum Cypriorum, partim quia plures simul ista in Insula Reges fuerunt, partim quia plures etiam ejusdem fuerunt vel cognati Nominis, nec Historia eorum à quoquam est accurate satis tradita. Deinde diversis Nominibus, modo *Nicocles*, modo *Nicocreon*, Unus idemque Rex ex sententia Leopard. *Emend.* I. 10. & Casauboni *ad Athen.* VIII. 9. appellatur. Denique, quod maxime huc pertinet, duo fuerunt *Nicocles*, Cypri Reges: Prior, qui successit Euagoræ, & quem laudavit Isocrates: Alter, qui Ptolemæi Soteris jussu ad mortem est adactus quartodecimo anno post mortem Alexandri. Nempe Euagoræ, Salaminio proprie Regi, successit tempore Artaxerxis Mnemonis, anno ante Philippi Macedonis Regnum quarto decimo, Filius *Nicocles* ab Isocrate laudatus. Dein Alexandri tempore, quum is Tyrum oppugnaret, reperimus apud Curtium & Arrianum, Regem Salaminis *Pnytagoram*, qui fine dubio idem est, quem Diod. Siculus tempore Artax. Ochi jam memorat *lib.* XVI. sed nominat *Protagoram*; quod tamen nomen corruptum credo ex altero rariore, licet & Isocrates in *Euagora pag.* 476. huic Filium quoque tribuat *Protagoram*, qui, ut videtur, ante Patrem fuit defunctus. Ex quo id saltem liquet, fuisse ergo in hac familia

πρὸς αὐτόν. Ην ᾖ ἡ ἄμιλλα ὑπὲς οὐδενὸς σπουδαίου, ἀλλὰ ὑπὲς τ προειρημένων. Καὶ πυνθανόμενοι ωδ τ ἀφικνουμένων τὰ παρ' ἀλλήλοις, εἶτα ἀντεφιλοτιμοῦντο ἑκάτερ ὑπερβαλέσθαι τὸν ἕτερον. Ου μὴν εἰς τὸ παντελὲς ἐν τούτοις διεγένοντο· 7 ἀμφότεροι γὰς 8 βιαίου θανάτου ἔργον ἐγένοντο.

tio de nulla re seria, sed de iis, quæ jam dicta sunt. Et scisitantes uterque ex iis, qui adventabant, quæ apud alterum fierent, ita uterque alterum vicissim superare contendebat. Neque tamen in perpetuum in illis perstiterunt: uterque enim violenta morte interiit.

milia usitatum Nomen, sive *Pnytagoras*, sive *Protagoras*. Denique post Alexandri mortem legimus apud Diodor. *lib.* XIX. Ptolemæum in bellis Civilibus contra Antigonum, remotis aliis Cypri Regibus, præfecisse Cypro *Nicocreontem*; At *lib.* XX. duobus annis post, dicitur idem Ptolemæus misisse quosdam ex Ducibus suis ad *Nicoclem Paphiorum* Regem, qui ei mortem denunciarent & inferrent, propterea quod clam amicitiam iniisset cum Antigono. Quo facto & ille periit, & omnis familia Paphiorum Regum, seu Fratres ejus una cum Feminis, voluntaria morte. Polyænus eadem istius Familiæ fata enarrans VIII. 48. *Nico*, *clem* dicit *Cypriorum Regem*. Quæritur jam, quis fuerit prodigus ille *Nicocles*. Simsonius A. M. 3695. censet ab Athenæo, atque ita etiam ab Ælianο, intelligi hunc posteriorem. Et favet huic sententiæ, quod ille violenta morte est exstinctus, quod de suo *Nicocle* affirmant etiam Athen. & Ælianus. Sed tamen quum *Nicocles* posterior, si idem est, qui *Nicocreon*, crudelissimus fuerit tyrannus, atque alienus ab omni liberalitate, cumque regnum tenuerit in perpetuis bellis, quæ gesta sunt statim post Alexandri mortem, neque opulentus valde fuerit, & præterea ejus tempore Regnum *Sidoniorum* tenuerit, non prodigus quispiam, sed frugalis ille Abdalonymus, ac denique per ætatem suam vix memorari potuerit à *Theopompo in Philippicis:* ideo crediderim hunc Æliani *Nicoclem* esse potius illum Euagoræ Filium, qui vere opulentus fuit Rex, cujus magnificentiam in funere patris, *choris*, & *musica*, & *gymnicis agonibus*, *immo equestribus*, *ac navalibus certaminibus*, declaratam prædicat Isocrates *Euagoræ init.* & qui porro huic Isocrati, ut in *ejus Vita* tradit Plutarchus, donavisse dicitur pro scripta ad ipsum Oratione XX. *Talenta*, h. e. 36000. Carolinorum. Videtur autem ille excidisse Regno per *Pnytagoram* antea memoratum tempore Artax. Ochi. Certe exstitit illo tempore, *Nicoclis* hujus haud dubie Filius, *Euagoras* junior, qui in exilio vixit, & per Regem Persarum τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, *Paternum Regnum Salaminis* recuperare studuit, ut refert Diod. Sicul. *lib.* XVI. *pag.* 444. PERIZ.

7 Αμφότεροι] De Nicocle testatur Polyænus, laqueo vitam finivisse (*lib.* VIII.) SCHEFF. De Stratone autem Hieronymus ex Veterum monumentis hæc nobis conservavit *lib.* I. *adversus Jovinianum. Strato, regulus Sidonis manu propria se volens confodere, ne imminentibus Persis ludibrio foret, quorum fœdus Ægyptii regis societate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium, quem arripuerat, circumspectans, hostium pavidus expectabat adventum. Quem jam jamque capiendum uxor intelligens, extorsit acinacem de manu, & latus ejus transverberavit, compositoque ex more cadaveri se moriens superjecit, ne post virginalia fœdera alterius coitum sustineret.* Tanti dux fœmina facti. KUHN.

8 Βιαίου θανάτου] Paulo aliter de iis Maxim. Tyr. *Dissert.* IV. ubi, quum luxuriosos memorasset, *Assyrium*, intelligens haud dubie Sardanapalum, & *Phœnicium Stratonem*, & *Nicoclem Cyprium*, subjicit *luxuriam deducere homines ad extremum, vel in Ignem, ut Assyrium, vel ad Paupertatem, ut Phœnicium, vel in vincula, ut Cyprium.* In Sluiskiano hic, omisso illo ἀμφότεροι, legitur βιαίῳ δὲ θαν. &c. PERIZ. Mediceus quoque ignorat τὸ ἀμφότεροι, quod tamen in hac historia ad-

adhibuit Athenæus. Simili loquutione utitur Anna Comnena *lib.* XV. *Alexiados pag.* 462. καὶ αὐτίκα πλείστας μὲν μαχαίρας ἔργον ἐποιήσαντο. & Scriptor incertus apud Suidam in v. ἄτολμος. Επεὶ τοίνυν ὑπ' ἀβουλίας ἔτος πῷ θεῷ ἠπείθησε, τ παρόντων παίδων οἱ φασὶ τὸν πρεσβύτην ἔργον τῆς παρούσης νόσε γενέσθαι. quæ postrema verba haud recte cepit Interpres vertens, *ajunt præsentium liberorum maximum natu præsentis morbi causam ipsi fuisse.* At Græca postulant, *ajunt filiorum natu maximum præsenti morbo exstinctum fuisse.* Achilles Tatius *lib.* IV. *de Cl. & Leuc. Amor. pag.* 259. Γοργίας ἦν μὲν, ἔφη, Αιγύπτιος σφατιώτης· νῦν δὲ ἐκ ἔστιν, ἀλλ' ἔργον γέγονε τῶν βουκόλων, h. e. *a pastoribus interemtus est.*

ΚΕΦ. γ'.

Λύπης ἀναγαλτικός τις Αριγίππου λόγος.

Οτι 1 Αριγιππος ἑταίρων αὐτῷ τινων ὀδυρομένων βαρύτατα, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πρὸς αὐτοὺς εἶπε λύπης ἀναγαλτικὰ, καὶ ταῦτα ᾖ 2 ἐν προοιμίῳ· ἀλλ' 3 ἔγωγε ἥκω παρ' ὑμᾶς, οὐχ ὡς συλλυπούμενος, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους.

CAP. III.

Sermo Aristippi quidam, ad sedandum dolorem idoneus.

Aristippus, quum quidam ex necessariis ejus gravissime lamentarentur, cum alia multa ad cohibendum luctum idonea illis dixit, tum vero & hæc in exordio: At ego non venio ad vos, ut una lamenter, sed ut vos à luctu abducam.

ΚΕΦ.

CAP.

1 Αριστιππος] Alienus hic erat, ut qui maxime, à dolore & tristitia, quippe qui, Auctor Cyrenaicorum, *omne bonum in voluptate ponebat, virtutemque ob eam rem censebat laudandam, quod efficiens esset voluptatis*, ut ait Cicero *de Offic.* III. 33. Vide Nostrum etiam *infra* XIV. 9. ubi Aristippus homines jubet tantum frui præsentibus, nec sollicitari præteritis aut futuris. Erat patria Cyrenaicus, Socratis discipulus, sed diverso ab Socrate ingenio, & in multis sententiâ. PERIZ.

2 Εν προοιμίῳ] In Sluisk. ἐν προοιμίοις. Mox abest ab eodem codice, ὑμῖν, & forsan recte. Nam cum in eadem periodo bis occurrat ὑμᾶς, neutiquam postulat sensus integritas illud ὑμῖν. Cæterum in Lugd. totum hoc Caput est prætermissum. PERIZ. Ut Sluiskianus, sic & Mediceus legit ἐν προοιμίοις, atque ignorat τὸ ὑμῖν, quod etiam hinc exsulare jussi.

3 Εγωγε ἥκω παρ' ὑμᾶς] Similiter Seneca in *Consolat ad Marciam: Alii molliter agant & blandiantur: Ego confligere cum tuo mœrore constitui.* Nimirum *vehementius*, ut mox ait, *contra inveterata pugnandum est.* Et ut Curtius loquitur, *medici quoque graviores morbos asperis remediis curant.* Idem Seneca *Ep.* 99. *Hi qui sibi lugere sumpserunt, protinus castigentur & discant, quasdam etiam lacrymarum ineptias esse.* SCHEFF. M. Antoninus *lib.* VII. μὴ συνεπιθρηνῶν, μὴ σφύζειν. *lamentantibus ne collamenteris, neve commoveare.* ubi vide *notata* Gattakero *p.* 276. Non tamen τὸ συλλυπεῖσθαι simpliciter damnatur, si quidem modum servet, & amici ægritudinem allevet, non augeat, aut alat. KUHN.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ μύλης ἐπαίνου.

Ὅτι Πιττακὸς [1] πάνυ σφοδρῶς ἐπῄνει τὴν μύλην, τὸ ἐγκώμιον αὐτῆς ἐκεῖνο ἐπιλέγων, ὅτι ἐν μικρῷ τόπῳ [2] διαφορά ἐστι γυμνάσασθαι. Ἦν δέ τι [3] ἆσμα [4] ἐπιμύλιον οὕτω καλούμενον.

CAP. IV.

De laude molæ.

Pittacus vehementer prorsus laudabat molam, id ejus encomium addens, quod in exiguo loco variis modis daretur sese exercere. Extabat autem cantilena quædam, quæ ad molam cantabatur, sic dicta.

1 Πάνυ σφοδρῶς ἐπῄνει] Nam & ipse hac ratione solebat exerceri. Laertius in *vita ejus:* Τέτῳ γυμνάσιον, σῖτον ἀλεῖν, ὡς φησι Κλέαρχος, Plutarchus in *Convivio sapientum:* ὁ δὲ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων. Adde Clementem *l.* III. *Pædag.* SCHEFF. μύλης ἐγκώμιον *Pittacum* conscripsisse Noster ait: argumentum encomii fuit, quod mola in exiguo loci spatio multis sese exercendi copiam faciat. habuit igitur Theodor. Zwingerus *Theatri vol.* XIX. *lib.* II. *tit. de Mola* Ælianum, non quidem *l.* XIV. *Var. Hist.* sed hoc ipso loco autorem, quo nixus tradidit *Pittacum* molæ conscripsisse encomium, nec opus esset Doctiss. Gattakeri *nota in Antonin. Imperat. pag.* 6. *quo auctore dicat* (hoc Zwingerus) *nescio.* Nec ad rem facit, quod Pictorius *ad Marbodeum de gemmis* queritur, molæ laudes poëtam nullum celebrasse. Forte enim hic Æliani locus Pictorium latuit, vel, si scivit, in Poëtis Pittacum censere noluit, vel denique de justo Poëmate loquitur. KUHN.

2 Διαφόρεις ἐστὶ γυμνάσασθαι] Sluisk. ut & Regius Strategi διάφορα. Regius 3132. idem prima manu scriptum habuit, sed postea corruptus est. Lugd. more suo ultimas vocabuli literas, incerta prorsus nota, seu scripturæ compendio, absorpsit. Mihi vero magnopere arridet Sluiskiana lectio. Major enim emphasis, & majoris commodi expositio, est in eo, quod in exiguo loco aliquis se diverso genere exercitii exercere possit, quam quod plures istic homines exercendi corporis facultatem habeant. Quid enim juvat me, quod etiam alii se istic exercere queant? at juvat multum, si me, modo hac, modo illa, parte corporis potissimum exercere possim diverso exercitii genere. Etenim in pistrino, qui erat locus Molæ, frumentum in molam immittebatur, mola versabatur, farina excipiebatur, conficiebatur panis. Et sane Pittacus quoque apud Plutarch. *in Conv. Septem Sap.* non tantum dicitur *molere* solitus, sed & *panes*, seu *placentas*, *sibi ipse* ex farina *conficere*, ἀλῶν τὰ σιτία, καὶ πίτνων ἑαυτῷ. Similiter Isidorus Pelus. *lib* I. *Ep.* 470. Τὸν μύλωνα ἑαυτέργει, καὶ συνεργῶς γυμναζόμβῳ, ἢ τὴν τροφὴν ἐργαζόμβῳ, *in pistrino ipse opus faciebat, & acriter se exercens, & cibum sibi conficiens.* Syntaxis autem eadem est, quæ *supra* v. 6. αὐτὸς ὁ γυμναστόμενος γυμνάσιον τὸ ἐωυδὸς. PERIZ. Mediceus cum reliquis MSS. consentit: Διάφορα autem hoc loco usurpatur vice adverbii, quomodo sæpissime solet Noster.

3 Ἆσμα] Nominatur & a Polluce *lib.* VII. Hujus initium puto erat Ἄλει μύλα ἄλει. GESN.

4 Ἐπιμύλιον ὕτω καλέμενον.] Sic omnis cantilena molentium vocabatur. Porro exemplum ἐπιμυλίς extat apud Plutarchum in *ante dicto loco*, & sic incipit. Ἄλει μύλα ἄλει. SCHEFF. Athenæus *lib.* XIV. Pollux *lib.* IV. *cap.* 7. Sextus Empir. *p.* 340. Cæterum locus è Plutarcho laudatus conjunctim legendus ita. ἄλει μύλα ἄλει. ὁ δὲ Πίττακος ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων, *mola mole mola, nam & Pittacus molit qui magnæ Mitylenæ dominatur.* ita Lydæ mulieres inter molendum cantu laborem fallere solebant. Ibidem Pittacus non tantum sibi molere dicitur, sed etiam πίτνειν τὰ σιτία, *cibum pinsere vel coquere.* KUHN.

Ἐπιμύλιον ὕτω καλέμενον] Dubitabam, an Auctor tor voluerit, canticum illud appellatum esse *Pittacus*, quia de Eo hic agit: Tum quia Ἐπιμύλιον certe non est Nomen Proprium, & varia fuerunt ἄσματα ἐπιμύλια, quæ aliis Nominibus Propriis designabantur, veluti Ἰμαῖος, Ἐπαντλαῖος, Vide Hesych. in Ἰμαῖος, & Casaub. *ad Athen.* XIV. 3. & Eustathium *ad Hom. Iliad.* Σ. *p.* 1223. & *ad Iliad.* Φ. *p.* 1324. unde & liquet, varia fuisse cantica, proprio Viri alicujus nomine insignita, ut Canticum Messorum, *Lityerses* dictum, de quo vide *supra ad* I. 27. Denique quia revera fuit ἐπιμύλιος ᾠδὴ, in qua *Pittacus*, & hoc ejus factum, commemorabatur, & quæ ideo *Pittacus* potuit esse appellata. Occurrit illa apud Plutarch. *d. l.* Ἄλει μύλα, ἄλει, ὁ δὲ Πιττάκος ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων. *Mole Mola, mole, nam & Pittacus molit, magnæ Mitylenæ Rector.* Sed tamen nihil definio, quia Auctor non satis diserte aut liquido id declarat. Certe male ex hoc loco Theod. Zuingerus, & cum eo Kuhnius, conficiunt *Pittacum Molæ Encomium conscripsisse, quod* ἐπιμύλιον *nuncuparit.* Nihil enim aliud dicit Ælianus, quam Pittacum laudare solitum molam, & ejus laudis hanc potissimum dedisse rationem, quod per eam quis exercere se quam optime possit. Ἐγκώμιον enim hic non notat carmen aliquod, sed breve laudis Elogium, quo potissima laudis pars & ratio continetur. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ τῆς ἐν πολλοῖς αὐτουργίας ᾧ τε Ὀδυσσέως καὶ ᾧ Ἀχιλλέως.

Καὶ [1] Λαέρτης ὢν [2] αὐτουργῶν ὑπὸ ᾧ παιδὸς πεφώραται, [3] καὶ φυτὸν ξύων, καί τοι γηραιὸς ὤν.

CAP. V.

De manuario in multis rebus Ulyssis & Achillis labore.

Laërtes etiam ipse sibi ministrans deprehensus est à filio, & purgans arborem, quamvis jam esset extre-

1 Καὶ Λαέρτης] Cohærent hæc cum præcedenti capite, sed ab eo, qui titulos capitibus præposuit, à se invicem divulsa sunt & conjunguntur in MS. B. Porro, quæ de Laerte ejusque filio, id est Ulysse, Noster, ea desumpta sunt ex Homeri *Odyss.* Ω. ubi latius hæc explicantur. SCHEFF. Plutarchus in *an seni sit gerenda respublica. Laertem* οἰκουρεῖντα domi desidentem parum honoris indeptum esse ait. & *de Tranquillitate animi* ὁ Λαέρτης εἴκοσιν ἔτη καθ' ἑαυτὸν εὐ ἀγρῷ διατρώμενος γερὶ σὺν ἀμφιπόλῳ, ἢ οἱ βεβαίντε πόσιντε παρεπίθει, τὸν μὲν πατρίδα καὶ τὸν οἶκον καὶ τὸν βασιλείαν ἔφυγε, τὸν δὲ λυπῶν μὴ ἀπόξεσις καὶ κατηφείας ἀεὶ φυσιοκῶσαν εἶχε. *Laertes per viginti annos ruri vitam vivens solitariam, famulamque admodum anum, quæ cibum potumque præberet, secum habens, patriam, domum & regnum deseruit, luctumque inter otium & vultum tetricum semper domi suæ aluit.* KUHN.

2 Αὐτουργῶν] Sic Vetustissimi quique omnium nationum ipsi per se res suas agebant, nec in Græcia modo, sed & in Oriente, in Italia, in Germania. Quod vellem cogitassent Peraltus, & similes, qui magna profecto ἀκεσία vel insscitia Homerum exagitant eo nomine, quod Heroas suos & Reges ita exhibeat αὐτουργῶς, per se facientes, quæ servis postea delegari solebant, tanquam si plebeji & pauperes, ut loquitur Peraltus, essent homi-

σκων βαθύτατα. Ομολογεῖ δὲ καὶ Οδυσσεὺς αὐτὸς πολλὰ εἰδέναι, καὶ τεχνίτης αὐτῶν εἶναι·

4 Δρηστοσύνη δ' οὐκ ἄν μοι ἐρίσσειεν βροτὸς ἄλλος,
Πῦρ τ' 5 εὖ νήσαι, διά τε ξύλα 6 πολλὰ κεάσαι.

Καὶ τὴν 7 σχεδίαν δὲ, οὐ δεηθεὶς ναυ-

extremæ ſenectutis. Fatetur etiam Ulyſſes, ſe & multa ſcire, & ea ſuis facere manibus:

Nemo alius mecum quævis contendat agendo,
Sive ſtruendo ignem bene, ſeu bene ligna ſecando.

Sed & ratem, nihil opus habens fa-

mines. At vero quum temporibus Homeri non aliter viverent, aut vixiſſent unquam, ipſi Reges & Duces populorum, nonne abſurdiſſimum eſt dictu, accuſare Poëtæ ingenium, quod vitam eorum ac fortunam deſcripſerit ac ornaverit iis moribus, qui tunc ſoli erant cogniti, & veriſimiles; non vero iis, qui tunc nulli erant, ſed qui noſtrorum temporum Regiæ Majeſtati ac Magnificentiæ magis congruunt. Quid? ſi Peraltus ipſe vixiſſet Romæ ante Punica bella, & ſuis æqualibus Fabricii ac Curii res geſtas Epico carmine commemorare voluiſſet, Heroum ſane clariſſimorum, ſed qui ex fictilibus vaſis rapa per ſe toſta in ſcamno ad ignem comedere ſolebant, an non ludibrio ſe expoſuiſſet certiſſimo, ſi vaſa illis tribuiſſet argentea vel murrhina, & cœnam opiparam plane ac luxurioſam? Quod ſi Arminium, aut alios Germanorum Heroas, cantare quis etiam hodie vellet, utrum ille mores iis daret, quales Tacitus Germanis adſcribit, ſimplicitate quadam ſatis in quibuſdam commendabiles, an qualibus nunc utuntur Principes? Credo, cui rectum eſt ſinciput, Tacitum is ſequeretur. Nec vero detrectavit Corn. Nepos in *Vitis Epaminondæ*, & aliorum Græciæ Ducum, narrare ea quoque, quæ *moribus Romanis partim humilia, partim infamia putabantur*; immo irridet ille & confutat eos, qui *nihil decorum, rectum, pulchrum* etiam tunc *ducebant, niſi quod ipſorum moribus conveniret*, ut nunc faciunt multi in Francis. Sed non Gentium modo diverſarum, verum earundem quoque Gentium diverſis temporibus diverſi plerumque fuerunt mores etiam in Sermone ſuo. Quæ ipſi Scriptores Sacri

dhibuerunt olim vocabula, honeſta tunc & decora, ea poſteriores Judæi ex lectione ſacra ejecerunt & proſcripſerunt, tanquam obſcœna & inhoneſta. Etenim ut morum ratio generatim, ſeu cultus vitæ, apud antiquiſſimos ſimplicior fuit, ita & Sermo eorum. Et certe Heroici illi Reges ſicuti in populos non multum habebant poteſtatis, ſic neque victu multum à reliquis differebant. Ea ergo cauſa eſt, quare tunc plerique vere fuerint αὐτουργοί, in cibo ſibi parando, horto colendo &c. Qua de re vide etiam Athen. 1. 14. & ibi Caſaubonum. Quin etiam ipſe Cyrus minor inter Perſas, tanto tempore poſt Homerum, ſua manu hortum coluiſſe legitur apud Cicer. *de Senect. cap.* 17. quem omnino vide. Cæterum de *Laërte* Patre Ulyſſis, arborem purgante & hortum colente adi Homer. *Odyſſ.* Ω. 225. &c. PERIZ.

3 Καὶ φυτὸν ξύων] Fuit agricultura veteribus inter nobiliſſima exercitia, atque ideo ne regibus quidem, præſtantiſſimisque ducibus incognita. Nam & Hiero, & Philometor, & Attalus, & Archelaus, & Xenophon, & Mago Pœnus eam Plinio teſte fecerunt. Seneca *Epiſt.* LXXXVI. de Scipione: *exercebat opere ſe, terramque (ut mos fuit priſcis) ipſe ſubigebat.* Adde Columellam *lib.* 1. Pacatum *cap.* 9. Sidon. *Car.* v. Proſperum in *Chron. Ætio & Valer. COSS.* SCHEFF.

4 Δρηστοσύνη] Verſus ſunt Homeri *Odyſſ.* Ο. 320. Atque ita iſtic editur. At MSti hic habent, Sluisk. δρησμοσύνη, Lugd. idem tamen, volens δρησμοσύνη. Mox voluntiidem, πῦρ τε καὶ ἐν νῆσαι, pro πῦρ τε ἐυ κατανῆσαι. Lugd. enim legit πῦρ τε καλόυπήσαι, Sluisk. ſimi-

ναυπηγῶν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ τὴν ταχίστην εἰργάσατο. Καὶ 8 Αχιλλεὺς ὑ, τείτῳ ὢν ἀπὸ Διὸς, 9 αὐτὸς Αἰακόπλει τὰ κρέα, δεῖπνον τοῖς παρὰ τῶν Αχαιῶν πρέσβεσιν ἀφικομένοις εὐτρεπίσαι σπεύδων.

ΚΕΦ.

fabris, per ſe quam celerrime confecit. Item Achilles, quum eſſet tertius à Jove, ipſe carnes diſſecat, legatis, qui ab Achivis venerant, cœnam parare ſtudens.

CAP.

ſimiliter, ſed per compendium ſcriptionis in ultimis Syllabis. Senſus autem eſt, *ignem ſtruere*, non *ſuccendere*, ut vertebatur. Sic Lucian. *de M. Peregr. init.* πυρὰν οὐ μεγίστην νήσας. Polyæn. 1. 40. 8. ξύλα νήσας. Sed & Noſter *ſupra* VI. 12. ὁπλοθήκην ἐννησμένην ἀσπίσι. Cæterum Edd. Homeri pro ξύλα πολλὰ κεάσαι exhibent ξύλα δαιὰ κεάσαι, h. e. *arida ligna ſecare, findere.* Noſtri Codices tuentur vulgatum. PERIZ.

5 Εὖ νήσαι] Aliter ἐυνῆσαι pro κατευνᾶσαι Euſtath. GESNER.

6 Πολλὰ] Aliter δαιὰ i. ξηρά. IDEM.

7 Σχεδίαν] Ratem, ſeu navigium minus, quod ſibi ipſe exſtruxit, quum poſt naufragia & multos jam errores per ſeptem annos delediſſet in contubernio Calypſus. Vide Homer. *Odyſſ.* E. 243. PERIZ.

8 Αχιλλεὺς] Homerus *Iliad.* 1.

——— ——— τάμνεν δ' ἄρα δῖος Αχιλλεὺς,
Καὶ τὰ μὲν εὖ μίσυλλε, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρε.

& *paulo poſt.*

——— ἀτὰρ κρέα νῆμεν Αχιλλεύς. SCHEFF.

9 Αὐτὸς Αἰακόπτει] Vult hoc capite ut & antecedenti Noſter oſtendere, non ex omni parte approbandam eſſe ſententiam eorum, qui artes manuarias, ut liberis ingenuiſque hominibus indignas reprobant. Quia ſcilicet non pauci ex veteribus, iique præſtantiſſimi & diis ipſis juncti, & noverunt eas & exercuere. SCHEFF. Heroes Homeri ἐπιτηδεύουν τὸν αὐτὸν Αἰακοπίαν καὶ σκαπανίζοντο, φησὶ Χρύσιππος, τῇ σὺν τέχνῃ εὐτροφίᾳ, *ſtudebant ſibi ipſis miniſtrare, & ſibi placebant admodum, ut Chryſippus ait, cum in talibus obeundis dextre verſati eſſent.* Hinc filiæ Cocali Minoi hoſpiti pedes abluunt: hinc Achilles princeps fortiſſimus carnes in partes ſecat laniatque: σὺν λιτανῇ, inquit Athenæus *lib.* 1. Πάτροκλος καὶ Αχιλλεὺς πάντα ἐυτρεπίζει, καὶ Μενελάου ὑ πελάτου γάμους ὁ νύμφιος Μεγαπένθης οἰνοχοεῖ. Dalecampius vertit: *in ſupplicationibus publicis* (malè. λιτανῇ enim titulus eſt partis *Iliad.* 1.) *Patroclus & Achilles bene ut omnia ſint accurant. Nuptias faciente Menelao ſponſus Megapenthes à poculis eſt.* Hæc generoſa Regum & Principum ſimplicitas *Saturno ſub rege fuit.* Plura de αὐτουργίᾳ *Veterum* congeſſit Gattakerus *notis in Antoninum p.* 4. KUHN. Vide Homer. *Iliad.* 1. 206. &c. ubi refertur, quomodo Legatos ad ſe miſſos, ut poſita contra Agamemnonem ira rediret in ſocietatem belli, exceperit, & cibum per ſe paraverit. Erat autem Achilles Pelei F. Æaci N. Jovis Pronepos, & ita *ab Jove Tertius.* PERIZ.

ΚΕΦ. ϛ'.

Σκύθου τινὸς ἀπόκρισις περὶ ῥίγους.

Χιόνος ποτὲ πιπτούσης, ἤρετο ὁ βασιλεὺς τῶν Σκυθῶν τινα, εἰ ῥιγοῖ, γυμνὸν ἀφαιδρούμενον. Ὁ δὲ αὐτὸν ἀντήρετο, [1] εἰ τὸ μέτωπον ῥιγοῖ; Τοῦ δὲ οὐ φήσαντος, οὐκοῦν, εἶπεν, οὐδὲ ἐγώ, [2] πᾶς γὰρ μέτωπόν εἰμι.

CAP. VI.

Scythæ cujusdam responsum de frigore.

Quum aliquando nix caderet, interrogabat rex Scytharum quendam, qui nudus esse perseverabat: an frigeret? Ille vero vicissim ipsum interrogabat: frigeatne *ipsi* frons? Quod quum is negasset, Ergo, ait, ne ego quidem frigeo, qui, quantus quantus sum, frons sum.

1 Εἰ τὸ μέτωπον] Forte, εἰ αὐτῷ τὸ μέτωπον. FABER. non incommode. SCHEFF. Fabri emendatio est ab interprete, qui reddit, *rigeatne* ipsi (αὐτῷ) *frons*? sed vix opus erit emendatione, siquidem Autor συνεκδοχικῶς loquitur pro τῷ τὸ μέτωπον. Diogenes eodem fere modo oculos, inquit, & faciem, utut sint tenerrimæ corporis partes, nihilominus μᾶλλον ἀνέχεσθαι τὸ ψύχος, ἅτε τὸ γυμνοῦσθαι ἀεὶ, *maxime sufferre frigus ex perpetua denudatione*, apud Dionem Chrysost. *Orat. de Tyrannide.* KUHN.

Εἰ τὸ μέτωπον ῥιγοῖ] MSti nihil mutant, nisi quod Sluisk. & Unus ex Regiis εἰς τὸ μ. ῥ. Si tentanda esset vulgata lectio, mallem, εἰ οἱ τὸ μέτ. ῥ. quod propius est, & ejusdem sententiæ, cujus illud Fabri. Sed recte vulgatam explicuit Doctiss. Kuhnius per Ellipsin Præpositionis τῷ, cui plane assentior. PERIZ.

2 Πᾶς γὰρ μέτωπόν εἰμι.] Ut *totus nasus* apud Catullum *carm.* LXX. vide Lindenbrogium *ad Terent. Adelph. Act.* III. *Scen.* 3.

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ Δημοδένους ἀγρυπνίας.

Ὅτι [1] Πυθέας ἐπέσκωπτεν εἰς Δημοδένη τὸν Δημοδένους, [2] ἐπιλέγων,

CAP. VII.

De vigiliis Demosthenis.

Pytheas dicteria jecit in Demosthenem filium Demosthenis, di-

1 Πυθέας] Adde Plutarchum, Libanium, Stobæum *sermon.* XXVII. SCHEFF.

2 Ἐπιλέγων αὐτῷ] Omnino hic αὐτῷ legendum cum Gesnero. Nam & Stobæus ita scribit, qui ex Nostro sua habere testatur. SCHEFF. Perinde est sive αὐτῷ legas sive αὐτῶ, tollatur modo comma αὐτῷ, & τῷ ἐπιλέγων apponatur. KUHN.

Ἐπιλέγων αὐτῷ, τὰ ἐνθυμήματα &c.] Sine hæsitatione aliter distinguendum est. Quo facto satis integer est sensus, ut jam monuit Kuhnius. De hoc dativi usu egi *supra ad* III. 3. Sed tamen non Stobæus tantum, qui Æliani hunc locum descripsit *Serm.* XXVII. vel CXVII. habet αὐτῶ, sed & Plutarch. in *Demosth. pag.* 849. Καὶ Πυθέας ἐπεσκώπτων, ἐλλυχνίων ἔφησεν ὄζειν αὐτῶ τὰ ἐνθυμήματα. Putes hæc verba Nostrum respexisse. Cæterum Lugd.

λέγων, † αὐτῷ τὰ ἐνθυμήματα ἐλλυχνίων ὄζειν· ὅτι ἐκεῖνος διὰ τὴν νυκτὸς [3] πᾶσης ἠγρύπνει φροντίζων, καὶ ἐμαυθάνων, ἃ ἔμελλεν ἐρεῖν ἐλθὼν εἰς τοὺς Ἀθηναίους.

† αὐτῶ.

dicens ejus enthymemata lucernam olere: quoniam totam ille noctem vigilabat, meditans, & memoriæ mandans, quæ progressus in concionem Athenienſium erat dicturus.

Lugd. Codex legit ἀπίζειν, plane ut Lucian. in *Demosth. Encom. p.* 924. Πυθέᾳ ὄ ὁ κρότος τῶν Δημοσθενικῶν λόγων ἀπόζων ἐφαίνετο τῶ νυκτερινῶ λύχνω. Erat autem *Pytheas* iste perpetuus Demosthenis adversarius in Rep. & Orator improbæ notæ. Vide *infra* XIV. 28. Inde etiam ei, hocce dictum sibi objicienti, reposuit Demosthenes, teste Plutarcho, non earundem rerum sibi & Pytheæ conscium esse utriusque lucernam, innuens nefaria quæpiam à Pythea ad lucernam perpetrari. Ex quo responso etiam liquet, non notari hoc Pytheæ dicto intempestivam quandam enthymematum seu ratiociniorum abundantiam Demosthenis in genere deliberativo, ut voluit Vossius *Rhetor. Instit.* I. 3. sed simpliciter immodicam ejus diligentiam, quæ extemporali ingenii facilitate censetur vulgo destituta: & qua certe Demosthenes palam destitutus credebatur. Vide Plutarch. *d. pag.* PERIZ.

3 Πάσης ἠγρύπνει φροντίζων] Simile Luciani de hoc Pytheæ dicterio judicium, simili ejus explicatio in *Encomio Demosth.* & Libanii Rhetoris in *vita ejus*; verba hæc sunt: οὐδὲ πᾶς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονᾶτο ὡς τὸν φῶς ἄδει λόγος. ὅθεν κἀ Πυθέας σκώπτων ἔφη, τὸν λόγον Δημοσθένους λύχνον ἀπίζειν. Vossius tamen ideo dictum putat, quod Demosthenica oratio in deliberativo squaleret & abundaret enthymematis, cum alias huic generi proprium sit exemplis uti. Vide ipsum *lib.* I. *Rhet. Instit. cap.* 3. SCHEFF. Adde Plutarchum in *Præcept. Politicis*, ubi monet debere orationem politici nec picturatam nimis aut musteam esse, nec, quod Pytheas in Demosthenem jecit, ἐλλυχνίων ὄζειν καὶ σοφιστικῆς περιεργίας, *lucernam & curam sophisticam redolere*. Bene autem ultus est quendam furti reum, cum ejus νυκτεγερσίας *lucubrationes nocturnas* falsè rideret, dicens: οἶδα, ὅτι σὺ λυπῶ λύχνον κρίων: *bene novi, quod lucernam mea pervigil & pernox moleste te urat. ibid.* vide & Stobæum *Serm.* CXVII. KUHN.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου πένθους ἐπὶ τῷ ὑ Ἡφαιστίωνος θανάτῳ.

[1] Ὅτε Ἡφαιστίων ἀπέθανεν, Ἀλέξανδρος [2] ὅπλα [3] αὐτῷ εἰς

CAP. VIII.

De luctu Alexandri, quem ex Hephæstionis morte cepit.

Quum Hephæstio diem suum obiisset, Alexander injecit ipsi

1 Ὅτε Ἡφαιστίων ἀπέθανεν] Ex crapula, quam præcessit febris: habes hæc latissime descripta apud Diodorum Siculum *lib.* XVII. & Curtium *lib.* X. Plutarchum quoque in *Alexandro*, Arrianum *lib.* VII. Justinum *lib.* XII. *cap.* 12. Zonaram, & alios. SCHEFF.

2 Ὅπλα] Ut milliti. Milites enim cum armis cremabantur. vide Arrianum *lib.* I.

Virgil. *lib.* VI.

Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & feralis ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis. IDEM.

ρον ἐκείνου ἔδρασεν οὕτως, τὴν τῶν Ἐκβατάνων ἀκρόπολιν [8] περικείρας, καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς ἀφελόμενος. Μέχρι μὲν οὖν τῆς κόμης τῆς ἑαυτοῦ, [9] Ἑλληνικὰ ἐδόκει μοι δρᾶν· ἐπιχειρήσας δὲ τοῖς τείχεσιν, ἀλλ' ἐνταῦθα ἐπένθει βαρβαρικῶς Ἀλέξανδρος

mentius egit, dum circum abrasit arcem Ecbatanorum, & murum ejus sustulit. Usque ad suos igitur capillos, videtur mihi Græca fecisse: at quum muris manus admoveret, tum vero barbarico jam more lugebat Alexander: sed &

jus. Fabrum vero miror, ita confidenter pronunciantem, *Legendum omnino* πολεμ. ἵππους, *& illud* ἀγαθὸς *ejiciendum:* sed & Schefferum ac Kuhnium, qui ei adstipulantur, nisi quod ἀγαθὸς nolint ejici, sed mutari, ille in ἀγέρους, hic in ἐπαγωγὰς. Ratio talium conjecturarum est unica, quod Plutarchus tradat, Alexandrum etiam Equos & Mulos jussisse tonderi. Sed quum nihil hic mutent MSti, quum insuper de hoc Alexandri luctu diversa plane tradiderint diversi, ut ex professo nos docet Arrianus *lib.* VII. *pag.* 471. 472. quum denique Alexandri luctum comparet Noster cum luctu Achillis Homerici in funere Patrocli, ut quem imitari voluerit: Homerus autem *Iliad.* Ψ. ubi describit funus Patrocli, & luctum Achillis, non *Equos* memoret tonsos, sed non modo ipsum *Achillem sibi comam præcidisse, quem Pater ipsius voverat Sperchio fluvio, Versu* 141. 142. & 152. verum & socios Achillis *Myrmidonas* similiter fecisse *v.* 135.

Θερεῖ δὲ πάντα νίκην κατεύνεν, ἃς ἐπέβαλλον Κειρόμενοι.

Capillis totum cadaver contegebant, quos injiciebant tondentes se: Propter hæc ergo omnia nihil prorsus hic mutandum censeo. Et eleganter ἀγαθοὶ appellantur præcipui ex militibus, & fortitudine ac virtute insignes. Sic XIII. 10. de Æginensibus, ἀλλὰ καὶ σὺν τοῖς Περσικοῖς ἀγαθοὶ ἐγένοντο, καὶ μᾶλλον καὶ τῶν ἄλλων ἠξιώθησαν, *sed etiam in Persicis bellis fortes ac strenuos se præbuerunt, & ideo militaribus præmiis sunt honorati.* Et XII. 33. de Romanis aspernantibus venenum Pyrrho dandum, δι' ἀρετῆς γὰρ ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι, *per virtutem enim norunt Romani esse præstantes: non per infames insidias.* Sed & hinc ἐμφαλικῶς proprio veluti hoc Epitheto ornantur passim *Dii & Heroes*, tanquam virtute & potentia longe eminentes supra humanum genus. Vide Illustriss. Spanhemium *ad Juliani Orat. pag.* 295. *in extr.* Cæterum neutiquam aliena est ab hoc loco & luctu Achillis mentio, quippe quum Alexander comparare se Achilli solitus fuerit cum aliis in rebus, tum in hoc ipso amore Hephæstionis, quem idcirco affimulari etiam voluit Patroclo, quia Eum Achilles maxime amavit. Unde & *infra* XII. 7. sicut Alexander dicitur coronavisse tumulum Achillis, ita Hephæstio Patrocli. PERIZ.

7 Μιμέμενος τὸ Ἀχιλλέα] Quippe qui & ipse similia confecit in funere Patrocli, suosque facere præcepit. Consule Homerum *Iliad.* Ψ. SCHEFF. *Achillem* & *Alexandrum* æmulatus est *Antoninus Caracalla*, dum Festum, libertorum suorum charissimum *Patrocli* more sepelire satagens, rogum quidem struxit ingentem, aliaque solennia rite peregit: cum autem crinem, quem igni imponeret, raro ipse capillo præditus, quæreret, omnibus fuit deridiculo; totondit tamen quoscunque habuit crines: Herod. *lib.* IV. KUHN.

8 Περικέρας] Alludit hoc vocabulo ad κεφαλὴν capillorum. Cæterum quæ noster de destructione murorum ad Ecbatana, ea Diodorus de muris Babyloniis. Eo enim corpus Hephæstionis portandum Perdiccæ tradidisse scribit. Nisi putamus in utraque urbe factum. Nam Zonaras in pluribus ait fieri curasse, Plutarchum, ut opinor, sequens, qui hoc ipsum firmat. Factum hoc autem, ut in illo loco rogus extrueretur, quem supra vulgarem ustatumque modum decorari voluit. Consule quem dixi, Diodorum. SCHEFF.

9 Ἑλλη-

δρᾶν ἤδη. [10] ἐν δὲ τὰ περὶ τὴν κόμην ἤμειψε, θυμῷ καὶ ἔρωτι ἐπιτρέπων πάντα καὶ δακρύοις.

[11] Ὅτι Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε. Διαρρεῖ δὲ λόγος, Ἡφαιστίωνι μὲν ταῦτα εὐπρεπισθῆναι νεκρῷ, Ἀλέξανδρον δὲ αὐτοῖς ἀποθανόντα [12] χρήσασθαι. [13] Μὴ γὰρ

& stolam permutavit, iræ amori & lacrymis omnia permittens.

Hephæstio autem mortuus est Ecbatanis Fama autem dimanavit, facta fuisse illa in honorem quidem Hephæstionis mortui, sed Alexandrum vita defunctum iis usum. Nondum

9 Ἑλληνικὰ] i. e. temperata. De hac temperantia Seneca *Epist.* 99. *Est aliquis & dolendi decor, hic sapienti servandus est, & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in lachrymis aliquid sat est. Imprudentum ut gaudia sic dolores exundavere.* IDEM.

Ἑλληνικὰ] h. e. Qualia Græci faciunt, & Græcorum ingenio sunt congrua. Solebant autem Græci, æque ac plerique in Oriente Populi, in luctu capillos sibi præcidere, & sicuti socios Achillis in funere Patrocli fecisse vidimus, eos etiam mortuorum imponere cadaveri. Ovid. *Metam.* III. 506. de fororibus Narcissi,

——— ——— ——— *planxêre sorores*
Naides, & sectos fratri imposuêre capillos.

Petronius *pag.* 52. de Ephesia matrona, *laceravit vehementius pectus, ruptosque crines super pectus jacentis imposuit.* Sueton. *Calig.* 5. de Barbaris quibusdam in morte Germanici, *Regulos quosdam barbam posuisse, & Uxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus.* Seneca *de Benef.* V. 6. De Archelao, Macedonum Rege, *Filium, quod in luctu & rebus adversis moris est, tondebat.* Conferri hæc possunt cum Ezech. XXVII. 31. ubi Tyro eversa dicuntur, qui eam amaverant, ex luctu *induxisse sibi calvitium.* Alia hujus generis, & plura vide apud Hadr. Junium *de Coma cap.* 5. & Schefferum *ad h. l.* PERIZ.

10 Καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν κόμην &c.] Turpe hoc est vitium ultimæ Editionis, quæ μετὰ habet pro ἐν, quod omnes Aliæ præferunt, æque ac MSti. Respicit autem Auctor hisce verbis, quod *paulo ante* dixit, projecisse Alexandrum in rogum Hephæstionis *vestem* quoque suam, illam *valde pretiosam in Persis:* Id quod etiam ex nimio affectu *indignationis*, & *amoris* ac *doloris* ortum ait. Cæterum *mutare vestem*, h. e. solitam sibi, & dignitati suæ propriam, exuere, luctui est conveniens. Seneca *Epist.* 18. *Nam quod fieri, nisi in tumultu & tristi tempore civitatis, non solebat, voluptatis causa ac festorum dicrum,* (intelligit Saturnalia) *vestem mutavimus*, quod *paulo ante* dixerat *ibidem*, *exuere togam.* IDEM.

11 Οὐ Ἡφ. εἰς Ἐκβάτανα] Suspicor huic loco quidpiam deesse, nam εἰς notat motum ad aliquid. Forte legendum εἰς Ἐκβάτανα ἐλθὼν ἀπέθανε. SCHEFF. Omnia recte se habent. Nam εἰς Ἐκβάτανα Atticis usurpatur pro ἐν Ἐκβατάνοις. vide *indicem* in εἰς. KUHN.

Οὐ Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε] Suspicatur Schefferus aliquid hic deesse, quia ἀποθανεῖν εἰς Ἐκβάτανα, minus recte dicatur. Velit ergo addi ἐλθών. Kuhnius contra tuetur istam locutionem, & recte id quidem. Sed tamen pene putem, omnia hæc verba in textum irrepsisse è margine, ubi, quod Auctor non fecerat, Locum, in quo mortuus Hephæstion, annotare quispiam voluit. Ita enim ex abrupto, sine ulla ratione idonea, aut nexu cum superioribus vel sequentibus, illa inferuntur, nec continent quidquam, nisi id, quod dixi, & quod Auctor in superioribus longe oportunius variis in locis verbo monere potuisset. Si cui tamen durum videatur, præter auctoritatem MStorum, tot verba ποθέας damnare, tum sane malim legere ὁ δὲ Ἡφαιστ. &c. Neque obstat, quod sequens κόμμα etiam per voculam δὲ nectatur superioribus, quum sæpissime proxima inter se κόμματα eadem vocula succedant, alterum alteris

γὰρ φθάσαι τὸ ἐπὶ τῷ μειρακίῳ τελεσθὲν πένθος, [14] ἐπιλαβεῖν ἢ τὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου θάνατον.

dum enim luctum ob Juvenem hunc præteriisse jam absolutum, & consecutam confestim Alexandri mortem.

teri. Respice in proximis *caput* 5. ubi habes, καὶ Λαέρτης ἦ· ὁμολογῶ δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς· καὶ τὴν χεδίαν δέ· καὶ Ἀχιλλεύς δὲ. Sic passim. PERIZ.

12 Χρήσασθαι] Dum scil. nonnulla eorum, veluti, quod dejecti sunt Muri Ecbatanorum, &c. facta vere quidem in funere Hephæstionis, postmodum tamen credita sunt ad luctum de morte Alexandri, quæ paulo post est secuta, pertinere: nonnulla etiam, ludis funebribus & memoriæ Hephæstionis celebrandæ destinata, ad Alexandri funus cohonestandum sunt adhibita; quod certe de athletis è Græcia accitis refert Arrianus *lib.* VII. *pag.* 474. IDEM.

13 Μὴ γὰρ] Atque ita *victor tot regum atque populorum tristitiæ succubuit. Id enim egerat ut omnia potius haberet in potestate quam affectus.* Seneca *Epist.* 113. Videtur autem etiam in his verbis auctor noster Achillem Homericum respexisse, qui sic apud Poëtam (Ιλ. χ.) loquitur.

——— Ἦ δ' οὐκ ἐπιλήσομαι ὄφρ', ἂν ἔγωγε
Ζωοῖσιν μετέω, καὶ μοι φιλά γένατ' ὀρώρη.

SCHEFF.

Μὴ γὰρ φθάσαι] *Mors enim Alexandrum quoque occupavit, cum amicum nondum eluxisset.* Arrianus *l.* VII. refert Athletas scenicosque, quorum tria millia ad gymnicos ludos musicosque Hephæstioni adornandos accita è Græcia fuerant, ad ipsius Alexandri tumulum deinde certasse. KUHN.

14 Ἐπιλαβεῖν δὲ &c.] Elegans est locutio, hæc autem ratio nexus; *non enim fuisse jam absolutum consummatumve luctum hunc, sed consecutam eum mox, & quasi manu injecta assecutam eum, mortem Alexandri*; h. e. luctum illum nondum fuisse ad finem perductum, quando illum adhuc durantem excepit novus de ipsius Alexandri morte. Sic τὴν ἡμέραν ἐπιλαβόμενος, *die, qui proximus sequebatur* priorem, apud Julian. *Orat.* I. *pag.* 25. Εἰ μὴ νὺξ ἐπιλαμβάνει τὴν ἔριν, *nisi nox litem oppressisset* vel *excepisset*, apud Dionys. Halic. *lib.* VII. *p.* 430. Quod ad nexum locutionis, & vim verbi φθάσαι, simile est, quod Noster ait XIV. 22. οἱ δὲ ἐκ ἐφθησαν ἰδόντες αὐτὸν, καὶ τὰ ὅπλα τῶν δορυφόρων ἁρπάσαντες, τὸ τύραννον ἀπέκτειναν, q. d. nullum fuisse intervallum inter id momentum temporis, quo *viderunt eum, & illud, quo eum raptis armis interfecerunt.* PERIZ.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ σώφρονος γυναικός.

Εἶτα οὐκ ἔστι σωφροσύνη μεγάλη; (ἐμοὶ μὲν δοκεῖ) εἴγε καὶ ἡ Φωκίωνος γυνὴ τὸ Φωκίωνος ἱμάτιον ἐφόρει,

CAP. IX.

De moderata femina.

An non magna erat modestia? (ita mihi certe videtur) quod etiam uxor Phocionis vestem Phocionis ge-

1 Κροκωτῆ] Hæc omnia muliebrium quidem vestimentorum genera sunt, sed delicatiorum. Ideo Crocota etiam Baccho tributa. Pollux *lib.* IV. *cap.* 18. ὁ κροκωτὸς, ἱμάτιον. Διόνυσος δ' αὐτῷ ἐχρήσατο. Athenæus *lib.* V. ἐπὶ δ' αὐτῆς ἔφη ἄγαλμα Διονύσου δεκάπηχυ, σταθὲν ἐν προπυλαίοις χρυσοῦ, χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον

ρει, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο οὐ [1] κροκωτοῦ, [2] οὐ Ταραντίνου, οὐκ [3] ἀναβολῆς, οὐκ [4] ἐγκυκλίου, οὐ [5] κεκρυφάλου,

gestabat, neque opus habebat, non crocota, non Tarentina veste, non amiculo, non encyclo, non reticulo,

Κροκωτῆ] Est vestimentum muliebre, *quod induitur*, unde Suidas ait esse εἶδος χιτῶνος, & ἔνδυμα, opponitque ἱματίῳ, *exteriori vestimento*. Et Polyæn. v. 3. 3. κροκωτὸν ἐνδὺς, Ταραντῖνον δ' ἐμβαλόμενος. Mulieres vero apud Aristophanem idcirco dicuntur in Ἀνδρογ. κροκωτοφορεῖσαι, & κροκωτὰ φέρεσαι. Sed & in Ἐκκλησ. *pag.* 733. Maritus, qui suam in tenebris vestem invenire non potuerat, dicitur *exiisse*, τὸ γυναικὸς τὸ κροκώτιον ἀμπισχόμενος, ὃ ἐνδύεται, *indutus uxoris crocotula, qua indui illa solet.* Sic enim construendus ille locus, qui pessime vertitur, *muliere exivi* &c. Ex eodem loco liquet, fuisse illud πυῤῥὸν, *rubrum.* Nam qui hæc illic respondet, rogatus erat, *quidnam esset illud rubrum.* Credunt ergo nonnulli, etiam Pollux, à *Croceo* colore dictum hoc vestimentum. Nam *Crocus* & *Croceus* color etiam inter rubros refertur. Vide Gellium II. 26. At Salmasius *ad Capitolini Pertinacem*, *cap.* 8. à κρόκη, *subtemen, trama*, deducit, quia moliis fuerit vestis, & quæ plus subteminis habuerit, quam staminis. Confirmat id Scholiastes Aristoph. *ad βάτραχ. pag.* 212. qui id exponit γυναικεῖον ὑπὸ πήνης ἔνδυμα, *muliebre indumentum ex subtemine.* Non tamen ita Mulierum erat, ut non etiam mollibus Viris tribueretur, veluti, Baccho, Sileno, histrionibus, citharœdis, &c. Vide Ferrar. *de re Vestiaria, Parte* I. *lib.* III. *cap.* 20. & Salmas. *ad Tertull. de Pallio pag.* 329. Sed & fuit etiam, in Viris certe, exterius vestimentum, quod opponitur *Tunicæ* χιτῶνι, ut manifestum ex verbis Athenæi, quæ hic allegat Schefferus. Latinis vero dicitur *crocota*, Plaut. *Epid.* II. 2. 47. PERIZ.

2 Οὐ Ταραντίνου] Sic aliud pellucidi vestimenti genus vocabatur, quoniam à Tarentinis primum est inventum. Athenæus *lib.* XII. ἐφόρουν (Ταραντῖνοι) καὶ παρυφὴν ἀλφανῆ πάντες, οἷς νῦν ὁ τῶν γυναικῶν ἀεργύνεται βίος. SCHEFF. Hesychius, Ταραντῖνον ἱματίον γυναικεῖον, λεπτὸν, κρωσσὸς ἔχον οὐ πᾶν ἑνὸς μέρους, *Tarentinum est vestis muliebris, tenuis, ex altera parte fimbriata.* & iterum Ταραντῖνα

ἁλόπιζον, καὶ ἐπ' αὐτῆς κροκωτὸν ἀλφανῆ. Patet hinc pellucidam fuisse vestem, nec satis aptam corpori velando. Colore vero croceo. Docet Pollux *lib.* VII. *cap.* 13. ubi κροκωτὸν, ἀπὸ χρωμάτων appellatam ait. SCHEFF. Plaut. in *Aulul. crocotularios infectores* habet. vid. Schol. *in Ranas Aristophan. ab initio.* KUHN.

Κρο-

ἁλόπια βαφῇ, ἅτινες ἦ τὰς περφύρας. ἐδάδιρσε γὰρ καὶ ἐξ αὐτῶν τραχήλια. Ταραντῖνα, *vel sunt tinctura ex sanguine purpuræ, vel, ut quidam volunt, purpuræ. Nam cerviculæ earum in cibo sunt*, Lucian. in *Cynico*, δύναται βάπτειν, ὃν ἐσθίεσθαι μόνον τὸ τῆς πυρφύρας κρέας, *tingere colore, non edi tantum potest purpuræ caro.* vide Sidon. Apollin. *lib.* II. *epist.* 13. Etymolog. legit Ταραντεινὸν & Ταραντίνᾳ βαφῇ. KUHN.

Ταραντίνου] Opulenti erant, & ideo luxuriosi ac molles valde Tarentini. Quod respicit Cicero, quando ludens in Trebatium, qui Epicureus erat factus in Gallia, ait *Famil.* VII. 12. *O castra præclara! quid tu fecisses, si te Tarentum, & non Samarobrivam, misissem.* Proprium ergo illis fuit hoc vestimentum, quod postea fœminæ sibi sumpserunt propter mollitiem ejus & tenuitatem. Nicostratus apud Suidam, Ταραντινίδιον exponit, λεπτὸν καὶ ἀλφανὲς ἱμάτιον, ὃ πάντως περφυρᾶν. Pollux VII. 17. Καὶ μὴν τόγε Ταραντινίδιον ἀλφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὠνομασμένον ἀπὸ τῶν Ταραντίνων χρήσεως καὶ τρυφῆς, *Et Tarentinidium quidem erat vestimentum pellucidum, sic dictum a Tarentinorum usu & mollitie.* Utebantur tamen eo etiam Viri molles, citharœdi, & saltantes. Hinc apud Polyænum *d. l.* ab Agathocle saltante sumitur, & jungitur æque ac hic, *Crocotæ.* Vide ibi Doctissimi Viri, Pancr. Maasvicii, & hic Cl. Kuhnii Notas. PERIZ.

3 Ἀναβολῆς] Ἀναβολὴ in Glossis exponitur, *amiculum, amictus.* Erat enim exterius vestimentum, ita, ut videtur, dictum, quia decora quadam ratione subducebatur vel colligebatur, ne nimis flueret aut traheretur. Hinc Plato in *Theæteto* hominem rusticum & minus liberaliter educatum ait ἀναβάλεσθαι ἐκ ἐπισάμενον, *nescientem pallium decore colligere.* Vide Athenæum I. 18. Id vero usitatum maxime fuit Atticis, & adeo, ut illi, teste Suida, Ἀναβάλεσθαι τὸ ἱμάτιον, ὃ Περιβάλεσθαι, dixerint. Ex quo liquet, adeo perpetuam fuisse illis istam proprie dictam ἀναβολὴν τῷ ἱματίῳ, ut idcirco simpliciter etiam

χου, οὐ 6 καλύπτρας, οὐ βαπτῶν χιτωνίσκων. Ἡμπείχετο δὲ 7 πρώτη μὲν τῇ σωφροσύνῃ, δευτέροις γε μὴν τοῖς παροῦσιν.

culo, non flammeo, non tinctis tunicis. Vestiebatur autem primum quidem temperantia, deinde vero iis, quæ suppeterent.

pro ἀμφιέσασθαι, *circumdare sibi pallium*, dixerint ἀναβάλλεσθαι. Atque ita sane etiam LXX. *Psalm.* CIV. 2. ἀναβαλλόμενον φῶς, *ὡς ἱμάτιον*, *circumdatus luce, tanquam pallio.* Et 1. Sam. XXVIII. 14. de Samuele, ἀνεβέβλητο διπλοΐδα, *vestitus diploide.* Hinc jam ipsum vestimentum Ἀναβολὴ vocabatur. Lucian. in *Hermotimo*, *pag.* 546. quum induxisset eum dicentem, se elegisse præ aliis sectam Stoicam, quia viderat eos ἡσυχίως βαδίζοντας, ἀναβεβλημένους ἐυσταλῶς, *honeste incedentes*, & *decore vestitos*, seu *pallium collectum habentes*, rogat ipsum, an ergo nihil curet vitia animi, modo sit ἐυσταλὴς ἡ Ἀναβολή. Et *pag. seq* de statuis Phidiæ, Alcamenis, Myronis, ait esse eas ἐυρυθμοτέρας, καὶ κοσμιωτέρας ἢ ἐς ἀναβολὰς, *elegantiores & magis decoras quod ad vestitum.* Et in *Timone pag.* 93. ἔτι δὲ ὁ τὸ χῆμα ἐυσταλὴς καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τὴν ἀναβολήν, *ille exteriori specie bene ornatus, & decorus ingressu, & temperans vestitu.* Ab hac Ἀναβολῇ formatum à Latinis *Abollæ* nomen censent Eruditi, quod vestimentum erat militare & philosophicum. Vide præter Ferrarium, etiam Vossium *Etymol.* & Georg. Henr. Ursinum *Observ. Philol. cap.* I. Cæterum hic, quod notandum, ἀναβολὴ inter vestimenta muliebria refertur. Unde & Isidorus *Originum* XIX. 25. *Anaboladium* exp. *amictorium lineum Feminarum, quo humeri operiuntur, quod Græci & Latini Sindonem vocant.* PERIZ.

4 Ἐγκυκλίς] Vide ἔγκυκλον apud Eustathium. GESNER.

Ἐγκυκλίς] Sluisk. ἐγκλία, Lugd. & unus ex Regiis ἐγκυκλύς. Legendum puto ἐγκύκλα. Nam ἔγκυκλον erat vestimentum muliebre exterius, quod *crocotæ* superinduebatur. Vide Suidam in Ἐγκύκλιον, & Κροκωτὸς: Utrobique enim illud ait esse ἱμάτιον, hoc ἔνδυμα. Et sane apud Aristoph. *Thesmophor. pag.* 780. Euripides, qui muliebribus istic vestimentis ornatur, primum induit κροκωτὸν, & dein ἔγκυκλον. Pollux VII. 13. ἔγκυκλον putat esse, vel idem, vel simile vestimento, quod etiam dicitur ῥῆτορ, vel φαίνοσα, quia vel fimbrias, vel purpureum habet limbum, & ita speciem *insulæ* præfert. PERIZ.

5 Κεκρυφάλῳ] Κεκρύφαλος est *reticulum capitis*, quo comam mulieres constringunt. Hinc Aristoph. *d. l.* inter muliebria capitis ornamenta conjunctim memorat κεκρύφαλον καὶ μίτραν. Vetus Poëta apud Suidam, Κεκρύφαλοι σφίγγουσι τὴν τεῖχα, *Reticula constringunt tuam comam.* Qui conficiebat ea, dicebatur κεκρυφαλοπλόκος. Pollux *Onom. lib.* VII. *cap. ult.* PERIZ.

6 Καλύπτρας] Est tegumentum capitis. Vide Hesiod. Θεογ. 574. ubi Virgini jam vestitæ dicitur *imponi in caput* καλύπτρη δαιδαλέη. Videtur ejus fuisse generis, ut arcere pluviam posit, & prominear à capite. Certe Callimachus *Fragm.* 2.

Ἐπρεπέ τοι πρόφασα κάρη ἐυρεῖα καλύπτρη,
Ποιμενικὸν πίλημα,

Decebat sane eam Calyptra lata, à Capite prominens, quasi pileus pastoralis. Congruit cum Flammeo. Certe velum illud seu flammeum, quo Latini ajunt Hesionem redemisse Fratrem Priamum, Græci Καλύπτρην vocant. Vide Lycophronem *Cass. v.* 337. & ibi Scholia, ac Meursium. Adde etiam de hisce luxuriæ instrumentis Versus Aristophanis, quos attulit Clemens Alex. *Pædag.* II. 12. ubi etiam videbis κεκρύφαλον, & ἔγκυκλον χιτώνιον. PERIZ.

7 Πρώτη μὲ τῇ σωφροσύνῃ] Quæ est verum matronarum ornamentum. Perictyones Pythagoricus apud Stobæum *Serm.* LXXXIII. κάλλος τὸ ὂν φρονήσει, ἐχεῖ δὲ τὸ ὂν τέτων ἀνδάνει τοῖς γιγνομένοισιν οὕ. Adde cætera ejus loci. SCHEFF. Locus mihi est *Serm.* CLXXIII. ex libro, qui inscribitur περὶ ἁρμονίης γυναικὸς, *de moribus mulieris benè compositis*, quem non *Perictyones Pythagoricus*, sed *Perictyone Philosopha Pythagorea* scripsit. de vero muliebri mundo vide I. Petr. III. Plutarchum in *Præcept. Conjug.* Epistolam Melissæ Pythagoricæ ad Claretam, quæ extat inter fragmenta

ta Pythagoræorum. de ipso Pythagora Justinus *lib.* XX. *consecutus disputationum assiduitate erat, ut matronæ auratas vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta veluti instrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Junonis ædem ipsi Deæ consecrarent, præ se ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse.* Cæterum mulieres, quæ intra legem se vestire & habitu quasi philosophari velint, non adeo multas invenies. φιλόκοσμον *enim genus fœmineum est, multaque etiam insignis pudicitiæ, quamvis nulli virorum, tamen sibi scimus libenter ornari*, inquit Hieronymus *epist. ad Gaudentium.* KUHN.

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ τῆς Σωκράτους γυναικός.

Τῇ Ξανθίππῃ δὲ ὁ Σωκράτης, ἐπεὶ οὐκ ἠβούλετο τὸ ἐκείνου ἱμάτιον ἐνδύσασθαι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θέαν

CAP. X.

De Socratis uxore.

Xanthippæ vero Socrates, quia nolebat illa ejus vestem induere, & sic ad spectandam pompam prodi-

1 Ἐπεὶ οὖν ἠβούλετο] Contra est; nam Xanthippe Socratis vestem induerat, ut ex sequentibus patet. Legi itaque debet, ἐπεὶ δὲν ἐβούλετο sensu contrario. mox pro θεωρησομένη legi etiam posset θεωρηθησομένη. FABER. Probo emendationem doctissimi Menagii, ἐπεὶ μὴ ἐβούλετο Ipsum adi in *Observ. ad Laert. pag.* 56. Nisi quod à veteri scriptura propius abesset, ἐπεὶ δὲν. Hæc olim à me notata erant, tum ex post editis Fabri notis cognovi, sic legendum ipsi quoque visum esse. SCHEFF. de Stobæum *Serm.* CLXXXIII. In textu nihil mutandum censeo, siquidem τὸ οὖν Attico more περίκειται· τῶν δ' ἀπίφασιν ἀφιγμένων πολλάκις λαμβάνουσιν inquit Corinthus de Atticis, idque exemplis probat. vid. *notas ad l.* III. *c.* 44. Cæterum *Xanthippen* sæpe mariti veste sumpta in publicum prodisse, & Socratem coactum pelle se succingere, ex his M. Antonini verbis apparet. οἷον ὁ Σωκράτης τὸ κάδιον ὑπεζωσμένον, ὅτε ἡ Ξανθίππη λαβοῦσα τὸ ἱμάτιον ἔξω ἀφῆλθε, καὶ ἃ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδεσθεῖσι καὶ ἀνακωχήσασι, ὅτε αὐτὸν εἶδεν ἅτως ἐσταλμένον. *cogita Socrates quis fuerit, pelle succinctus, quando Xanthippe veste ipsius sumpta foras se propripuerat, quæque amicis suis dixerit, pudore suffusis, pedemque referentibus, cum sic indutum illum conspicarentur.* ex versione Gattakeri *lib.* XI. Stobæus *Serm. laudato* hac de re ita: ὁ αὐτὸς Ξανθίππῃ κεκοσμημένῃ τῇ ἐπὶ θέαν πορευομένῃ ἰδὼν, ἔφη· ἐχ ἵνα θεάσῃ, γύναι, πορεύῃ, ἀλλ' ἵνα θεαθῇς. *Idem* (Socrates) *Xanthippen ornatam & ad spectaculum euntem videns, non ut spectes, inquit, ô mulier, sed ut specteris abis.* quid si *h. l.* legas ἐνδύσασθαι. KUHN.

Ἐπεὶ ἂν ἠβούλετο &c.] Nescio, qui ita consentiant & concurrant Menagius, Scheffer us, Faber, Kuhnius, partim ad corrigendum hunc locum, excluſa negandi vocula, partim ad explicandum eo tamen sensu, ut illius vocula, quasi plane περιττὸς, nulla prorsus habeatur ratio. Nec enim id postulat Historia. Neque vero sequitur ex eo, quod aliquando morosa hæc mulier Socrati per vim in ipso foro abstulerit τὸ ἱμάτιον ut Laertius II. 37. vel ejus ἱμάτιον λαβοῦσα, ἔξω ἀφῆλθε, *pallio sumpto prodierit in publicum*, ut Imp. Marcus scribit *de Se Ipso.* XI. 28. hunc ergo locum confestim contra auctoritatem M Storum in hanc sententiam omnino redigendum, ut Xanthippe *voluerit* Socratis pallio vestita prodire ad spectaculum pompæ sacræ. Quin è contrario Stobæus, vel Antonius Monachus, *Serm.* CLXXXIII. Xanthippen, quum ista diceret Socrates, prodiisse κεκοσμημένην ait, h. e. *diligenter ornatam.* Sed & ipsa Socratis verba declarant præcipuum quendam mulieris ornatum, quo se aliis spectandam præbuerit.

θέαν δ' πομπῆς βαδίζειν, ἔφη, ὁρᾷς, ὡς οὐ θεωρήσουσα, [2] θεωρησομένη δὲ μᾶλλον βαδίζεις;

prodire, dixit, Viden' quam non ſpectandi cauſa, ſed potius ut ſpecteris, prodeas?

Neutiquam vero inerat in pallio Viri, & Socratis, talis ornatus, idque Mulieri. Præterea laudat Ælianus, tanquam præcipuæ & *magnæ modeſtiæ* exemplum, quod Phocionis Uxor pallio mariti fuerit contenta, nec ornaverit ſe muliebribus illis novorum nominum veſtimentis. Eandem ferme modeſtiam etiam in Romanis mulieribus laudat *cap. ſeq.* Verum his, & maxime Phocionis uxori, opponit Xanthippen, quæ *noluerit* Viri pallio veſtita prodire ad ſpectaculum, ſed concinnius ſe ornaverit, ut videretur non tam ad ſpectandum, quam ut ſpectaretur ipſa, prodire. Minime ergo expungenda eſt, aut negligenda, vocula ἂν, quum in ea conſtat totius Hiſtoriæ vis & ſententia. Cæterum caput hocce & ſequens in Sluisk. codice, haud dubie per incuriam librarii, prætermiſſum eſt. PERIZ.

2 Θεωρησομένη] Faber θεωρηθησομένη. Ego nihil mutem. SCHEFF. Quod Faber affert explicatio eſſe poterit, non correctio. Atticis enim *futurum medium* ſæpe æqui pollet *futuro paſſivo*. Thucyd. *lib.* II. οἱ ἀγαθοὶ ἡμήσονται ἔκ τε σωφρόνως ἄθλοις τ' ἀρετῆς. *fortes dignis virtute præmiis ornabuntur.* Τιμήσουσι] pro τιμηθήσονται. ipſe Auctor *lib.* XII. *cap.* 27. ζαφησομένους pro ζαφηθησομένους habet. vide Johan. Grammatic. *de Dialect. Attica.* KUHN.

ΚΕΦ. ια'.

Γυναικῶν Ρωμαίων ὑποδήματα.

Ρωμαίων δὲ αἱ πολλαὶ γυναῖκες, ἃ [1] τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν, εἰθισμέναι εἰσίν.

ΚΕΦ.

1 Τὰ ὑποδήματα] Nihil hoc loco Noſter aliis Scriptoribus adverſum prodidit, qui muliebres calceos ſeorſum nominare ſolent, uti quidem de eo tradidit Demſterus in *paralip. ad l.* V. *c.* 36. *Roſini.* Nam & *calceos*, & alia veſtimenta ſingularia mulieres habebant. Interim frugaliores ſi quæ eſſent, eæ ſicut veſtibus, ſic *calceis* maritorum utebantur. SCHEFF. Sæpius eadem viris mulieribusque calceamenta fuiſſe, legere eſt. Vopiſcus in *Aureliano*: *calceos & mulleos & cereos & hederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit*, quia ſcilicet utrique ſexui ante communes fuerant. Sic βλαυῶν] Atticæ tam virorum quam mulierum fuerunt ſoleæ. KUHN.

Τὰ ὑποδήματα αὐτὰ] Non ita eoſdem, ut eos ipſos, quos viri, etiam feminæ geſtarint, ſed eoſdem forma & ornatu, ſeu forma & ornatu nihil differentes à calceis virorum: quum cæteroqui delicatiores feminæ ornarent ſe *ſandaliis*, de quibus vide *ſupra ad* I. 18. PERIZ.

CAP. XI.

De calceamentis Romanarum mulierum.

Romanorum pleræque feminæ, eoſdem, quales viri, calceos geſtare aſſuetæ ſunt.

CAP.

ΚΕΦ. ιϚ'.

Λυσάνδρου, ἢ Φιλίππου, ἀπόφθεγμα περὶ ἐπιορκίας.

Δεῖ τοὺς παῖδας τοῖς ὀστρακάλοις ἐξαπαλᾶν, τοὺς δ' ἄνδρας τοῖς ὅρκοις· [1] οἱ μὲν Λυσάνδρου εἶναι λέγουσι τὸν λόγον, [2] οἱ δὲ Φιλίππου τοῦ Μακε-

1 Οἱ μὲν Λυσάνδρου &c.] Plerique Lyſandro improbi illius verbi perfidiam tribuunt. Sed nihil mirum, etiam Philippo id à quibuſdam adſcriptum, quum illius quoque perfidia fuerit maxima, & omnibus notiſſima. Vide Juſtin. VIII. 3. & Pauſan. *Arcad. cap.* 7. ubi dicitur ὅρκους θεῶν καταπατῆσαι ἀεὶ, καὶ σπονδὰς ἐπὶ πιστῇ ψύσασθαι, πίστιν τε ἀτιμάσαι μάλιστα ἀνθρώπων, *jusjurandum Deorum ſemper ſprevisſe, & fœdera quacunque de cauſa fefelliſſe, fidemque omnium hominum maxime neglexiſſe.* Et Maxim. Tyr. *Diſſert.* XIX. PERIZ.

2 Οἱ δὲ Φιλίππου] Alii Dionyſio tyranno, & inter eos etiam Plutarchus *orat.* I. *de Fort. Alexandri.* Idem tamen in *Lacon. Apophth.* & *Lyſandri vita* tribuit Lyſandro, niſi quod in hoc poſteriore loco ſecutum dicat Polycratem, quaſi ipſe primus auctor dicti hujus fuerit. Lyſandro tribuit etiam Polyænus *l.* I. ubi habes integram hiſtoriam. SCHEFF. Laberius in *Mimo*:

Quid eſt jusjurandum? emplaſtrum æris alieni.

adde πάσης πολιτικῆς κακοτεχνίας, *omnium in rebus civilibus aut ſubdole dictorum aut factorum*, ſi *Philippos* & *Lyſandros* reſpicias. De Severo Herodianus *lib.* II. μήτε ὅρκῳ φειδόμενον, εἰ δέοι τότε καταφρονεῖν, ψευσαμένου ἕνεκα τοῦ κερδαίνειν, *nec juramenrum dubitavit violare, ſi quando illud ſui commodi cauſa inſuper erat habendum.* de hac politica κυβείᾳ vide quæ notat Gattakerus *in M. Antonin. p.* 13. KUHN.

CAP. XII.

Lyſandri, vel Philippi, apophthegma de perjurio.

Pueros talis, viros jurejurando, oportet circumvenire: quidam hoc dictum Lyſandri eſſe ajunt, alii vero Philippi Macedonis. Utrius tandem

3 Ὁπότερον δ' ἂν ἡ] Dudum cenſui legendum ὁποτέρῳ, quod neque quenquam, qui animum adtendat, negaturum opiner. Sed & diſerte confirmat hanc lectionem Codex Lugd. ut & Regius 3064. quapropter in contextum admittere, nihil ſum veritus. PERIZ.

4 Οὐκ ὀρθῶς λέγεται] Adde Hugonem Grotium *lib.* III. *de I. B. & P. cap.* I. §. 19. & Juſtum Lipſium *Polit.* IV. *cap.* 14. §. 61. qui poſtremus hanc inter magnas fraudes numerat, hodieque factis plurimorum ait comprobari. SCHEFF.

5 Κατά γε τὴν ἐμὴν γνώμην] Mediceus & Sluisk. κατά γε τ. ἐ. κρίσιν. ut *lib.* I. *cap.* 33. & XII. 62.

6 Ἐτυράννει] Ambigua prorſus eſt hæc locutio, quippe quæ ita abſolute poſita, ſignificare videtur Lyſandrum ſumma & deſpotica poteſtate uſum in patria. Atqui ne βασιλεὺς quidem fuit patriæ ſuæ, nedum τύραννος, ſed tantum στρατηγὸς, *Dux Militum.* Et hinc Plutarch. in *Lyſandro pag.* 437. ubi dicti illius improbitatem ſumpſiſſe eum ait à Polycrate Samiorum Tyranno, qui primus id protulerit, diſerte Elogium Lyſandri opponit Elogio *Tyranni*, ὑπομιμνήσκων Πολυκράτη τ' Σάμιον, ἐκ ὀρθῶς, Τύραννον Στρατηγὸς, *imitatus in eo Polycraten Samium, haudrecte, Tyrannum* quippe *Dux Militum.* Accipiendum ergo hic τὸ τυραννεῖν ita, ut notet Tyrannico eſſe ingenio, poteſtate ſua abuti in tyrannidem, dominationem Tyrannicam exercere in victos. Sic Dionyſ. Halic. *lib.* XI. ἕως ἂν ὑπὸ τῇ Δέκα τυραννίδι, *dum Decemvirorum dominationi eſtis ſubjecti.* Et revera tali ingenio

κεδόνος. 3 Ὁποτέρου δ' ἂν ᾖ, 4 οὐκ ὀρθῶς λέγεται, 5 κατά γε τὴν ἐμὴν γνώμην. Καὶ ἴσως οὐ παράδοξον, εἰ μὴ τὰ αὐτὰ ἀρέσκει ἐμοὶ, καὶ Λυσάνδρῳ· ὁ μὲν γὰρ 6 ἐτυράννει· ἐγὼ δὲ ὡς φρονῶ, δῆλον, ἐξ ὧν μὴ τὸ λεχθὲν ἀρέσκει με.

nio fuit Lysander, qui Dominationem etiam in Urbe patria dicitur affectasse, sublatis Regibus Legitimis, eamque exercuit insolenter in populos à se victos, ubique constituens Decadarchiam hominum ex suo nutu omnia agentium, nec ferre potuit libertatem alio-

dem sit, mea certe sententia non recte id dicitur. Et forsan haud *accidet cuiquam* nec opinum, si non eadem placeant mihi, quæ Lysandro. Nam ille tyrannico erat ingenio: Ego vero quo animo sim, ex eo manifestum est, quod minime mihi hoc dictum placeat.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ καρτερίας Ἀγησιλάου.

Ἀγησίλαος ὁ Λακεδαιμόνιος, γέρων ἤδη ὢν, 1 ἀνυπόδετος πολλάκις καὶ 2 ἀχίτων πρηΐει, τὸν τρίβωνα

CAP. XIII.

De patientia Agesilai.

Agesilaus Lacedæmonius, jam senex, sæpe sine calceis & tunica prodibat in publicum, solo amictus

1 Ἀνυπόδετος] *Et Plato præcepit duas corporis summitates non esse velandas, nec assuefieri debere mollitiei capitis & pedum, cum hæc enim habuerint firmitatem, cætera robustiora sunt*, Hieronymus inquit *in c. x. Matthæi.* Musonius ἐφη ἰμαλισμῷ. ἐδαμῶς καλὸν ὅτε ἐσθῆσι πολλαῖς κατασκέπειν τὸ σῶμα, ὅτε ταινίαις κατελεῖν, ὅτε χείρωσι καὶ πόδας ἐξιδίοις πίλων ἢ ὑφασμάτων λίαν μαλακύνειν, τὸς γε μὴ νοσοῦντας. *Minime honestum, vestitu nimio tegere corpus aut taeniis involvere, aut manus pedesque coactilibus aut contextis pannis effœminare, imprimis non ægrotantibus.* & *paulo post.* τὸ μὲν ἑνὶ χρῆσθαι χιτῶνι, καὶ δεῖσθαι δυοῖν ἀσκητικὸν, καὶ δι' ἑνὶ χρῆσθαι χιτῶνι, τὸ μηδενὶ, ἀλλ' ἱματίῳ μόνον, καὶ πᾶσι ὑποδεῖσθαι, τὸ ἀνυποδεῖτον παντὸς δυσμαρὲς κρεῖττον. κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδεῖσθαι παντὸς ἀδεέστερον ἐγγυς εἶναι. ἡ δὲ ἀνυποδεσία πολλῷ ἀλυπίαν ἔχει καὶ εὐκολίαν παρέχει τοῖς ποσὶν, ὅταν ἠσκημένοι ὦσιν. ὅθεν καὶ τοὺς ἱππεροδρόμους ὁρᾶν ἔστι ἀ χρωμένους

ὑποδήμασιν οὐ παῖς ὀδοῖς. καὶ τὸ ἀθλόντων τὰς δρομέας ἕξιν ἂν δυνάμενος σάζειν παντὸς, εἰ δέοι τρέχειν αὐτὰς οὐ ὑποδήμασι. *unicâ contentum vivere tunicâ majus est, quam duabus, & nulla uti præstat quam unâ, sed veste sola: melius etiam est discalceatum posse incedere, quam calceatum. Nam calceos pedibus subligare prene se ipsum vincire est. At remotio calcei magnam pedibus affert voluptatem & agilitatem, si quidem cursu exercitati fuerint. Unde & tabellarii*, hemerodromos vocant, *iter faciunt discalceati, & ex athletarum numero cursores non possent pristinam servare celeritatem, si non nisi calceatis currere liceret*, apud Stobæum *p.* 19. Clem. *lib.* II. *cap.* II. *Pædag.* de Socrate Plato ait in Symposio: ἀνυπόδητος μὲν καὶ χρυσάκκε ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ ἄλλοι ὑποδεδημένοι, *discalceatus per glaciem ibat facilius quam alii probe calceati.* de *Proæresio* Eunapius. σπάνιον ὑπελάμβανον, ὃν λεπτὸν ἔχων τρίβωνιον, ἀνυπόδητος τρυφῆς

βωνα 3 περιβαλλόμενος † αὐτὸν; καὶ ταῦτα ἐωθινὸς ἐν ὥρᾳ χειμερίῳ· ἠτιάσατο δέ τις αὐτὸν, ὡς 4 νεανικώτερα ἢ ἡλικίας ἐπιχειροῦντα· ὁ δὲ,

† αὐτὸν.

tus pallio attrito, idque mane, tempore hyemis: quidam vero eum objurgabat, tanquam qui juvenilia ageret, plusquam ætatem illam deceret: at

τρυφῆς ἀφιεσίαν ἐλάθετο τὰς Γαλατικὰς χειμῶνας, *ferreum illum judicabant, quod tenui male tectus palliolo & discalceatus Gallicanas nives pro summis deliciis haberet.* KUHN.

Ἀνυπόδετος &c.] Sic Socrates apud Xenoph. ἀνυπόδετός τε ἦ ἀχίτων ἀμπελᾶ, quod tamen illoc tempore illi exprobrabatur, tanquam minus recte factum. Similiter vero se olim res habuit apud Romanos antiquissimos. Nam & Cato Uticensis, quum Prætor esset, dicitur etiam ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα ἀφεσπερχόμενος, *sine calceis & tunica in tribunal prodiisse:* sed quod illi quoque vertebatur vitio apud Plutarch. *pag.* 780. At Asconius Ped. *in Orat. pro Scauro, in extr.* eum id *ex vetere consuetudine repetisse* ait, *secundum quam & Romuli ætatis statuæ in Capitolio, & in Rostris Camilli fuerunt togatæ sine tunicis.* Plutarchus quoque in *Quæstion. Rom.* 49. Candidatos tradit ex Catone Prisco, solitos petere in Comitiis honores ἐν ἱματίῳ, ἀχίτωνας, *in toga, sine tunica.* Cæterum ad duriciem quandam, quæ mollitici corporis atque animi est contraria, pertinet, quod ita sine calceis & tunica prodierit Agesilaus, & Spartanæ juventuti in eo se præbuerit imitandum, qua de re vide hic Scheffer. & Kuhnium. Vocabulum autem ἀνυπόδετος rejicit Thomas Magister, & rectius dicit ἀνυπόδητος, quomodo illic legendum pro ἀνυπόδυτος, in quo assentientem sibi habet Phrynichum *p. m.* 82. PERIZ.

2 Ἀχίτων] *Sine tunica.* Ita Philosophi & inprimis Cynici leguntur in publicum prodisse ἀχίτωνες. de *Cleanthe* Laertius (φασὶ) ἠγόμενον τ' ἐφήβων ἐπὶ λύρα θέαν ὑπ' ἀνέμου ἀφαγυμνωθῆναι καὶ ἀφθῆναι ἀχίτωνα, *cum ad spectaculum quoddam duceret ephebos, a vento reflante eum fortè nudatum & sine tunica visum ajunt: qua de re applausu ab Athenienfibus ornatus est.* in Græco legitur κροκαΐῳ pro κρότῳ. Philosophus enim crocoto, veste muliebri, non ornatus, sed oneratus esset. Gellius in *Noct. Att. lib.* VII. *cap.* 12. *Viri Rom. primo quidem sine tunicis, toga sola amicti fuerunt* &c. Diodorus *lib.* XI. de Gelone: ἀχίτων ὢν ἱματίῳ ἀφεληλυθὼς ἀπελογήσατο, *in veste sine tunica prodiit seque defendit.* confer omnino Dionem Chrysostom. *orat.* ἀφ' ἁρπάγης. KUHN.

3 Περιβαλλόμενος αὐτὸν] Pro ἀφιεβαλλόμενος lego ἀφιεβαλόμενος. FABER. Causam mutandi nullam video. KUHN.

4 Νεανικώτερα] Puto scripsisse Ælianum νεανικωτέρεις. FAB. non assentior. SCH. Bene. KUHN.

Νεανικώτερα] Non Faber tantum *scripsisse putat* Ælianum νεανικωτέρεις, sed & Kuhnius in Indice id malit, suspectam habeus hanc Verbi ἐπιχειρεῖν constructionem, quæ tamen genuina est & usitata satis. Sic apud Dionys. Halic. *lib.* III. Tarquinius Priscus ad Ar. Navium, πρᾶξιν ἐπιχειρεῖν μεγάλην διανοούμενος, *cogitans magnam facere actionem.* Et ita alibi, atque Alii. PERIZ.

5 Ἀλλ' οἵ γε νέοι] Eadem Plutarchus in *Laconicis sententiis*, sed planius sic memorat. Πρεσβύτης γυμνάζων, τῇ αὐτῇ ἀγωγῇ ἐχρῆτο. ἐπεὶ δὲ τ' πυθόμενον διότι σφοδρῶς χειμῶνος ὄντος ἀχίτων ἐφοιτήκοι, εἰς τοῦτο ἦ ἡλικίας ἦκων, ἵνα, ἔφη, οἱ νέοι μιμῶνται ἀφόβημα ἔχοντες τὸς πρεσβυτέρους καὶ ἄρχοντας. Docet nos hic locus, quomodo intelligenda sint hæc nostri verba, ἃς νεανικώτερα ἦ ἡλικίας ἐπιχειροῦντα, & quæ *paulo ante* leguntur, καὶ ἀχίτων ἀφοίει. Dum enim eandem vivendi rationem scribit tenuisse, morem Spartanorum respicit, qui Juvenibus nudis pedibus incedere, humi cubare, unica tantum veste uti præcipiebant. Quemadmodum ex Xenophonte discimus in Rep. Laconum. Sensus igitur est, perperam quibusdam visum agere, quod sic incederet, ut juvenis. Quod nec pedes calceis muniret, nec togæ interiori pallium vel tunicam injiceret. Sed & Justini verba hinc intelliguntur, quæ extant *lib.* III. *cap.* 3. ubi ait, *Iuvenibus non amplius una veste uti toto anno Lycurgus permisit.* Unam nempe vestem hic non accipi debere eam, quam quis festis & nefastis diebus induit, licet ea pallium cum toga & interula

ὴ, [5] ἀλλ' οἵ γε νέοι, φησὶ, τ῀ πολιτῶν, ὡσπεροῦν πῶλοι πρὸς τ῀ [6] τέλειον, ἀποβλέπουσιν ἐμέ.

at ille, atqui, inquit, juniores civium, quasi pulli in adultum, oculos in me conjiciunt.

terula unica, calceisque sit; sed specie unam, hoc est τρίωνα solum, uti noster vocat, absque ulla alia veste, quæ una gestari posset vel deberet. SCHEFF.

6 Τέλειον] Scilicet ἵππον. ita Græci appellant *justæ ætatis equum*, qui opponitur πώλῳ, *pullo equino*. vide Pollucem *lib.* I. *cap.* II. Cæterum apud Græcos pæne in proverbium abiit hæc locutio: ὡς πῶλος τ῀ πέλειον, *ut pullus equum majorem*, imitatur vel sequitur. Plutarchus in *Præcept. Sanit.* ita corpus otio curandum monet, ut animo ad necessarios usus pransum paratumque sit, & ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχῃ, & *pulli instar nondum a lacte depulsi juxta equum currat*. & *Orat.* II. *de Sarcophagia*. ἀρχῇ μοχθηρᾶς διαίτης ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχει πᾶσι τρυφὴ καὶ πολυτέλεια, *omnis luxus & profusio sequitur exorientem male vivendi rationem, ut pullus uberibus inhians matrem*. Est autem locutio ex Simonide. KUHN. Quæ sint & dicantur πέλεια in Animalibus, diximus *supra ad* IV. 3. PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Φιλοσόφων στρατηγῶν ἢ πολιτευσαμένων.

Τί δέ; Οὐκ ἦσαν καὶ οἱ [1] φιλόσοφοι τὰ πολέμια ἀγαθοί; Ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν· εἴγε [2] Ἀρχύταν μὲν εἵλοντο [3] ἑξάκις στρατηγὸν Ταραντῖνοι,

CAP. XIV.

De philosophis, qui militarunt, & respublicas gesserunt.

Quid vero? An non erant & Philosophi rerum bellicarum periti? Mihi sane videntur: Siquidem Archytam sexies Ducem sumpserunt

1 Φιλόσοφοι &c.] Contradicit apud Athenæum *lib.* V. Democharis sive Crates. ὥσπερ, inquit, ἐκ θύμβρας ἀδοὺς ἂν δύναιτο κατασκευάσαι λόγχην, (ὕτως) οὐδὲ ἐκ Σωκράτους στρατιώτην. τί γὰρ ἀσπίδι σύνθημα καὶ βακτηρίᾳ; *quemadmodum ex thymbra lanceam nemo confecerit: ita nec militem ex Socrate. quid enim commercii est baculo philosophico cum clypeo?* Philosophiam contra tuetur Synesius *Sermone ad Pæonium pag.* 308. & *seq.* ubi pluribus exemplis ostendit, antiquam fuisse philosophiæ & rei militaris cognationem, quas hodie ἀ γενὸς ἰδμὸς distinguit. vide & *epist.* 103. *ad Pylemenem*; Macrobius *lib.* II. *in Somnium Scipion. cap.* 8. *sæpe evenit, ut idem pectus & agendi & disputandi perfectione sublime sit, & cælum utroque adipiscatur exercitio virtutum. Romulus nobis in primo genere ponatur, cujus vita virtutes nunquam deseruit, semper exercuit. Secundo Pythagoras, qui agendi nescius, fuit artifex differendi, & solas doctrinæ & conscientiæ virtutes secutus est. sint in tertio ac mixto genere apud Græcos Lycurgus & Solon; inter Romanos Numa & Catones ambo, multique alii, qui & philosophiam hauserint altius, & firmamentum reipublicæ præstiterunt. Soli enim sapientiæ otio deditos ut abunde Græcia tulit, ita Roma non nescivit.* KUHN.

2 Ἀρχύταν] De illo vide me *supra ad* III. 17. PERIZ.

3 Ἑξάκις στρατηγὸν] Diogenes Laertius septies eum Imperatorem fuisse scribit, cum alias per leges semel tantum fieri liceret. ἢ ἑπτάκις τ῀ πολιτῶν ἐστρατήγησε. Adde Strabon. *lib.* VI. SCHEFF.

4 Μέλισσος] Ithagenis filius, Samius, vel ut

νοι, [4] Μέλισσος ὃ ἐναυάρχησε. Σωκράτης ὃ [5] ἐστρατεύσατο τρίς. [6] Πλάτων ὃ καὶ αὐτὸς, [7] εἰς Τανάγραν, καὶ εἰς Κόρινθον. Τὴν ὃ Ξενοφῶντος [8] στρατείαν καὶ στρατηγίαν, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἀδοῦσι, καὶ αὐτὸς ὃ ὁμολογεῖ ἐν τοῖς [9] περὶ Κύρου λόγοις. [10] Δίων ὃ ὁ Ἱππαρίνου τὴν Διο-

runt Tarentini. Melissus classi fuit præfectus. Socrates ter militavit. Plato etiam ipse *expeditioni* in Tanagram & Corinthum *interfuit*. Xenophontis autem militiam & imperatorium munus quum multi alii celebrant, tum etiam ipse profitetur in libris de Cyro. Dion item Hipparini

ut alii volunt, Milesius. Plutarchus *adversus Colotem*: Μέλισσον ὄ τ῀ παιδὸν στρατηγῶν Ἀθηναίοις κατεναυμάχησε. Vide eundem in *Themistocle*, & Laertium in *vita ejus*. SCHEFF.

Μέλισσος] Fuit hic Philosophus *Physicus*, ut à Plutarcho appellatur in *Themistocle*, Samius patriâ, & Samiorum στρατηγὸς, quo in munere classi præfuit, & vicit Athenienses, sed mox vicissim à Pericle victus est: unde & Ætas ipsius patet. Vide Plutarch. in *Pericle*, & Menag. *ad Laërtium*. PERIZ.

5 Ἐστρατεύσατο τρὶς] Vide expeditiones ipsas singulatim expositas *supra ad* III. 17. IDEM.

6 Πλάτων] ἢ αὐτὸν φησιν Ἀριστόξενος τρὶς ἐστρατεῦσθαι, ἅπαξ μὲν εἰς Τάναγραν, δεύτερον ὃ εἰς Κόρινθον, τρίτην ἐπὶ Δηλίῳ, ἔνθα καὶ ἀριστεῦσαι. Laërtius. SCHEFF.

7 Εἰς Τανάγραν] Confirmatur hoc ab Aristoxeno apud Laërt. in *Platone n.* 8. qui ait eum quoque *Ter* militasse, *primo in Tanagram, dein contra Corinthum, ac tertio apud Delium, ubi fortiter rem gesserit.* Sed tamen vel sic dubitem de expeditione illa *in Tanagram*, ut & *ad Delium*, quibus per ætatem Plato interesse non potuit. Natus enim est anno Belli Peloponnesiaci Secundo vel Tertio; Pugnatum autem est, sed infeliciter, *ad Delium* anno Octavo, in qua pugna ac fuga fortiter ac prudenter rem gessit Socrates. Duobus vero annis antea exierunt Athenienses πανδημεὶ adversus Varias Bœotiæ Urbes, sed maxime *Tanagram*, ductu Hipponici & Eurymedontis. Vide Thucyd. *lib.* III. *cap.* 91. & IV. 90. &c. Quid ergo? An deceptus fuit Aristoxenus verbis Platonis, quibus ille in prima persona inter fuisse iisdem prœliis, quibus Socrates, scribit, sed non ex sua, verum modo ex Lachetis, modo ex Alcibiadis persona? An vero leviores quædam expeditiones vel excursiones hic designantur, quæ aliis vix visæ sunt memoratu dignæ? In Corinthum, seditionibus laborantem, quibus se miscebant Lacedæmonii, expeditio sumpta est ab Atheniensibus eo primum anno, quo jam Plato Quintum vel Sextum & Trigesimum agebat. Vide Diodorum Sicul. *lib.* XIV. PERIZ.

8 Στρατείαν καὶ στρατηγίαν] Lugd. male στρατιὰν pro στρατείαν. Cæterum eodem pene modo distinguit illa Noster *supra* III. 17. de Xenophonte: ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν στρατιώτης ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἀμείνων στρατηγός. IDEM.

9 Περὶ Κύρου ἀναβάσεως] Nam in his de se ipse scribit non *uno loco*. SCHEFF.

10 Δίων] Prolixe Plutarchus in *ipsius vita*, meminit & Noster aliquoties. Numeratus autem inter sapientes & Philosophos, quia Platonis auditor fuit. IDEM.

11 Ἐπαμινώνδας] Lysis Tarentini, Pythagoræi discipulus. Cornel. Nepos in *ipsius vita cap.* 2. IDEM.

12 Βοιωταρχῶν] Erant Bœotarchæ septem numero, quorum quatuor volebant pugnam iniri, tres eam dissuadebant, vide Pausan. *Bœot. cap.* 13. Plures ceteroquin erant in universum, & ut opinor XII. vide Thucydidem IV. 91. & Livium XLII. 43. Capital autem erat Bœotarchiam retinere ultra tempus legibus præfinitum, *Ibid. cap.* 14. Adde Corn. Nepotem, & Nostrum XIII. 42. Epaminondam vero Codd. etiam hic Ἐπαμεινώνδαν vocant. Vide & *supra* II. 43. PERIZ.

13 Καὶ τ῀ Ῥωμαίων πρῶτος] Quis hoc ferat, *Epaminondas primus Romanorum*? ridiculum; lege igitur Θηβαίων pro Ῥωμαίων. FABER. Non repugno, tantum propius scripturam Veterem puto esse, si legamus Βοιωτῶν. SCHEFF. Ego integrum servarem *Nostri* judicium, quo Epaminondam inter primos Ro-

Διονυσίου τυραννίδα κατέλυσε. Καὶ [11] Ἐπαμεινώνδας [12] Βοιωταρχῶν ἐν Λεύκτροις ἐνίκησε Λακεδαιμονίους, [13] ἦν τῶν Ρωμαίων, καὶ τῶν Ἑλλήνων πρῶτος ἐγένετο. Πολλὰ δὲ καὶ [14] Ζήνων [15] ὑπὲρ Ἀθηναίων ἐπολιτεύσατο

rini filius Dionysii tyrannidem evertit. Et Epaminondas Bœotarcha ad Leuctra superavit Lacedæmonios, & Romanorum ac Græcorum primus fuit. Multum etiam Atheniensium reip. consuluit Zenon apud An-

manorum Græcorumque duces numerat. *Primus erat, sed inter primos: præcedebat alios dignitate* (virtute) *sed & alios sequebatur*, ex Hieron. *epist. ad Pammach.* dicas licet. Nam vox *primi* ambigua est, aut enim eum significat qui omnes antecedit, aut quem nemo, inquit Grotius *l.* 11. *de I. B. & P.* confer de voce πρῶτος *epistolam* Reinesii 46. *ad Dammium.* KUHN.

Καὶ τῶ Ρωμαίων, καὶ τῶ Ἑλλήνων πρῶτος] Tan. Faber *ridiculum & non ferendum* pronunciat, Epaminondam dici primum *Romanorum.* Legit ergo Θηβαίων. *Nec repugnare* se ait Schefferus. Sed repugnant MSti, cum Nostri, tum Regii Paritiis. Atque ideo nihil est mutandum. Dicitur Epaminondas ab Auctore simpliciter *primus* Imperatorum, qui ante & post ipsum exstitere. Sic Nepos in *Thrasybulo* dubitat, an hunc *Primum omnium* ponat. Et in colloquio inter Scipionem & Annibalem apud Livium XXXV. 14. quærebatur, quis *maximus fuisset Imperator*, quis *Secundus*, quis *Tertius*, inter omnes scil. Gentes, non Suam tantum. Inter Omnes autem eminebant hac arte Græci & Romani, unde & inter se opponi à Veteribus solebant, ut notum est vel ex Plutarchi *Parallelis eorum Vitis.* Illa vero etiam causa est, quare hic diserte & conjunctim illi maxime commemorentur, quorum *Primus* fuerit Epaminondas. PERIZ.

14 Ζήνων] Citticus, Cratetis Discipulus. Vide Laertium. SCHEFF.

15 Ὑπὲρ Ἀθηναίων ἐπολιτεύσατο πρὸς Ἀντίγονον] Sensus hic est: Zeno multum profuit reipublicæ Athenienſium, apud Antigonum regem Macedoniæ, quia & honestis disciplinis animum ejus instituit, amicumque populo Athenienſium fecit. Non enim hostis Antigoni Zeno fuit, aut adversarius, quod Interpres opinatus esse videtur, sed ejus amicissimus. Laertius: Ἀπεδέξατο αὐτὴν (Ζήνωνα)

τὸ [16] πρὸς Ἀντίγονον. [17] Οὐδὲν γὰρ διοίσει, † [18] εἴ τις διὰ γνώμης ὤησέ τινας, εἴτε δ' ὅπλων.

† εἴτε, vel εἴτέ τις.

mortem Zenonis Athenas obsedit, & pace cum iis dein facta præsidium in Museo posuit, quod tamen non multo post ultro abduxit, ut refert Pausanias in *Laconicis cap.* 6. PERIZ.

17 Οὐδὲν γὰρ διοίσει] Nisi quod hoc etiam præstantius. Nam *temere in acie versari & manu cum hoste confligere, immane quiddam & beluarum simile est. At non perturbari in rebus asperis, præsentis animi uti consilio, nec à ratione discedere, præcipere cogitatione futura, & aliquando ante constituere, quid accidere possit in utramque partem, hæc sunt opera magni animi.* Vide Ciceronem *lib.* 1. *Officiorum*, ubi latissime de hac re disseritur. SCHEFF. Et Ammonium *in voces* v. *Porphyrii statim ab initio commentarii*, Dionem Chrysost. *Orat.* 49. KUHN.

18 Εἴ τις διὰ γνώμης] Gesnerus legit, εἴτε vel εἴτέ τις. Ego retinendam lectionem puto, vel scribendum εἴ τις. SCHEFF. Sluisk. ὅτε εἴ τις διὰ γν. Videtur voluisse idem, quod maluit Gesnerus, εἴ τέ τις διὰ γν. PERIZ. Sluiskiani scripturam firmat Mediceus.

ΚΕΦ. ιε'.

Πῶς οἱ τῶν Μιτυληναίων σύμμαχοι ἀφιστάμενοι ἐτιμωρήθησαν.

Ἡνίκα ἡ θαλάσσης ἦρξαν Μιτυληναῖοι, τοῖς ἀφισταμένοις τῶν συμμάχων τιμωρίαν ἐκείνην ἐπήγτησαν·

CAP. XV.

Quomodo Mitylenensium socii defectionis pœnas dederunt.

Quum maris imperium tenerent Mitylenenses, sociis, qui desciverant, hanc pœnam constituerunt:

1 Τῆς θαλάσσης ἦρξαν Μιτυλ.] Horum seu Lesbiorum θαλασσοκρατία referenda est ad tempora Pittaci, quando Mitylenæi bellum gesserunt contra Athenienses de Sigeo. Præfuit tunc ipse Pittacus classi Mitylenæorum. Lesbii autem seu Mitylenæi omnem sibi vindicabant Troadem, & pleraque tunc istic exstruxerunt oppida, quin, si fides Thucydidi, vel Straboni, amiserunt eam demum bello Peloponnesiaco per Athenienses. Vide omnino Strabonem *lib.* XIII. *pag.* 599. 600. Hieronymus quoque in *Chronico Eusebiano ad Ann.* 1341. notat *Lesbios post Caras mare obtinuisse annos* 69. in quo tamen crediderim esse prochronismum: siquidem ille certe annorum numerus decucurrisset proximis annis jam ante pugnam Pittaci & Phrynonis, post quod tempus tamen maxime floruerunt Mitylenæi, ut & *Literæ*, quarum hic mentio fit, nisi earum quis putet majorem tunc habitam rationem, quum exoriri inciperent, sicuti certe ante duo hæc sæcula, quum primum quasi renascerentur, longe majore in pretio fuerunt, quam nunc sunt, quando illa novitatis gratia jam periit. PERIZ.

2 Γράμματα μὴ μανθάνειν] *Ut filii illorum ne prima quidem literarum elementa discerent.* Ammianus de Juliano eâdem ignorantia damnante Christianos *lib.* XXII. & XXV. *illud autem inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros Rhetoricos & Grammaticos ritus Christiani cultores.* Eunapius in *Proæresii vita.* Ἰουλιανὸς ἡ βασιλεύοντος, τότε δὲ παιδεύειν ἐξειργόμενος, ἐδόκει δὲ καὶ τοῖς Χριστιανοῖς. *Sub Juliano docendi loco exclusus, quia videbatur esse Christianus* &c. Nazianzenus

γράμματα μὴ μανθάνειν τοὺς παῖδας αὐτῶν, μηδὲ [3] μουσικὴν διδάσκεσθαι· πασῶν κολάσεων ἡγησάμενοι βαρυτάτην εἶναι ταύτην, ἐν ἀμαθίᾳ καὶ ἀμουσίᾳ καταβιῶναι.

runt: ut liberi ipsorum non discerent literas, neque imbuerentur musicis: omnium pœnarum hanc gravissimam judicantes, in insciti literarum & musices vitam transigere.

Oratione I. συλλαλικῇ contra *Julianum* refert, illum callide finxisse, τὴν θρησκείας ὄντως τὴν Ἑλλάδα λόγον, ἀλλ' ἐ τὴν γλώσσης καὶ ἁβρότητος, ὡς ἀκριβείᾳ καλῶ φῶρας, τὸν λόγον ἡμᾶς ἀπήλασεν. *religionis esse Ethnicam vel Græcam eruditionem, non autem linguæ, ideoque nos ut fures alieni boni, eruditione prohibuit.* alio loco hæc Juliani verba repetit, ἡμέτεροί φησιν οἱ λόγοι, ὧν καὶ τὸ σέβειν θεὸς. ὑμῶν δὲ ἡ ἀλογία καὶ ἡ ἀργοικία καὶ ἕδεν ὑπὲρ τὸ πίστευσον τὴν ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας. *Nostra est, inquit eruditio, quibus Græcè loqui & Deos colere proprium est. Ad vos autem pertinet ruditas, & rusticitas, vestraque non ultra τὸ crede assurgit sapientia.* KUHN.

3 Μουσικὴν διδάσκεσθαι] Vultejus vertit *artes liberales*, quod retinuerunt secuti eum Editores, licet Gesnerus maluerit *musicam*. Et recte. Nam hæc proprie scientia hic intelligitur, quæ & cum *literis* jungi apud Græcos solebat. Sic Terent. *Eun.* III. 2. 23. *Fac periculum in Literis, Fac in Palæstra, in Musicis; quæ Liberum scire æquum est Adolescentem, sollertem dabo.* Plato *Theage* p. 122. *Quid? nonne docuit Te Pater, quæ hic doceri solent honestorum & strenuorum Patrum Filii,* γράμματά τε, καὶ κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν, καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνίαν. Xenophon *de Rep. Lacedem. Mittunt*, inquit, *filios in Scholas præceptorum, ut discant* καὶ γράμματα, καὶ Μουσικὴν, καὶ τὰ τοῦ Παλαίστρας. Sed & Aristot. *Polit.* VIII. 3. generatim ait Græcos *solitos* hæc *docere pueros,* γράμματα, καὶ γυμναστικὴν, καὶ μουσικὴν. Et de Musica quidem addit: suo jam tempore plerosque voluptatis causa eam exercere, sed οἱ παλαιοὶ ἐξ ἀρχῆς, ait, ἔταξαν εἰς παιδείαν, *prisci posuerunt eam in liberali doctrina.* Hinc qui lyram & fides tractare ignorabat, habebatur indoctus: quod Geloni accidit, ut discimus ex Plutarch. *Apopht. p.* 175. Sed notabilis in hanc rem est locus Ciceronis, *Tusc. quæst.* I. 2. *Summam Eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus. Igitur & Epaminondas, princeps, meo judicio, Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur: Themistocleſque aliquot ante annos, quum in epulis recusaret lyram, habitus est indoctior. Ergo in Græcia Musici floruerunt, discebantque id omnes, nec, qui nesciebat, satis excultus doctrina putabatur.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Ῥώμης, Ῥώμου, Ρωμύλου, καὶ Σεργίας.

Ὅτι Ῥώμη ὑπὸ [1] Ῥώμου καὶ Ρωμύλου ἐκτίσθη, τῶν Ἄρεως καὶ [2] Σεργίας παίδων. Ἦν δὲ αὕτη μία τῶν Αἰνείου ἀπογόνων.

CAP. XVI.

De Roma, Remo, Romulo, & Servia.

Roma condita est ab Remo & Romulo, filiis Martis & Serviæ.

viæ. Ea vero una erat ex posteris Æneæ.

1 Ῥώμου] Ita & Plutarchus, in *Romulo*, quod noto, ne quis putet mendum subesse. Nam alii malunt Ῥώμωνος. vide *excerpta Peireſciana* Valesii. SCHEFF. Sæpius Græci Ῥῶμος quam Ῥώμων, vide Dionys. Halicarn. *lib.* I. Servius *in lib.* I. *Æneid. Remus est Romus*; à *Romi nomine*, inquit, *Romani appellati. Ut autem pro Romo Romulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet diminutione.* KUHN.

Ῥώμος καὶ Ρωμύλος] Sic passim Græci, Dionysius, Plutarchus, Appianus in *Excerptis* Photii, & Alii. Vide & Festum in *Romam*. Ῥῶμος vero illis est, qui Latinis *Remus*, id quod mirari par est, quum Latini priorem in *Remus* corripiant, at in *Romulus* producant: sed &, licet Gemini essent, major tamen fuerit Frater Romulus, qui nomen deminutivum habet, ab illo ipso Ῥῶμος, *Romus*, formatum. Crediderim ergo, ὑποκοριστικὸν illud honoris gratia vel per blanditias datum fuisse dein isti, qui superstes fuit alteri, quum antea pariter eodem Nomine, sed major *Romus*, minor *Romulus*, diceretur. Certe & Festus in *Romulum*, utrumque fratrem æque *à virium magnitudine, ῥώμῃ, appellatos* putat. Sed & *Remulus Sylvius*, qui inter Albanos fuit Reges, à Græcis quoque Ρωμύλος dicitur. PERIZ.

2 Σιλβίας] Ante legebatur Σεργίας. Sed vitiose, uti patet ex omnibus, qui de initiis urbis Romæ scripserunt. Polyænus scribit Σιλείας, Græci alii Σιλουίας, quomodo & Robertus Titius *lib.* VII. *Loc. Cont. cap.* 13. censet emendandum. Potest Noster Σιρουλείας scripsisse, nam & ita scribitur in tabella Cysini templi, uti notat Salmasius *ad Solin. p.* 13. In Chron. Alexand. Ηλία scribitur, quod mutant in ὑλία, ut sit, ab ὕλη, *Sylva*. SCH. Non temere mutandum Σερβίας, quod Græcis idem videtur esse, quod Σιλβίας. Primum enim ρ συγγενὲς τῷ λ, & sæpe propter hanc cognationem hæ duæ literæ inter se permutantur, ut ὑρηλοὶ pro ὑψηλοὶ, Scholiastes Apollon. deinde Græcis non infrequens, ut *i* Latinorum per ε efferant. unde habemus Καπιτώλιον, Βεστιλανία, Δομιτιανὸς &c. pari modo dictum Σερβία: cum qua lectione convenit, quod in *excerptis* Photii ex Appiano legitur. τὴν θυγατέρα ἣ Ρέαν Σερβίαν, ἣν ἄτεκνος Δημοῦνη, &c. καθίσησι. *Filiam autem Rheam Serviam* vel (ut Latini dicunt) *Sylviam, ut sine liberis viveret, sacerdotem designat.* Cæterum in Chronico Alexandrino pro Ηλία non dubitatem legere Ιλία. hoc enim Rheæ fuit cognomen. Dionys. Halic. *lib.* I. ἴνες γεγράφασι Ρέαν, Ιλίαν δ' ἐπίκλησιν. KUHN.

Σερβίας παίδων] Sic sane & MSti. Et fateor, nomen hujus *Rheæ Sylviæ* ab ipsis Scriptoribus varie, & à multis perperam, exaratum fuit. Sed tamen *Serviam* appellavit eam nemo, quod sciam. Nam quod in *Excerptis* Photii ex Appiano legitur Ρέαν Σερβίαν, certissimus est codicum error. Atque adeo & hic itidem non ipsi Æliano, sed ejus Librariis, qui in Nominibus propriis sæpissime errarunt, adsignaverim hanc culpam, & cum Scheffero legerim Σιλβίας. Cæterum de Huius appellatione, quæ ab Historicis maxime *Rhea Sylvia*, at à Poëtis *Ilia* potissimum, fuit dicta, multis ante hos xx. ferme annos egi per literas cum Viro Eruditissimo, Theod. Ryquio, Decessore meo, & Amico quondam Summo. Visum fuit faciundum, ut ex utriusque Epistolis, quæ ad hanc controversiam pertinent, exhiberem, & Septimo huic Libro subjicerem, ubi ea, velim, videas. PERIZ.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ Ευδόξου εἰς Σικελίαν ἀφικομένου.

Ὅτε εἰς Σικελίαν ἦκεν [1] Ευδοξος, χάριν αὐτῷ πολλὴν ὁ Διονύσιος τῆς ἀφίξεως ἤδει. Ὁ δὲ οὐδέν τι πρὸς ταῦτα θωπεύσας, οὐδὲ [2] ὑποδραμὼν, Ἀφικόμην (εἶπεν) ὡσπεραν ἐπὶ πανδοκέα ἀγαθὸν, παρ' ᾧ καταγοίμην Πλάτων· ὁμολογήσας, ὅτι μὴ δι' ἐκεῖνον, ἀλλὰ [3] δι' τοῦτον, ἀφίκετο.

1 Ευδοξος] Vid. Laërtium in *vitâ ejus.* & Strabonem *lib.* XVII. *p.* 554. & *lib.* XIV. *pag.* 451. Synesius in *Dione* memoriâ lapsus est cum Κνίδιον Ευδοξον, ait fuisse ἄνδρα τῶν πρώτων τῶν Αριστοτέλους ὁμιλητῶν, *inter Aristotelis discipulos principes.* τῶν Πλάτωνος ἑταίρων potius fuit, secundum Strabonem *lib.* XIV. KUHN.

Ευδοξος] Cnidius patria, *Platonis auditor, in Astrologia, judicio doctissimorum hominum, facile princeps*, ut ait Cicero *lib.* II. *de Divin.* PERIZ. Vide Cl. Olearium *ad Philostrat. de vitis Sophist. lib.* I. *cap.* I.

2 Ὑποδραμὼν] Verte *insinuando occultans.* GESNER.

3 Διὰ τοῦτον] Lugd. δι' αὐτὸ τοῦτο, h. e. *propter hoc ipsum*, quod esset πανδοκεὺς ἀγαθὸς, παρ' ᾧ κατήγετο Πλάτων. Sed vulgatum præfero, quod & Sluisk. facit. PERIZ.

CAP. XVII.

De Eudoxi adventu in Siciliam.

Quum Eudoxus in Siciliam venisset, multas Dionysius ei gratias egit ob adventum. At ille nihil adulatus, nec blandiendo arrepens: Veni, inquit, quasi ad bonum cauponem, apud quem Plato diverteret: confessus ita, se non Illius, sed Hujus causa, venisse.

ΚΕΦ. ιη'.

Ὅτι οἱ Αιγύπτιοι καρτεροὶ ἐν ταῖς βασάνοις, καὶ περὶ Ινδῶν γυναικῶν.

Αἰγυπτίους φασὶ δεινῶς ἐγκαρτερεῖν ταῖς βασάνοις, καὶ ὅτι ἥττον [1] τεθνήξεται ἀνὴρ Αιγύπτιος τρεελουσθαι τὸν γλῶτταν. *Itaque non metus, non spes eliciebat vocem*, inquit Curtius *lib.* IV. *cap.* 6. Quod autem Noster scribit τ' ἀληθὲς, eo pertinere arbitror, quod quidvis aliud, quam veritatem, dicere solerent, atque sic figmentis spem quærentium frustrari ac eludere, more Papyrii Prætextati, de quo legas apud Gellium *lib.* I. *cap.* 32. SCHEFF. τ' ἀληθὲς hoc loco latius patet, & ad quævis vera tegenda extenditur. Ammianus in *fine lib.* XXII. *Erubescit apud eos* (Ægyptios) *si quis non infitiando tributa plurimas in corpore vibices ostendat, & nulla tormentorum vis inveniri adhuc potuit, quæ obduratum ullius pectus latrociniis elicere potuit, ut nomen proprium dicat:* Cicero in *Orator. Partit. alii aut natura corporis aut consuetudine dolendi aut metu supplicii aut mortis, vim tormentorum pertulerunt.* Apulejus *lib.* X. *Metam.* de servo triverberone. *Nec rota vel equuleus more Græcorum tormentis ejus apparata jam de erant. Sed obfirmatus mira præsumptione, nullis verberibus ac ne ipso quidem succubuit igni* &c. *Nec mirum desperatissimum illum latronem, certum extremæ pœnæ, quæ more majorum in eum competit, cruciatus istos ut leviores facilè tolerare.* Leæna, muliercula Attica, tam patiens tormentorum fuit, ut nullis fidiculis ab ea verum extorqueri potuerit. *rupit* (Tyrannus) *verbera, fidiculas laxavit, solvit equuleum, priusquam efficeret ut tyrannicidii conscios indicaret*, ut Valerii verbis utar *lib.* III. ubi plura exempla legere est de patientia tormentorum. vide & Alciat, *emblem.* 13. & ibi Claudium Minoem. Ex alio fonte Christianorum martyrum patientia defluxit, quâ inter acerbissimos cruciatus vocem gemitusque in potestate habuerunt. De *Essæis* Judæorum gemina germana tradit Porphyrius *lib.* IV. περὶ ἀπραγίας ἀψύχων. οἱ δὲ ἀσκητικώτατα πεπίλωται τὸν καρπεῖον, ὡς τρεφόμενοι καὶ λυγιζόμενοι τῇ κοιόμενοι καὶ ἀφ' πάντων ἡδόντες βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵνα ἢ βλασφημήσωσι τὸ νομοθέτου ἢ φάγωσι τῶν ἀσυνήθων, εὐθὺ ἕτερον ὑπομένειν. διὰ τοῦτο δὲ τῷ ὡς Ρωμαίως πολέμῳ· ἐπεὶ ἤδη κολακεύουσι τὰς

1 Τεθνήξε᾽) ἀνὴρ Αιγύπτιος] Lugd. non male τεθνήξε᾽) αὖ Αιγύπτιος. De re ipsa vide hic Kuhnium. PERIZ.

2 Τ' ἀληθὲς] Non dubito de secretis regiis hæc accipienda esse. ea enim pronuntiare apud Ægyptios sub pœna severissima prohibitum erat, Diodorus *lib.* I. Τῶν μὲν τὰ ἀπόῤῥητα τοῖς πολεμίοις ἀπαγγελλόντων ἐπίπαν ὁ νόμος ὑπέμεινεν

CAP. XVIII.

Quod Ægyptii patientes sint tormentorum, & de mulieribus Indicis.

Ægyptios ajunt patientissimos esse in tormentis: & citius moriturum hominem Ægytium, dum tor-

ἐλούμενον, ἢ [2] τ' ἀληθὲς ὁμολογήσει. [3] Παρὰ Ινδοῖς δὲ αἱ γυναῖκες τὸ αὐτὸ πῦρ ἀποθανοῦσι τοῖς ἀνδράσιν ὑπεκαίχιζόμεναι ἢ δακρύσαι ὑπομένουσι. μειδιῶντες δ' ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ κατειρωνεύόμενοι τὸν τὰς βασάνους προσφερόντων, εὐθυμοι τὰς ψυχὰς ἀφίεσαν, ὡς πάλιν κομισόμενοι. καὶ γὰρ ἔρρωτο παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα. *Ex rigido vitæ instituto eam sibi comparaverunt tolerantiam, ut torti, distenti, adusti, & per omnia crudelitatis tormenta lacerati, nec Legislatori convitium facere, nec cibos capere insolitos sustinuerint. id quod in bello adversus Romanos testatius factum est. nam torquentibus blandiri aut lachrymas profundere in tantum abnuunt, ut in mediis doloribus subridentes & tortoribus illudentes hilaresque animas efflarint, ut qui eas aliquando recepturi essent. Hæc enim opinio altas apud ipsos radices egit.* De Plejade fratrum Maccabæorum, quos μηδαμῶς ἡρωοδείσας μηδὲ ἀνδείσας ταῖς πόναις, *nequaquam animis fractos nec doloribus* (tormentorum) *succumbentes* miramur. vide Originis *Protrepticon ad Martyrium*, quod κειμήλιον, Clariss. Amicissimi Dn. Wetstenio, Fil. Professori Eloquent. apud Basilienses dignissimo, humanior orbis jure merito debet. Ethnicos adversus tormenta firmiores exhibent etiam Tertullianus *ad Martyres*, & Clemens *lib.* IV. *Stromat.* de Hispanis τοῖς πάλαι Justinus *lib.* XLIV. *cap.* 2. (*sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui*) *adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ celebratur. Eadem etiam bello Punico servi illius patientia, qui ultus dominum inter tormenta risu exultavit, serenâque lætitiâ crudelitatem torquentium vicit.* KUHN.

3 Παρὰ Ινδοῖς] Eadem Valer. Maximus *lib.* II. *cap.* 6. Cicero *Tuscul. lib.* V. Plutarchus *lib. An vitiositas ad infelicitatem sufficiat.* Solinus *cap.* 5. Nicolaus Damascenus *lib. de moribus Gentium*, Plurimique alii. Strabo *lib.* XV. lege hoc sancitum scribit apud eos, quia aliquando mulieres, quod plus amarent adolescentulos, à viris secedere, eosque venenis tollere solerent. Quo igitur veneficia desinerent, hanc legem latam esse. Probat idem Diodorus, exemploque declarat *lib.* XIX. Similem alias con-

torquetur, quam ut verum fateatur. Apud Indos vero eundem ignem cum mortuis viris uxores sustisuc-

ὑπομένουσι. Φιλοτιμοῦνται ⸗ αἱ γυναῖκες [4] περὶ τούτου ⸗ † ἀνδρός· [5] καὶ ἡ κλήρῳ λαχοῦσα συγκαίεται.

† νεκρῷ.

suetudinem observarunt Thraces, de quibus Herodotus. Adde quoque Stephanum *Schediasm.* v. 10. SCHEFF.

Παρὰ Ἰνδοῖς ⸗ &c.] Sluisk. παρ' Ἰνδοῖς ⸗. Cæterum de Indorum mulieribus res est notissima. Vide præter quos citavit Schefferus, etiam Bernh. Realinum *Annotationum cap.* 9. Similia de Thracum Mulieribus tradit Pomp. Mela II. 2. *Ne feminis quidem segnis est animus. Super mortuorum virorum corpora interfici, simulque sepeliri, votum eximium habent; & quia plures simul singulis nuptæ sunt, cujus id sit decus, apud judicaturos magno certamine affectant. Moribus datur, estque maxime lætum, cum in hoc contenditur, vincere. Moerent aliæ vocibus, & cum acerbissimis planctibus efferunt.* Forsan inde acceperunt Poloni, quod de iis adhuc Gentilibus narrat Ditmarus Episc. Merseburgensis *Chronici lib.* VIII. *in init. In tempore Patris sui* (Miseconis) *quum is Gentilis esset, unaquæque Mulier post Viri exsequias sui igne cremati, decollata subsequitur: & si meretrix inveniebatur, in genitali suo, turpi & miserabili pœna circumcidebatur, idque, si sic dici licet, præputium in foribus suspenditur.* PERIZ.

4 Περὶ τούτου ⸗ ἀνδρός] Hoc ὠφὶ τούτου, aut glossema est, aut referendum ad φιλοτιμοῦνται. Utrum vero horum fiat, frustra pro τούτου, νεκρῷ substituitur, quod tamen non nemini placuit substitui. SCHEFF. Lego ὠφὶ τούτου ⸗ γέρως. FABER. At vero MSS. B. & C. φιλοτιμοῦνται ⸗ ὠφὶ τούτου αἱ γυναῖκες ⸗ ἀνδρός, quæ lectio mihi optima videtur. SCHEFF. Lectio MSStorum. indicat, quo pacto vulgata non corrigenda, sed intelligenda sit. Est enim in Auctore *Hyperbaton*, ut apud Thucyd. *lib.* v. *pag.* 371. ⸗ οἱ πρέσβεις ἀφικόμβροι αὐτῶν pro οἱ πρέσβεις αὐτῶν ἀ. & *legati eorum cum advenissent.* Similiter apud Nostrum αἱ γυναῖκες περὶ τούτου ⸗ ἀνδρὸς pro γυναῖκες ⸗ ἀνδρὸς π. τ. De re ipsa Philo Jud. in *de Abrahamo.* Ἤδη ⸗ καὶ γύναια ὠφαπτοδιαιόντων ἀιδεῶν ἑρμῆσαι ἐναγηδότα ὠφὸς τὸν αὐτὸν πυρὸν καὶ ζῶντα τοῖς οἰκείοις σώμασιν ὑπομείναι συναπαφλεχθῆναι. *Jam etiam mulierculas* (ajunt) *viris fato præreptis, ad eundem rogum præ gaudio festinare, vivasque sustinere una cum ipsorum corporibus comburi.* vid. & Propert. *l.* III. *Eleg.* 7. Melam *lib.* II. *cap.* 2. Solinum *cap.* 17. Serv. *in* v. *Æneid. p.* 367. KUHN.

sustinent. Contendunt autem ambitiose de eo defuncti uxores: & cui id forte obtigit, ea simul comburitur.

Φιλοτιμοῦνται ⸗ αἱ γυναῖκες ὠφὶ τούτου ⸗ ἀνδρὸς] Sic edebatur, sed turbatissimo sensu. Mutavi verborum ordinem, in quo mihi præeunt, non tantum MSS. B. & C. Parisienses, sed & Lugd. Et levissima hæc est emendatio loci, ad quem plerique adhæserunt Interpretes, & cujus cæteroqui confusam adeo constructionem incassum excusare conatur Kuhnius. Quod si assentirentur Codices, mallem abesse τῷ ἀνδρός, quod videtur sane ex glossa & margine ortum. Adde variare ejus scripturam, ut solet spuriis accidere. Nam in Medicco 1. legitur τῷ ἀνδείᾳ. PERIZ. Haud necesse fuerat contra fidem MSS. eorumque optimæ notæ, ordinem verborum turbare: præsertim cum ulcus huic loco inhærens, verisimilius latere videatur in τῷ ἀιδρός, vel ἀνδείᾳ, ad quam posteriorem scripturam proxime accedit vox ἀεισείᾳ, per notam scripta, quam de hoc ritu Indorum agens adhibuit quoque Diodorus Siculus *lib.* XIX. *pag.* 679. τῷ γὰρ νόμῳ μίαν κελεύοντος συγκαθαπτέσθαι πυρᾷ τὴν ἀμφότεραι ὠφὸς τὴν τῶν Κητέως παῖδα, ὑπὲρ τῷ συναποθανεῖν, ὡς ὑπὲρ ἀρετείᾳ φιλοτιμέμενος. Solinus ἀεισεῖον *palmæ præmium* interpretatur *cap.* 52. *& cum maritus homine decesserit, apud gravissimos judices, suam quæque & meritis agunt causam, & quæ officiosior ceteris sententia judicantium vicerit, hoc palmæ refert præmium, ut arbitratu suo adscendat rogum conjugis* &c. Posset quoque legi φιλοτιμοῦνται δὲ αἱ γυναῖκες ὠφὶ τούτου τῷ πυρός, quomodo apud Plutarchum ἐν Ἀυδρικ. ἡ κακία πρὸς κακοδ. *pag.* 499. Ἰνδῶν δὲ φίλανδροι καὶ σώφρονες γυναῖκες ὑπὲρ τῷ πυρὸς ἐαίζουσι καὶ μάχονται ὠφὸς ἀλλήλας, τὴν ⸗ νικήσασαν τεθνηκότι τῷ ἀνδρὶ συγκαπαφλεγῆναι, μακαρίαν ἄθεσιν αἱ λοιπαί.

5 Καὶ ἡ κλήρῳ λαχοῦσα] Dissentit hic Noster a reliquis Scriptoribus, qui omnes uno ore tradunt, illam rogum conjugis adscendisse, quæ ceteris officiosior judicabatur, non quæ forte eligebatur, Confer Diodorum Sic. *loc. cit.* Cicer. *lib.* V. *Tusc. Quæst. cap.* 28. Valer. Max. *lib.* II. *cap.* 6. *ext.* 14. & Solinum *l. c.* nisi pro κλήρῳ forte legendum sit ψήφῳ. nam ἀπὸ ψήφου λαχεῖν phrasin Græcis, usitatam fuisse notat Eustath. *ad Homer. Iliad.* I.

ΚΕΦ. ιθ'.

Περὶ Σόλωνος στρατηγήματος τῶν Μεγαρέων, καὶ πῶς ἔπειτα ἐκείνων λόγοις ἐκράτησεν.

Σόλων εἰς τὴν ὑπὲρ Σαλαμῖνος μάχην ἐστρατήγησε, καὶ [1] δύο νεῶν Μεγαρίδων κρατήσας, [2] μετεβίβασε στρατηγοὺς Ἀττικοὺς εἰς αὐτὰς, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα τοῖς οἰκείοις ὠφέθεις, [3] καὶ μεθορμισθεὶς δι' ἀπά-

CAP. XIX.

De Strategemate Solonis contra Megarenses, & quomodo deinde argumentis eos vicerit.

Solon in bello de Salamine suscepto, Ducem egit: & captis duabus navibus Megaricis, duces Atticos in eas imposuit, atque hostium arma suis quum circumdedisset, & in eorum stationem trajecisset per insidias,

1 Καὶ δύο νεῶν] Adi Plutarchum in *vita Solonis*, imprimis vero Meursium in *Solon. cap.* 7. de stratagemate vero Julium Frontinum *lib.* IV. *cap. ultimo.* SCHEFF. Varia & dissona ab Historicis traduntur de hoc *Solonis* stratagemate. Alii enim *Pisistrato*, alii *Soloni* vindicant. videntur autem ambo in societatem hujus operis venisse. nam & Noster meminit στρατηγῶν Ἀτλικῶν, *ducum Atticorum*, quos Solon, qui consilii auctor, in hostilcas naves imposuit. Non enim iis assentior, qui pro στρατηγὸς legunt στρατιώτας. illi enim continentur voce εἰκείοις, quæ *paulo post* sequitur. KUHN.

2 Μετεβίβασε στρατηγὸς Ἀτλικὸς εἰς αὐτὰς] Lege στρατιώτας. FABER. Probo. Frontin. *lib.* IV. *cap.* 7. *eadem, quæ ceperat, navigia, Athenienst milite complevit.* SCHEFF. Στρατηγοὶ proprie sunt Summi Duces totius exercitus. Atque idcirco Faber & Schefferus reponunt hic στρατιώτας. Intercedit Kuhnius, scilicet quia Solon & Pisistratus pariter fuerint στρατηγοὶ. At ita tamen Solon imposuisset se Solonem & Pisistratum. Quid multa? Durissima & mihi videtur ac suspecta hæc locutio. Sed quod reponam, certi nil habeo, quum nihil mutent MSti. An Ναυηγὸς, *Navium gubernatores*? quod Ego sane Ælianum scripsisse putem. An vero delendum est simpliciter στρατηγὸς, quod videri possit ex indocti hominis glossa ortum. Historiam abunde explicuit Meursius in *Solone.* PERIZ.

3 Καὶ μεθορμισθεὶς, δι' ἀπάτης πολλὰς τῶν Μεγαρέων κατέκτειψεν ἀνάλυς. Distinctio hæc orta est à Kuhnio. Nam priores Edd. omnes cum Lugd. Codice (in Sluisk. nulla hic apparet distinctio) ita hæc exhibent, καὶ μεθορμισθεὶς δι' ἀπάτης, πολλὰς τῶν Μεγ. &c. quod rectius puto. PERIZ.

4 Κατέκτειψεν ἀνάλυς] MSS. B. & C. ἀείλυς, forte scripserat ἀνάθλυς. SCHEFF. Non tantum B. & C. Parisienses, notante Scheffero, sed & Lugd. ἀείλυς. Vulgatum tamen tuetur Sluisk. Si quid mutandum, quod tamen vix putem, legerim ἀέλπτως, *insperantes*, vel ἀελπῶς, *præter exspectationem.* Stobæus *Serm.* CCXXI. ex Lino

Ἐλπισθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ θεὸς ἐκ νεφέων ἄελπτον.

ἀπάτης, πολλοὺς τῶν Μεγαρέων [4] κατέκοψεν ἀνόπλους. Ἐκράτησε δὲ καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν, οὐ λόγων δεινότητι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν ἐλέγχων τὸ πλέον ἐνεγκάμενος. Ἀρχαίας γὰρ θήκας ἀνοίξας, ἀπέδειξε πάντας Ἀθηναίους [5] πρὸς δύσιν κειμένους [6] κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος· τοὺς δὲ Μεγαρεῖς εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, τεθαμμένους. Ἐκρῖναν δὲ τὴν δίκην Λακεδαιμόνιοι.

dias, multos Megarenſium inermes trucidavit. Vicit autem eos etiam rationibus, non vi eloquentiæ, ſed argumentis ipſis ſuperior diſcedens. Reſeratis enim antiquis monumentis, oſtendit omnes Athenienſes verſus occaſum patrio ipſis more jacere: Megarenſes vero temere, & ut fors tulerat, ſepultos eſſe. Judicarunt vero cauſam hanc Lacedæmonii.

Sperare oportet omnia, ſiquidem nihil eſt, quod ſperare non liceat. PERIZ.

5 Πρὸς δύσιν κειμένους] Vide *ſupra lib.* v. *cap.* 14. SCHEFF. Laertius ait in *Solone*, Athenienſium νεκροὺς πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένους, *mortuos ad orientem converſos in ſepulchris jacuiſſe.* cui ſuffragatur Thucydidis Scholiaſtes, dicens, omnes Græcos, ἐπ' ἀνατολὰς ποιεῖν ἁρπὰς τοὺς νεκρούς, *facere, ut orientem ſpectent mortui.* Hos ego putem de facie mortuorum Orienti obverſâ accipiendos eſſe. Jam vero mortui, qui ubique gentium ſepeliuntur ſupini, non potuerunt faciem habere orientem verſus, niſi ante capita ſpectaverint Occidentem. De hoc totius capitis ſitu verſus occidentem loquitur Noſter & qui cum Noſtro tradunt Athenienſium ſepultos πρὸς δύσιν κεῖσθαι, *occaſum verſus ſitos eſſe.* Hoc malim quam cum Caſaubono dicere Lærtium aut alios ſecutum eſſe auctores, aut memoria lapſum. KUHN.

6 Κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος] Neſcio unde id hauſerit Peruſcus, quum uterque Codex habeat πάτριον, quod idcirco revocavi in contextum. PERIZ.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ γέροντος Κείου τὴν τρίχα βαψαμένου.

CAP. XX.

De ſene Ceo, qui capillos tinxerat.

Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο [1] Κεῖος, γέρων ἤδη ὤν, τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζών, ᾐδεῖτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρᾳ· καὶ διὰ ταῦτα τὴν τρίχα πολιὰν

Ceus quidam venit Lacedæmonem, jam ſenex, cætera quidem oſtentator, ſed pudebat eum ſenectutis, & ideo crines, qui canı

1 Κεῖος] Hiſtoria deſumpta ex Theophraſto. Vide Stobæum *ſerm.* x. SCHEFF.

2 Ἐπειρᾶτο βαφῇ] More ſenum delicatiorum,

quo juniores viderentur. Neque virorum modo, ſed & mulierum hæc quondam conſuetudo. Pericyones Pythagoricus (lege *Pe-*

λιὰν οὖσαν [2] ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. Παρελθὼν οὖν ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ [3] τοιαύτην ὑποφαίνων τὴν κεφαλὴν, ἐκεῖνα εἶπεν, ὑφ' ὧν καὶ ἀφίκετο. Ἀναστὰς οὖν Ἀρχίδαμος, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, [4] τί δ' ἄν, ἔφη, οὕτως ὑγιὲς εἴποι, ὃς οὐ μόνον ἐστὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, περιφέρει· ᾧ ἐξέφυσε τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεχθέντα, διαβάλλων ὃ Κείου τὸ τρόπον, ἐξ ὧν ἐωρᾶτο.

ni erant, diſſimulare conabatur tincturâ. Itaque quum in concionem Lacedæmoniorum prodiiſſet, tale caput oſtendens, expoſuit ea, quorum gratia venerat. Conſurgens itaque Archidamus, rex Lacedæmoniorum, quid, inquit, hic ſani diceret, qui non animo tantum, ſed etiam capite, circumfert mendacium: exploſitque ejus dicta, ingenium Cei redarguens ex iis, in quibus videndo cognoſci poterat.

ΚΕΦ.

CAP.

Pericyone Pythagorica) ὐν τῷ περὶ γυναικὸς ἁρμονίης, de proba & modeſta, quæ non vulgi & delicatiorum more vivit: ὁ χρήσασθαι τῷ πολιῷ τρίχα βαφαῖσι τεχνωμένῃ. SCHEFF. Senes mento, non mente, olim canitiem nigro colore inficere, atque ita juventutem mentiri ſolebant. hoc Græcis dicitur μελαίνεσθαι τὸν κόμιν vel ἐψήσασθαι. vide Heſychium in ἐψῆν & ἠψήσατο. Pollucem *lib.* II. *cap.* 4. Indic. Mirum autem non eſt, Lacedæmonios hunc legatum rejeciſſe, quia βαφικὴ & tingendi artificium Lycurgi legibus Sparta exulabat. Plutarchus in *Lacon. Apophtheg.* Ut igitur Rex Æthiopum in Herodoti *Euterpe*, oblata ſibi veſte purpureâ. δολεροί, inquit, ἄνδρωποι, δολερὰ φέρετε αὐτέων τὰ ἕματα, *homines doloſi doloſam afferunt veſtem:* ita quoque *Lacedæmonii*, viſo legati fucato capillitio, δολερὸς κόμη, δολερὸς καὶ ὁ ἀνδρωπος, jure merito cogitarunt. confer omnino Plutarch. in *Apophth.* & Suidam in Λεωνίδ. KUHN.

Βαφῇ ἀφανίζειν] Male audiebant, non apud Lacedæmonios tantum, ſed & alios Græcos, qui tinctis capillis mentiebantur juventam. Vide Hadr. Junium *de Coma cap.* 7. PERIZ.

3 Τοιαύτην ὑποφαίνων τὴν κεφαλὴν] Admiſſum ſemel vitium ex prima Schefferiana retinuerunt ſequentes, etiam Fabri & Kuhnii, Edd. Nam omnes antiquiores una cum MStis legunt τοιαύτην, quod verum eſt, & a me reſtitutum Auctori. IDEM.

4 Τί δ' ἄν, ἔφη, οὕτως ὑγιὲς εἴποι] MSti pariter legunt εἶποι. Firmat hanc lectionem etiam Stobæus *Serm. de Mendacio*, ubi hæc ipſa ex *Theophraſto* dicitur referre, ſed haud dubie reponendum eſt *Ælianо*, ſiquidem ipſa ſunt Æliani verba, ex quo & alia ſumpſit. In iſtis vero exhibet εἶποι. Ut adeo fatis certum ſit, hanc eſſe Æliani manum. IDEM.

ΚΕΦ. κά'.

Περὶ Καίσαρος καὶ Πομπηίου ἐπιμελείας, ὑπὲρ ὧν μανθάνειν, ἃ προσῆκεν πρὸς τὸ καλῶς ἄρχειν.

Οὐκ ἀπηξίου Καῖσαρ [1] ἐπὶ τὰς Ἀρίστωνος θύρας φοιτᾶν, Πομπήιος δὲ ἐπὶ τὰς [2] Κρατίππου. Οὐ γὰρ, ἐπεὶ μέγα ἐδύναντο, ὑπερεφρόνουν τῶν τὰ μέγιστα αὐτοὺς [3] ὀνῆσαι δυναμένων· ἀλλ

CAP. XXI.

De Cæsaris & Pompeji cura perdiscendi ea, quæ ad recte gerendas respublicas pertinerent.

Non dedignatus est Cæsar, Aristonis januam frequentare, neque Pompejus, Cratippi. Non enim, quia potentes valde erant, ideo contemnebant eos, qui in rebus maximis juvare se poterant: sed rogabant ipsi,

1 Ἐπὶ τὰς Ἀρίστωνος θύρας] Meminit *Aristonis* Cicero in *quæst. Academ. lib.* IV. Et in *Tusculanis quæstionibus lib.* V. ubi M. Brutum auditorem ejus facit: *Ista* (verba Bruti sunt) *mihi & cum Antiocho sæpe & cum Aristone nuper, cum Athenis imperator apud eum versarer, dissensio fuit.* Sic *Academ. Quæst. lib.* I. *Brutus*, ait, *Aristum Athenis audivit aliquandiu.* At magistrum Cæsari fuisse, neque ipse scribit, nec apud alios reperio. Nam plerique ut Plutarchus & Suetonius Apollonium Molonis nominant. SCHEFF. Tanta viris inter Romanos Principibus modestia fuit, ut discipulorum instar ad limina magistrorum ultro itarent. Plinius *lib.* VII. *cap.* 33. *Cn. Pompejus, confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonii sapientiæ professione clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit, & fasces lictorios januæ submisit is, cui se oriens occidensque submiserat.* Capitolinus in *M. Antonino: Tantum autem studium in eo philosophiæ fuit, ut ascitus jam in Imperatoriam dignitatem tamen ad domum Apollonii discendi causa veniret.* vide Eundem in *Anton. Pio*, ubi tradit eundem Apollonium ab imperatore evocatum Chalcide, & ad Tiberinam domum, in qua habitabat, invitatum, ut ei Marcum Antoninum traderet, dixisse: *Non Magister ad discipulum debet venire, sed discipulus ad magistrum.* de eodem Marco Philostratus *lib.* II. *de Vit. Sophist.* Lucius Romam profectus ἤρετο τὸν αὐτοκράτορα προϊόντα, πῖ βαδίζοι, καὶ ἐφ' ὅ, τι καὶ ὁ Μάρκος, καλὸν ἔφη καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. εἶμι γὰρ ἐπὶς Σέξτον τὸν φιλόσοφον, μαθησόμενος, ἃ ὔπω οἶδα. καὶ ὁ Λάκις ἐξάρας τῷ χεῖρε εἰς τὸν ἀέρα, ὦ Ζεῦ, ἔφη, ὁ Ρωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη, δέλτον ἐξαψάμενος εἰς διδασκάλε φοιτᾷ, ὥσπερ οἱ παῖδες. ὁ δὲ ἡμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος δύο καὶ τελάκοντα ἐτῶν ἀπέθανε *interrogavit Imperatorem, quo iret, quidque agere vellet. Marcus autem, pulchrum, inquit, etiam senescenti aliquid discere: eo itaque ad Sextum Philosophum, ut quæ nondum didici, discam. Tum Lucius, manibus in cœlum sublatis, ô Jupiter, inquit, Romanorum Imperator jam senex, tabellam gestans scholam instar pueri frequentat. Meus autem Rex Alexander triginta duos natus annos obiit.* KUHN.

Ἀρίστωνος] Intelligit sine dubio celebrem Philosophum, quem audivit M. Brutus, & συμπεριπατητικὸν habuit, de quo non Cicero tantum aliquoties, sed & Plutarch. in *Bruto, in init.* agit. Fuit is frater Antiochi Ascalonitæ, ut Idem tradit. PERIZ. Cic. *lib.* I. *Acad. cap.* 3. *Aristum* fratrem Antiochi vocat. *nam Aristum Athenis audivit* (Brutus) *aliquamdiu, cujus tu fratrem Antiochum:* eumque ab *Aristone* distinguit *lib.* II. *cap.* 4. *Itaque complures dies adhibito Heraclito doctisque complu-*

ἀλλ' [4] ἐδέοντο αὐτῶν, καί τοι τοσοῦτοι ὄντες τὴν ἀξίωσιν. Οὐ γὰρ ἄρχειν, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καλῶς ἄρχειν ἐβούλοντο.

ipsi, ut ad eos admitterentur, quamvis in tanta essent dignitate. Non enim imperare, ut apparet, sed recte imperare volebant.

ribus, & in his Antiochi fratre Aristo, & præterea Aristone & Dione.

2 Κρατίππου] Mitylenensis Philosophi, quem & minor Cicero Athenis audivit, teste *patre libro primo de Officiis*, & Pompejus, cum Mitylenas ex fuga post acceptam cladem in Pharsalia se contulisset, de providentia disputantem auscultavit, ut apparet ex Plutarcho in *ipsius vita.* SCHEFF. *Cratippum*, cui Filium unicum in disciplinam dederat Athenis, passim laudat Cicero, & *Principem suæ ætatis Philosophorum* appellat. Vide Eum *de Offic. l.* I. & ibi Manutium. PERIZ.

3 Ὠνῆσαι] Miror ita in omnibus reperiri Edd. a Primâ usque, quum Græcæ Linguæ ratio postulet ὀνῆσαι, & ita habeant MSti. Sic Julian. *Orat.* I. τὸ στράτευμα οὐδὲν αὐτὸν ὠνῆσαν, *exercitus nihil eum juvans.* IDEM.

4 Ἐδέοντο αὐτῶν.] Adde *Regis Antigoni epistolam ad Zenonem*, quæ est apud Laertium in *vita Zenonis:* apprime enim huc facit, Musonius antiquus philosophus: τί ἄλλο ἂν βασιλεῖ πῷ γε ἀγαθῷ εἶναι βελομένῳ πρεσγυτέρου ἢ φιλοσοφεῖν; SCHEFF.

Ἐδέοντο αὐτῶν] In Indice accusatur *Interpres*, ut qui *nihil hoc loco viderit.* Vertit autem Interpres simpliciter, *immo rogabant etiam illos.* Nimis sane laxo & indefinito sensu. Cæterum in Indice illo voluit Kuhnius, rogasse, *tanquam supplices scilicet.* Mihi vero neutiquam id voluisse videtur Ælianus, sed simpliciter, non contempsisse eos, verum desiderasse, vel, si mavis, rogasse, horum congressum & colloquium. Sic passim οἱ δεόμενοι pro iis, qui cupiunt ad aliquem admitti, cum aliquo colloqui. Sic I. 21. ὁ τῆς ἀγγελίας εἰσομίζων τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰς δεομένας εἰσάγων. VIII. 15. plane ut hic ἦτε αὐτὸς ἀφήκει, ἦτε ἵνα τῶν δεομένων αὐτῷ παρ' αὐτὸν εἰσήκε. Adde IX. 3. PERIZ.

EPISTOLICÆ DISSERTATIONES

DE

ILIA, seu RHEA SILVIA,

Et Loco Dionysii Halic. lib. I.

Referendæ ad Libri VII. *Caput* XVI.

TH. RYCKIO V. C.

JACOBUS PERIZONIUS S. P. D.

Meministin' unquam legisse te *Rheam Iliam* conjunctim? Ego sic existimo, *Rheam Silviam* dici prænomine & nomine gentilicio ab iis, qui Romuli matrem, è gente *Silvia* ortam, Numitoris filiam, crediderunt. Quoniam vero omnis antiquitas fabulosa est, incerta, & inconstans, ab aliiis & præcipue Poëtis *Iliam* vocari, quæ tamen nihil commune habeat cum gente Silvia vel Rhea Silvia. *Ilia* enim, si quid video, habita est Æneæ filia, ut clare nos docet ex Ennio Servius *ad* VI. *Æn. v.* 778. Plutarchus vero Æneæ filiam, unde natus fuerit Romulus, vocat Ἀμυλίαν, pro Ἰλίαν, *initio Romuli*; ex quo vitæ ejus initio satis insuper apparet, quam variæ & diversæ fuerint opiniones de Romulo & ejus matre. Quamvis vero deinceps confunderentur Ilia & Rhea, ac pro iisdem haberi cœptæ fuerint, nunquam tamen *Rheam Iliam*, ut *Rheam Silviam*, conjunctim dici puto. Si quid tamen ejus observaveris, mecum communicare quæso ne graveris. Suspectus enim mihi est locus Dionysii Halicarn. *lib.* I. *pag.* 62. *edit. Sylb.* ubi ait, τὴν δὲ Δυναστέᾳ τῇ Νομίτορος Ἰλίαν, ὡς δέ τινες γεγράφασιν, Ῥέαν ὄνομα, Ἰλίαν δ' ἐπίκλησιν. Puto legendum Σιλβίαν δ' ἐπίκλησιν. Ἐπίκλησιν ait, apud Liv. I. 3. *Manfit Silviis poftea omnibus Cognomen.* Adde Dionysii Codicem Vaticanum Urbinatem *n.* 105. legere istic, identidem Ἰλβίαν pro Ἰλίαν. quod sane ortum videtur ex Σιλβίαν.

TH. RYCKIUS

JAC. PERIZONIO suo S. D.

In Dionysio Haliçarnassensi, quæso te, ne quid mutes. Nam etsi ostendere non possem. alium Romuli matrem appellavisse etiam *Rheam Iliam*, non ideo tamen sollicitanda foret ista lectio, quoniam scopum Auctoris invertit, quod nunquam faciendum est acri Critico. Dicit Dionysius, Romuli matrem appellatam fuisse *Iliam* vel potius *Rheam* ὄνομα, intellige, prænomine, *Iliam* vero ἐπίκλησιν, id est, cognomine. Quod si tu velis *Silviam cognominem*, invertis primo totum, quod Dionysius dicit, deinde supponis aliquid, quod falsum est. Nam *Silvius* tunc temporis non erat *cognomen*, sed nomen gentile, non minus quam *Julius*, taleque fuerat jam per plura secula. Nec te juvant illa Livii, quæ adducis ex *lib.* I. *c.* 3. *Manfit Silviis poftea omnibus cognomen.* Nam per illa verba, aut valde erro, Livius dicere voluit, reges Albanos, cum destituerentur cognominibus, nomine gentilicio pro cognomine fuisse usos. Hanc fuisse Livii mentem apparet ex illis, quæ paulo post subjicit. *Procæ Numitori, qui ftirpis maximus erat, regnum vetuftum Silviæ gentis legat.* Mens igitur Dionysii: Romuli matrem dictam fuisse *Rheam Sylviam Iliam*. Nomen autem ejus gentile non expressit, quoniam supponebat, neminem, qui scibat Patrem ejus Numitorem *Silvium* fuisse, ignorare posse Rheam Numitoris filiam pariter *Sylviam* esse.

TH. RYCKIO V. Cl.

JAC. PERIZONIUS S. P. D.

De *Rhea Sylvia*, ignosce mihi, si meam ipsius conjecturam nimis amare tibi forsan videar, non quod aliquid doctrinæ aut ingenii nomine mihi tribuam, sed quod conscius mihi sim multæ operæ ac laboris aliquandiu in hanc studiorum nostrorum partem, quæ est de *Nominibus Romanorum*, impensi. Magnum equidem pro mea sententia argumentum esse puto, quod nemo, quantum nobis est cognitum. Romuli matrem conjunctim vocavit *Rheam Iliam*, uti *Rhea Silvia* passim vocatur. Immo, quod magis est, omnes fere, qui utrumque nomen prodiderunt memoriæ, aperte significant, non simul ita fuisse appellatam, sed diversas esse de ejus Nomine sententias. Hinc illæ locutiones, ὡς δέ τινες γεγράφασι, *vel ut nonnulli*. Et sane Historici Latini fere omnes *Rheam Silviam* nominant. Sic Livius, Florus, Justinus, Victor, Orosius, Auctor libelli de progenie Augusti. At Poëtæ & Mythologi *Iliam*. Quamobrem inepte prorsus & inscite Doctiss. cætera Schefferus in Hygino *fab.* 252. *Romulus & Remus Martis & Iliæ filii*, corrigit *Silviæ*, quum certum sit, Hyginum magis Poëtas, quam Historicos sequi. Longe rectius Illustris Heinsius Ovidium *Fast.* II. 383 & ex pluribus quidem MSS. emendat, legens *Ilia Veftalis*, pro *Silvia*, ubi etiam alia ex Poëtis adfert. Cæterum existimarunt nonnulli veterum, Romulum fuisse Æneæ nepotem ex filia, ut tradit Plutarchus & ipse Dion. Hal. *lib.* I. *cap.* 9. & Servius ex Nævio & Ennio *ad* I. *Æn.* ex quo insuper *ad* VI. *Æn.* eam Æneæ filiam dictam fuisse *Iliam* nos docet. Hinc nata videtur istæc nominum confusio, ut Numitoris filia, *Rhea Silvia*, quam vere reor Romuli fuisse matrem, a Poëtis præcipue, qui fabulis delectantur, *Ilia* vocaretur. Diversam hanc ejus appellationem Dionysium, pro cætera sua diligentia in minimis etiam accuratissime persequendis, tradere hoc loco voluisse, eumque horum esse verborum scopum omnino sentio. Certe quem Dionysio scopum, quam mentem, fuisse volo, eadem plane est Solino *cap.* 2. *Romulus Marte genitus & Rhea Silvia, vel ut nonnulli, Marte & Ilia.* Plutarchus etiam, in *Romulo*, τοῦτον οἱ μὲν Ἰλίαν, οὐ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλβίαν ὀνομάζουσι, ubi, si posterius οἱ δὲ abesset, non equidem desiderarem. Quamvis ita fere & Servius *ad* VII. *Æn. v.* 659. *Alludit ad nomen matris Romuli, quæ dicta eft Ilia, Rhea, Silvia.* Sed objicis mihi *Silviam* esse nomen gentilicium, de quo proinde ἐπικλήσεως vocem usurpare non potuerit Dionysius, & existimas ex Dionysii verbis, *Rheam Silviam Iliam* vocatam eam esse, ut dicitur *M. Tullius Cicero.* Sed ut ὕστερον πρότερον, nego ullum ante Tarquinios vel Romanum, vel Albanum, tribus nominibus, quæ postea Romæ invaluerunt, fuisse appellatum. Immo nec ipse L. Tarquinius Priscus, quamdiu vixit, triplex habuit nomen, sed cognomen hoc postea demum, ut distingueretur à Superbo & Collatino, accepit per Scriptores. Antea nulla habebant Romani cognomina diversi à nomine gen-

gentilicio, quod tum simul appellabatur *cognomen*; plane sicuti postea totius familiæ nomina, Scipio, Lentulus, Cato, Cæsar &c. *cognomina* quoque, licet improprie, vocabantur, quod proprie in origine sua tantum fuerant. Latius hic me diffundere possem, sed epistolæ modum excedere nolo. Itaque illud tantum nunc ostendam, temporibus Silviæ hujus, immo & post eam ante Tarquinios, Dionysium sæpius nomen secundum seu gentilicium vocare ἐπίκλησιν. *lib.* II. *cap.* 5. Τίτον, ὃς ἐπεκαλεῖτο Τάλῳ. *cap.* 6. Τίκτει παῖδα, Μόδιον ὀνομα, Φαβίδιον ἐπίκλησιν. Iterum *cap.* 5. *extr.* Τάλῳ Τύρρωνι ἐπίκλησιν, ubi non male mea sententia legunt viri Docti Τυρρηνίῳ, quandoquidem omnes, qui e Sabinis Romam venerunt, nomina gentilicia jam habebant. Sic etiam *l.* III. *c.* 9. in Anci Marcii nomine alterutrum vocat ἐπίκλησιν, ἢ Μάρκιον ἐπίκλησιν, Ἄγκον. Sic enim distinguendum puto, ne videatur ex prænomine facere cognomen. Et ita ordo verborum erit, qui est apud Plutarch. *Æmil.* ὁ Νασικᾶς ἐπικαλέσῳ, Σκιπίων. Appianus tamen in *Parth. init.* etiam Prænomen appellat ἐπίκλην. Nam de M. Crasso ait, Κράσσῳ ὁ Μάρκος ἐπίκλην. Et videntur sane Græci quidam istam Romanorum Nominum varietatem non satis perspectam habuisse, vel certe non satis distinxisse. Senties itaque haud dubie mecum, nihil obstare, quo minus secundum *Rheæ Silviæ* nomen ἐπίκλησιν appellet Dionysius, præsertim quum accedat clarissimus Livii locus, & illud *Silviorum* nomen commune ac gentilicium, ipsa suâ origine verum fuerit *Postumi Silvii* Cognomen. Hinc & Augustinus *de Civit. Dei*, XVIII. 20. *quos* (Latinorum Reges) *Cognominabant Silvios ab eo, qui Filius Æneæ primus dictus est Silvius. Cæteris subsecutis & propria nomina imponebantur, & hoc non defuit Cognomentum.* Auctor *de Orig. G. Rom. p.* 15. *ed.* Schotti, *Ejus posteri, omnes cognomento Silvii, usque ad conditam Romam Albæ regnaverunt.* Adde his Auctorem sub nomine Messalæ, *de progenie Augusti.*

TH. RYCKIUS,

JAC. PERIZONIO suo S. P. D.

De Rhea Sylvia ignosce & mihi, si adhuc, auditis rationibus tuis, dicam in Dionys. Halic. nihil mutandum. Magnum pro te argumentum dicebas, neminem Romuli matrem præter Dionysium appellavisse *Rheam Iliam*. Accipe igitur nunc, qui hoc pariter faciat, alterum. Tzetzem dico, qui bonos solet describere, *ad Lycophronem pag.* 184. *edit. Steph.* τὴν δὲ ἀδελφὴν Αἰγέστ, θυγατέρα δὲ τῦ Νομήτορος, Σιλβίαν, ἢ Ῥέαν Ιλειαν, ἱέρειαν τῆς θεᾶς Ἑστίας ποιῦ. Quid respondes? Dein Servii locus, quem adducis ipse, ex VI. *Æn.* 659. *Alludit ad nomen matris Romuli, quæ dicta est Ilia Rhea Silvia*, an non commode potest, immo debet, huc trahi? Nam quod ordo horum nominum confusus est, nihil refert. Sed negas ullum ante Tarquinios tribus illis nominibus, quæ postea Romæ invaluerunt, fuisse appellatum. De hac assertione tua cogitabimus otiosi. Pro hoc autem tempore illam tibi largiemur. Neque enim contra me est. Nam etsi tempore Rheæ hic mos non obtinuerit, ut tu vis, Albæ aut in Latio, nec sub primis Regibus Romanorum, ut viri & feminæ tribus nominibus insignirentur, an propterea Scriptoribus, qui deinceps exstitere, non fuit integrum ex consuetudine suorum temporum hæc illis apponere. Sed concedis hoc factum in cognominibus, & adducis *L. Tarquinium Priscum.* recte. quidni hoc existimemus in nomine gentili factum, si non in omnibus, at in aliquibus. E. G. ante ducentos annos in Suecia, & in aliis locis, nulla nomina gentilicia usurpabantur, an existimas erraturum, qui aliquem Ericum ex Veteribus illis ex Oxenstiernarum domo, aliquem Ingelum ex Bondomater *Rhea*, cum viveret, & forte etiam *Rhea Ilia.* Certe postea sic appellatam ab Historicis, non puto te nunc amplius negaturum. Cum autem esset ex Silviorum gente, plene appellari debebat juxta insequentium temporum consuetudinem, *Rhea Silvia Ilia.*

TH.

TH. RYCKIO V. C.

JAC. PERIZONIUS S. P. D.

Delectatus vehementer sum litteris tuis, quibus tanto opere pugnas, ut Romuli & Remi, quorum unicum tantum traditur nomen, Mater tribus appellata fuisse credatur. Et sane largior, quoniam nec opinanti mihi Græculum illum Scholiasten opponis, eoque magnum illud meæ sententiæ argumentum extorques, non ita temere mutandum esse Dionysii lectionem, quantumvis suspectam. Sed ut vicissim tuo te gladio saltem vulnerem, nonne ex hoc ipso Scholiaste, immo & Dionysio patet, diversam fuisse de Silviæ appellatione sententiam apud Veteres, dum uterque particulis disjunctivis utitur, quod sane non temere est, præsertim quum omnes, quos uterque attulimus, id faciant, qui tria ejus nomina exprimunt, nisi quod forte Servius, qui in historia Romana sæpe turpissime se dedit, semel *Ilia*, *Rhea*, *Silvia*, hæc distinguere ignorans, dixerit, quo tamen ordine loqui non debuisset, si *Ilia* fuisset cognomen. Nec enim facile invenies, sat scio, *Cicero Marcus Tullius*, vel similia. Sed cogita quæso, Vir Excellentissime, quæ potuerit esse causa, cur Rhea Silvia tertio nomine insigniretur, & quidem tali, quod nihil significabat, sed proprium erat nomen, a majoribus petitum, idque eo tempore, quo nulli etiam Viri, quod satis scio, tertium nomen haberent. Immo magnus eris mihi Apollo, si vel ante Augusti tempora ullam mihi monstrabis fœminam, prænomine, nomine, & cognomine appellatam. Illo vero tempore gentilicium nomen erat, & proinde etiam appellabatur, ut nuper ostendi, & pluribus etiam docere possem, *Cognomen*, ἐπίκλησις, ἐπωνυμία. Tertium vero nomen, quod postea dictum est proprie *cognomen*, primum cœpit, quum plures jam in eadem gente, eodem prænomine & nomine uterentur, idque tum natura sua, ut apud Græcos, erat potius perpetuum quasi epitheton, aliquam habens significationem, qua describerentur illi homines, & ab aliis distinguerentur. Cum eodem fere tempore tres essent in historia Romana clarissimi L. Tarquinii, ut cognoscerentur, primus *Priscus*, alter *Superbus*, tertius *Collatinus* dicebatur. Atque ita eos secuti sunt *Bruti*, *Poplicolæ* &c. Illud vero Silviæ tempore necdum erat in usu, nec necesse, quum prænomine & nomine gentili etiamdum satis cognosci possent: adeo ut certo credam, si *Rhea Silvia* dicta fuit, ut fuit, nunquam appellatam fuisse *Iliam*, cum viveret: idque eo magis, quia constat ex vetere historia, diversas plane fuisse de Romuli matre sententias, atque inde orta tria hæc nomina, & varias appellationes. Similiter plane, ut frater ejus ab aliis *Ægestus*, ab aliis *Lausus*, a Plutarcho *Parall.* 36. *Ænitus* vocatur, qui non tamen simul dictus est *Ægestus Silvius Lausus Ænitus.* Fuerint igitur nonnulli, qui *Rheam Iliam* dixerint, debuissent tamen, si accurate voluissent loqui, cum cæteris omnibus *Rheam Silviam* scribere.

JAC. PERIZONIO suo S. D.

TH. RYCKIUS.

Gaudeo extorsisse me palmarium tibi argumentum, quo negabas ullum, præter Dionysium, Romuli matrem appellavisse *Rheam Iliam*, unde evincere conabaris, apud Dionys. pro Ιλίαν δ' ἐπίκλησιν leg. esse Σιλβίαν, Largiris enim nunc, non temere mutandam esse Dionysii lectionem, sed addis, *quantumvis suspectam.* Manet igitur iste locus adhuc

tibi ſuſpectus. Quod ut evincas, controverſiæ ſtatum, quæ inter nos eſt, non leviter immutas, quaſi videl. in hoc diſputaremus, an Romuli mater, dum vixit, tribus nominibus appellata fuerit *Rhea Silvia Ilia*. Sed pace tua, hoc non agimus. Quid igitur? Animadverte, an ex diverſis hujus fœminæ nominibus, quæ apud diverſos extitere, inſequentes Scriptores ex more ſuorum temporum nomina hæc non conjunxerint, & an hoc non velit Dionyſius, quando dicit, τὴν θυγατέρα τῦ Νομήτορος Ιλίαν, ὡς δέ τινες γεγράφασι, Ρέαν ὄνομα, Ιλίαν δ' ἐπίκλησιν. Hoc ego in ſuperioribus litteris affirmavi, tu negaſti: hoc appellavi ſcopum Dionyſii admonens, ſi corrigeres, te contra illum peccaturum. Nihil igitur mihi noces gladio meo, ut putas, mi Perizoni, quando ex loco Tzetzis in me regeris disjunctivam particulam ἢ. Neque enim ego negavi, veteres diverſimode appellaviſſe Romuli matrem, quod debuiſſem feciſſe, ſi gladius iſte me feriret: vel non intelligo Tzetzis mentem, qui utique per verba illa, Σιλβίαν, ἢ Ρέαν Ιλειαν nihil aliud dicere voluit vel potuit, quam Silviam illam ab aliis Auctoribus *Rheam Iliam* dictam. Nemo enim negavit unquam, niſi forte Poëta & Chronologiæ omnis incurioſus, Romuli matrem Numitoris filiam, & per conſequens *Silviam*, fuiſſe. Sed vis, ut aperiam fontes erroris tui in corrigendo hoc Dionyſii loco? Tu exiſtimas, Romuli matrem *Iliam* dictam non ex rei veritate, ſed a poetis primo per figmentum, tum etiam ab aliis; cumque Æneas filiam hoc nomine habuiſſet, Romulum dictum ab iiſdem Poetis Æneæ ex Ilia nepotem. Poſteriorem hypotheſin libenter tibi largimur, ſed unde probas priorem? Ego contra exiſtimo, matrem Romuli *Rheam* quidem appellatam fuiſſe a patre Numitore, ſed mox etiam *Iliam*, aut cum ſacerdos fieret, vivam, aut, filio rerum potiente, mortuam, quaſi per ſpeciem Conſecrationis, idque in memoriam originis; atque hinc diverſa hæc nomina fluxiſſe ad poſteros, quæ ſi non ſtatim conjuncta ſunt, (quod tamen potuiſſe fieri pro more iſtorum temporum oſtendit vel Acca Larentia, *lupa* etiam inter paſtores cognominata) ſaltem pro inſequentium temporum conſuetudine conjuncta fuere. Quæſo Te, quid reſpondebis, ſi Auguſtini locum, qui Catonis Origines, & alia Veterum Romanorum ſcripta deperdita, tam diligenti manu verſavit, nunc Tzetzi adjecero, in quo non per adverſativam, ſed conjunctivam particulam, *Rhea* etiam *Ilia* vocitata fuiſſe dicitur. Is exſtat *lib.* XVIII. *de Civ. Dei cap.* 21. *Amulius fratris ſui Numitoris filiam, Rheam nomine, quæ etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem, Veſtalem virginem fecerat.* An poſthæc adhuc ſuſpectus Dionyſii locus? an adhuc *Iliæ* nomen Poetarum inventum exiſtimas? an adhuc Servius tibi vapulat, qui docte profecto *ad Æn.* VI. *v.* 659. *alludit ad nomen matris Romuli, quæ dicta, Ilia Rhea Silvia.* Nam etſi tribus iſtis nominibus inſignita non fuerit Romuli mater, dum vixit, ſufficit, nomina hæc apud Auctores de una eademque fœmina reperiri. Ponamus autem fœminas tempore, quo vixit Romulus, gentilicio nomine nondum uſas, ſic rem habemus confectam. Commode enim uni nomini adjici potuit alterum, vel etiam in ejus locum recipi, quorum duorum electionem tibi concedimus. Nam in priſcis iſtis ne quæſo aliquid magna aſſeveratione dicamus. Livius, Cato ipſe, timide hoc faciunt, quanto magis hoc nos decet, qui tanto poſteriores ſumus. Egregie igitur, meo judicio, Servius, cum ſciret alios Romuli matrem *Rheam*, alios *Iliam*, alios *Rheam Silviam*, alios *Rheam Iliam* dicere, pro more Cæſareorum temporum eam dixit *Iliam Rheam Silviam*. Nec movere te ordo iſte debet, non magis quam *Maluginenſis Marcus Scipio*, quod ex Cicerone adducit Sigonius, non multum equidem differens a tuo, *Cicero Marcus Tullius*, quod ſatis te ſcire affirmas non inveniri.

TH.

TH. RYCKIO V. C. S. P. D.

JAC. PERIZONIUS.

De Romuli matre præcipua, ni fallor, inter nos quæſtio eſt, ex qua reliquæ originem trahunt, utrum quæ dicebatur *Rhea Sylvia*, ſua ætate *Ilia* quoque dicta fuerit, adeoque recte *Rhea Ilia* conjuncte vocari poſſit. Cenſes igitur, Vir Clariſſime, eam *appellatam quoque fuiſſe Iliam, aut cum ſacerdos fieret vivam, aut filio rerum potiente mortuam, quaſi per ſpeciem Conſecrationis.* Quæ ſane, & præſertim poſterius, ſi quo pacto probari poſſent, refragari tibi nequaquam vellem. Et tamen vel ſic mallem credere, a Poëtis longe poſt, quando eam poſt ſua fata finxerunt Fluvii Tiberini factam uxorem, hanc illi Conſecrationis ſpeciem cum novo nomine, quod in conſecrationibus mutari ſolebat, ut vel ex ipſo Romulo conſtat, fuiſſe datam. Et ita Sidonius *Paneg. ad Majorian. v.* 23. *Antra Rheæ fœtamque lupam.* At *v.* 28. de Tybri, *Pectus palla tegit, quam neverat Ilia conjux.* Nunc vero non ego quidem magna aſſeveratione affirmo, (novi enim, quam incerta ſint antiqua iſthæc) ſed vero ſimilius videri dico, cum certum ſit, & ipſe mihi largiaris, Romuli matrem a nonnullis ſtatui *Iliam Æneæ*, ab aliis *Rheam Numitoris filiam*, duas has ſententias & duo nomina in unam mulierem fuiſſe confuſa, atque ita factum eſſe, ut illa paſſim a Poetis ex ſententia altera & magis fabuloſa, quum incertis potius fabulis quam hiſtoriis delectentur Poetæ, *Ilia* vocaretur, atque ita dein a nonnullis quoque aliis aliquando fuerit appellata, etiam quum hanc Romuli matrem dicerent filiam fuiſſe Numitoris. Adeone, quæſo te, a veriſimilitudine aliena videtur hæc ſententia? An non ſæpiſſime antiquitas ex duobus vel pluribus, qui in aliqua re conveniebant, unum fecit, retentis ſæpe unius tantum, ſæpe etiam omnium nominibus? *Minervam* & *Palladem* diverſas revera fuiſſe diſcimus ex iis, qui reconditas litteras & veterum Theologiam tradidere, Cicerone III. *de nat. Deor.* aliiſque. Tamen pro una eas paſſim haberi quis eſt qui ignoret? Ita plures fuerunt *Joves*, *Apollines*, *Mercurii*, *Bacchi*, ſeu *Dionyſi* &c. quorum ſingulorum proprietates uni tribuiſſe antiquos ſcimus. Hujus ipſius Rheæ frater ab aliis *Lauſus*, ab aliis *Ægeſtus*, ab aliis *Ænitus* vocatur, quæ omnia nomina ex diverſis potius opinionibus & hiſtoriis petita ac conflata eſſe, quam ſimul fuiſſe unius, crediderim. Certe nutrix Romuli Acca Larentia confunditur cum alia meretrice, quæ regnante Anco vixit: Utrique tribuitur a Macrobio I. *Saturn. c.* 10. idem nomen, & æque traditur utraque nupſiſſe Tarrutio cuidam, a quo hæreditate aucta, ipſa dein P. R. hæredem fecerit, & Larentinalibus nomen & originem dederit, cum tamen recentior illa revera non *Acca*, ſed *Fabula*, dicta ſit, ut conſtat ex Plutarch. *quæſt. Rom.* 35. Diverſas has ſententias earumque confuſionem declarari eo cenſui, quod eandem Poetæ fere *Iliam*, at Hiſtorici Latini plerumque *Rheam Silviam* vocent, nonnulli vero hæc nomina conjungant, ſed ita, ut tamen perpetuo fere per ea, quæ addunt, illa diſtinguant in diverſas ſententias. Præter Dionyſii, ὡς δέ τινες γεγράφασι, & aliorum particulas disjunctivas, præcipue notanda illa Solini *cap.* 2. *Romulus Marte genitus & Rhea Silvia, ſive ut nonnulli, Marte & Ilia.* Quibus in verbis quum τὸ *Marte* ita accurate repetatur, exiſtimo ſignificare voluiſſe Solinum, *Rheam Silviam & Iliam* ex hiſtoria veteri non tam fuiſſe varias unius feminæ appellationes, ſed diverſam potius a Rhea fuiſſe Iliam, ſed quæ æque a Marte compreſſa Romulum peperiſſe tradatur, ut de iſthac Æneæ filia, quæ Romuli dicitur mater, teſtatur Plutarchus. Ejuſmodi certe locutionibus innuere ſolent Auctores, non omnibus iſtis nominibus ſimul appellatum fuiſſe unum hominem, quem memoriæ produnt, ſed incertos ſe eſſe, quo nomine dictus vere fuerit, quia diverſa illi tribuantur, vel plures ac diverſos homines in unum conflatos. Gellius VI. 7. *Cajæ Tarratiæ, ſive illæ*

Suffetia est. Plinius XXXIV. 6. *Tarratiæ Cajæ, sive Suffetiæ, Virgini Vestali.* quæ haud dubie fuerunt diversæ, sed simili forte gloria celebres, ideoque postea confusæ. Nec enim existimaturum quem arbitror, unam fuisse, & appellatam simul Cajam Tarratiam Suffetiam. Similiter Frontinus Stateg. I. 5. 15. *Is cujus varie traditur nomen. Alii Laberium, nonnulli Q. Cædicium, plurimi Calpurnium Flammam vocitatum scripsere.* quæ trium fuisse hominum nomina, & perperam in unum collata ac confusa reor, idque his locutionibus significari. Quod si illo, primi nempe Punici belli, tempore, cujus omnia jam multo notiora posteris erant, hæc contigisse videmus, quidni, quum de Romuli quoque matre, tanto antiquiore, similiter loqui Auctores, eamque *Rheam Silviam, vel Iliam* appellari, & insuper ab aliis *Rheam Numitoris*, ab aliis *Iliam Æneæ*, adeoque diversis his nominibus revera diversam, statui perspiciamus, quidni, inquam, duarum itidem nominibus in unam collatis, duas ita confundi existimare liceat? Nempe nihil utique mirum, cum ab antiquissimis diversæ matres Romuli traderentur, & alterius, de qua magis constabat, nomen ab historicis, alterius a poetis esset receptum, hujus nomine priorem illam quoque appellatam aliquando ab Auctoribus quibusdam fuisse, licet ipsi revera alieno: nec tamen ideo ipsas illas appellationes diversas in unam contractas, *Rheæ Silviæ Iliæ.* His accedit, quod neque omni liberæ Reip. tempore, quando jam Viri tria vel quatuor habebant nomina, ullæ reperiantur mulieres tribus insignitæ, nedum illo tempore fuerint, quo necdum viri tria habebant. Opponis mihi, *Accam Larentiam, Lupam etiam inter pastores cognominatam, ostendere satis, in fœminis tria nomina pro more istorum temporum potuisse conjungi.* Non ignoravi equidem, tradere illud Livium, Lactantium, Auctorem de Orig. Gentis R. Eusebium, aliosque. Sed nemo eam tamen *Accam Larentiam Lupam* nominare voluit: nec illud, quod quis non recipit, neque agnoscit, unquam Nominis loco habetur, & re ipsa fuit illud potius contumeliosa appellatio, vulgo sæpe etiam nunc usitata, quam stultus essem, si ullo tempore in usu fuisse negarem. Vitelliam gentem, & ipsum Imp. Vitellium, tertio nomine caruisse, antequam imperium adeptus *Germanicum* se dixit & scripsit, vere quis affirmare poterit. Et tamen ille sub Tiberio in *adolescentia sua perpetuo Spintriæ cognomine notatus est*, Sueton. *Vitell.* 3. prorsus ut hæc Acca Larentia *Lupa*, & Vespasianus privatus adhuc *vulgo Mulio vocabatur*, Suet. *Vespas.* 4. Quid vero? Si Plutarchi verbis neque illum tria habuisse nomina ostendam, qui oblatum tale cognomen lubens haud dubie accepit, & cujus posteri id retinuerunt & ostentarunt. Clarissimus est in historia Romana L. Mummius Achaicus, cujus proneptis *Mummia Achaica* vocata est, Sueton. *Galba* 3. De eo Plutarch. *init. Marii*, Γαΐῳ Μαρίῳ τελέαν ἐκ ἔχοντι εἰπεῖν ὄνομα, καθάπερ ἐδὲ Κ. Σερτορίῳ, ἐδὲ Α. Μομμίῳ τῷ Κόρινθον ἑλόντι. ὁ γὰρ Ἀχαικὸς τοῦτο γε τῆς προῤῥήσεως ἐπώνυμον γέγονε, ὡς ὁ Ἀφρικανὸς Σκιπίων, καὶ ὁ Μακεδονικὸς Μετέλλῳ. Ex quibus, sive recte ea dicantur, sive secus, illud saltem discimus, magnam esse differentiam inter ea Cognomina, quæ vel virtutem aut vitium, vel aliam quamcunque rem aut factum, denotant, & ex communi usu, nihil mutata, assumpta sunt, qualia *Priscus, Superbus, Brutus, Collatinus, Maluginensis, Africanus:* & inter illa Vocabula, quæ nullius amplius significationis, & ideo propria vere sunt Nomina, & ad repetendam memoriam originis vel majorum formata & imposita, quale est hoc *Iliæ* nomen. Quod melius insuper convenit in Æneæ filiam, ut qui & filium *Ilum* nomine habuerit, quam Numitoris. Si quid enim notat, notat Ilio ortam. Propert. de Cassandra III. 11. *Ilia mœnas:* ubi Vide Passerat. De hac ipsa Ilia, Ovid. *Amorum* III. 6. 54. *Ilia ab Ideo Laomedonte genus.* Ergo cum nec in viris nec in fœminis tria vere nomina eo tempore fuerint usitata, & *Rheam Silviam Numitoris* cum *Ilia Æneæ* antiquitus esse confusam, & utramque Romuli matrem dici constet, atque inde ortum videatur, ut Rheæ Silviæ aliquando *Iliæ* quoque nomen tributum sit a posterioribus, sed ita, ut diligenter tamen inter hæc nomina distinxerint, eoque diversas esse de illa sententias, nec omnibus illis simul appellatam fuisse, satis indicarint, non temere, opinor, suspectus mihi fuit notabilis ille Dionysii locus, in quo, Σιλβίαν δ' ἐπίκλησιν, volui, cum propter modo allata, tum quia in iis, qui ante Tarquinios vixere, ut ignorat Dionysius tertium nomen, ita ἐπικλήσεως voce tunc non nisi secundum seu gentilicium, quod tam fœminis, quam

quam viris, erat in usu, exprimit: ab illorum vero tempore, & deinceps, prænomen κοινὸν appellat & ᾠκειωμένον, gentilicium ἴδιον καὶ συγγενικὸν, ἐπίκλησιν vero non jam amplius secundum, sed tertium nomen seu cognomen, quod observandum esse, nec temere fieri, arbitror. Adde, quia jam præcesserat *Iliam* esse dictam, idcirco clarius & commodius, quod videbatur velle, duas istas diversas sententias de ejus appellatione, meo quidem judicio, exprimi, si nunc sequatur, ὡς δὲ ἔνιες γράφουσι, Ῥέαν ὄνομα, Σιλβίαν δ' ἐπίκλησιν, plane ut *infra l.* II. *c.* 6. Μέδιον ὄνομα, Φαιδίδιον ἐπίκλησιν. Denique quia nemo supereset illius æqualium, vel etiam eorum, qui aliquanto post vixere, qui scripserit *Rheam Iliam*, cum omnes contra vel *Iliam* simpliciter, vel *Rheam Silviam*, vel *Iliam, sive Rheam Silviam*, ut Dionysium emendaram, in suis scriptis eam nominent. Nam quæ contra vel ex Augustino, vel ex recentissimo Scholiaste, adferuntur, non adeo multum movere me possunt, qui plurima apud veteres deprehendi, etiam ubi alios citant & manifeste sequuntur, ἀμαρτήματα μνημονικά, præsertim in Nominibus Romanis, quorum longam seriem, si operæ pretium esset, texere facile possem: ut proinde tam levia iis, qui non tam accurate ad nomina, sed ad rem ipsam potius attenderunt, sine ulla cunctatione condonanda sint. Non dicam, Augustinum nihil mihi obesse, si pro *vocabatur* legamus *vocatur.* Nec enim eo descendere, aut ipsum contra membranarum fidem & testimonium sollicitare, opus est. Etenim nihil mirum, cum Romuli matrem ab aliis *Rheam*, ab aliis *Iliam*, appellari sciret, ita eum scripsisse, quasi Rhea *Ilia* quoque fuisset dicta. Suffecit illi, diversa ejus apud Auctores nomina inveniri, quæque ibi invenirentur, memoriæ prodere, cum nunquam ista penitus examinare sibi curæ ullo modo habuerit vir sanctissimus, sed alia plane egerit. Neque tamen quenquam ante oculos habuisse, vel animo secutus videtur, qui *Rheam Iliam* conjunxerit. Cur enim hoc facto non & ipse similiter *Rheam Iliam nomine* scripsisset potius, quam *Rheam nomine, quæ & Ilia vocabatur*? sicuti nemo, qui non ignorat aliquem junctim vocatum ex. gr. *T. Tatium*, dicet, *Titus, qui & Tatius vocabatur.* Probabili, ni fallor, argumento, menti illius obversatam esse, ut diversam & distinctam apud antiquos, hanc Rheæ appellationem. In Scholiaste manifestus esse mihi quidem videtur memoriæ lapsus. Quamobrem enim *Silviam* potius a Rhea separavit, & seorsim a cæteris nominibus posuit, quam *Iliam*, quum hoc esset nomen vere Proprium & ᾠκειωμένον, illud Gentilicium seu κοινὸν ἀπὸ συγγενείας, ut ait Plutarchus, quod solum in usu non fuit, sed semper cum alio natura sua conjunctum. Sive igitur *Rhea*, sive quo alio proprio nomine vocaretur; simul erat necessario *Silvia*, utpote patre Silvio & in gente Silvia nata. Proinde siquidem unum ex his a cæteris erat separandum, ut erat, quia præter gentilicium duo nomina pro more illorum temporum simul habere Rhea non poterat, debuisset, ut paulo accuratius, & ut apud antiquos haud dubie legerat, ipse quoque loqueretur, scripsisse, Ιλίαν, quo solo nomine plerumque a poetis & Græcis Auctoribus appellabatur illa, ἢ Ῥέαν Σιλβίαν, quomodo ab historicis Latinis vocabatur. Sed hæc, ut æquiore animo in illo feramus, faciunt aliorum multo graviora de hac ipsa *Rhea Silvia* errata. Quid dices de Cedreno, & aliis Byzantinæ historiæ scriptoribus, quos utique credibile est, bonos & antiquos historicos magis & diligentius evolvisse, quam vel Augustinum, qui religionem Christianam & sacra interpretabatur, ac profana non nisi in quantum illis inservirent, attingebat, vel Tzetzem, qui Græci poëmatis Scholiastes Græcas magis antiquitates & historias scrutabatur, quam Romanas. Et tamen illi, quos modo dixi, Romuli matrem vocant *Juliam Amulii filiam*, quo quid magis a vero est alienum? Eadem in τηλοπινακίοις Cysini templi Σερβάλιαν vocatur teste Salmasio *ad Solinum pag.* 13. ab Æliano *Var. Hist.* VII. 16. Σερβία, a Plutarcho vero in *Romulo* illa Æneæ filia pro *Ilia* nominatur Αιμυλία. Ergo cum *Iliæ* sive *Silviæ* nomen ita corruptum videam ab ipsis Historicis, eaque insuper a nonnullis sequioris ævi *Amulii filia* insigni errore tradatur, sicuti & ab Orosio, modo Amulius dicitur *Romuli avus* VI. 1. modo *Numitor avus* a Romulo *interfectus* II. 4. non multum mihi obesse puto, Vir Celeberrime, vel Theologum aliquem ex inferiore imperii Romani ætate, vel recentiorem adhuc Scholiastem, qui cum diversimode eam a Veteribus appellari scirent, alter diversis his nominibus, de

quibus Veteres discrepabant, eam simul appellatam fuisse forsan existimaverit, alter ea perperam conjunxerit, quæ cum Antiquis distinguenda erant. Ne & hujusmodi errorem sine exemplis posuisse videar, similiter fere *Octavius Cæsar Augustus* Floro IV. 3. *Octavius Cæsar* IV. 4. & Appiano in *Iber. extr.* ut & *Domitius Nero* Plinio IV. 4. & VII. 8. atque alibi sæpius nominantur, quæ non satis recte etiam eos conjunxisse, certum est, quum nunquam ita simul appellati fuerint. Nam & ille cum *Cæsar* dici cœpit, jam simul gentis novæ nomine erat *Julius*, neque amplius *Octavius*, sed *Octavianus*, h. e. ex Octavia gente in aliam adoptatus: & Nero post adoptionem adeo non vocabatur *Domitius*, ut se ita a Britannico ex priore consuetudine etiam tunc appellatum esse indignissime tulerit ipse & mater ejus Agrippina, teste Tacito *An.* XII. 41. Tot lapides immo, tot nummi, ex quibus certissime de vero hominum nomine statui potest, nunquam cos antiquæ familiæ nomine insigniunt. Rectius proinde de Augusto Appianus ἐμφυλ. α. *non longe ab init.* ὅτε πρότερον μὲν Ὀκταβίῳ ὄνομα, Καίσαρι δὲ οὐ τῷδε μετωνομάζετο. Et Dio *lib.* XLV. ὁ πρότερον Ὀκταβίῳ, τότε δὲ ἤδη Καίσαρ. & *lib.* XLVI. Καὶ ἐξ ἐκείνου Γαΐῳ Καίσαρι Ὀκταβιανὸς ἐπεκλήθη. Qui idem tamen de Nerone satis negligenter *lib.* LX. τῷ Δομιτίῳ τῷ Νέρωνος ἐπονομασθέντι (nisi forte scripserit μετονομασθέντι) quasi *Domitius cognomine Nero* dictus fuisset, quum tamen Domitium nomen & gentem jam abjecisset, quando Neronis accepit. Sed & sicuti Tzetzes istic, si modo verba ejus non sunt à librariis vitiata, male *Rheam* & *Iliam* in unam unius fœminæ appellationem conjunxisse videtur, quum fuerint nomina diversæ appellationis, sive ejusdem fœminæ, sive itidem, quod verisimilius est, diversæ, sed postea in unam conflatæ: sic plane Diomedes Grammaticus, dum Græcorum quoque Hominum nomina ad solitam Romanis appellationem trium nominum conferre studet, diversa diversi temporis, sed eorundem hominum, nomina in eandem & ejusdem temporis appellationem conjungit, immo & ex iisdem, sed diversæ tantum pronunciationis, nominibus diversa facit ejusdem Hominis & appellationis: Veluti, *Alexander Dardanius Paris*, *Pyrrhus Aeacides Neoptolemus*, immo *Ulysses Acrisiades Odysseus:* quorum omnium primum ait esse Prænomen, secundum Gentilitium, tertium Cognomen. Quæ quum omnia sunt ridicula & inepta, tum maxime illud de *Ulysse* & *Odysseo*, quorum alterum est Latina, alterum Græca, ejusdem plane Nominis pronunciatio. Quid mirum ergo, etiam Tzetzen, & similes posteriores ætatis Scholiastas, diversa *Rheæ* & *Iliæ* nomina in unam contraxisse unius fœminæ appellationem? At vero cur similiter, inquies forsan, vir Doctissime, & Alii, & Dionysius quoque controverso in loco, *Rhea Ilia* conjungere non potuissent, licet revera duobus his nominibus sua ætate appellata non fuisset. Sane si id modo quæritur, annon potuerint aliquando hæc a quoquam fuisse conjuncta, manus ultro & libens dabo, qui non ignoro sæpe multo gravius, quod ad Romanorum nomina, nonnullos, & præcipue Græcos, errasse. Quamobrem, siquidem obiter tantum & quasi prætereundo *Rheam Iliam* dixisset Halicarnassensis, verba ejus, auctoritate & rationibus tuis inductus, minime sollicitarem. At quum etiam alibi minima quæque accuratissime persequi soleat, atque hîc ex professo Romuli matrem ab ejus Nominibus describere, & pro cætera sua diligentia duplicem, quæ de iis erat, veterum vel *Iliam* vel *Rheam Silviam* appellantium sententiam sedulo exponere, voluisse videatur, vix possum existimare, conjunxisse illum præcipue, quæ alii accuratius distinguunt: atque adeo scripsisse potius *Iliam, vel Rheam Iliam*, nulla caussa repetito *Iliæ*, & omisso *Silviæ* nomine, quam *Iliam, vel Rheam Silviam*, quorum alterum juxta Poëtas erat mulieris nomen, alterum juxta Historicos. Quod si hæc ipsa *Rhea Silvia*, mutato & abjecto priore nomine, postea ejus loco *Ilia* fuisset dicta, cujus tamen nec volam nec vestigium, nec quicquam, unde ullam ejus rei verisimilitudinem elicere possim, apud veteres reperio, nihilominus neque tum diligens adeo Scriptor, præsertim ubi tam accurate & distincte de his Nominibus ageret, ut aperte in illis verbis præ se fert Dionysius, ea ita conjungere & confundere debuisset, atque illa re tam negligenter in tanta diligentiæ specie defungi. Ad Servii verba quod attinet, si distinguantur, ut in mea fit editione, & faciendum videtur, *quæ dicta est Ilia, Rhea, Silvia*, meæ sententiæ nihil obstant, quum ipse affirmes, illi, ut ita scriberet, *suffecisse*, *hæc nomina apud*

apud Auctores de una eademque fœmina reperiri, quod ego certe nunquam negarim. Atque ita convenient ista prorsus cum illis Plutarchi in *Romulo:* ζώντων οἱ μὲν Ἰλίαν, οἱ δὲ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλβίαν ὀνομάζουσι. Sin conjungi isthæc voluit, cum eo pacto ex Romanorum more unum debeat fuisse prænomen, alterum gentile, tertium cognomen, parum commode & docte isto ordine eum scripsisse, nec facile quem in Latinis scriptoribus inventurum *Cicero M. Tullius*, vel similia, adhuc asseverare audeo, ut qui de longe maxima illorum parte certus sim. Quæ Sigonius ex Cicerone adfert, reperiuntur II. *de Oratore cap.* 64. ubi non simpliciter *Maluginensis M. Scipio*, sed multo hercle mitius & cum emphasi, *Maluginensis ille M. Scipio*, h. e. ille, qui ad distinctionem ab aliis Scipionibus *Maluginensis* cognominabatur, M. Scipio. Hæc ita necessario supplenda esse patet ex pronomine demonstrativo, & Græcorum φερώνυμοι, qui similiter fere cognomen cum articulo demonstrativo, & paulo quidem plenius, nomini vero & proprio præmittere solent. Polyb. *lib.* II. τὸν Σίννιον ἐπιγαλκώμιον, Γαλάτην. Ælianus *Var. Hist.* II. 41. ὁ Ἐπιφανὴς δὲ καλούμενος Ἀντίοχος. & ὁ Μέγας δὲ καλούμενος Ἀντίοχος. Plutarch. *Æmilio*, ὁ Νασικᾶς ἐπικαλούμενος Σκιπίων. *Sertorio, in init.* Ἀλλὰ τὸν ὑφέτην προσαγορευόμενον ἵππαν. Quis negaret itidem recte dici, *Cæcus ille Ap. Claudius*, *Superbus ille L. Tarquinius*, *Imperiosus ille L. Manlius*. Et quum Cic. I. *de Orat. c.* 37. *P. Crassus ille Dives* dicat, potuisset æque commode *Dives ille P. Crassus*, sed non æque *Crassus P. Licinius*, inter quæ magnam esse differentiam ad cujusque aures provocare ausim, quibus hoc durum, puto, & insolens, illud elegans accidet. Sed si maxime Oratori vel Historico cuidam aliud agenti iste nominum ordo aliquando excidisset, non tamen id excusaret Grammaticum, ita ex professo & cum præfatione, ut fit a Servio (quum ait: *quæ DICTA EST, Ilia Rhea Silvia,*) omnia hominis alicujus nomina conjuncta discipulis suis vel posteris prodentem, in quo utique naturalem ordinem ac vulgarem, quemque Nummi & Lapides constanter servant, sequi & retinere debuisset. Quæso te, Vir Clarissime, rectene scripturum existimas, vel an ipse scribere sustineres, Ex. gr. Primus Romanorum Imperator dictus est *Cæsar Cajus Julius*? Scilicet, hæc nomina *Ilia*, etiam *Crassus*, *Cicero*, *Cæsar*, ubi discesseris ab illis, quibus primum ex causa illis priscâ sunt data, mera tantum sunt προσηγορικὰ ὀνόματα, nullam hominis descriptionem vel alicujus rei in illo significationem amplius declarantia: illa vero *Dives*, *Cæcus*, &c. quæ non hæreditaria, nec familiæ sunt Nomina, sed Uni Homini ex re ipsa describendo addita, propria quasi sunt Epitheta, & vere Adjectiva, quæ elegantiarum studiosi plerumque præponere gaudent. Hinc sæpe ita scribuntur, ut dubites, an significatio vocabuli indicetur, an cognomen proprium, an utrumque. Seneca III. *de Benef. c.* 37. *Vicit patrem, imperiosum quidem, T. Manlius.* Nempe pater *L. Manlius Imperiosus* vocabatur, (Vide Fastos Consulares) & revera erat Vir Imperiosus.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ὄγδοον.

ÆLIANI

VARIÆ HISTORIÆ

LIBER VIII.

ΚΕΦ. α'.

Περὶ ϑ δαιμονίου ϑ Σωκράτους.

1 Ελεγε δήπου Σωκράτης 2 περὶ ϑ Δαιμονίου ϑ συνόντος αὐτῷ, 3 πρὸς Θεάγην καὶ Δημόδοκον, καὶ πρὸς ἄλλους πολλούς· φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν,

1 Ελεγε δήπου] Mediceus ἔλεγέ πω Σωκράτης ὑπὲρ τῦ δαιμονίου.

2 Περὶ ϑ δαιμονίου] Res nota, omnibusque scriptoribus memorata. De qua tamen, si quisquam, Plato videndus est in *Theage*, ubi & hanc ipsam habet historiam, Xenophon in *Apologia*. Cicero *lib.* 1. *de divinat.* Nec non Apulejus *libro integro de Deo Socratis*, & Plutarchus in *ejusdem argumenti libro*. SCHEFF.

3 Πρὸς Θεάγην καὶ Δημόδοκον] Respicit Auctor Dialogum Platonis, *Theagis* nomine inscriptum, ubi Demodocus Filium, Theagem

CAP. I.

De Socratis Genio.

Loquebatur enim vero Socrates de Genio, qui sibi adesset, ad Theagen & Demodocum, aliosque multos: vocem persæpe dice-

hunc, ad Socratem adducit, ut Sapientiam ab eo discat: Socrates autem hanc de Dæmonio suo sententiam vel Historiam pluribus exsequitur. Ipsa Platonis verba, vel Socratis apud Platonem, mox repetit Noster, ut liqueat satis, inde hæc hausta. Quamobrem aliter, quam in Editionibus cunctis, etiam in Mea, factum est, hæc jam distinxerim. Nempe πρὸς Θεάγην καὶ Δημόδοκον· καὶ πρὸς ἄλλους πολλούς, φωνὴν, πολλάκις ἔφασκε &c. Ut sensus sit, *disseruisse Socratem ex professo apud Theagen & Demodocum de Dæmonio suo*, sicut eum apud illos differentem

σκεν 4 ὁσίαν πομπῆς 5 ἐγκεκληρωμένην αὐτῷ. 6 Ηπερ ὅταν γένηται, ἀεί μοι, φησὶ, σημαίνει, ὃ μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπήν· προτρέπει δὲ οὐδέποτε. Καὶ αὖ πάλιν, ἐάν τις,

dicebat divini missus sibi forte quadam datam. Quæ (inquit) si mihi obtingat, semper ejus, quod facturus sum, dehortationem significat: adhortatur autem nunquam. Atque ite-

tem de hoc argumento inducit Plato: *sed & ad alios multos sæpe* brevius *dixisse, sibi Vocem divinitus datam* &c. Λέγειν ita absolute positum notat perpetuam Orationem, vel Dissertationem. Sic *cap.* 12. de Theophrasto causam orante apud Areopagitas, ἐξέπεσε, ἐπὶ ϑ ἐξ ἀρχῆς πάγυ βαλὴς λέγων. PERIZ.

4 Οσίαν πομπῆς] ὁσίας. Sic Plutarch. πομπῇ ϑείᾳ φαίνεται, *divino impulsu, ductu, auspicio*. GESNER. Ego ὁσίᾳ πομπῇ. FABER. Placet Fabri correctio vel eo nomine, quod cum Platone convenit, qui in *Theage*, ϑείᾳ μοίρᾳ, *divinitus*, dicit, quod Noster ὁσίᾳ πομπῇ. apud Suidam etiam ὐπὸ ϑείας πομπῆς ex Æliano laudatur. vide etiam in *Hist. Animal. lib.* III. *cap.* 47. KUHN.

Οσίαν πομπῆς] Locus sine dubio corruptus. Verterat Vultejus, *sanctam pompæ vocem*, nullo, ut liquet, sensu. Gesnerus ergo tentavit ὁσίας, & reddidit primus *sancti alicujus auspicii vocem*, quod retinuerunt deinceps omnes. Faber tamen maluit ὁσίᾳ πομπῇ, quod in Notis diserte probat etiam Kuhnius. Tanto magis miror, Eum in Indice ejusdem Editionis vulgatam lectionem, quasi sanam & integram, exponere, *vocem, instar instinctus, ductus, legationis, quasi sortito datam:* ut ita ὁσίαν *idem hoc loco sit, quod* Δίκην, *Instar*, Quid hoc est aliud, quam incertissimos reddere sua operâ lectores, maxime tirones? Proximum est Vulgato, & commodæ syntaxeos, quod voluit Gesnerus. Et ita ferme Dionys. Halic. *lib.* VIII. vocem ab statua Fortunæ Muliebris emissam, *Rite me, Matronæ, dedicastis*, vertit Græce, ὁσίᾳ πόλεως νόμῳ, Γυναῖκες γαμεταὶ, δεδώκατέ μὲ. Sed tamen dubitem, fateor, an vox Οσιος ferat istam significationem, ut notet simpliciter & directe illud, quod a Deo in homines est profectum, ortum, missum, quo modo hic apud Ælianum accipi deberet. Quum e contrario passim opponatur τοῖς ἱεροῖς rebus jam *divinis*, jam *Deo consecratis*. Thucyd. II. 52. εἰς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ Οσίων ὁμοίως, *in contemptum vertebantur sacrorum pariter & profanorum*. Diserte Hesych. Οσίας ϑαλάμας, τὰς μὴ ϑείας, ἀλλ' ἀνϑρωπείας, *non divinos, sed humanos*. Vide & omnino Suidam, ac Harpocrat. & ibi Valesium. Et sane Οσιον proprie est, quod convenit officiis Hominum in Deos vel alios Homines, seu quod non excedit illa officia, quod *fas, licitum, pium & justum est*. Unde ὅσιον καὶ δίκαιον, vel ϑέμις, crebro conjunguntur: sed & inde passim τὰ ὅσια notat *justa funebria*. Hesychius videtur ab ἵημι, ἔσω, pro ἐφίημι, *permitto*, deducere. Ait enim, ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς ἔσεως, τὸ ἐφιέμενον, καὶ μὴ ἀπηγορευμένον. Etymol. M. ab ἄζω, ἄσω, *colo, veneror*, derivat. Alii ex Hebraico vel Syriaco sermone arcessunt. Mihi verisimillimum videtur, ὅσιον esse ab ὅσον, & notare proprie id, *quousque progredi licet*. Demosthenes *adv. Aristocr. p.* 438. πᾶν, ὅσον ἐσθ' ὅσιον, παραχϑῆναι, *quantum fieri oportet*. Aristot. *Polit.* VII. 16. de abortu agens. τὸ γὰρ ὅσιον, καὶ τὸ μὴ διωρισμένον, ἐν τῇ αἰσθήσει, καὶ τῷ ζῆν, ἐστι, *quousque abortum tentare licet, & quod non est decisum, seu vetitum, situm est in sensu & vita* embryonis, seu inde cognoscitur. Phocyl. *v.* 3.

Μὴ πλεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοῦσθαι.

Non locupletari per injuriam, sed vivere ex iis, quæ sumere licet. Hinc jam Οσια sunt res & loca profana, quibus uti homini licet, cujus commercio & usui exemptæ sunt res Divinæ. Sed & Homines inde dicuntur ὅσιοι, aut ἀνόσιοι, qui modum officii servant, aut non servant, h. e. pii in Deos vel Homines, aut impii. Tribuunt quidem LXX. Interpretes etiam Deo τὸ ὅσιον, ubi Scriptores S. habent חסיד vel חסיד. Sed etiam tum in Deo significat quoddam quasi officium benignitatis, &c. in homines pios, Deo de-

τις, φησὶ, τῶν φίλων ἀνακοινῶται 7 ὑπέρ † των, ἢ ἐπιγένηται ἡ φωνὴ ἐκείνη, πάλιν ἀποτρέπει· 8 ἢ ἐμοὶ μὲν αὕτη συμβουλεύει τοῦτο, 9 ἐγὼ δὲ τῷ συμβουλευομένῳ μοι, καὶ οὐκ ἐῶ πράττειν, ἑπόμενος τῇ θείᾳ * προρρήσει. Παρείχετο δὲ μάρτυρα 10 Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος· ἀνεκοινώσατο γὰρ αὐτῷ, εἰ μέλλοι 11 ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν, καὶ εὐθὺς, ἀπαρχομένου λέγειν, φωνὴ ἐπεγένετο. Καὶ ὁ Σωκράτης τὸν Χαρμίδην 12 διεκώλυσεν ἔχεσθαι, ὧν εἴχετο, εἰπών. 13 Ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, οὐ μὴν εἰς δέον ἀπήντησεν 14 αὐτοῦ ἡ σπουδή.

† τινῶν. * προσρήσει.

iterum ait, si quis amicorum me de aliqua re consulat, & illa vox superveniat, iterum à proposito revocat: atque illa mihi quidem hoc suadet, ego vero illi, qui me consulit, nec permitto, ut id agat, secutus divinam allocutionem. Testem proferebat Charmidem Glauconis filium: is enim aliquando consuluerat ipsum, an

corum. Sic *Psal.* XVIII. 25. μὴ ὁσίᾳ ὁσιωθήσῃ, vel ut alii Codd. ὁσίως ἔσῃ. *Cum pio pie ages.* Ex his manifestum jam satis, ὅσιον non esse *Divinum*, quod in hoc Ælïani loco tamen videtur requiri. Quapropter, & quia Plutarchus, ut notat Gesnerus, ac Noster *Hist. Anim.* III. 47. ut Kuhnius, dicunt θείαι πομπαὶ, quibus adde Nostrum etiam *infra* XIII. 1. κατά τινα θείαν πομπήν. & quia denique inter θείας & ὁσίας exigua prorsus est discrepantia, pene putem etiam hic illud esse Auctoris, hoc Librariorum. Præterea sensum distinctione censui juvandum, ut πολλάκις referatur ad ἔφασκεν. Jensius autem noster suspicabatur legendum, ὡς ἂν πομπῆς, *vox tanquam pompæ*, seu qualis solet existere in turba hominum. PERIZ. Haud dubie scripsit Ælianus ὡς θείᾳ πομπῇ, *velut divino instinctu.* Cl. Davisius in *notis ad Ciceron. lib.* I. *de Divin. cap.* 54. legit, Φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν ὡς θείᾳ πομπῇ ἐγκεκλ.

5 Ἐγκεκληρωμένην αὐτῷ] Max. Tyr. *Dissert.* 26. ait de eodem Socrate, δαιμόνιον τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἀνακεκραμένον, *menti illius permixtum.* Plato *Theage pag.* 128. ἔστι γάρ τι θεία μοῖρα παρεπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον· ἔστι δὲ τοῦτο φωνή. *Est enim aliquod divina sorte vel fato mihi junctum Dæmonium usque a puero; est autem illud Vox.* PERIZ.

6 Ἥπερ ὅταν γένηταί μοι &c.] Operæ pretium est, ut cum his jam conferamus verba Platonis *d. l.* quæ secutus est Noster. Sic ergo Ille, ἡ (scil. φωνὴ) ὅταν γένῃ, ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τοῦτο ἀποτρέπει. Προλέγει δή ἐστι. Καὶ ἐάν τις μοι τῶν φίλων ἀνακοινῶται, καὶ γένηται ἡ φωνὴ, ταυτὸν τοῦτο ἀποτρέπει, καὶ οὐκ ἐᾷ πράττειν. Καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι Χαρμίδην &c. Ex his jam emendari in quibusdam potest Noster, ac debet, accedente præsertim suffragio Mstorum. Nam primum, plane ut Plato, sic & MS. Lugd. ὅταν γένῃ), ἀεί μοί, φησι, σημ. Illud ἀεὶ excidisse videtur propter αι ultimas literas superioris vocabuli. Deinde vero legendum omnino ἀνακοινῶ) ex Platone & Sluisk. codice, & ex syntaxi, ac sequenti verbo ἐπιγένηται. Pro ὑπέρ των in quo tamen nihil debuerat hæsitasse Gesnerus, habet Lugd. æque ac B. Paris. ὑπὲρ τούτου. Voluerunt ὑπέρτου. IDEM.

7 Ὑπέρ των] Emendabat Gesnerus ὑπῶν. nihil necesse fuit: nam τῶ pro ὑπῶν positum est. ut ῷ & τῷ pro τινὸς & τινί. Attice scilicet. FABER. Retinenda lectio eruditissimi Gesneri, τινῶν. SCHEFF. Imo retinendum τῶν pro τινῶν more Attico Faber rectè censuit. In MS. B. est τότε. IDEM.

8 Καὶ ἐμοὶ αὕτη &c.] Pessime hæc in Vulgatis erant maxima distinctione ante ἐγὼ separata a sequentibus, quæ unica est causa, quare ad ea adhæserint Viri Doctissimi, Gesnerus, & Schefferus, suisque conjecturis ea perperam sollicitaverint. Nexus est, ἐγὼ δὲ τῷ συμβουλευομένῳ μοι συμβουλεύω, καὶ οὐκ ἐῶ &c. PERIZ.

9 Ἐγὼ δὲ τῷ συμβουλευομένῳ μοι, καὶ οὐκ ἐῶ πράττειν] Videtur aliquid corruptum, quid si? τῷ συμβουλευόμενόν μοι οὐκ ἐῶ πράττειν. GESN. Placeret accuratissimi viri sententia, si conjunctio non deleretur, quam tamen omnes codices retinent. Puto igitur illud μοι, esse literas posteriores verbi antecedentis, cujus priores vel temporis vetustas delevit, vel ante-

ΚΕΦ. CAP.

antecedens dictio propter haud magnam earum dissimilitudinem absumsit. Atque sic aut simili modo scribendum; τῷ συμβουλευομένῳ αὐτὸς αμοι, καὶ οὐκ ἐῶ πρ. SCHEFF. Nullum hic mendum est, contra quam Gesnero & Scheffero visum fuit, imo nihil planius; ait enim Socrates, *Divina illa vox mihi consilium dat, ego autem porro idem consilium amicis do, qui me consuluerunt:* itaque nec hic mendum est, nec difficultas ulla. FABER. Forte tutissimum retinere cum Fabro lectionem vulgatam, locumque sic exponere: *divina illa vox mihi consilium dat, ego autem porro idem consilium amicis do, qui me consulunt.* SCHEFF. pro προρρήσει Gesn. legit προσρήσει. Sed quid opus est correctione. KUHN.

10 Χαρμίδην] Habet Plato in *Theage.* IDEM.

Χαρμίδην] Fuit hic inter Discipulos & Amicos Socratis, & ideo illius Nomine inscriptum quoque Dialogum nobis reliquit Plato. Forma excellens fuit, & ideo Καλὸς cognominatus. Periit in prælio inter XXX. Tyrannos, & Thrasybulum atque Exules reliquos commisso, de quo vide Xenophontem *de Rebus Gestis Græc. lib.* II. *p.* 278. PERIZ.

11 Ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν] Excidit ê textu στάδιον. ita enim Plato in *Theage.* μέλλων ἀσκήσειν στάδιον εἰς Νεμέαν. *Cum se in stadiorum cursu exercere vellet ad Nemeæ ludos.* KUHN.

12 Διεκώλυσεν] Mallem διεκώλυεν. FABER.

13 Ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη] Corrigo ὡς δὲ οὐκ i. e. *cum ultro minime paruisset.* FABER. Vix opus erit correctione. KUHN.

ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη· ἐ μὲν ὡς εἰς δέον &c.] Nolim cum Fabro, præter Codicum auctoritatem, Ὡς δὲ. Solet enim illud ἐ μὲν, eadem Syntaxi subjungi superiori commati. *Supra* I. 4. εἶτα ὅτως οὐκ ἀξιολογώτατον ἐκορίσθησαν, ἐ μὲν ἀπώλοντο, ἢ δὲ ἢ ἠκέσαντο τὸ δίψος. At *mox*, quando maluit Idem αὐτῷ pro αὐτῶ, in eo sane assentientem sibi habet Lugd. codicem; quamvis neque illud plane sit necessarium. Nam & ita sine Dativo *infra* XIII. 2. Πλὴν οὐκ ἀπήντησε τοῦτα ταύτῃ. PERIZ.

14 Αὐτῶ ἡ σπουδὴ] Legendum αὐτῷ & jungendum cum τῷ δέον, neque enim aliter loquuntur Græci. FABER. Neque hic locus medicum quærit. KUHN.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Ἱππάρχου σοφίας, καὶ σπουδῆς περὶ τοὺς πεπαιδευμένους, καὶ περὶ τῶν Ομηρικῶν ἐπῶν.

Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου παῖς, [1] πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων. Οὗτος καὶ τὰ Ομήρου ἔπη [2] ἐκόμισε

CAP. II.

De Hipparchi ſapientia & ſtudio erga doctos, & de Homericis carminibus.

Hipparchus Piſiſtrati filius, quum eſſet maximus natu inter *Filios* Piſiſtrati, etiam Athenienſium erat ſapientiſſimus. Ille vero & Ho-

1 Πρεσβύτατος ὢν τ῀ Πεισιστράτ῀] ὥσπερ οἱ Πολλοὶ οἴον῀), *ut vulgo exiſtimant plerique:* ſic ea de re loquitur Thucyd. VI. 54. ſed qui id ex profeſſo refutat, & contrarium ἰσχυρίζ῀), *affirmat*, tanquam *ex auditu id accuratius aliis ſciens.* Non tamen perſuaſit id aliis, ne Platoni quidem, ex quo Noſter hæc iterum habet, & qui poſt Thucydidem, neque ita dudum, ſcripſit in *Hipparcho pag.* 228. & 229. diſerte prorſus, Hipparchum fuiſſe Piſiſtrati Filiorum πρεσβύτ῀ον, & ideo poſt Patrem confeſtim, ante Hippiam, quem natu maximum facit Thucydides, tyrannidem obtinuiſſe. Vide etiam Meurſium in *Piſiſtrato cap.* II. diſputantem multis pro Platone contra Thucydidem. Confuſio autem inde videtur orta, quod Piſiſtratidæ fratres pariter imperium vel poteſtatem præcipuam tenuerunt. Unde Schol. Ariſtoph. *ad* Σφ῀κ. *pag.* 464. Κοινῶς δὲ πάντες οἱ Πεισιστρατίδαι Τυραννοὶ ἐλέγοντο. Vide & Thucyd. *d. l.* PERIZ. Mediceus legit πρεσβύτατ῀ ων τ῀ Πεισιστράτ῀, pro quo forte legendum πρ. τ῀ τ῀ Πεισιστράτ῀. Plato in *Hipparcho p.* 512. Ἵππαρχος τῶν Πεισιστράτ῀ παίδων ἦν πρεσβύτατος, καὶ σοφώτατος.

2 Ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας] Sunt ipſiſſima Platonis verba in *Hipparcho*. Quemadmodum & indicatur in ſequentibus. Quomodo vero convenient cum iis, quæ ſcribuntur *infra lib.* XIII. *cap.* 14. non diſpicio. Ac *Piſiſtratum* quidem, id eſt *patrem Hipparchi*, carmina Homeri Athenis habuiſſe certum eſt, & infra latius probabitur. Ergo non à filio allata eſſe potuerunt, quod Interpres ſcribit. Opinor igitur hunc verborum ſenſum eſſe. *Hipparchus*, cum Homeri carmina ante tantum penes ſe haberet, primus ea in lucem miſit, primus publici & civitatis Athienſium juris fecit, præcepitque ea, cum antea ipſe ſolus cum fratribus privatim tractaret, nunc publice decantari, ut ex iis integra civitas inſtitui, meliorque reddi poſſet. Hæc ſic in prima editione a me ante annos triginta notata video placuiſſe etiam Leoni Allatio, ut poſt notavit Cl. Menagius *ad Laertium p.* 21. SCHEFF. In concinnandis Homeri verſibus primus *Lycurgus*, poſt eum *Solon*, *Piſiſtratus* cum filio *Hipparcho* laborarunt, & ſi Megarenſi hiſtorico Dieuchidæ credimus, *Solon* magis Homerum illuſtravit, quam *Piſiſtratus*. Laërt. in *Solone*. vid. Gyraldi *dial.* 2. & 3. *de Poet.* KUHN.

Ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας] Eadem Plato, niſi quod εἰς τ῀ν γ῀ν πυθ῀νί. Hæret hic Scheffer us in eo, ut hæc Auctoris Noſtri redigat in concordiam cum iis, quæ Idem tradit XIII. 14. de Piſiſtrato. Et cenſet tandem Piſiſtratum tantum carmina Homeri digeſſiſſe & penes ſe retinuiſſe, Hipparchum vero primum ea in publicam miſiſſe lucem. Sed hoc profecto non eſt Κομίζειν Ἀθήνας, καὶ εἰς ζυτ῀νὶ γ῀ν. Sine dubio crediderunt Plato & Ælianus: quum de Piſiſtrato res fuerit (Vide Meurs. *Piſiſtr.*) notiſſima, Eum, ut ait Cicero, *primum Homeri libros confu-*

σε πρῶτ῀ εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ [3] ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. Καὶ ἐπ' Ανακρέοντα Τήϊον [4] πεντηκόντορον ἔστειλεν, [5] ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ ὡς αὑτόν. Σιμωνίδην ὁ τὸν Κεῖον διὰ σπουδῆς ἄγων, ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχε, μεγάλοις δώροις, ὡς τὸ εἰκὸς, πείθων, καὶ μισθοῖς· καὶ γὰρ [6] ὡς ἦν φιλοχρήματ῀ ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει. Εγωγε ὃ ἦν ἄρα [7] τούτῳ τῷ Ἱππάρχῳ ἡ περὶ τοὺς πεπαιδευμένους σπουδή· καὶ ἐβούλετο ὑπὸ προχήματι τῷ ἑαυτοῦ Ἀθηναίους

Homeri carmina primus attulit Athenas, coëgitque rhapſodos ea in communi Athenienſium feſto canere. Miſit etiam ad Anacreontem Tejum quinquaginta remorum navim, ut eum ad ſe tranſveheret. Simonidem vero Ceum æſtimans, ſemper ſecum habuit, magnis muneribus & mercede (ut veriſimile eſt) perſuaſum. Etenim Simonidem pecuniæ fuiſſe cupidum, nemo negabit. Erat ergo huic Hipparcho aſſiduum opus, favere eruditis: & voluit ſuo exemplo Athenienſes eruditi,

ſos antea diſpoſuiſſe, ſeu, ut Noſter, ἀποφῆναι τὴν Ιλιάδα καὶ Οδυσσείαν: Hipparchum itaque vivo Piſiſtrato, cujus Filiorum ille fuit natu maximus, & ante mortem Patris jam ætate provectus, carmina Homeri primum *attuliſſe Athenas*, ea dein Patrem digeſſiſſe in Iliada & Odyſſeam, Filium vero poſtea Rhapſodis dediſſe cantanda. Sic nihil ſupereſt difficultatis. Sed longe major reſidet in eo, quod Diog. Laertius in *Solone num.* 57. ait *Hunc primum ſanxiſſe, ut carmina Homeri recitarentur* ἐξ ὑποβολῆς, h. e. ut Plato ait, ἐξ ὑπολήψεως, *ut ſuccedat alter alteri, atque ideo dicere Dieuchidam*, Vetuſtum Scriptorem, *Solonem magis, quam Piſiſtratum, illuſtraſſe Homerum.* Non ergo Piſiſtrati demum Filius ea *attulit Athenas primus.* Quid dicam? niſi diverſas ea de re Veterum eſſe ſententias, & forte, quod ab Solone jam factum erat, ſublatum mox fuiſſe, ſeu carmina illa Homeri ſtatim poſt Solonem ex uſu hominum intercidiſſe per tumultus Civiles, per quos ſæpe ejectus, ſæpe reſtitutus, fuit Piſiſtratus: atque ita, ſene jam Piſiſtrato, hujus Filium Hipparchum inveniſſe ea denuo, & *attuliſſe Athenas. Primum* autem, quia dein ex ejus demum inſtituto, ut cantarentur Panathenæis, in perpetuo ibi manſerunt uſu. Diſtinxi autem Primus, Ἀθηναίων. Οὗτ῀ καὶ &c. PERIZ.

3 Ἠνάγκασε] MSS. B. & B. ἤνεγκα. SCHEFF. Τοὺς ῥαψῳδοὺς] Probat idem ex *Orat.* Lycurgi *in Leocratem* Joannes Meurſius *Panath. cap.* 25. quem vide. IDEM.

Ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς] Ut Mſſ. B. & C. ſic Lugd. ἤνεγκε, ſed nullo ſenſu. Tuetur vulgatam & veram lectionem Sluisk. De *Rhapſodis* vide quæ collegit, & diſſeruit Lud. Kuſterus, Vir Doctiſſimus, in *Hiſt. Critica Homeri, Sect.* 4. Et maxime Platonem in *Jone*, in quo Dialogo Toto ludit & deſcribit Rhapſodos, qui etiam interpretationem Homeri jactabant, quaſi eam poſſiderent ſoli. PERIZ.

4 Πεντηκόντορον] Interpres *quinque remorum navim*; quod eſt falſum. Quinquaginta enim remos habuit, quæ ſic appellabatur. Conſule, quæ ſcribemus *lib.* II. *de Militia Nav. cap.* 2. SCHEFF.

5 Ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ] Lego πρεύσῃ. nam πορεύω & πορεύομαι plane diverſam ſignificationem habent. FABER. MSS. omnes, ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ SCHEFF. πορεύσῃ notandum in Noſtro, non emendandum. Lectio MSS. proba eſt, niſi quod particula ὡς excidit poſt ἵνα. Nam ὡς αὐτὸν Attice dicitur pro πρὸς αὐτὸν. Iſocrates in *Panegyr.* τὸ πλῆθ῀ τ῀ ἀφικνουμένων ὡς ἡμᾶς, *multitudo venientium ad nos tanta eſt* &c. KUHN.

Ἵνα αὐτὸς πορεύσῃ ὡς αὐτὸν] Faber πρευθῇ.

ἁλίους παιδεύεσθαι, καὶ βελτιόνων αὐτῶν ὄντων [8] ἄρχειν ἔσπευδεν. Οὐκ ᾤετο γὰρ δεῖν οὐδενὶ φθονεῖν σοφίας, ἅτε ὢν καλὸς καὶ ἀγαθός. Λέγει ὃ Πλάτων ταῦτα, [9] εἰ

diri, & ita melioribus ipsis imperare studuit. Nemini enim sapientiam invideri, par esse censebat: quippe quum esset vir honestus & bonus. Hæc commemorat Plato, si quidem

Et sane est quid in his emendandum, sed non illud, quod a Fabro sollicitatur præter Codicum fidem, qui pariter aliam & veriorem nobis ingerunt lectionem. Legunt enim omnes, cum Nostri, tum quorum Excerpta habuit Schefferus, ἵνα αὐτὸν παρώσῃ ὡς αὐτὸν. Quod ideo revocavi in Textum, nisi quod scripsi ὡς αὐτὸν. Πορευειν active notat, *trajicere*, *transvehere*, *arcessere aliquem*. Hesych. πορεύσαι, πέμψαι, ἀγαγεῖν. Πορεύσατε, ἄγετε. Plato eodem sensu dixit, ἐπ' Ανακρέοντα τὸν Τήϊον πεπηκόϊορον σεῖλας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Cæterum Anacreon ex oppido Joniæ, *Teo*, (Vide mox *cap.* 5.) oriundus, longævam ætatem produxit ad Hipparchum usque, & post eum, quum jam floruisset sub Polycrate Samiorum Tyranno. Vide *infra* IX. 4. & XII. 25. Adde & Suidam. De morte ejus, decrepiti jam senis, uvæ passæ grano extincti, Valer. Max. IX. 12. 8. *ext.* PERIZ.

6 Ὡς ὦ φιλοχρήματος] Athenæus *lib.* XIV. ὦ ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής, ὡς Χαμαιλέων φησίν. Subdit postea exempla, quæ apud ipsum non sine delectatione legas. SCHEFF. Vid. Aristot. *lib.* III. *Rhetor. cap.* 2. quia vero primus avarè pretium arti suæ statuit, passim apud poetas malè audit. Pindarus *Isthm.* 2.

Ἀ μοῖσα γὰρ ἐ φιλοκερδὴς,
Πῶ τότε ἦν ἐδ' ἐργάτις.

ubi Scholia Græca: τῦν φησι μισθῷ συντάξασι τὰς ἐπινικίους, πρότερ Σιμωνίδε καταῤῥοῤῥῶσε. nunc ait mercedis gratia componunt triumphales odas, Simonide primum incipiente. & *paulo post* ex Callimacho hæc verba allegat,

Οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν μῶσαν, ὡς ὁ Χῖος ὑλίχθ νέπας.

ita Scaliger in *Conjectaneis* legit. Editio Basileensis præfert, ὑλλιχῆν ἔπας, ex quo ὑλιχῆν ἔπος i. e. *celebre dictum*, vel *celebris*. KUHN. Pro Χῖος omnino legendum Κῆος ut apud Callimachum recte editur.

Ὡς ἦν φιλοχρήματος &c.] Accusatur passim avaritiæ, & quod primus Musam fecerit mercenariam. Vide Nostrum IX. 1. tum Gudium *ad Phædr.* IV. 21. & Simson. *An. M.* 3474. Sed nihili est hæc accusatio, si mores spectentur Poëtarum hujus Temporis, qui laudes suas, quibus putant immortalem aliis ab se donari gloriam, palam vendunt, & eo maxime mittunt, unde aurei spes refulget nummi. PERIZ.

7 Τέτῳ τῷ Ιππάρχῳ] Legendum τῦτο, & cum ἔχειν jungi debet. FABER.

8 Αρχειν ἔσπευδεν] MS. A. ἐπαίδευεν. SCHEFF. MS. Paris. A. teste Scheffero, ἐπαίδευεν, Sluisk. ἐπέδευεν. Unde tamen quod elici possit, nihil reperio propius, quam quod vulgatur, nisi quis malit ἐπεβάλευεν ex Platone, qui dicto sæpius loco, ἐπεβαλλόμην αὖ τοῖς ἀγροῖς παιδεύσας. Sed & si absit hoc vocabulum, in sensu nihil desideres. PERIZ.

9 Εἰ δὲ ὁ Ιππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι μαθητής.] Hic vero se multi turpiter dederunt: tollenda omnino illa vox μαθητὴς, & locus Æliani sic vertendus: *Et hæc quidem apud Platonem legas, si tamen Dialogus ille, cui Hipparchus nomen est, inter veros Platonis Dialogos referri debeat.* Notum enim multos apud Platonem Dialogos esse, qui falso ascripti ei fuere. FABER. Ita optime Tan. Faber. in *notis ad Phædrum pag.* 10. *edit. primæ*, ubi vide plura. SCHEFF. Scilicet τὸ μαθητὴς in fine adjecit aliquis, qui Ιππάρχος non Dialogi, sed discipuli Platonis nomen existimavit. KUHN.

Εἰ δὲ ὁ Ιππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι μαθητής.] Manifeste adulterinum est ultimum hoc vocabulum, & tamen in MStis, non Nostris tantum, sed & Mediceis, æque ac in Edd. comparet. Designatur enim hîc, non *Discipulus*,

9 εἰ δὴ ὁ Ιππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι (μαθητής.)

dem Platonis revera (discipulus) est Hipparchus.

pulus, sed Dialogus Platonis, *Hipparchi* nomine insignitus, non tamen hujus Hipparchi, sed alterius Socrati æqualis, cum quo Socrates istic collocutus inducitur, & narrasse illi superiora de *Hipparcho Pisistrati*, qui & Platone & Socrate longe fuit antiquior. Gesnerus omnium primus detexit fontem erroris, quem Tan. Faber dein *ad Phædrum* I. 2. diligentius est persecutus. Solent autem ita citari Dialogi Platonis. Athen. XI. *pag.* 506. ὁ Κρίτων δὲ αὐτῷ· ὁ δὲ Γοργίας· ὁ δὲ κατὰ τὸν αὐτῷ Πρωταγόραν ἔχει σκηπτόμενον τὸ Καλλίου βίον. Sluisk. omittit illud ὁ, quod verbo monendum censui, maxime, quum similiter faciant Medicei. PERIZ.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ βοὸς παρ' Αθηναίοις σφαγῆς, καὶ Διϊπολίων καὶ Βουφονίων, ἑορτῶν.

Ὅτι Αττικὸν τοῦτο τὸ [1] ἔθος· ὅταν [2] ὁ βοῦς ἀποσφαγῇ, τῶν μὲν ἄλλων ἀποψηφίζονται, [3] κρίνοντες ἕκαστον ἐν τῷ μέρει φόνου· καταγινώσκουσι δὲ [4] τῆς μαχαίρας, καὶ λέγουσι

CAP. III.

De bovis mactatione apud Athenienses, & festis diipoliorum buphoniorumque.

Atticus hic mos est; Occiso bove, reliquos absolvunt, judicantes cædis singulos separatim: gladium vero condemnant, & dicunt illum occidisse bovem. Et

1 ΕΘΟΣ] Hanc vocem pro ritu solemni sæpius quoque usurpavit D. Lucas *Act. Apost.* VI. 14. XVI. 21. & in *Evangelio* I. 9. & II. 42.

2 Ο βοῦς ἀποσφαγῇ] De *Bove* non temere mactando, & potissimum Aratore, Vide *supra* V. 14. De judicio hoc cædis notarunt ad hunc locum, quæ oportebat, Viri Doctissimi Schefferus & Kuhnius. Simile quid tradit Noster *Hist. Anim.* XII. 34. de Tenediis, a quibus in Festo Bacchi Vitulus solenniter mactatur, sed *qui eum securi percussit, lapidibus petitur dicis gratia* (sic enim vertendum istic τῇ οἰσίᾳ) *& ad mare fugit.* PERIZ.

3 Κρίνοντες ἕκαστον ἐν μέρει] Interpres non bene hic fuit. Non enim homines, ut par erat, sed alia nescio quæ cædis accusata & absoluta putat. Res autem, Porphyrio αἰχῆς ἐμψ. Auctore, ita gesta fuit. Athe-

nienses in suis Diipoliis bovem immolaturi, virgines primum legerunt, quas dicebant ὑδροφόρους, quod aquam ferrent ad acuendum securim & cultrum. Dein, alius erat, qui tradita securi bovem dejiceret, alius qui cultro mactaret. Ad ultimum, corio iterum alterius manu detracto, omnes de cæso bove aliquid degustarunt, pellem denique fæno suffarctam ita consuerunt, ut pristinam bovis speciem mentiretur, aratro quoque, ne quid mimico deesset, appositio, ac si terram proscindere vellet. Tum cædis cognitio instituta, & ad dicendam causam evocati, qui culpæ affines videbantur. sed alius in alium crimen transferre: Virgines quidem quæ frigidam suffuderant coticulæ, non se, sed eos potius accusandos dicebant, qui ferrum in bovem acuissent. illi vero criminabantur alium, qui securim porrexerat. Hic percus-

so-

σι ταύτην ἀποκλεῖναι αὐτόν. Καὶ ἐν ᾗ ταῦτα ἡμέρᾳ δρῶσι, ⁵ Διϊπόλια τὴν ἑορτὴν καλοῦσι, ᾗ Βουφόνια.

Et quo die hæc faciunt, ferias ejus vocant Diipolia & Buphonia.

ΚΕΦ.

CAP.

forem arguebat. percussor securim cultrumque, quæ voce, quam mitterent supplicem, destituta, atque adeo cædis facilè damnata & in mare abjecta sunt. Hæc Porphyrius *l. c. pag.* 28. ex Theophrasto, ni fallor, quæ hoc caput Nostri non parum illustrant. KUHN.

Εν τῷ μέρει] h. e. *singulos separatim*. Passim hæc locutio ponitur pro *vicissim*, *alternis*, quando de pluribus, notat *singulos separatim*, & *ita ordine per vices*. Sic Polyæn. 1. 38. 5. ἐκέλευσεν ἀπὸ λόφου κρᾶξαι τοὺς (scil. πάντας στρατιώτας *omnes milites*) οὐ μέρει ξύλα κομίζειν h. e. non omnes simul, sed *per partes*, *separatim*. Et Athenæus XII. 11. μετεπέμποντο οὐ μέρει τὰς Λοκρῶν παρθένους, h. e. *singulas separatim*, *aliam post aliam*. Sic κατὰ μέρος, Anton. Lib. *Fab.* 30. Lupi generatim præbuerunt infanti lac κατὰ μέρος, *separatim & per vices*, modo hi, modo illi. PERIZ.

4 Τῆς μαχαίρας] Addendum μόνης, *solum ensem condemnant*. Τὸ δ' ἄλλων ἀποψηφίζονται. FABER. Sed hoc facile intelligitur ex præcedentibus. SCHEFF. At aliter Pausan. in *Atticis* ὁ πέλεκυς, inquit, κατάκυρος ἀφείθη κριθεὶς, *securis*, *quâ casus bos est*, *statim judicio habito cædis absolvitur*, *idque quotannis peragitur judicium*. Alias Athenis non novum erat, ferrum lapides aliaque inanimata cædis accusare, si hominem vel ictu vel casu fortuito occiderant. Æschines *Orat. contra Ctesiphontem.* τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους καὶ τὸ σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τινα ἐμπίσοντα ἀποκτείνῃ ὑπεροριζομεν, *ligna*, *lapides*, *ferrum*, *illa vocis mentisque expertia*, *si aliquem illapsa occiderint*, *finibus ejicimus*, ut cædis scilicet convicta. vide *notata olim in Pollucem p.* 84. KUHN.

5 Διϊπόλια τῷ ἑορτῷ καλοῦσι καὶ βουφόνια] Altero quidem nomine, quod bos iste mactaretur ad aram Jovis Poliei, altero vero, quod qui eum mactaret, Buphonus appellaretur. Consule Pet. Cistellanum *de Græcorum festis*, & Pausaniam in *Atticis*. SCHEFF. Celebrabantur Διάσια (ita enim vocatur festum) σκιροφοριῶνος τετράδι ἐπὶ δέκα, *Maji die quarto decimo*. Scholia *in Pacem Aristophanis*. Eustathius festi originem aliunde accersit, *in Iliad. p.* 691. KUHN.

Διϊπόλια] Festum sic dictum, quia tunc sacra fiebant Jovi Πολιεῖ. Vide Suidam & Harpocrat. Antiquissimum autem fuit, unde διϊπολιάδη apud Aristoph. Νεφελ. *pag.* 179. pro *antiquis valde & obsoletis* ponitur. Scholiastes vero *ibidem* aliam, quam Pausanias in *Atticis*, adfert Historiam & rationem, quare illud etiam βουφόνια fuerit dictum, & Bos in eo mactatus. PERIZ.

ΚΕΦ. δ'.

Περὶ Πολιάρχου τρυφῆς.

Πολίαρχόν φασι [1] τὸ Αθηναῖον εἰς τοσοῦτον προελθεῖν τρυφῆς, ὥς τε [2] καὶ κύνας καὶ ἀλεκτρυόνας ἐκείνους, οἷς ἔχαιρεν, ἐκκομίζειν ἀποθανόντας δημοσίᾳ· καὶ ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτῶν παρεκάλει τοὺς φίλους, καὶ ἔθαπτεν αὐτοὺς πολυτελῶς, καὶ [3] ἐπιγράμματα αὐτοῖς ἀναθήσας, ἐπιγεγράμματα κατ' αὐτῶν ἐνεκόλαπτεν.

ΚΕΦ.

CAP. IV.

De Poliarchi luxuriâ.

Poliarchum Athenienſem ajunt eo luxuriæ progreſſum, ut canes etiam & gallos, quibus delectatus fuerat, mortuos efferret publice: & amicos vocabat ad exſequias eorum, ſplendideque eos ſepeliebat, atque erigens illis ſepulchrales columnas, inſcriptiones in iis incidebat.

CAP.

1 Τὸν Αθηναῖον] Hoc Vultejus omisit. Nec invenio Athenienſem apud veteres hoc nomine. Meminit Aristoxenus apud Athenæum *lib.* XII. *cap.* 12. alicujus, cognomento Ηδυπαθές, id est, delicati, in quem convenit hæc historia. Sed is Siculus fuisse videtur. SCHEFF.

2 Καὶ κύνας καὶ ἀλεκτρυόνας] Molliusculorum hic ritus. Sic Ovidius Psittacum deflet *lib.* II. *Eleg.* Sic Lesbia apud Catullum passerem, sic alii alia. De *Hadriano* Spartianus: *Equos & canes sic amavit*, *ut eis sepulchra constituerat.* Capitolinus de *Vero*: *Volucri equo prasino mortuo sepulchrum in Vaticano fecit.* Adde Casaubon. *in Not. ad Hadrian.* Vide Plutarch. in *Solone*, *Themistocle*, & *Catone Majore*; Capitolinum in *Vero*, & alios. SCHEFF. Alexander *defuncto* Bucephalo *duxit exsequias*, *urbemque tumulo circumdedit nomine ejus.* Plinius *lib.* VIII. *cap.* 42. ubi *paulo post* subjungit. *Fecit & divus Augustus equo tumulum*, *de quo Germanici Cæsaris carmen est. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent.* Apud Pollucem canum sepulchrales inscriptiones extant *lib.* V. *cap.* 5. Bene autem Theophrastus in *Ethicis Characteribus cap.* 22. inter alia hoc quoque inepte ambitiosi esse ait; κυναρίῳ τελευτήσαντι αὐτὸς μνῆμα ποιῆσαι, καὶ στηλίδιον ποιήσας, ἐπιγράψαι· κλαῦδε Μελιτεῖς. *si catellus fuerit mortuus monumento ejus imponit columellam cum hac inscriptione. Surculus Melitensis.* Myronem *fecisse & cicadæ monumentum & locustæ*, *carminibus suis Erinna significat.* Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* 8. confer Nostrum *Hist. Anim. lib.* VIII. *cap.* 4. & *lib.* VI. *cap.* 7. & *lib.* XII. *cap.* 40. Herod. *lib.* II. Plinium *lib.* X *cap.* 43. quos laudat codex *Konigianus*. KUHN.

3 Επιγράμματα] Exponit id Suidas, & recte, στήλαι ἐπιτάφιοι. Dionys. Halic. *lib.* II. *pag.* 128. de Virginibus Vestalibus propter impudicitiam punitis & defossis, καὶ ὅτ' ἐπιγράμματος, ὅτε ἄλλα τῶν νομίμων ἐδενδς τυγχάνουσι, *neque monumentum sepulchrale*, *neque parentationem*, *neque quicquam honorum*, *qui mortuis sunt justi aut solennes*, *consequuntur.* In illis autem inscribi solebant epitaphia. Hinc Artemidorus V. 75. ἐπιγεγραφῆς ἀκήλυθόν ἐστι τὸ ἀποθανόντα τυγχάνειν, *consequens est & usitatum*, *ut mortuus honoretur inscriptione.* Callimachus *Epigr.* 16.

Τιμονόη Τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, ἢ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἔπην ὄνομα
Στήλη, καὶ Μηθύμνα, τέη πόλις.

Timonoe, quæ vero es? per Deos, non agnovissem Te, Nisi Timothei Patris nomen, & Methymna, tua civitas, apparuisset in Columna. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ Νηλέως, καὶ Μέδοντος, καὶ ἐν Ἰωνίᾳ δώδεκα πόλεων.

Ὅτι [1] Νηλεὺς ὁ Κόδρου, τῆς βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, διὰ τὸ τὴν Πυθίαν [2] Μέδοντι τὴν ἀρχὴν ᾠδιάφαμ, [3] εἰς ἀποικίαν στελλομένῳ. Τῇ Νάξῳ ὴ προσωρμίσθη οὐχ ἑκών, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος βιασθείς· ἀπᾶραι ὴ βουλόμενον, καταπνέοντες ἐναντίοι ἄνεμοι διεκώλυον. Ἀπορουῦντι δὲ αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, οἱ μάντεις ἔφασαν, δεῖν καθαρθῆναι τὸ στρατόπεδον, [4] ὡς συμπλεόντων πολλῶν οὐ καθαρῶν τὰς χεῖρας. Προσεποιήσατο δὴ καὶ αὐτὸς ἀποκτεῖναί τινα παῖδα, καὶ δεῖσθαι καθαρμοῦ. [5] Καὶ αὐτὸς ἀνεχώρησε, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισε τοὺς συνειδότας

CAP. V.

De Neleo, Medonte, & duodecim Joniæ civitatibus.

Neleus filius Codri, quum regnum non obtinuisset, Athenas reliquit: propterea quod Pythia Medonti imperium destinarat, profectus in coloniam. Ad Naxum vero non voluntate, sed tempestate coactus

[1] Νηλεὺς ὁ Κόδρου] Νειλεὺς. FABER. Meminit Herodotus in *Calliope*. Conon in Διηγησ. A. apud Photium *Bibl.* Ammianus *lib.* XXII. & XXVII. Hellanicus apud Harpocrationem. SCHEFF. Addo locum ex Maximo Tyrio *dissert.* 19. νῦν ὃ ἐγὼ φιλοσοφίας ὁρῶ πολλὰς ἀποικίας, ἄλλον ἀλλαχῆ στελλόμενον, ὡς ἐπὶ Βοιωτίας Κάδμον, ὡς Ἀρχίαν ἐπὶ Συρακόσας, ὡς Φάλανθον ἐπὶ Τάραντον, ὡς Νιρέα (legendum Νειλέα) ἐπὶ Μίλητον, ὡς Τληπόλεμον ἐπὶ Ῥόδον. *Jam vero etiam Philosophiæ quasi colonias video, aliis alio profectis, ut in Bœotiam Cadmus, ut Archias Syracusas, ut Phalanthus Tarentum, ut Nileus Miletum, ut Tlepolemus Rhodum.* KUHN.

Νηλεὺς ὁ Κόδρου] Sic Uterque Codex. Ut adeo frustra sit Faber, qui mavult Νειλεὺς. Verum quidem, a Pausania, & quibusdam aliis Veterum, ita vocari; sed cum Nostro consentit Marmor Arundelianum, in quo diserte in hoc Nomine Η conspicitur. Adde Strabonem *lib.* XIV *init.* qui non tantum eodem modo eum appellat, sed & Pylium genere dicit, haud dubie, quia eodem Nelei Nomine Nestoris quoque Pater fuit usus. Sed & plures fuerunt Athenis *Nelei* nomine insignes. Vere tamen corruptum est hoc Nomen apud Max. Tyr. *dissert.* 19. ὡς Φιλανθον (lege Φάλανθον) ἐπὶ Τάραντα, ὡς Νιρέα ἐπὶ Μίλητον. Lege Νηλέα. Nam hic ipse Neleus istic intelligitur, ut jam monuit Heinsius istic loci. PERIZ.

[2] Μέδοντι] Hic abolito regni titulo primò Prætor (ἄρχων) fuit appellatus & annos viginti præfuit Athenis, Euseb. in *Chron.* Vellejus Pater. *lib.* I. *Hujus* (Codri) *filius Medon primus Archon Athenis fuit, ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidæ. Sed ii insequentesque Archontes usque ad Charopem, dum viverent eum honorem* usurpabant. Duodecim illi fuerunt: quibus vitâ functis Athenienses surrogarunt Archontes decennales. Qui tandem Olymp. 23. annui facti sunt. KUHN.

[3] Εἰς ἀποικίαν στελλομένῳ] Historia se ita habet, teste Pausania in *Achaicis:* Medon & Nileus Codri filii de regno inter se dissidebant, negabatque Nileus se Medontem regnare passurum, quia pede claudus esset. Res igitur ad Apollinem defertur, cujus vates respondit, Medonti Athenienſium imperium deberi. Ita Nileus in coloniam dimittitur, cum fratribus & aliis Athenienſibus, qui dein Miletum aliasque urbes in Jonia condidere. Corrigendus ergo noster in prædictis verbis, & pro στελομένῳ, στελόμενον scribendum, ut ad Nileum, Non Medonta referatur. Dein post ᾠδιάφαμ, comma est ponendum, denique Latina versio sic emendanda. *Nileus, filius Codri, cum regni spe depulsus, quia Apollo Medonti regnum detulisset, in coloniam mitteretur. ad Naxum* &c. Verba Pausaniæ,

tus appulit; solvere vero inde volentem contrarii venti perflantes prohibebant. Qui quum propter ea, quæ tunc eveniebant, consilii esset incertus, vates responderunt, oportere expiari exercitum, tanquam multi simul navigarent, qui non puris essent manibus. Itaque simulavit etiam ipse puerum se quendam trucidasse, & purgationis indigere. Et

niæ, si quis ipsa malit legere hæc sunt: δίδωσι Μέδοντι Πυθία βασιλείαν τῶν Ἀθωναίων, ἅτε δὴ ὁ Νειλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Κόδρου παίδων εἰς ἀποικίαν ἀπεστάλησαν. SCHEFF. Ipse olim aliter paulo emendaveram, εἰς ἀποικίαν δὲ στελόμενῳ τῇ Νάξῳ ᾠδιαρμόσθη. hunc locum ut multos alios pessime intellexit Interpres. Sensus enim Æliani fuerat. Neleum migrationis Jonicæ auctorem fuisse, quod ille Medonti tribuit, quamvis etiam in *hoc ipso capite* legisset Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν Ἰωνίαν ἀφίκετο. itaque & doctrinam & judicium hominis vides. Obiter quoque hic monebo emendandum esse Laertium in *vita Thaletis* circa hanc ipsam rem, qua de agimus. FABER.

Εἰς ἀποικίαν στελομένῳ] Non dubitavi recipere, quod certissima crisi ex ipsa Historia, etiam prout illa ab Auctore Nostro hic traditur, restituendum censuit Schefferus, στελόμενον pro στελομένῳ, licet in contrarium abeant MSti. Quorsum enim in Textu & Versione ejus retineretur manifestus adeo Error, idoneus tamen, quo Lectores, qui Notas non inspiciunt semper, decipiantur. Satis patet ex sequentibus, non *Medontem*, ut ferebat Versio, cui summum imperium in Patria fuit assignatum, sed *Nelea, in coloniam ex Urbe* patria *migravisse*, seu *pervenisse in Joniam*. Malui autem vertere, *in coloniam profectus*, quam, ut reddidit ea in Notis Schefferus, *quum in col. mitteretur*. Sponte enim sua, & quia Fratris, majoris quidem natu, sed claudi, imperium ferre non poterat, profectus est. Sic XIV. 15. δι αὐτὸν δὲ Ἀχιλλεὺς μηδένα εἰς Μακεδόνας στέλλεσθαι. Et ita in Verbis quoque Maximi Tyrii *paulo ante* laudatis. Cæterum Athenienses hac occasione litis fraternæ, quum Medonti ab Oraculo adjudicata esset ἡ ἀρχὴ, vel ut gratificarentur Neleo, vel quia & ipsi volebant summum suæ Civitatis Magistratum imminui Titulo & Potestate, Medontem declararunt non *Regem*, sed *Archontem*, ejusque ἀρχὴν fecerunt magis adhuc ὑποδυνον, quam fuerat priorum Regum, *Regem* autem renunciarunt ipsum Jovem. Vide Pausan. in *Messenicis cap.* 5. & Schol. Aristoph. *ad* Νεφέλ. *ipso initio*. Sed tamen vel sic hi Codridæ, vel Medontidæ Archontes etiam *Reges* fuerunt dicti a multis Scriptoribus, ut ostendimus *supra* V. 13. PERIZ.

[4] Ὡς συμπλεόντων πολλῶν ἃ καθαρῶν τὰς χεῖρας] Ita Lugd. nisi quod omittit τὰς. Sic *supra* III. 44. πέλεις δὲ χεῖρας καθαρώτερον, ἢ πάρος ἦθα. Propria autem hæc est locutio homicidis denotandis. Hinc Antiphon. *Orat. de cæde Herodis:* ἅπαντα τὰ δικαστήρια ἐν ὑπαίθρῳ δικάζει τὰς δίκας τῶ φόνῳ, ἵνα οἱ δικασταὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖρας. *Omnia judicia sub dio judicant causas cædis, ne judices conspirent cum Homicidis manuum impurarum.* Sluisk. pro ὡς habet ᾗ, & τινῶν pro πολλῶν. Forsan utrumque πολλῶν & τινῶν ex glossa fuerit ortum, legendumque ὡς καὶ συμπλεόντων ἃ καθαρῶν τὰς χεῖρας. IDEM.

[5] Καὶ αὐτὸς ἀνεχώρησε &c.] Interpres ista omisit, quæ sic vertenda, *tum ipse discessit* (ab exercitu,) *tum aliis, qui cædis sibi ipsis conscii erant, ut idem facerent, persuasit.* KUHN.

Καὶ αὐτὸς ἀνεχώρησε] Mirum profecto, hanc

δότας ἑαυτοῖς· οὗ γενομένου, καὶ γνωσθέντων ἐκείνων, αὐτοὺς μὲν ἀπέλιπεν, οἱ δὲ [6] ᾤκησαν τὴν Νάξον. Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν Ιωνίαν ἀφίκετο, ϗ

Et ita ipse è medio secessit, atque *ut idem facerent*, aliis, qui sibi conscii erant, persuasit: quod quum factum, & jam cogniti essent illi, reliquit eos, illi

tam illustrem lustrationis circumstantiam ab Interprete primo, & tot dein Editoribus ante Kuhnium, esse prorsus, in Versione æque ac in Notis, prætermissam. Discimus inde, Impios, qui expiari debebant, secessisse e medio, ne scilicet suo contagio reliquos contaminarent. Οὐ γὰρ θέμις, βεβηλον ἅπασθαι δόμων, *nec enim fas est, impurum contingere ædes*, ut cecinit Euripides *Protesilao*. Vide Schol. Soph. *Oed. Colon. v.* 10. Sic ergo Orestes, occisa Matre, quum venisset ad Trœzenios, & ab iis expiari vellet, quia nemo Trœzeniorum eum domo recipere, οἷόν δίξασθαι, volebat, manere debuit in tentorio quodam, usque dum expiatus esset, ut refert Pausan. *Corinth. cap.* 32. Sed & hinc non tantum ipsi Impii, qui cædem admiserant, ut patet ex Hippota inter Heraclidas, qui Carnum, Vatem Apollinis, occiderat, & ideo oborta inter ipsos pestilentia, ejectus ab iis est ex castris. Vide Cononem *Narrat.* 26. sed & qui eorum vicem sustinebant, immo & victimæ, ejiciebantur extra Urbem in Exilium. Servius *ad Virg. Æneid.* II. 57. apud *Massilienses* ait, *quoties pestilentia laborarent, unum se ex pauperibus obtulisse alendum anno integro, qui dein verbenis ornatus circumducebatur per totam civitatem, cum Exsecrationibus, ut in ipsum recideret mala totius civitatis, & sic projiciebatur.* Similiter apud Romanos, *Urbe lustrata, Capra per Urbem ducta cornibus ardentibus porta Nævia emittebatur relinquebaturque*, aliarum vero *Hostiarum cinis in mare spargebatur*, ut refert Obsequens *cap.* 104. Solebant autem talia piacula, & succedaneæ victimæ, etiam e longinquo duci vel trahi, ne propius contactæ polluerent ipsos trahentes, *quo* alludit Plinius *Panegyr. cap.* 81. narrans Domitianum, quando navi vehebatur, quia perpeti non poterat pulsum aut fragorem remorum, ab alia navi protractum: *itaque procul*, ait, *ab omni sono, inconcussus ipse & immotus, religato revinctoque navigio, non secus ac Piaculum aliquod, trahebatur.* Vide Lipsium. Sumpta autem illa videntur, & ad Gentes translata, ex Mosaicis. Nam sicuti hic Neleus, tanquam impius & impurus, secessit aliquantisper ex castris, ut purgaretur, sic Maria, quum rebellasset in Mosen, leprosa primum evasit: Lepra autem isthæc adhibita fuit unice a Deo ad declarandam illius impietatem & crimen, quod *ipsi inhærebat*, ut dicitur Numer. XII. 11. id quod in aliis etiam, & nominatim Uzzia Rege, accidit. Deinde vero ut purgaretur & lustraretur, ex castris septem dies exclusa fuit, ut traditur *Numer. d. cap.* Sed & in ipsis expiationibus leprosorum adhibebantur duæ aves, quarum una mactabatur supra vivam aquam, altera ad lustrandum & conspergendum leprosum adhibita dimittebatur viva, *Levit.* XIV. 5. 6. 7. Plane ut in Publico Expiationum Festo duo Hirci admovebantur altari, & alter offerebatur in Expiationem, alter vero, in cujus caput ab Sacerdote derivabantur peccata totius populi, emittebatur dein in terram remotam vel desertam. Ille autem, cujus opera vel manu emittebatur, tanquam illo contactu impuratus, lavare se & vestimenta sua debebat, ut in castra ac cœtum reliquorum civium redire posset. Vide *Levit.* XVI. 9. 10. 20. 21. 22. 26. PERIZ.

6 Ὠκησαν τὴν Νάξον] Ter occurrit hoc Capite illud Verbum in antiquis Edd. superioris sæculi, ut & in MS. Lugd. At in Tornæsianis & reliquis hujus sæculi legitur in *extremo Capitis* ᾤκισε. Et ita Sluisk. non tantum istic, sed & mox ᾤκισε Μίλητον. Ut adeo satis liqueat, librarios sæpe confudisse hæc vocabula propter convenientiam literarum simul & significationis, aliquantulum tamen diversæ. Neque id mirum, quum in Indice suo etiam Schefferus illa confuderic & utrumque ad unum οἰκίζω retulerit. Kuhnius in eodem Indice mallet omnibus in locis hujus Capitis legi ᾤκισαν ᾤκισε, *condiderunt.*

καὶ πρῶτον μὲν [7] ᾤκισε Μίλητον, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ Μυγδόνας, ϗ Λέλεγας, καὶ ἄλλους βαρβάρους, [8] ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν ἐν Ιωνίᾳ. Εἰσὶ δὲ αἵδε· Μίλητος, Ἔφεσος, [9] Ἐρυθραὶ, Κλαζομεναὶ, Πεϊήνη, [10] Λέβεδος, Τέως,

illi vero Naxum inhabitarunt. Neleus autem pervenit in Joniam, & primum condidit Miletum, ejectis Caribus, & Mygdonibus, & Lelegibus, aliisque barbaris, à quibus duodecim Joniæ civitates appellatæ sunt. Sunt autem hæ: Miletus, Ephesus, Erythræ, Clazomenæ,

derunt. Ego contrarium malim. Nam certe Neleus non *condidit* vel *exstruxit* & *exædificavit*, quod proprie est ᾤκισε, Miletum, sed eam, expulsis prioribus incolis, *inhabitavit*, seu sedem ibi fixit, quod est ᾤκησε. Atque ita relicti in Naxo eam ᾤκησαν, *inhabitaverunt, incoluerunt* deinceps. Plane ut IX. 16. τὴν Ιταλίαν ᾤκησεν πρῶτοι Αυσονες. Et τὴν Ιταλίαν, φασὶ, οἰκῆσαι ὕδη πάμπολλα, καὶ ἄσα ἐκ ἄλλην γῆν. Immo quamplurimæ πόλεις ᾤκησαν τὴν Ιταλίαν. Satis patet Verbi significatio in ista phrasi. Non negaverim tamen, hic etiam ferri posse, si id ferrent MSti, ᾤκισαν τὴν Νάξον, h. e. *urbem, vel domicilia exstruxerunt sibi in ea insula.* Sic Thucyd. I. 10. de Lacedæmone, ἅτε ξυνοικισθείσης πόλεως, κατὰ Κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῶ Ελλάδι τρόπῳ οἰκισθείσης, *Urbe, cujus domus non continua serie sunt exstructæ, sed per varios vicos antiquo Græciæ more.* Sed nulla ratio est, quare hoc præferamus MStis & vulgatæ lectioni. In extremo tamen Capitis si quis retinere malit ᾤκισε, non refragabor vehementer. Nec enim videtur unus ille Neleus plures incoluisse Urbes. Nisi tamen ita sit intelligendus ille locus, ut per socios migrationis suæ istas postea Urbes quoque incoluerit, dum illos dein in eas misit, quod pene verum putem. Dux enim facere censetur ipse, quod per homines suo imperio subjectos facit. Neque verisimile est, eum tot Novas Urbes *condidisse*, cum XII. jam haberet. Mox Lugd. habet, καὶ πρώτην μὲν ᾤκησε Μίλητον. PERIZ.

7 Ὠκησε] Bis legitur ᾤκησε ab οἰκέω. Malim ᾤκισε ab οἰκίζω, quod est *condo*. GESN. Restitui ᾤκισε, quod malebat Gesnerus, & firmant MSS. In Marmor. Oxon. *Epoch.* XLII. etiam legitur ΝΕΛΕΥΣ ΩΙΚΙΣΕ. Sed & a Theocrito *Idyll.* XXVIII. 3. *Miletus* dicitur Νείλεω πόλις, & Milesii Νηλῆδαι vocantur ab Apollon. Rhod. *lib.* I. *Argon.* 959 observante Illustr. Spanhemio *ad Callimachi Hymn. in Dianam* 227. οἰκίζειν πόλιν enim non solum dicitur ille, qui urbem exædificat, sed & qui eam instaurat & munit: sicut *condere* usurpatur a Justino *lib.* I. *cap.* 2. *Babylonem condidit Semiramis.* & *lib.* IX. *cap.* 1. de Byzantio: *urbs condita est a Pausania rege Spartanorum.*

8 Αφ' ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν] Quid hoc, *a quibus Barbaris duodecim illæ urbes nominatæ sunt?* Imo, ut opinor, ἐκτίθησαν, *conditæ fuerant.* FABER. Ἐκλήθησαν hic non excludit ἐκτίθησαν, sed potius includit aut supponit. KUHN.

Αφ' ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν] Verba ambigua, & minime intellecta, quæ causa est, quare ea conjectando sollicitaverit Faber, legens ἐκτίθησαν. Schefferus id repetit: Kuhnius *includi* putat vulgatæ lectioni, quia qui Nomen dant Urbi, plerumque sunt Conditores ejus. Sed nihil hic mutandum, ut neque mutant MSti. Sensus autem est, a quibus hæ Urbes cognominabantur, ita ut Hæc diceretur esse Carum, Ista Mygdonum, Illa Lelegum, Alia Aliorum Urbs. Sic Pausan. *Achaic. cap.* 7. καλεῖται ὑ πατρόθεν οἱ Ρωμαῖοι κ τινὰ Ελλησιν, *Romani non cognominantur a Patribus ita, ut Græci*, quorum Nomini tantum additur, cujus *Patris* sint *Filii:* quo solo etiam πατρόθεν appellandi modo aliquando illi, suo ipsorum nomine prætermisso, designantur, ut *supra* VI. 2. Ο Αεμωλδίς. Sic ὀνομασθῆναι Ανδρὸς dicitur Mulier, *Tobiæ cap.* III. dum hujus aut illius *Viri Uxor nominatur.* Paulo aliter *Jesa.* IV. 1. Mulieres ad Virum, quem de-

Τέως, Κολοφὼν, Μυοῦς, Φώκαια, Σάμος, καὶ Χῖος. Καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς ὕστερον ὥκισε πόλεις [11] ἐν τῇ ἠπείρῳ.

menæ, Priena, Lebedus, Teus, Colophon, Myûs, Phocæa, Samus & Chius. Alias etiam multas poſtea in continente urbes condidit.

ΚΕΦ.

CAP.

ſiderabant Maritum, τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμῶς, *nomen tuum nominetur ſupra nos*, h. e. appellemur abs Te, dicamur Tuæ. Sic Jerem. XXV. 30. *in Urbe, ſuper quam nominatur nomen meum*, בעיר אשר נקרא שמי עליה, h. e. quæ dicitur Mea Urbs atque ita ex Me cognominatur, non Proprio quodam Cognomine, ſed Appellativa deſignatione. Quod Tacitus *An. l.* XIV. ait cenſuiſſe quoſdam, ut Tiberii Nomini adſcriberetur *Juliæ Filius*, id Dio Caſſius *lib.* LVII. ait, ἀπ' αὐτῆς ἐπικαλέσθαι, addens, ὅπως, ὥσπερ οἱ Ελληνες πατρόθεν, ἕτω καὶ ἐκεῖνος μητρόθεν ὀνομάζηται, *ut, ſicut Græci a Patre, ita & ille a Matre denominaretur.* Sic ergo & hæ Urbes in vulgari ſermone, dum dicebantur illorum Barbarorum Urbes, ἀπ' αὐτῶν ἐκλήθησαν. PERIZ.

9 Ερυθρὰ] Vellejus Pat. *lib.* I. *cap.* 4. *Erythram* vocat.

10 Λέσβος] Sic ſcribendum teſte Cl. Johan. Meurſio *lib. de Fort. Attic. cap.* 6. ubi teſtimonia ad fulciendam hanc ſcripturam adducit ex Strabone, Vitruvio, & Vellejo Paterculo: ante λέσβος legebatur. Firmat idem MS. B. SCHEFF.

Λέσβος] Recte hoc reſtituit Meurſius, & recepit Schefferus. Neque tantum Paris. B. ſed & Lugd. Noſter id firmat. Λέσβος, quod antiquæ Edd. & Sluisk. habent, nihil ad Joniam, ſed ad Æolidem pertinet. PERIZ.

11 Εν τῇ Ηπείρῳ] Vultejus vertit *in continente.* quærendum potius, an verti debeat *in Epiro regione.* GESNER. Fruſtra eſt qui hîc de *Epiro*, regione ita dicta agi putavit, redditque *multas in Epiro civitates condidit.* Non enim legimus *Nileum* in *Epirum* contendiſſe, ibique urbes ab eo conditas. Ηπειρος hoc loco opponitur *oræ maritimæ*, in qua urbes Jonicæ partem maximam ſitæ ſunt, adeoque mediterraneam continentem ſignificat. Ita Strabo *lib.* XIV. Samum negat vini melioris feracem, καίτοι τὴ Ηπείρῳ χειδὸν ὥρισται πάσης τὰς ἀρίστας ἀμπελώσης οἴνους. *quamvis proxima terra continens tota fere generoſum vinum gignat.* Herodotus urbes Jonicas recenſens in *Clio. pag.* 60. ἔπι δὲ, inquit, τρεῖς ὑπόλοιποι Ιάδες πόλιες, τὰς αἱ δύο μὲν νήσους εἰσὶ ναιόμεναι, Σάμον τε καὶ Χίον· ἡ δὲ μία ἐν τῇ Ηπείρῳ ἵδρυται, Ερυθραί. *reliquæ ſunt tres civitates Jonicæ, quarum duæ inſulas habitant, Samum videlicet & Chium: tertia in continenti ſita, Erythræ.* Ita hunc locum Valla benè interpretatur. Ex quo etiam apparet, Noſtrum de induſtria Samo & Chio, urbibus inſularibus ſubjeciſſe ex adverſo alias in continenti ſitas urbes. Bene igitur Vultejus ἐν Ηπείρῳ verterat *in continente.* Geſnerus autem quæſivit, an potius verti debeat in *Epiro* regione, quod dein ἀβασανίστως placuit editoribus poſterioribus. KUHN.

ΚΕΦ. ϛ'.

Περὶ ἀγραμματίας καὶ ἀπαιδευσίας τῶν βαρβάρων.

Τῶν ἀρχαίων φασὶ Θρᾳκῶν μηδένα ἐπίστασθαι γράμματα. Αλλὰ καὶ ἐνόμιζον αἴσχιστον εἶναι πάντες [1] οἱ τὴν Ευρώπην οἰκοῦντες βάρβαροι, χρῆσθαι γράμμασιν. Οἱ δὲ ἐν τῇ Ασίᾳ, ὡς λόγος, ἐχρῶντο αὐτοῖς μᾶλλον. Ενθέν τοι καὶ τολμῶσι λέγειν, [2] μηδὲ Ὁ

CAP. VI.

De Barbarorum inſcitia literarum & diſciplinæ.

Ex veteribus Thracibus neminem ajunt literas noviſſe. Immo turpiſſimum eſſe putarunt omnes Europam inhabitantes Barbari, literis uti. Aſiatici vero, ut traditur, magis ſunt iis uſi. Unde affirmare etiam audent, ne Orphea quidem eruditum

1 Οι τῷ Ευρώπῳ] Teſtes etiam Germani, apud quos olim *Literarum ſecreta viri pariter ac fœminæ ignorabant*, ut ait Tacit. *de Mor. G.* 19. 1. Nimirum *optimus quiſque facere, quam dicere, ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare malebat*, quod de priſcis Romanis ſcribit Salluſt. *bello Catil.* Et ſic bellicoſiſſimi quique, quales Europæi præ aliis gentibus ſemper habiti. Sic Marius apud prædictum auctorem in *Jugurt. Neque literas Græcas didici, parum placebat eas diſcere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt.* SCHEFF. Pauſanias tamen in *Bœoticis* de Thracibus Europæis, olim gentem illam fuiſſe Macedonibus δεξιωτέρων καὶ ἐχ ὁμοίως εἰς τὰ θεῖα ὀλίγωρον, *dexteriorem nec æque rerum divinarum negligentem.* ibidem rejectis de Orpheo tralatitiis fabulis eum ſuo tempore præſtantiſſimum fuiſſe Poëtam ſtatuit. Strabo etiam *lib.* X. veterem Muſicam Thracibus, Orpheo, Muſæo, Thamyri deberi ait. Ideoque Noſter dubitare videtur, an *Androtioni*, alia omnia de Thracibus tradenti fides habenda ſit. *Androtion* ille περὶ Αττίδος ſcripſit ut Stephan. *de Urbibus* in Δελφοὶ habet. unde Noſter forte hæc deſumpſit. KUHN.

2 Μηδὲ τὸ Ορφέα σοφὸν γεγονέναι] Idem facit Diogenes Laërtius in *proœmio*, ἐγὼ inquit, οὐ τὸ περὶ θεῶν ἐξαγορεύσαντα τοιαῦτα χρὴ φιλόσοφον καλεῖν, σὸκ οἶδα. Et Plinius *lib.* XX. *cap.* 1. inter primos Magicæ vanitatis auctores numerat. SCHEFF. Cicero *l.* 1. *de Nat. Deor. Orpheum Poetam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujuſdam fuiſſe Cecropis:* Qui ſpecimen Orphici carminis noſcere deſiderat, in Scriptoribus Eccleſiaſticis paſſim, cum adverſus Gentes ſtilum ſtringunt, ejus obſcœnitatem deprehendet. Annon hoc eſt vere Treicium, quod de Jove Optimo, Maximo ſcripſit?

Ζεῦ κύδιστε μέγιστε θεῶν. εἰλυμβῶ κόπρος (l. κόπρον)
Οση μηλείη, ὅση τ' ἴπποιν, ὅση τε
Ημιόνων.
Jupiter, glorioſe, Deorum maxime, fimo involute.
Sive ſit ovium, ſive equorum, ſive etiam Mulorum.

Ita voluit Jovis τὸ Ζοωγόνον καὶ φερίσβιον deſcribere, non luculenter, ſed potius lutulente. KUHN.

Σοφὸν] Expone, *eruditum, literis excultum, qui multa legerit, & ita didicerit ac ſciverit.* De *literis* enim hic agitur, & illis diſciplinis, quas Eruditi & Philoſophi ex aliorum ſcriptis maxime hauriunt, non de illa Sapientia, quæ viribus ingenii & judicii, atque uſu rerum & prudentia comparatur. Videor

τ Ορφέα σοφὸν γεγονέναι, 3 Θρᾷκα ὄντα, 4 ἀλλ' ἄλλως τοὺς Μύθους αὐτοῦ 5 καταψεύσασθαι. Ταῦτα 6 Ανδροτίων λέγει, εἰ τῳ πιστὸς ὑπὲρ τῆς ἀγραμματίας καὶ ἀπαιδευσίας Θρᾳκῶν τεκμηριῶσαι.

tum fuisse, quippe Thracem, sed temere Fabulas de eo esse mentitas. Hæc Androtion tradit, si cui fide est

Videor autem mihi intelligere, quid voluerit aut scripserit Androtion, homo Atticus. Nempe tradebant plerique, Eleusinia, vel eorum Mysteria, ab Eumolpo Thrace potissimum profecta: at Alii referebant ea ad Eumolpum, *non Thracem* illum, sed ad Ejus Trinepotem, Musæi Poëtæ Filium, hominem Atticum. In hac sententia erat & Hister, & Androtion, ut liquet ex Schol. Sophoclis *ad Oedip. Colon. v.* 1046. Eam itaque exponens Androtion, refutavit simul sententiam eorum, qui ex Thracia repetebant disciplinas sacras & profanas; & affirmavit contra, antiquissimis illis temporibus Thraces nullis fuisse Literis Usos, nedum excultos. Cumque alii (ipse Aristoph. βατραχ. *p.* 620.) ab *Orpheo* profectas dicerent τὰς τελετὰς, immo illum in Ægyptum abiisse, atque inde reportasse omnem Theologicarum rerum, tum Lustrationum, Inferni, & Poëseos scientiam, ut videre est apud Diodor. Sicul. *lib.* I. & IV. ac Pausan. in *Bœoticis:* quæ etiam causa est, quare Lucianus in *Fugitivis pag.* 791. fingat Philosophiam prius *venisse in Thraciam ad Eumolpum & Orphea, ac dein præmisisse illos in Græciam, quorum vestigia demum ipsa eo sit secuta.* Androtio contra ea, non tantum illa Eumolpi Thracis dixit esse falsa, sed & quæ de *Orpheo* traduntur. Auctor tamen Noster parum fidei videtur in his habere Androtioni. Et sane certum quidem est, literas primis temporibus magis floruisse in Asia, quod Androtio ait, quam in Europa, quum inter ipsos Græcos primi Sapientes, ut & Scriptores cujusque artis & scientiæ, fuerint Asiatici, veluti Homerus, Thales Scylax, Herodotus, Hippocrates. Sed tamen si id ille egit, ut Græcos suos & Atheniensis in hoc literarum genere istis tam antiquis temporibus distingueret a Thracibus, tanquam solis, vel magis tunc barbaris, haud dubie erravit, quum utique Atheniensis a Thracibus, & eorum insula Samo, prima sua sacra acceperint, quum etiam Græci antiquissimam Musarum sedem in illis locis Thraciæ, ubi habitavit Orpheus, collocarint, unde etiam *Pierides* illæ & *Libethrides* fuerunt dictæ ab illius Patria. Sed & Pausanias *Bœot. cap.* 29. diserte ait Thraces Macedonibus fuisse *præstantiores*, cum aliis in rebus, tum in religionibus Deorum. Extendebatur autem tunc Thracia usque ad Thessaliam, seu juxta mare Ægeum usque ad Fluvium Peneum, ut diserte ait Strabo *lib.* I. Sed & intra ipsam habitavere olim Græciam proprie dictam Thraces. Certe Pausan. *Atticis cap.* 41. de Thracibus agens, πάλαι γὰρ τῆς νῦν καλουμένης Ἑλλάδος βάρβαροι τὰ πολλὰ ὤκησαν. *Olim enim ejus regionis, quæ nunc Græcia dicitur, pleraque inhabitarunt Barbari.* Atque ideo in antiquis Fabulis toties legimus Athenienſibus negotium fuisse cum Thracibus. Sic non modo Eumolpus Thrax auxilium tulisse Eleusinienſibus dicitur, sed & Boreas Thrax rapuisse Erechthei Filiam, & Tereus, qui Prognen Pandionis Filiam duxit, *Thrax* dicitur, licet habitaverit in Phocide. Vide Pausan. in *Atticis c.* 5. & *Phocicis cap.* 4. Quapropter facile Ego crediderim, *Orphea* non fuisse literis illis eruditis quæ postea demum exortæ sunt ipsa in Græcia, jam tunc excultum, sed tamen fuisse Virum *Sapientem*, qui multa invenerit & instituerit, quæ dein ad Græcos & Athenienſes ipsos sint propagata: Hos vero illa dein in majus extulisse, & multis contaminasse fabulis, sicuti ejus nomine *Hymnos* edidere, qui ab omnibus doctis non quidem rejiciuntur plane, ut nuper faciebat Poëta quispiam, quum ex illis confutaretur, sed referuntur ad Pisistrati tempora. PERIZ.

3 Θρᾷκα] Ex Lebethris, Thraciæ urbe, Suidas. SCHEFF.

4 Ἀλλ' ἄλλως] ἄλλως esse legendum, docet Vossius *Inst. Gr.* I. *cap.* II. ubi ait nostrum non id dicere, quod voluit Interpres, sed ostendere, alios carmina ista sub Orphei nomine proposuisse. Sed ἄλλως placuit & Hornio in *Histor. Philosoph.* ut ex eo notat eruditissimus & amicissimus Dn. Titius in novissima editione *Manuductionis* utilissimæ *ad excerpendum*, quem tamen discas hinc, non esse primum hujus emendationis auctorem. SCHEFF. Vossius legit ἀλλ' ἄλλως &c. hoc sensu, ut *alios hæc carmina sub Orphei nomine proposuisse dicat Ælianus.* mihi longe aliter videtur, & cum ἄλλως significet *temere*, interpretari mallem, *Veteres fabulas multa de Orpheo temere mentitas ei tribuendo quæ nunquam fuissent.* FABER. Malim cum Fabro vulgatam retinere vel hoc nomine, quod Noster etiam *l.* II. *c.* 41. ἄλλως usurpavit in significatione gemina germanâ: ἐπιγέγραπται, inquit, τῇ ἀρχῇ ἄλλως, *frustra sibi imperii titulum usurpaverat.* Hesychius. ἄλλως, ματαίως, ὡς ἔτυχεν, ἢ ἀλλοίως, ἢ μάτην. vide Suidam quoque. Ulpianus *in Olynthiac.* II. *Demosthenis.* τέλα σημαίνει τοῦτο τοῖς παλαιοῖς τὸ ἄλλως, οἷον τὸ κατ' ἄλλον τρόπον, ἢ τὸ κατὰ φύσιν, ὡς ἐνταῦθα, ἢ τὸ μάτην. ἄλλως *tria significat, vel alio modo, vel secundum naturam, ut hoc loco, vel frustra.* quæ ultima significatio huic loco convenit. KUHN.

Ἀλλ' ἄλλως τοὺς μύθους αὐτοῦ καταψεύσασθαι] Vossius *de Arte Gramm.* I. II. legit ἄλλως, & vertit, *alios ejus fabulas esse mentitos.* Sequuntur cum Hornius & Schefferus. At Faber & Kuhnius retinent vulgatam, & exponunt, longe aliter, quam fecit Interpres, *Veteres Fabulas temere de eo esse mentitas.* Ut ita αὐτοῦ non regatur a μύθους, sed a καταψεύσασθαι. Et sane solet hoc verbum ita construi, ac, si quidem vera est hæc lectio, tum sane veriſſima est illa Interpretatio. Pene tamen putem, scripsisse Auctorem κατεψεῦσθαι, ut ita dicatur, *temere*, sine auctoritate aut fide Historiarum, *fabulas Orphei esse conflictas*, quod sensui & certe nexui videtur magis congruere. Ita XII. 36. εἰ μὴ ἄρα ἂν εἶεν Ησιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ' ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα κατέψευσαι αὐτοῦ, *nisi tamen illa carmina non sint Hesiodi, sed, sicut multa etiam alia ejus supposita sunt, falsum gerant titulum.* Et sic plane Athenæus XV. 16. ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Αεισοπέλης ἐν τῇ Απολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσαι ὁ λόγος, φησὶν, *sed & Aristoteles in Apologia, nisi ille Liber*

est dignus ad declarandam Thracum imperitiam literarum, & inscitiam.

suppositus sit, ait. Plutarch. *Themist. pag.* 112. ἃ δὲ τέτων ἐξαρτῶσιν ἔνιοι διηγήματα, δοκεῖ κατεψεῦσθαι, *quas vero his annectunt quidam narrationes, eæ videntur conflictæ.* PERIZ.

5 Καταψεύσασθαι] Varia enim vitia, & talia quidem, quæ vix à sceleſtis hominibus committuntur, diis in eis tribuit. Uti docet Laertius. Scripsit & de herbis aliqua, ut testatur Plinius *lib.* XXV. *cap.* 2. in quibus miras eis vires & ridiculas nonnunquam affingit. SCHEFF.

6 Ανδροτίων] Scripsit res Atticas ab ipsis initiis usque, unde ab omnibus Scholiastis laudatur sæpissime. Perduxit minimum usque ad XXX. Tyrannos, ut liquet ex Harpocrat. Συγγραφεῖς Appellavit opus suum Ατθίδα, cujus Varii citantur libri, etiam *Duodecimus*, ab Harpocr. Αμφίπολις. Veteres ille fabulas studuit revocare ad fidem & veritatem Historicam, ut non tantum ex iis, quæ de Orpheo tradidit, liquet, sed & ex eo, quod similiter *Amphictyonum* consessum negavit ab *Amphictyone Deucalionis F.* institutum, verum ab *Amphictyonibus*, h. e. vicinis, sic appellatum, Pausan. *Phocicis cap.* 8. *Spartos* quoque *Cadmi* tradidit, non ex dentibus draconis in terra consitis ortos, sed ex eo, quod venerint cum Cadmo ex Phœnice Σποράδες, Vagi homines, & Varii generis, seu quod *sparsim*, Σποράδην, habitaverint, quod nos ex eo docent Scholiastæ Pindari *Isthm. Od.* 7. Euripid. *Phœniss.* 674. & Lycophr. *Alex.* 206. Pagum denique Atticum *Colonum*, negavit *Hippium* dictum, quod ibi, ut vulgo ferebatur, Neptunus Equos primum junxerit vehiculo, & frenaverit, sed aliis de causis, quod scilicet istic Muliones consisterent, & esset Neptuni Hippii, & Minervæ Hippiæ templum, Schol. Sophoc. *Oed. Colon.* 702. Vossius hunc *Androtionem* retulit inter Incertæ ætatis Scriptores: videmur tamen ex Plutarcho ejus ætatem aliquo posse modo colligere. Ab eo enim in *lib. de Fuga* inter *Veteres* nominatur post *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Philippum*, *Timæum*, Ανδροτίων Αθηναῖος ἐν Μεγάροις. Videtur itaque scripsisse paulo post *Timæum*, qui vixit & scripsit tempore

pore Pyrrhi Epirotæ, & scripsisse stante tamen adhuc Rep. Athenienſium, cujus unius Historiam reliquit, & a qua in exilium fuit missus, & unde ideo in proximam abiit Urbem, *Megara*: Seu, ut disertius loquar, scripsisse ante Mummii Achaici tempora. PERIZ.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ ἐστιωμένων γάμων ὑπ' Αλεξάνδρου, ὅτε Δαρεῖον ἐνίκησεν.

Ἀλέξανδρος ὅτε Δαρεῖον εἷλε, γάμους εἱστία καὶ ἑαυτοῦ [1] καὶ τῶν φίλων· [2] ἐννενήκοντα ὄντες ἦσαν οἱ γα-

CAP. VII.

De celebratis nuptiis ab Alexandro post victum Darium.

Alexander quum Darium vicisset, nuptias & sibi & amicis fecit: erant autem, qui uxores ducerent, nona-

Integrum hoc caput habes apud Athenæum *lib.* XII. ex Charetis *libro decimo historiæ Alexandri*. SCHEFF.

1 Καὶ τῶν φίλων] *Ne solus vitiis eorum, quos armis subegerat, succubuisse videretur.* Judicium Justini *lib.* XII. *cap.* 4. IDEM.

2 Ἐννενήκοντα] Apud Athenæum est, ἐνενήκοντα καὶ δύο. Apud Plutarchum *Orat.* I. *de Fortuna Alexand.* ἑκατὸν περσίδας νύμφας, ἑκατὸν νυμφίους Μακεδόνας καὶ Ἕλληνας fuisse scribit. Et hic numerus cum lectis convenit, de quibus mox subjicitur. IDEM.

3 Ὁ ἀνδρῶν] Notabat conclave conviviis destinatum, quæ erant Virorum: nam Feminæ apud Græcos *in convivium non adhibebantur nisi propinquorum*, ut ait Nepos in *Præfat.* Vitruv. VI. 1. *Græci ἀνδρῶνας appellant œcos, ubi convivia Virilia solent esse, quod eo Mulieres non accedant.* Vide ibi Lexicon Vitruv. Hinc Eurip. *Herc. Fur.* 954. inducit Herculem, irruentem μέσον ἐς ἀνδρῶνα, atque istic σκευάζεσθαι δοίνην, *parare epulas.* Dicendum autem ἀνδρῶν, non ἀνδρεῶν, notat Phrynichus in ἱερόν. Athenæus, ex cujus *lib.* XII. *cap.* 9. Noster Historiam hanc sumpsit, sicut ille ex Charetis *Historiis Alexandri*, habet hic illud Vitruvii, *œcus.* Nam ait, ἦν δὲ ὁ οἶκος ἑκατονπόκλινος, plane ut Pollux I. 8. ait, λέγω δὲ οἶκος τρίκλινος, πεντάκλινος, καὶ δεκάκλινος. PERIZ.

4 Ὑφῆς βαρβαρικῆς] h. e. Babylonicæ, quæ pretiosissima habebatur, ut ex Plauti *Sticho A.* II. *sc.* 2. Plinio, aliisque cognoscimus. SCHEFF. Intelligit sine dubio Babylonicas vestes, seu stragulas, quæ texendo pingebantur. Vide Salmas. *ad Vopiscum Carino pag.* 857. PERIZ.

5 Ἐν δὲ τῇ αὐλῇ] Hoc est, *vestibulo*, ut jam docui *supra* III. 4. Erat autem hocce vestibulum *quatuor stadiorum in circuitu*, teste Athenæo. Mox videtur Auctor, repetendo verbum εἱστιῶντο, voluisse *Legationes & peregrinantes Græcos* separare à *Militibus*, atque ideo distinctione sum usus majore. Sed tamen Athenæus omnes conjungit, & in vestibulo pariter exceptos ait. IDEM.

6 Προσαλπισὰ] Mallem, ὡς σάλπιγξα, ut habet Athenæus. SCHEFF. δεῖπνα ὡσαλπισὰ videntur esse, quæ tubâ indicuntur, ut hodienum in principum aulis fieri assolet. Locum igitur hunc in modum interpretarer, *classicum, quo milites ad concionem vocabantur, si cecinit, convivio excedendum erat.* συγκλητικὸν ᾄδειν veteres Latini reddiderunt *inlicium canere*, videatur Festus in *voce*, *Inlicium.* KUHN.

Προσαλπισά] Mallet Schefferus ὡς σάλπιγξα, ut sane habet Athenæus. Et voluit ita quoque secunda, at multo recentior, Manus Sluiskiani, antiqua vero, æque ac Lugd. tuetur vulgatum. Et videtur sane hoc vocabulum, sive ab Auctore sit formatum, sive

γαμοῦντες, καὶ ἰσάριθμοι τούτοις οἱ θάλαμοι. Ἦν δὲ [3] ὁ ἀνδρῶν, ὁ ὑποδεχόμενος καὶ ἑστιῶν αὐτοὺς, ἑκατοντάκλινος· καὶ ἑκάστη κλίνη ἀργυρόπους ἦν, ἡ δὲ αὐτοῦ χρυσόπους· καὶ κεκόσμητο πᾶσαν ἀλουργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις [4] ὑφῆς βαρβαρικῆς μεγατίμου. Συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ. [5] Ἐν δὲ τῇ αὐλῇ εἱστιῶντο αἵτε ἄλλαι δυνάμεις, αἱ πεζαὶ, καὶ αἱ ναυτικαὶ, καὶ οἱ ἱππεῖς καὶ αἱ πρεσβεῖαι δὲ εἱστιῶντο, καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες Ἕλληνες. Καὶ ἐγένετο τὰ δεῖπνα [6] προσαλπισά· τὸ μὲν συγκλητικὸν μέλος [7] ᾖδον, ὅτε αὐτοὺς ἐχρῆν παριέναι ἐπὶ τὴν δεῖτα· τὸ δὲ ἀνακλητικὸν,

nonaginta, & eodem illis numero thalami. Locus vero convivii, quo recipiebantur & accumbebant, centum habebat lectos: & erat unusquisque argenteis pedibus, ipsius vero, aureis: omnesque purpureis erant & pictis stragulis ornati texturæ barbaricæ pretiosissimæ. Recepit etiam in convivium peculiares hospites suos, quos sibi è regione accumbere jussit. In aula vero, *seu vestibulo*, excipiebantur reliquæ copiæ, pedestres & navales, & equites: legati quoque excipiebantur, & peregrinantes apud eum Græci. In conviviis autem hisce signum dabatur tubis: cantabant modulos convocandæ concionis, quando ad mensam eos venire oportebat: id vero

ve aliunde sumptum, elegantis esse significationis, qua declaretur, omnia, quæ fieri deberent, fuisse prius buccinæ sono significata in hisce conviviis. PERIZ.

7 Ἆδον] Quid tandem est, quod hic dicitur ᾆδον, *cantitans*? Nemo, opinor, dixerit τὸ μέλος. Nec enim id ferret Linguæ Genius, quo non μέλη dicuntur ᾄδειν, sed homines, citharæ, buccinæ, ᾄδειν μέλος, ὑμνῳδεῖν &c. *Infra* IX. 38. τῷ δὲ Πάριδος τί ἄρα ἦσεν ἡ λύρα, εἰ μὴ μέλη μοιχικά; Miror equidem, nihil hujus advertisse tot Editores, quum etiam Sluisk. codex in eo videatur hæsitasse, quippe in quo scriptum occurrit, ᾀδέσης. Sed hoc nihili est. Lege sine hæsitatione ᾖδον, cujus Nominativus est δεῖπνα ὡσαλπισά: certe eadem hic est Ellipsis & constructio, qua mox eodem Tempore dicitur ἐσήμαινον. Conjecturem hanc recepi in textum, quia ad sensum perficiendum requirebatur. IDEM. Præfero lectionem Codicum MSS. nam ut Sluiskianus, ita & Mediceus exhibet ᾀδέσης, nempe σάλπιγγος, quam vocem hic addere haud

8 Πέντε δὲ ἑξῆς ἡμέρας καθεξῆς] Res ipsa loquitur, τὸ ἑξῆς otiose hic inculcatum esse ex subsequenti καθεξῆς: vellem itaque id deletum, ut superfluum, quod vel ex Athenæo constare potest *lib.* XIII. KUHN. Deleri vult Kuhnius illud ἑξῆς, tanquam ex sequenti καθεξῆς ortum. Accedit, quod neque Athenæus id habeat. Addo jam Ego, à Lugd. id quoque abesse. Quare & MSti auctoritatem, & Kuhnii consilium, atque ipsam rationem secutus expunxi. PERIZ.

9 Ἦσαν δὲ καὶ ὧν τῆς Ἰνδικῆς &c.] Hic vero locus vel maxime debuerat conferri cum Athenæo, quoniam vel Ille, vel Noster turpiter est lapsus in hisce describendis. Nam Athenæus hosce Indos facit ministrantes convivis, alios vero, eosque nominatim, θαυματοποιούς. Verba ejus sunt, καὶ ἐλειτούργησαν πάνυ πολλοὶ τῆς Βαρβάρων τῆς Ἑλληνων, τῆς οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς.

τικὸν, ὅτε ἐσήμαινον ἀπαλλάσσεσθαι. 8 Πέντε δὲ ἡμέρας καθεξῆς τοὺς γάμους ἔθυεν. Ἀφίκοντο δὲ καὶ μουσουργοὶ, καὶ ὑποκριταὶ, οἱ μὲν κωμῳδίας, οἱ δὲ τραγῳδίας, πάμπολλοι· 9 ἦσαν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ ἀφικόμενοι, καὶ ἔδοξαν δὲ αὐτοὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων τῶν ἀλλαχόθεν.

ro quo receptui canitur, quando discedendum esse significabant. Quinque autem dies continuos nuptialia sacra celebravit. Advenerunt vero etiam musici & histriones, tam comœdiæ, quam tragœdiæ, permulti. Aderant insuper etiam circulatores excellentes ex India, & visi sunt illi reliquis aliarum nationum præstare.

ΚΕΦ.

CAP.

Ἰνδικῆς. Θαυματοποιοὶ δὲ ἦσαν ἀληθέστατοι Σκύμνος Ταραντῖνος, καὶ Φιλησίδης Συρακόσιος, Ἡρακλείτης τε ὁ Μιτυληναῖος, μεθ' ὃς ἐπιδείξατο ῥαψῳδὸς Ἀλεξις Ταραντῖνος. Satis clarum est, θαυματοποιοὺς illos, ita palam nominatos, non fuisse Indos Athenæo, sed Græcos. Adde, hos ipsos Græcos ab Athenæo etiam alibi, I. 17. tanquam θαυματοποιὸς εὐδόξως παρ' Ἀλεξάνδρῳ laudari. Putem ergo errasse Nostrum, quia occasio erroris obvia est & facilis, dum negligenter inspiciens Athenæum, (sicuti etiam fecit *supra* IV. 23. & *infra cap.* 17. ubi videbis similem plane errorem Auctoris Nostri ex distinctione non observata ortum) non attendit ad distinctionem, aut ad sequentia, legitque tantum, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ ἦσαν ἀληθέστατοι. Plane ut etiam hoc in loco Lugd. aliam facit distinctionem, legendo, τραγῳδίας. Πάμπολλοι δὲ ἦσαν καὶ ὧν τῆς Ἰνδικῆς θαυμ. Usque adeo facilis in eo est lapsus. Deinde, si error ab Athenæo esset admissus, facile deprehensus ille & correctus fuisset jam illius ævo, quia Auctorem & Librum, unde hæc hausérat, citavit, quod Noster non fecit, quem etiam ideo, quum necessario alteruter hic erraverit, errasse, verisimilius est. Denique, licet non negaverim, fuisse & tunc in India θαυματοποιὸς, æque ac etiam nunc sunt, quum semper fuerint, ut testatur Arrianus in *Indicis*, κέφοι ὑπὲρ τὰς ἄλλας αὐθεάτους, *agiles supra alios homines*: isto tamen tempore maxime fuerunt illi in Asia minore & Græcia, in omnem luxum jam dudum corruptis. Præterquam enim, quod Athenæus hic nominat homines revera Græcos, etiam *lib.* IV. *init.* feminas memorat θαυματεργὰς, quæ in nuptiis Carani Macedonis, tempore Demetrii Poliorcetæ, *in gladios se volverint nudæ, & ignem ex ore efflaverint.* Aristoteles quoque *Oeconom.* II. *pag.* 502. Byzantinos ait habuisse certa in Urbe loca, in *quibus quæstum facerent* οἱ θαυματοποιοὶ, & *assignasse quæstus eorum tertiam partem certis Collegiis.* PERIZ.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ γραφικῆς τέχνης.

1 Κόνων ὁ Κλεωναῖος ἐξεργάσατό, φασι, 2 τὴν τέχνην τὴν γραφικὴν, ὑποφυομένην ἔτι, καὶ ἀτέχνως ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ ἀπείρως ἐκτελουμένην, καὶ τρόπον τινὰ 3 ἐν σπαργάνοις καὶ γάλαξιν οὖσαν. Διὰ ταῦτά τοι καὶ μιδοὺς τῶν πρὸ αὐτοῦ πρῶτος ἔλαβεν ἀδροτέρας.

CAP. VIII.

De pingendi arte.

Conon Cleonæus artem pingendi pullulantem jam, & ruditer ac imperite ab iis, qui ante ipsum fuerant, exercitam, ac quodammodo in fasciis lacteque jacentem, consummavit. Quare uberiorem etiam mercedem, quam superiores, primus accepit.

1 Κόνων ὁ Κλεωναῖος] *Conona* pictorem non invenio, sed *Cimonem*. Neque dubito; Κίμων hic legendum esse. Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 8. *Aliquanto ante* (ætatem Romuli) *fuisse Hygiemonem Monochromadam, qui primus in pictura marem feminamque discrevit. Eumarum Athenienſem figuras omnes imitari ausum. Quique inventa ejus excoluerit Cimonem Cleonæum.* SCHEFF. Sed fortasse Plinius ex Æliano emendari debuit. FABER. Κόνων] Legendum potius Κίμων, qui à Plinio XXXV. 8. inter antiquissimos laudatur Pictores, ut qui primus *invenerit obliquas imagines, & varias vultuum formas, articulis distinxerit membra, venas protulerit, in veste etiam rugas & sinus.* Celebratur idcirco etiam in *Epigrammatum Græc. Anthologia.* Vide Junii *Pictores.* PERIZ.

2 Τὴν τέχνην τὴν γρ. ὑποφ.] Uterque MS. τὴν τέχνην γραφικὴν τὴν ὑποφ.

3 Ἐν σπαργάνοις καὶ γάλαξιν] Elegans hæc phrasis, qua Auctor, ut videtur, delectatus, etiam utitur *lib.* X. *cap.* 10. Vide ibi Kuhnium. PERIZ.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ τυράννου ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παιδικῶν φονευθέντος.

Ἀρχέλαον τὸν 1 Μακεδόνων Τύραννον (2 οὕτω γὰρ καὶ Πλάτων

CAP. IX.

De tyranno, qui à suo amasio est interfectus.

Archelaum Macedonum Tyrannum (sic enim eum & Plato no-

1 Μακεδονίας τύραννον] MS. B. & C. Μακεδόνων τύραννον. SCHEFF.

2 Οὕτω γὰρ καὶ Πλάτων &c.] Exhibet Auctor nobis verba ipsius Platonis ex *Alcib.* II. *pag.* 141. usque ad ἐτελεύτησεν. Addidit & Nomen Amati, quod ille omisit, atque ita ἐρασθέντα Platonis, scil. παιδικὰ, mutavit in ἐρασθείς. Ceterum Plato Τύραννον appellat Archelaum, quia, ut Idem ait in *Gorgia pag.* 471. erat τὰ μέγιστα ἠδικηκὼς τῶν ὧν Μακεδονίᾳ, *omnium, qui essent in Macedonia, maxime injustus.* Occiderat quippe patruum suum Alcetam, cui

των αὐτὸν ὀνομάζει, καὶ οὐ Βασιλέα) [3] τὰ παιδικὰ αὐτοῦ, [4] Κρατεύας, ἐραθεὶς δὲ τυραννίδος, οὐδὲν ἧττον, ἢπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν ἠράσθη, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν ὁ Κρατεύας Αρχέλαον, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ ἐσόμενος. Τρεῖς ἢ ἡ τέσσαρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα [5] κατασχὼν τὸ μειράκιον, πάλιν αὐτὸς ἐπιβουλευθεὶς ὑφ' ἑτέρων ἐτελεύτησεν. Εἴη δ' πρεπωδέστατον ἐπειπεῖν τῷδε τῷ Μακεδονικῷ δράματι τὸ ἔπος ἐκεῖνο,

[6] Τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει.

[7] Ὅτι διεψεύσατο αὐτῷ, φασιν, Αρχέλαος [8] τῶν θυγατέρων μίαν δώσειν· ὅτε δὴ ἄλλῳ συνῴκισε τὴν παῖδα, ὑπεραγανακτήσας διέφθειρε τὸν Αρχέλαον.

ΚΕΦ.

nominat, non Regem) deliciæ ipsius, Crateuas, qui non minus desiderabat tyrannidem, quam ille amabat delicias, interfecit amatorem, acsi ipse ita tyrannus esset & beatus homo futurus. Atqui quum vix tres aut quatuor dies tyrannidem tenuisset, adolescens ipse rursus ab aliis per insidias occisus, vitam tam finiit. Convenientissimum sane fuerit Macedonicæ huic Tragœdiæ accinere hoc carmen,

Qui struit insidias alii, sibi damna dat ipsi.

Perhibent Archelaum ei mala fide promisisse unam ex filiabus se daturum: quum vero alii puellam elocasset, Crateuas indignissime id ferens Archelaum occidit.

CAP.

regnum debebatur, & cujus ex ancilla erat genitus, ut & illius Filium, deinde vero suum quoque Fratrem, puerum ex Regina natum, ut sibi firmaret regnum. Sed reprehenditur hoc nomine Plato ab Athenæo *lib.* XI. *pag.* 506. non ille quidem, quod falsa dixerit, verum quod ea scripserit de Archelao, quum tamen Speusippus ex Platonis Sorore natus dicat, eum fuisse φίλανδρον Αρχελάῳ. Nempe Archelaus iste regnandi gratia violare jus haud veritus est, aliis in rebus humanitatem coluit, maxime vero coluit doctrinam, & ea propter undique ad se evocavit Philosophos & Poetas. De Euripide satis est notum. De Socrate tradit idem Seneca *de Benefic.* v. 6. & Alii, quos Vide *infra* in *Notis* Kuhnii *ad* XIV. 17. Noster idcirco eum *supra* II. 21. ubi plura de hoc Rege notavi, non minus ἐρωτικὸν ait fuisse, quam φιλόμουσον, quasi hoc quidem fuerit notissimum. Reposui vero hic Μακεδόνων, quia hoc Plato, & MSti, quorum scriptionis compendia non intellexisse videtur primus Editor. PERIZ.

3 Παιδικὰ αὐτοῦ Κρατεύας] Locus Platonis, cujus mentio, extat in *Alcibiade* II. sed omisso amasii nomine, quod Marsilius Ficinus in margine adscribit eo modo, ad quem apud nostrum legitur. Neque aliter Xylander apud Plutarchum in *Amatorio*, licet Græcus textus habet Κρατέας. Apud Aristotelem *l. v. Polit. cap.* 10. Κράτευας nominatur. Apud Diodorum vero, cujus lectio præ omnibus mihi placet, Κρατερὸς. Nam *Craterus* inter usitata Macedonibus nomina. Verba Diodori hæc sunt. Αρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἐν ὄρει κυνηγίῳ πληγεὶς ἀπροσίως ὑπὸ Κρατεροῦ ἔν τε ἐρωμένου τὸν βίον μετήλλαξε, *lib.* XIV. firmat hanc lectionem Suidas in *voce* Ευριπίδης. SCHEFF. Omnino legendum Κρατεύας, non Κράτερος, & emendari oportuit Diodorum, apud quem pro ὑπὸ Κρατέρου legi debet Κρατεύα, vel Κρατεύᾳ. FABER. Κρατεύας nomen Macedonicum est, æquè ac Κρατερὸς, apud Diodorum *lib.* XIX. *Crateuas* dux Cassandri audit. In Suida Κρατεύας Thessalus, Euripidis inimicus. neque hoc loco nomen expungendum venit. Puto enim nomen idem esse Κρατεύας & Κρατερὸς, nisi quod Κρατερὸς Ελληνικώτερον est, Κρατεύας autem magis sapit Macedonissimum. Vulgatam lectionem etiam probat Plutarchus in *Amatorio:* legit enim Κρατεύας. Cæterum de scriptione depravatâ & Κρατεύας quædam etiam monuit Casaubonus in *eruditis illis observationibus ad Athenæum lib.* III. *cap.* 15. KUHN.

Παιδικὰ] Idem Dion Chrysostomus notat suo tempore Neroni accidisse. Cum enim Sporum Eunuchum muliebria pati & in feminam transire coëgisset, ὀργισθεὶς ἐξήνεγκεν αὐτὸ τῷ βουλεύματα τοῖς περὶ αὐτὸν, καὶ ἅπερ ἀπέτισαν ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἠνάγκασαν ὅτῳ ποτε τρόπῳ ἀπολέσαι αὐτόν· ἤδεσαν γὰρ καὶ νῦν τοῦτο δῆλον ἐστὶ. *indignatus ille consilia Neronis prodidit ejus ministris, qui hoc pacto defecerunt ab illo & ad necem nescio quam hominem adegerunt: neque enim hactenus, quid Nerone factum sit, constat.* KUHN.

4 Κρατεύας] Sic omnibus literis Uterque Codex. Neque aliter Plutarchus *Græcæ Ed.* in Ερωτικῷ. *Craterus* apud Diodorum, tanquam longe notius nomen, ortum haud dubie ex *Cratevas*, minus noto librariis. PERIZ.

5 Κατασχὼν τὸ μειράκιον] Lugd. κρατησχών. Et

Et ita Plato, sed apud quem τὸ μειράκιον non reperitur, quod Noster videtur addidisse, nec tamen propterea mutasse Genus Participii. In Syntaxi enim sæpe Veteres attendunt magis ad Intellectum, quam Expressum Vocabulum. *Supra* II. 1. ὁ μὲν ἡγωνία, καὶ ἐδεδίει πάνυ σφόδρα εἰς τὸν δῆμον παρελθεῖν τὸ μειράκιον. Επιθαρσύνων δὲ αὐτὸν ὁ Σωκράτης. Vide & *infra* IX. 33. Et sic Maximus Tyr. *Diss.* VII. *init.* Τῶν Λακεδαιμονίων τὰ τέλη, ἀναλεσιμβροτὸν τὸν ἄνδρα, ἐκέλευον &c. *Lacedæmoniorum Magistratus, hominem ad se vocantes, jusserunt.* PERIZ.

6 Τεύχων ὡς] Hic versus citatur etiam in *Hist. Anim. lib.* VII. *cap.* 2. GESNER. In Bigotiani Codicis notis extat legi alias ὡς. Ceterum versus similis Democriti Chii apud Aristot. III. *Rhetor.* qui & ipse sumptus ex Hesiod. *lib.* I. *Oper.* videtur. SCHEFF. Ab hoc non abludit alter ille versus Hesiodi, ἡ δ' κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Pausanias in *Corinthiacis* in animo habuit, cum de Philippo Macedonum Rege, qui Aratum, Eurycliden & Miconem, veneno clam dato necaverat, sequentia subjecit. ἔμελλε δ' ἄρα ἡ αὐτῷ Φιλίππῳ τὸ ἀνδροφόνιον φάρμακον ἔσεσθαι συμφορά. Τὸ γὰρ οἱ παῖδα Δημήτριον ὁ πενέστης τῷ Φιλίππου παίδων Περσεὺς φαρμάκῳ διέφθειρε, καὶ δὴ αὐτῷ καὶ τῷ πατρὶ ἀθυμίαν παρίσχεν αἰπεῖαν ἀποθανεῖν. πρεσβύτατος δὲ παίδων ἀπιδὼν εἰς τὸ Ησιόδου σὺν Θεῷ πιστοπίθμου, τὸ ἐπ' ἄλλοι βουλεύοντι ἄδικα ἐς αὐτὸν πρῶτον τρέπειν. *Verum enim vero in ipsius Philippi exitium lethiferum illud venenum grassaturum erat. Perseus enim filius natu minor Demetrium veneno è medio sustulit, effecitque, ut ex mœrore in morbum delapsus Pater exstingueretur. Hæc obiter inserui memor illius divini versus ab Hesiodo prolati, quo monet, eum, qui nefaria in aliquem machinatur consilia, suo sibi jumento malum accersere.* KUHN.

Τεύχων ὡς ἑτέρῳ &c.] Versus hic non est Hesiodi, sed alterius Poetæ. Usus certe eodem est Lucillius in *Antholog.* II. 25. sed paulo aliter formato,

Ος εἰ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἐφ' κακὸν ἤπατι τεύχει.

Expressus tamen est ex Hesiodi ἔργων *v.* 263.

Οἳ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. PERIZ.

7 Ὅτι διεψεύσατο] Aliam hic ex aliis Auctoribus exponit sententiam de causis insidiarum Crateuæ in Archelaum, quod nempe Archelaus suarum filiarum alteram promiserit illi in matrimonium, & utramque aliis dederit. Certe hanc iræ suæ & cædis causam prætexuit Crateuas, ut refert Aristot. *Polit.* v. 19. quamvis neque hanc ille credat, verioremque putet, quod ægre semper tulerit stuprum. Eandem tamen ob causam etiam Imp. Philippus Friderici Barbarossæ F. ab Otnone de Wittelspach, Comite Palatino, Bambergæ occisus est, teste Cuspiniano. PERIZ.

8 Τῶν θυγατέρων μίαν δώσειν] Sic enim ante promiserat. Vide Aristotelem, *indicato loco.* Interpres hic non satis accuratus. SCHEFF.

ΚΕΦ. ί.

Περὶ Σόλωνος, καὶ τῶν αὐτῷ, καὶ Δράκοντι γραφέντων νόμων.

CAP. X.

De Solone, & ejus, Draconisque legibus.

[1] Σόλωνα [2] αἱρετὸν Ἀθηναῖοι προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς, οὐ γὰρ κληρωτὸν τοῦτον. Ἐπεὶ δ' ἦρξεν, τότε ἄλλα ἐκόσμησε τὴν πόλιν, καὶ δὴ καὶ τοὺς νόμους, τοὺς νῦν ἔτι φυλαττομένους, συνέγραψεν αὐτοῖς. Καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς

Solonem Athenienſes ad gerendum ſibi magiſtratum elegerunt, ſuffragiis, non ſorte, captum. Poſtquam autem electus eſt, cùm aliis rebus ornavit civitatem, tum etiam leges, quæ uſque in hodiernum diem obſervantur, eis conſcripſit. Et tunc de-

1 Σόλωνα] Vide Meurſium *libro integro de ipſius Vita.* SCHEFF.

2 Αἱρετὸν] Athenienſes non ſortito ſed judicio *Solonem* crearunt Archonta, quod extra ordinem honori illius datum eſt, οὐ γὰρ κληρώσει ἡ τύχη βεβοήθει. *in ſortitione fortuna dominatur.* & ita honor, qui ſorti committitur diſtribuendus, ſæpe ad indignum decrat. inſuper contra democratiam Atticam erat ἀρχὴ κληρωτή. vid. Ariſt. *lib.* IV. *Polit. cap.* 9. Lucian. in *Vit. Demoſth.* Ἀθηναίοις νόμος κυάμοισι τοὺς ἄρχας αἱρεῖσθαι. *Athenienſibus lex eſt, magiſtratus fabis eligere.* Poſt *Solonem* idem honor contigit Ariſtidi. Nam ille quoque non fabis, ſed Athenienſibus ipſis ſuffragantibus Archon fuit. Plutar. in *Vita ejus.* KUHN.

Αἱρετὸν &c.] Declarare videtur Viris Doctiſſimis Auctor hoc in loco, ſingulare quid & extra ordinem Soloni fuiſſe tributum, atque adeo, quum reliqui Archontes tunc eſſent Κληρωτοὶ, ΤΟΥΤΟΝ, *ILLUM*, Athenienſes non κληρωτὸν, ut reliquos, ſed Αἱρετὸν extra ordinem conſtituiſſe ſibi Archontem. At Ego putem, reſpexiſſe eum potius, hæc dicendo, ad poſteriora & notiora omnibus tempora, quando revera Archontes fuere κληρωτοί. Certe ea debebat fuiſſe ejus ſententia. Nam quum ante Solonem Reip. adminiſtratio per hos IX. Archontes haberet ſpeciem Ariſtocratiæ, & ipſi tantum ἐξ εὐπατριδῶν, ex *nobilibus*, ſeu *patriciis*, ſumerentur, æquum erat prorſus, Populum eos *eligere*, & revera eligebat, ſed ex illis Nobilibus, plane ut Populus Romanus ſuos Conſules olim ex Patriciis. Accedit, quod manifeſte etiam poſt Solonem ita ſeſe res habuit. Nam & tunc αἱρετοὶ erant illi Archontes, non κληρωτοί; & eligebantur à Populo, ſed ὁπὸ τῶν γένων, τῶν τὰ μέγιστα τιμήματα κεκτημένων, ὃς Πεντακοσιομεδίμνους ἐπωνόμαζον, *ex familiis, quæ maximum poſſidebant cenſum, quas à Quingentis Medimnis cognominabant*, ut refert Plutarchus in *Ariſtide* ex Demetrio Phalereo: ſicuti & πάσας ἀρχὰς ὁπὸ τῶν γνωρίμων καὶ εὐπόρων, *omnes tunc Magiſtratus ex illuſtribus & opulentis*, ut ait Ariſtot. *Polit.* II. 10. Ariſtides primus id ſuſtulit, ferens legem, ut *ibidem* Plut. ad populum, τὸς Ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι, *ut Archontes ex omnibus*, ſine diſcrimine, *Civibus legerentur.* Ceterum Meurſius in *Archontibus* I. 9. longe in diverſum abit, traditque ſimpliciter & in univerſum Archontes *lectos ſorte*, *fabis capta*, ergo κληρωτὸς, qua tamen Ariſtides fuerit exceptus, *lectus* ſcilicet *extra ordinem magnæ virtutis ergo*, quum apud Plutarchum Idomeneus contra Demetrium Phalereum citetur, ſcribens Ariſtidem Archontem fuiſſe, ὐ κυαμευτὸν, ἀλλ' ἐλομένων Ἀθηναίων, *non ſorte fabarum captum, ſed Eligentibus eum Athenienſibus.* Sed & certum eſt, ſorte tandem captos Archontes, non modo ex iis, quæ Meurſius adfert, ſed etiam ex Æſchine *contra Cteſiphontem pag.* 276. 278. ubi præcipuas ἀρχὰς dicit eſſe, ἃς οἱ Θεσμοθέται λαγχάνουσι κληροῦσι τῷ Θησεῖ, *quas Theſmothetæ ſortiuntur in Theſeo.* At hiſce jam plane contrarium eſt, quod Ariſtoteles ait *Polit.* II. 10. Solonem conſtituiſſe, vel potius reliquiſſe τὰς ἀρχὰς Αἱρετάς. Nam quum dixiſſet, *Solonem Miſcuiſſe pulchre Remp.* id jam clarius expoſiturus ait, εἶναι γὰρ τὴν μὲν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον βουλὴν Ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ τὰς ἀρχὰς αἱρετὰς, Ἀριστοκρατικόν· τὸ δὲ δικαστήρια, Δημοτικόν. *Eſſe enim Senatum Arei pagi Oligarchicum quid: Creationem Archontum, Ariſtocraticum: Judicia vero, Populare quid.* Mox iterum, *dediſſe eum populo δύναμιν, poteſtatem, maxime neceſſariam*, τὸ τὰς Ἀρχὰς αἱρεῖσθαι, καὶ εὐθύνειν, *Magiſtratus legendi, & ad rationes reddendas adigendi.* Addit etiam, quod vel maxime ad hunc Æliani locum pertinet, Solonem *non ſuſtuliſſe Senatum Areopagiticum*, καὶ τὸν τῶν Ἀρχῶν ἄιρεσιν, & *Magiſtratuum Electionem*, τὸ ὑπάρχοντα πρότερον, *quæ jam ANTEA fuerant* in Rep. ſed Conſtituiſſe eum Populi potentiam hac re demum, quod Judicia fecit κληρωτὰ, *ſorte ducta*, idque *ex Omnibus*, & ſimul κύαμα πᾶσιν, *habentia poteſtatem ſummam in omnes & omnia.* Liquet ex hiſce clariſſimum in modum, quod ergo & ante & poſt Solonem Magiſtratus fuerint non κληρωτὰ, ſicut poſtea, ſed longo demum tempore poſt, fuerunt, & ſicuti per Solonem facta ſunt Judicia: ſed ἀιρετοὶ, idque ita, ut *Eligerentur* ex opulentis *optimi*, ἄριστοι, ſaltem ex ſententia populi, qua de cauſa tota illa ratio Magiſtratuum dicitur eſſe, non *Oligarchica*, ſed *Ariſtocratica*, quæ tamen *Oligarchica* fuiſſet, ſi tantum Opulentiſſimi ſine ullo arbitrio populi, ſorte capti, magiſtratum geſſiſſent. Sed & ipſe Plutarchus in *Comp. Solonis & Publicolæ* de Utroque ait, Ἀρχόντων καθεστάσεως κυρίας ἐποίησε τὸς πολλὸς, *Archontes*, ſeu *Magiſtratus, creandi arbitrium dedit populo.* Quum iſtæc ergo Ariſtotelis & Plutarchi loca obſervaſſet quoque Sam. Petitus, & tamen Archontes fuiſſe ſemper *ſorte lectos* cenſeret, voluit hæc ita in concordiam redigere *ad LL. Atticas pag.* 219. ut *non omnes, quibus cenſus erat, admiſſos* putet *ad ſortitionem*, ſed *eos tantum*, *quos Populus prius deſignaſſet*, atque ita *Populum primo elegiſſe, quos vellet*, majore numero, & *illos dein ſortitos inter ſe Magiſtratum*, certo numero. Probare id conatur ex hiſce Grammaticorum (intelligit autem Harpocrationem in Ἐπιλαχὼν) verbis, ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι, quæ vertit, *Sortiebantur, quibus permittebatur, Magiſtratum.* Sed profecto hoc nihili eſt. Explicanda enim eſt illa permiſſio non de populo, ſed de Legibus, quæ requirebant certam ætatem, & natum Majoribus, utrimque Civibus, excludebantque eos, qui ærario deberent, rationeſve ex ſuperiore Magiſtratu nondum reddidiſſent, &c. Hi erant ἐπ ἐφιέμβροι, eamque in rem fiebat ἀνάκρισις poſt ſortitionem factam, & ſi qui contra Leges irrepſerant, rejiciebantur, de qua re Vide Pollucem VIII. 9. & Demoſth. *contra Eubulidem.* Præterea Harpocration potiſſimum iſtis verbis agit de Senatu Quingentorum. Interpretatur enim verba Æſchinis, quæ unice de iis agunt. Aliter ergo res expedienda erat. Nempe Solonis tempore Archontes erant ἀιρετοὶ, h. e. *Creabantur* à Populo ex opulentiſſimis Civibus. At poſtea, ut Reſp. Athenienſis varias ſubiit mutationes, quod ipſe Auctor docuit *ſupra* V. 13. Ariſtides poſt victos Perſas legem tulit, ut crearentur optimi promiſcue ex Omnibus. At vero tandem, quum Reſp. jam eſſet magis popularis, obtinuit, ut quoniam in creandis Magiſtratibus opulentiores prævalebant factione & clientelis, caperentur igitur Sorte ex illis, qui per Leges eſſent idonei ad gerendum hunc Magiſtratum. Docet clariſſime diverſam hanc diverſis temporibus obtinuiſſe conſuetudinem Iſocrates in *Areopagitico pag.* 342. ubi ſuadet, ut ſui temporis Reſp. revocetur in eam formam, quam *Solon*, & dein *Cliſthenes*, Piſiſtratidis ejectis, conſtituerint. Illi enim, inquit, ἐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, ἀλλὰ τὸς βελτίους, καὶ τὸς ἱκανωτάτους ἑφ' ἑκάστου τῶν ἔργων προχειρίζοντες, *non Sortientes*, & quidem *ex omnibus*, qui ſcil. per Leges in ſortem mitti poterant, *Magiſtratus, ſed præferentes optimos*, & *maxime idoneos ad unum-*

τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι 3 Θεσμοί. Μόνους ἢ ἐφύλαξαν τοὺς 4 φονικοὺς αὐτοῦ.

desierunt Athenienses uti Draconis legibus: dicebantur autem illæ Thesmi. Solas vero ejus, quæ de homicidio latæ erant, retinuerunt.

quodque munus. Et *mox*, δημικωτέραν ἐνόμιζον παύτην εἶναι τὴν κατάστασιν τῆς Δῆ τὲ Λαιχάνειν γενομένης. Ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν Τύχην βεβαιοῦσιν, καὶ πολλάκις λήψεσθαι τὰς ἀρχὰς τὰς Ὀλιγαρχίας ἐπιθυμοῦντας, οὐ μὴν τό γε ἀφελεῖσθαι τοὺς ἐπιεικεστάτους τὸν Δῆμον ἴσασθαι κύριος ἑλέσθαι τοὺς ἀκαπῶνδας μᾶλλον τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, *magis popularem existimabant illam esse Remp. eâ, quæ per Sortitionem administratur. In sortitione enim dominari Fortunam, & sæpe Magistratum accepturos, qui Oligarchiam, Democratiæ contrariam, desiderant, at in eligendo Populum futurum Dominum sumendi eos, qui maxime ament constitutam Democratiam.* Vides hic diserte diversam memorari Remp. cum quæ à Solone fuerat constituta, & à Clisthene revocata, qua censuerint illi, ὃν δεῖ τὸν Δῆμον, ἄσπερ τύραννον, κυδισάντας τὰς ἀρχὰς, ut ibidem Isocrates, *oportere, ut Populus cum absoluta potestate constituat Magistratus:* tum quæ tempore Isocratis invaluerat, quæque consistebat in Sortiendo, οὐ τῷ λαγχάνειν καὶ κληροῦν τὰς ἀρχὰς ἐξ ἁπάντων, quam emendari cupit, & ad Soloneam revocari. Ceterum minus *popularem* dicit Isocrates *Sortitionem ex omnibus*, quia favet Aristocratiæ. Aliter enim se res habet, & aliter judicavit ipsa Civitas Athenienſium. Nam quia in Electionibus prævalebant factiosi & divites, ideo Demagogi, quum Resp. magis jam esset Democratica, hanc quoque tulerunt legem in gratiam plebis, ut Sorte caperentur Archontes ex omnibus. Illud enim invaluit tum demum, quum Populus plane dominaretur, & Aristocratia prorsus jam esset exstincta. Atque ideo Aristot. *Polit.* IV. 9. δοκεῖ Δημοκρατικὸν μὲν εἶναι, τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχὰς, τὸ δ' αἱρετὰς Ὀλιγαρχικόν. *Videtur enim Democraticum esse, Magistratus sorte capi, at Oligarchicum, eligi.* Repugnare tamen videtur huic sententiæ, quod apud Plutarch. Aristides à Demetrio Phal. obtinuisse munus Archontis ἐπωνύμου dicitur κυάμῳ λαχὼν, *faba sortitus*, at ab Idomeneo, ὁ κυαμευτὸς, ἀλλ' ἱλομένων Ἀθηναίων, *non faba captus, sed eligentibus eum Athenienſibus.* Sequi enim inde videtur, jam tunc in usu fuisse Sortitionem, quam tamen demum ortam dixi post Aristidem. Sed erravit haud dubie Demetrius, uti etiam ex professo refutatur à Plutarcho. Idomeneus vero ita explicari debet, ut dixerit simpliciter, Aristiden fuisse *Creatum Archontem*, id quod Plutarchus Demetrio opponit, & ejus auctoritati, ac de suo addit, ergo non fuisse illum Κυαμευτὸν Archontem, quod dixerat Demetrius, & quales postea erant, quæ causa errandi fuit Demetrio. Sed & ipsa illa Lex Aristidis voluit τὰς Ἀρχοντας ἐκ πάντων αἱρεῖσθαι, *Eligi*, non Κληροῦσθαι ἐκ πάντων, ut loquuntur Isocrates & Aristoteles de sui temporis Rep. PERIZ.

3 Θεσμοί] *Draconis* leges θεσμοὶ dicti sunt ab ipso legum exordio, quod ita se habuit: θεσμὸς αἰῶνιος τῆς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύρος τὸν ἅπαντα χρόνον &c. *Sanctio æterna illis, qui Atticam inhabitant, omni tempore suam servans auctoritatem* &c. vide Porphyrium περὶ ἀποχῆς *lib.* IV. Josephus *lib.* I. *contra Apionem* inter publica Athenienſium scripta antiquitate exceluisse ait, τὰς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶ φονικῶν γεγραμμένας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῶ Πεισιστράτου τυραννίδος αὐθεώσας γεγενότος, *leges à Dracone ipsis latas de homicidiis, cum ille paulo ante tyrannidem Pisistrati vixerit.* KUHN.

Θεσμοί] Sic proprie *Leges* dicebantur Athenis. Plut. in *Solone pag.* 88. ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὧδε, *quando Lex hæc promulgata est.* Hinc Θεσμοθέται καλοῦνται ἔτως, ὅτι τῶν νόμων τὴν ἐπιμέλειαν εἶχον, ut ait Harpocration. Sed κατ' ἐξοχὴν ita vocabant Leges Draconis, quia incipiebant ab hoc vocabulo, ut docuit jam Kuhnius, & dudum ante Meursius in *Solone cap.* 13. ex Porphyrio & Aliis. PERIZ.

4 Φονικὸς αὐτοῦ] MSS. B. & C. non agnoscunt illud αὐτοῦ, & potest commode abesse. SCHEFF. Mihi necessarium videtur hoc loco τὸ αὐτοῦ. dicit enim clarius, cujus sint οἱ φονικοὶ νόμοι. KUHN.

τὸς φονικὸς αὐτοῦ] Ab Lugd. æque ac à Paris. B. & C. abest illud αὐτοῦ. Et sane potest abesse, quum satis ex sensu intelligatur. Neque tamen, si adsit, expungere velim. Plut. *Solone pag.* 87. τὸς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε, πλὴν τῶ φονικῶν, ἅπαντας, *Leges Draconis omnes sustulit præter eas, quæ de homicidio fuerunt sancitæ.* Sublatæ autem sunt illæ leges propter nimiam acerbitatem. Vide præter Plutarchum etiam Aristot. *Polit.* II. 12. & Gellium XI. 18. PERIZ.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ πραγμάτων μειώσεως, καὶ φθορᾶς καὶ ᾧ κόσμου αὐτοῦ.

Οὐδὲν ἔτι 1 θαυμάζομεν, εἰ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, θνητὴ οὖσα καὶ ἐφήμερος, 2 φθείρεσθαι αὐτοὺς ἀναγκάζει·

CAP. XI.

De rerum diminutione, & interitu etiam ipsius mundi.

Nihil amplius miramur, si hominum natura, mortalis quum sit & fluxa, cogit eos sensim interire: si-

1 Θαυμάζομεν] Lege θαυμάζωμεν, per ω, *ne miremur.* FABER. Recte. Faber. SCHEFF. Omnes libri constanter habent θαυμάζομεν *admiramur*, à quibus sine sontica causa discedere nolim. KUHN.

2 Φθείρεσθαι αὐτὸς ἀναγκάζει] Sensus est, neminem de natura hominum conqueri oportere, tanquam ea indies deficiat, deteriorque fiat, cum & aliæ res, quæ majores sunt & stabiliores, minuantur, nec eodem modo semper sese habeant. Nam φθείρεσθαι hic non est mori, sed deterius fieri & minui, vel, ut Seneca loquitur, *epist.* 26. *liquescere.* Quemadmodum ea omnia minui necesse est, quæ solvuntur, & hoc sensu *supra*, verbo ἀφανίσθαι usus est, ubi carnes Pherecydis ἀφανίσθαι εἰς τὰς φθεῖρας *solui in pediculos*, atque hac ratione minui dicebantur. Respexit autem Noster his verbis ad sententiam eorum, qui & vitæ nostræ spacium arctari quotidie, & magnitudinem decrescere statuebant. Inter quos Plinius, qui ita de homine *lib.* VII. *cap.* 16. *In cuncto mortalium genere minor indies mensuræ fit, rarique parentibus proceriores, consumente ubertatem seminum exustione, in cujus vices nunc vergit ævum.* Et Varro apud Gellium *Noct.* III. *cap.* 10. *Homerus opinatus est vastiora prolixioraque fuisse corpora hominum antiquorum & nunc, quasi jam Mundo senescente, rerum atque hominum decrementa esse.* Adde Phlegontem Trallianum *lib. de reb. Mirab. cap.* 15. Hieronymum quoque *homil.* I. *sup. Evan.* Ambros. *de bono mortis c.* 10. Cyprian. in I. *contra Demetr.* Albinum seu Alcuinum *quæst. in Genes.* SCHEFF. Τὸ φθείρεσθαι & *minui* significat & *interire.* de imminutâ hominum statura sæpe Homerus οἷοι, inquit νῦν βροτοί εἰσι, i. e. Virgilio interprete, *qualia nunc hominum producit corpora tellus.* his succinit Satyra:

Terra malos homines nunc educat atque pusillos.

Plinius *lib.* VII. *cap.* 16. *Jam vero ante annos prope mille vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium, quam prisca conqueri.* vide Philonem *libro, quod Mundus sit incorruptibilis*, & Sallustium Philosoph. *de Diis & Mundo c.* VII. XIII. & imprimis *cap.* XVII. Simplicium *in* VIII. *Physic. Aristot.* 313. & 314. Cæterum uti Noster hoc loco hominis interitum admiratione dignum negat, si recolas mente, ipsa quandoque flumina deficere, montium cacumina decrescere, totum denique mundum corruptionis injuriæ obnoxium esse: ita Sulpitius, in *Consolatoria ad Ciceronem* à diruptis Græciæ urbibus dolori suo medelam petiit. *Hem*, inquit, *nos homun-*

κάζει· ὅπου καὶ τοὺς [3] ποταμοὺς ὁρῶμεν ἐπιλείποντας, καὶ τῶν ὀρῶν δὲ τὰ ὑψηλότατα ἀκούομεν μειούμενα ᾗ ἐκεῖνα. Τὴν γοῦν [4] Αἴτνην Φασὶν οἱ πλέοντες, [5] ἐξ ἐλάσσονος ὁρᾶν, ἢ πρό του ἐβλέπετο· τὸ ᾗ αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸν [6] Παρνασσὸν παθεῖν, καὶ τὸν [7] Ὀλυμπον τὸν Πιερικόν. Οἱ δὲ ἔτι μᾶλλον δικοῦντες [8] τὴν τῶν ὅλων

siquidem & flumina deficere cernimus, atque altissimos montes etiam ipsos imminutos audimus. Ætnam itaque, ajunt ii, qui mare navigant, ex breviori spatio se jam videre, quam antea conspiciebatur: id ipsum vero etiam Parnasso accidere, & Olympo Pierico. Qui vero se totius universi naturam putant etiam di-

munculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant? visne, Tu Te, Servi. cohibere, & meminisse, hominem Te esse natum. KUHN.

3 Ποταμοὺς ὁρῶμεν ἐπιλείποντας] Vide Senecam *Quæst. Nat. lib.* III. *cap.* II. & *Epist.* LXXI. SCHEFF. Lucianus in ἐπισκοπ. λοιδορ. ἀποθνήσκουσι καὶ πόλεις καὶ ποταμοὶ ὅλοι. Ἰνάχου ἐν ἅδου πόρῳ οὐ Ἄργει ἔλη καλείται. *moriuntur & urbes & integra flumina. Ideoque nec tumulus Inacho reliquus est Argis. Fuga montium diffluunt* &c. *erosit ignis quondam altissimos vertices, solatia navigantium ac speculas ad humilem arenam deduxit* &c. Seneca *Ep.* XCI. Aristot. *lib.* I. *Meteor. cap.* 14. ait regiones quasdam modò aridas modò humidiores existere, κατὰ τὰς τῶν ποταμῶν γενέσεις καὶ τὰς ἀπολείψεις, *pro fluminum generatione & defectu.* Hanc mutationem fieri κατὰ ἴσην τάξιν καὶ περίοδον. ἀρχὴ δὲ τούτων καὶ αἴτιον, ὅτι καὶ τὰ γῆς τὰ σώματα, ὥσπερ καὶ τὰ σώματα τῶν φυτῶν καὶ ζώων ἀκμὴν ἴσχει καὶ γῆρας, &c. *ex ordine quodam & periodo. Principium autem horum & causa est, quod terræ intestina, sicut corpora plantarum & animalium floreant & senescant.* videantur & sequentia. Cæterum idem Philosophus ibidem negat ex ista partium minutarum mutatione & interitu rectè totius mundi genesin & corruptionem colligi. ἃ χρὴ λέγειν τὰ ὅλου κόσμου φθαρτὸν εἶναι, inquit Olympiodorus *in laudatum Philosophi locum.* γελοῖον γὰρ (pergit Arist.) λέγειν μικρὰς καὶ ἀκαρεσίας (malim ex Olympiodoro ἀφανεῖς) μεταβολὰς κινεῖν τὸ πᾶν. ἐ ᾗ τὰ γῆς ὄγκου καὶ μεγέθους, ἐδὲν ἐστι δῆτα πρὸς τὸ ὅλον ἐφικνεῖν. *ridiculum enim propter exiguas & leviculas mutationes totum commovere universum. terræ autem moles & magnitudo nihil utique est ad cælum mundumque totum* &c. vide de mutationibus mundi etiam Tertullianum *cap.* 2. *de Pallio*, M. Antoninum *lib.* II. *de Vita sua* & ibi *notas* Gattakeri *p.* 54. inprimis Gazæum in *Theophrasto p.* 50. 51. 53. ubi latè quæstionem, an mundus χρόνῳ ποτὲ ἀφανισθήσεται; pertractat, & Zachariam Scholasticum *dialogo de mundi opificio.* Cyrillum Alex. *lib.* II. *contra Julian. p.* 47. KUHN.

4 Αἴτνην] Seneca *Epist.* LXXIX. *Ætnam consumi & sensim subsidere ex hoc colligunt, quod aliquanto longius navigantibus solebat ostendi.* SCHEFF.

5 Ἐξ ἐλάσσονος] Scilicet ἀφεστήκατος *propiori ex intervallo* Ætnam se ostendere Nautæ ajunt, cum οὐ μείζονος etiam longinquiore interveniente spatio antea apparuisset. KUHN.

6 Παρνασσὸν] Medic. & Sluisk. Παρναισὸν. Ut apud Ovidium *lib.* I. *Met.* v. 467. *Parnasi* ex MSS. Vide Casaubonum *ad Persii Prolog.* 2.

7 Ὀλυμπον τὸν Πιερικόν.] Sic loquitur, quia plures erant montes hujus Nominis. Scholiastes Apollonii *lib.* I. enumerat sex. Hic autem mons erat juxta Fluvium Peneum in Pieria, quæ fuit regio, olim Thraciæ, dein Macedoniæ adscripta. Mela II. 3. *Hinc* (à Peneo) *non longe est Olympus, Pelion, Ossa, montes Gigantum fabula belloque memorati, Hic Musarum parens domusque Pieria.* Meminit ejus tanquam Montis ὑπερυψήλου, *valde excelsi*, Noster *supra* III. I. *init.* PERIZ.

8 τὴν

ὅλων φύσιν κατεσκέφθαι, λέγουσι καὶ τὸν κόσμον ἀφανισθήσεσθαι αὐτόν.

ligentius consideraſſe, ajunt ipſum quoque mundum ſenſim interire.

8 τὴν τῶν ὅλων φύσιν] Propter defectum humoris, quo ignis aliaque aluntur. Vide Ciceronem *de natura lib.* II. Lucret. *l.* v. imprimis vero eos, quos adducit Grotius *lib.* I. *Relig. Christianæ.* SCHEFF.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ Δημοσθένους, Αἰσχίνου, Θεοφράστου, καὶ Δημοχάρους.

Παράδοξόν γε· [1] οὐ γὰρ ἀληθές; [2] ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μα-

CAP. XII.

De Demosthene, Æschine, Theophrasto, & Demochare.

Res mira est: quidni vera? quum Demosthenes obmutuisset

Quid enim? fallacibus austris,
Et cæli toties deceptus fraude sereni.

1 Οὐ γὰρ ἀληθές] Videtur aliquid corruptum. Lego ἐ μὴν affirmative. GESNER. Gesnero merito suspectus est hic locus, corruptusque videtur. Vultejum putes legisse, ὃν γὰρ ἀληθῆ, vertit namque: *attamen verum est*: Emendator ejus vult: ἐ μέν. Igitur & in Genevensi versum est; *nolo enim dicere veram.* Placet magis Vulteji conjectura, quanquam altius malum resideat. Ego mallem ἐ γὰρ μὴ ἀληθές. verum est, inquit, licet vix videatur. Nempe fictum videri poterat, cum *Demosthenes* tantus esset orator: & hæc dicti causa. De veritate testatur & Gellius, quod liquet ex argumento *cap.* 8. *lib.* VIII. SCHEFF. Sensus suadet, ut legas ὅμως ἀληθές. *mox* post Αἰσχίνης delendum δὲ, neque Ατρομήτου legendum, sed Ατρομήτου quod pueri videre poterant. FABER. Casaubonus hunc locum ita interpungit & explicat: Παράδοξόν γε, ἐ γὰρ; ἀληθὲς ᾗ &c. *Mira sane res: (quis dubitet?) at vera tamen: quum non stetisset Demosthenes in Macedonia, Æschines ille Atrometis, ille inquam Cothocides apud Macedones famam ingenii est assecutus.* Hæc ille *lib.* I. *de Satyr. Poesi p.* 139. 94. Quæ emendatio merito suo omne tulit punctum. similem interrogandi formulam habes *lib.* II. *cap.* 8. Virgilius in *fine lib.* V. *Æneid.* ubi Servius *quid enim?* interpretatur *quid ni? cur non?* Græcè dicerem Τί γάρ; vel, πῶς γὰρ ἔ; ἀλλὰ τί γὰρ ἔ; Dio Chrysost. *orat. de Servis.* ἅδεις τῶν βλαπτομένων ἀπὸ τινος χρῆται ἐκείνῳ ὑφ' ἑ βλάπτεται. ἐ γάρ; *nemo læsus a re quadam, utitur eo, quo læditur, quid ni?* KUHN.

Οὐ γὰρ ἀληθές] Locus haud dubie vitiosus. Vix me contineo, quin credam illud ἀληθὲς esse à glossa imperiti hominis, qui illud ἐ γάρ, non intellexerit, & ita supplere voluerit, ut putabat, sensum, absque eo tamen integerrimum. Solent enim ita ὃ Οὐ γὰρ adhibere passim Optimi Scriptores per Parenthetin in medio sententiæ quasi ad eam confirmandam. *Supra* II. 8. γελοῖον δὲ, ἐ γάρ. &c. Demosthenes ὁ Ατλικώτατος *Adv. Androtion. p.* 428. plane ut hic, ὅμοιόν γε (ἐ γὰρ;) ἦτο τοῖς ἀρχαίοις ἐπιγράμμασιν, *simile vero*, (*nonne ita est?*) *illud prioribus Inscriptionibus.* Si retinendum est illud ἀληθὲς, tum sane ex variis Eruditorum conjecturis in hunc locum una illa Casauboni omnibus aliis palmam præripit, legentis, Παράδοξόν γε, ἐ γὰρ; ἀληθὲς δὲ, ἐκπ. &c. Sed tamen etiam huic Casaubonianæ præ-

Μακεδονίᾳ, 3 Αἰσχίνης ἦ ὁ 4 Ατρομήτου ὁ Κοθωκίδης καὶ ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι, καὶ πάμπολυ ἦν τῶν πρέσβεων τῷ φρονήματι. Αἰτία ἦν

tuisset in Macedonia, Æschines Atrometæ filius, Cothocides, e contrario gloria florebat apud Macedonas, multumque reliquos legatos animi præ-

præferenda videtur Jensii nostri conjectura, qui reponit, ἃ γὰρ ἀλλ' ἀληθῆ, ἐκτ. Non tantum, quia illud ἀλλ' videtur facilius excidisse propterea, quod eædem literæ in initio sequentis vocabuli erant repetendæ, sed vel maxime, quia Græci & præcipue Attici conjunctim plerumque dixerunt, ἃ γὰρ ἀλλὰ, quod Suidas & Schol. Aristophanis explicant simpliciter per καὶ γάρ. Exempla ex Aristophane ipso habes annotata apud Suidam, & ejus Interpretem Portum, nisi quod ille ex Θεσμοφοριαζούσαις male citet, quæ in Ἐκκλησιαζ. occurrere deprehendit Jensius, qui illis addit etiam locum ex Luciano in *Parasito*, *pag.* 374. ἐχὶ πρῶτον μὲν ὁ πιθτ@ ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν ψηφόξιν; καθάπερ καὶ ὁ Οδυσσεὺς ἀξιοῖ, ἃ γὰρ ἀλλ' οὐ σὺ πολέμῳ μάχεσθαι φησὶν, ἐσιάσει, καὶ σῶθις ἅμα ἴω μάχεσθαι δίοι. Intricati sensus sunt hæc verba, atque ideo Ille transponendo sananda putat. vide Jensii *Lect. Lucian.* III. 8. *p.* 355. Sed addenda tantum est vocula εἰ post ἐσιάσει, unde excidit, quia eædem literæ illius voculæ sunt simul illius Verbi ultimæ. Ita vero sensus erit. *Nonne primum Talis, postquam prandit, exit in aciem, sicuti etiam Ulysses faciendum censet*, vel *præcipit. Nonne, ita est*? *Immo quem in bello pugnare ait* Ulysses, *cum excipiet prius epulis*, sua scil. sententia, vel *ad epulas admittet, etiam si confestim à prima luce pugnare oporteat.* Cæterum in illo ἃ γὰρ, sequente ἀλλὰ, interrogatio sæpe inest, sæpe affirmatio, utraque Elliptica, sed varia Ellipsi & significatione. Hæc vero, Παράδοξόν γε, ἃ γὰρ, ἀλλ' ἀληθῆς, exponerem, *Necopinum est, nonne ita est*? *sed tamen est verum* Extra interrogationem, Plato *lib.* VI. *de Rep. p.* 495. Οράς ἦν, ὃν ἐγὼ κακῶς ἐλέγομεν &c. Οὐ γάρ· ἀλλ' ὀρθῶς (φη) ἐλέχθη. *Vides igitur, non male nos dixisse* &c. *Non sane? sed recte (ait) dictum est.* Et *p.* 492. Οἰμαι μὲν ἔθνεα, ἦ δ' ὅς. Οὐ γάρ· ἦν δ' ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχωρεῖν πολλὰ ἔθνη. *Neminem puto, dicebat ille*, scil. superaturum eos. *Non sane, dicebam ego, sed & tenture illud magna est insania.* Liquet ex his in sensu maxime proprio accepeis, revera distinguendum post ἃ γάρ, quod male à quibusdam negatur. Sic in *Actis Ap.* XVI. 37. δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρᾳ ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν. Οὐ γάρ· ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν, *virgis nos publice cæsos dederunt in custodiam, & nunc clam emittunt. Non vero ita fiet: sed ipsi veniant & educant nos.* Locutio orta est haud dubie ex Dialogis, in quibus aliquis prorsus quid negans dicebat, Οὐ γάρ, *Non sane.* Et Οὐ γάρ, ἀλλὰ, *Non sane hoc, sed illud; Non sane ita, sed.* Vel etiam alium interrogans de rebus ab se dictis, ἃ γάρ; *nonne ita est*? Notat autem γὰρ in ejusmodi locutionibus, *vero, sane.* Ita *supra cap.* 10. αἱρετὸν, ἃ γὰρ κληρωτὸν τοῦτον. Sed & simili Ellipsi, & eodem ferme sensu cum aliis particulis quoque occurrit, maxime in *Dialogis.* Plato *d. l. p.* 489. ἦ γάρ; καὶ, *nonne vero*? *sane* Et πῶς γὰρ ἀλλὰ *p.* 490. Ηγεμένης δὴ ἀληθείας, ἐκ ἂν ποτε, οἶμαι, φαῦλον, αὐτῇ χορὸν κακῶν ἀκολουθῆσαι. Πῶς γάρ; ἀλλ' ὑγιές τε καὶ μέτριον ἦθος. *Duce Veritate, non dicemus, opinor, chorum malorum sequi eam. Quomodo enim id fieret? sed decorum & modestum vitæ genus*, scil. sequi eam. Sic πόθεν similiter sæpe interponitur in medio Orationis per interrogationem, pro quo etiam dicitur πόθεν γάρ; Et πόθεν γάρ; ἀλλὰ. Vide *infra* XIII. 2. 8. PERIZ.

2 Ἐκπεσόντ@ Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ] De Macedonia nihil Libanius Rhetor in *vita Demosthenis*, tantum obmutuisse scribit, Plutarchus hoc ei in *prima oratione*, quam habuit *ad populum*, memorat accidisse. Item in *secunda*, ex qua etiam obvoluto capite aufugit. Facit autem cum nostro A. Gellius, uti discimus ex inscriptione *capitis* 8. *lib.* VIII. *Noct. Attic.* qui liber pridem amissus est: verba hæc sunt. *Quod Theophrastus philosophus omnium suæ ætatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem facturus, deturbatus verecundia obticuerit, quodque idem hoc Demosthenis apud Philippum regem verba facienti evenerit.* SCHEFF. Ἐκ-

ἦν ἄρα τούτου τῷ Αἰσχίνῃ † ἥτε πρὸς Φίλιππον φιλία, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ δῶρα, καὶ ὅτι πράως καὶ ἡδέως ἤκουεν αὐτοῦ ὁ Φίλιππ@, μειλιχίῳ τῷ βλέμματι προσβλέπων, καὶ ὑποφαίνων ἐξ αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν. Απερ οὖν ὁ πάντα † ἐφόλκια ἦν εἰς τὴν παῤῥησίαν τῷ Αἰσχίνῃ, καὶ τὴν τῶν λόγων εὕρεσιν. 7 Ου μόν@ ὃ τοῦτο ἔπαθε Δημοσθένης ἐν Μακεδονίᾳ, καί τι

præsentia superabat. Causa vero ejus rei erat Æschini, Philippi amicitia, & ejus munera, & quod Philippus placide & cum voluptate eum audiebat, benigno aspiciens vultu, & suam prodens benevolentiam. Quæ universa fuerunt Æschini quasi incitamenta ad dicendi audaciam, & sermonis facilitatem. Non soli autem hoc accidit Demostheni, quamvis summo

† ἔφολκα.

Ἐκπεσόντ@ Δημοσθένους] Scil. χρῆμα. Quod expressit Aristoph. Ἐκκλησ. *pag.* 735. Τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου ἔτως ἐν ὥρᾳ ξυνελέγη. *tanta multitudo tam* exiguo tempore, *una hora, congregata est.* Sed & Noster *supra* II. 13. πάμπολύ τι χρῆμα τῆς Ελλήνων ἀφίκετο. *cap.* 22. σημεῖον γάρ τι χρῆμα καὶ τὸ Σόλωνος ἐρέσθαι. Dubitem tamen nunc, an potius Genitivi hi sint Absoluti, & conjungendi cum seqq. hoc modo, Παράδοξον γε, ἃ γάρ, ἀλλ' ἀληθές. Ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ, Αἰσχίνης δὲ &c. h. e. *Quum Demosthenes obmutuisset in Macedonia, Æschines è contrario gloria floruit* &c. Tui, Lector, sit judicii. Res autem vere accidit *in Macedonia*, forsan etiam apud populum in Concione. Certe Plutarchus non tantum *in Vitis* X. *Rhetorum* ait, cum ἐκπεσεῖν ποτε ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, sed & in *Lib. si seni Resp. sit administranda*, λέγεται δὲ καὶ Δημοσθένους ἐκπεσόντος ἐν τῷ δήμῳ, καὶ βαρέως φέροντος, ἅψασθαι παλαιόν τινα γέροντα τῶν ἀκηκοότων Περικλέους, καὶ εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνῳ τἀνδρὶ πρέπει καὶ δίκαιος αὐτὸ κατηγωνίσθαι. *Dicitur vero etiam, quum Demosthenes apud Populum excidisset, & ægre id ferret, senem quendam ex iis, qui audiverant Periclem, prehendisse eum & dixisse, cum illi Viro par esset indole, male ergo eum seipsum damnare.* Quod vero apud Philippum id ei evenerit, quum legatus esset de Pace, in eo non tantum Gellius Noster assentitur, sed res certissima est ex Æschinis *Orat. de Falsa Legatione pag.* 251. ubi refert, quomodo quum ipse perorasset apud Philippum, jamque loqui deberet Demosthenes, ille ergo, quum *præmisisset proœmium obscurum & metu languidum, mox subito conticuerit, atque hæsitaverit*, τελευτῶν δὲ ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου, *tandem vero exciderit sermone; quumque Philippus eum hortaretur ut animum reciperet, & paulatim reminisceretur eorum, quæ dicere voluerat, ille tamen postquam semel ita conturbatus fuerat, & à scriptis aberraverat, colligere se non potuerit, atque ideo, quum iterum tentasset loqui, idem quod antea fuerit passus.* Aliquid ejus etiam dicit Plutarchus in *Vitis* X. *Rhetorum*, & proprie *Æschinis.* Ἐχειροτονήθη πρεσβευτὴς ὡς Φίλιππον καὶ Κλησιφῶντος καὶ Δημοσθένους ἐπὶ τῆς εἰρήνης, ἐν ᾗ ἄμεινον τοῦ Δημοσθένους ἠνέχθη. Vertitur, *Legatus ad Philippum de pace contra Ctesiphontem & Demosthenem, Hoc priores tulit.* In quibus error est manifestus. Lege μετὰ Κλησ. &c. h. e. *cum Ctesiphonte & Demosthene.* Nam socii fuerunt Legationis ad Philippum de Pace. Vide *Orationes* Æschinis & Demosthenis. PERIZ.

3 Αἰσχίνης ἦ] Faber vult deleri ἦ. Mihi videntur excidisse aliqua, quæ ostendebant quare Demosthenes defecerit, nempe, quod vereretur Philippum. subjiciebatur deinde, omnia contrario se habuisse modo in Æschine. SCHEFF. ἦ hic expungendum. pertinet enim ad præcedens ἀληθὲς ἦ, unde in alicnum locum venerat, quamvis Casaubonus *l. c.* nihil mutet. Philostratus in *Æschine.* ἐπέτειε δ' αὐτοῖς τὴν ἀμφορὰν, ὁ υἱὸς Αμφιπόλεως ἐπὶ Φιλίππου λόγος· ὅτε δὴ ἐξέπιπτε μὲν ὁ λόγος ὁ Δημοσθένης· *Auxit illorum* (Demosthenis & Æschinis) *discordiam oratio de Amphipoli apud Philippum, cum Demosthenes excidit sermone* vel *obmutuit.* & in *Herode* iterum. οἱ δ' ἀσφίξοντες αὐτῷ γέρα ὅτε ἐν Πανοπῇ τὸ λόγου ἐκ-

τοι δεινότατος ὢν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ Θεόφραστος ὁ [8] Ἐρέσιος. Ἐξέπεσε γὰρ καὶ οὗτος ἐπὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς λέγων· καὶ ταύτην ἀπολογίαν προεφέρετο, ὅτι κατεπλάγη τὸ ἀξίωμα τοῦ συνεδρίου. Πικρότατα οὖν ἀπήντησε καὶ ἑτοιμότατα πρὸς τοῦτον αὐτοῦ τὸν λόγον [9] ὁ

summo oratori, in Macedonia, verum etiam Theophrasto Eresio. Nam & ille quum apud Areopagi Senatum verba faceret, defecit: & hanc excusationem prætendit, se perterritum fuisse splendore consessus. Amarissime vero & promptissime huic ejus sermoni occurrit Democharis, dicens:

νες ὑπισχεῖν ἐπὶ τοῦ Αὐτοκράτορος, ἠγνοηκέναι μοι δοκοῦσιν, ὅτι καὶ Δημοσθένης ἐπὶ Φιλίππῳ λέγων, παυτὸν ἔπαθε. καὶ κεῖνος μὲν, ἦκεν Ἀθλιάζε, πρὸς ὠσθήτει καὶ στέφανος, ἀπολωλήκας Ἀθλιαίοις Ἀμφιπόλεως. Ἡρῴδης δὲ ἐπεὶ τοῦτο ἔπαθεν, ἐπὶ τ Ἴστρον ἦλθεν ὡς ῥίψων ἑαυτόν. *Qui vero illi (Herodi) exprobrant, quod juvenis in Pannonia oratione quadam coram Imperatore excideret, ignorare mihi videntur, id ipsum Demosthenis quoque usu venisse. At ille tamen Athenas reversus honores sibi coronasque deposcebat, cum jam amisissent Amphipolim Athenienses. Herodes autem idem expertus, in Istrum se dare præcipitem voluit.* Idem Crasso & Antonio contigit. Cicer. *lib.* I. *de Orator.* alia recentiorum exempla dabit Crinitus *lib.* V. *de Honest. Discipl. cap.* 3. quos laudat codex Konigianus. KUHN.

Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομήτου &c.] Nescio quid moverit Schefferum & Kuhnium, ut ita expunctum voluerint illud δὲ, quod omnino retinendum, quippe quo significatur contrarium ejus, quod Demosthenis accidit. Porro legendum ex MStis Ἀτρομήτου: quomodo etiam in Demosth. *Or. pro Corona*, & a Plutarcho, pater Æschinis appellatur. Ex quibus etiam liquet scribendum Κοθωκίδης. PERIZ.

4 Ἀτρομήτου] Philostratus & Suidas habent Ἀτρομήτης per η in penultima. Κοθωκίδης videtur a tribu dictum, seu vico aliquo Atticæ. Nusquam tamen apud aliis Authores hoc nomen invenio. GESNER.

Ἀτρομήτου ὁ Κοθωκίδης] Scribe Ἀτρομήτου ὁ Κοθωκίδης, auctoritate Æschinis ipsius *epist.* III. Plutarchi in *ipsius vita*, Incerti auctoris in simili argumento, Philostrati & Suidæ. Postremum vocabulum pagi nomen est, unde oriundus erat. Apollonius in *Exegesi.* Αἰ-

σχίνης τὸ μὲν ῥῆμα ὧδε Ἀθλιαῖος, τὸ δὲ ὄνομα Κοθωκίδης. SCHEFF.

5 Ἦτε πρὸς Φίλιππον φιλίαι] Hanc Æschinis amicitiam cum Philippo Demosthenes veris nominibus appellat προδοσίαν, μισθαρνίαν, *proditionem, operam mercenariam*, additque deinde, καίτοι φιλίαν τε καὶ ξενίαν αὐτῷ ὀνομάζει. ὅτε Φιλίππου ξένον, ὅτε Ἀλεξάνδρου φίλον εἴποιμ' ἂν ἐγώ σε, ἐχ ὅτου μαίνομαι, εἰ μὴ καὶ τὸν θεριστὰς καὶ τοὺς ἄλλο τι μισθοῦ πράττοντας φίλους καὶ ξένους δεῖ καλεῖν τῷ μισθωσαμένων. *quamvis ipse amicitiam, hospitiumque appellet. Ego vero ut ita insaniam absit, ut te vel Philippi hospitem vel Alexandri amicum dicam, nisi etiam messores & alii operam mercede locantes amici & hospites conducentium salutandi sint.* vide *Orationem de Corona*, ubi notantur multi, qui se Philippo amicos jactitarunt: & proditis urbibus, statim ista expiravit amicitia. Philippus enim amavit τοὺς μέλλοντας προδιδόναι & oderat τοὺς ἤδη προδεδωκότας. Stobæus *Serm.* CLXXI. KUHN.

6 Πολὺ ἐφόλκια] Gesnerus ἑφολκά. Quod sine dubio est melius. Nam ἐφόλκια, parva quædam sunt navigia. Vide me *de Militia Navali lib.* II. *cap.* 2. SCHEFF. ἐφόλκια habet Romana editio, quam temerè deserere nolim. Nam licet ἐφόλκιον, communiter notet naviculam, majoris navis appendicem atque adeo significet *additamentum, accessionem, attractivum.* est tamen, ubi τὸ ἐφόλκιον non trahitur, sed trahit suam navem, si nimirum portus aut relinquendus aut intrandus. Philostr. *cap.* 3. *de A. V.* de navi è portu solvente, ὁρᾶτε, inquit, τὸ τοῦ νεὼς δῆμον, ὡς οἱ μὲν τὰς ἐφολκίδας ἐμισθώσαντο ἐρετικοὶ ὄντες, *videte plebem nauticam, quo pacto scapham, quæ trahit navem remulco, conscendant optimi remiges.* Hinc oritur metaphora, quâ dicimus omne illicium, omne protelum

ὁ ὁ Δημοχάρης, εἰπών· ὦ Θεόφραστε, [10] Ἀθηναῖοι ἦσαν, ἀλλ' οὐχ οἱ δώδεκα Θεοὶ οἱ δικάζοντες.

cens: o Theophraste, Athenienses erant, at non duodecim Dii, qui judicio præerant.

telum & quicquid elicit attrahitque aliud, ἐφόλκιον. Ita hoc loco *Philippi* amicitia & applausus *Æschini* fuerunt ad benè promptequedicendum ἐφόλκια, & ἐφέδια *invitamenta, viatica* & ἑλκυστικόν τι habuerunt. similiter apud Zachariam Scholasticum anima dicitur συνέπεσθαι τῷ βάρει τοῦ ἐφολκίου *pondus appendicis sequi, Dialog. de Opificio mundi.* unde interpr. *quasi epholcia & incitamenta.* KUHN.

ΕΦόλκια] Sic plane MSti. Usitatius tameu est eo in sensu, & Adjectivi usu, ἑφολκά, quod conjecit Gesnerus, quodque activam maxime τῶ ἑλκυστικῶ, sed & passivam τῶ ὑσέρᾳ, habet significationem. Utriusque exemplum videre est apud Suidam. Hesychius quoque active exponit, ἑφολκά, τὰ ἀγαγεῖν δυνάμενα, *quæ possunt ducere.* Et ita Noster *Histor. Animal.* XV. II. *extr.* ἑφολκοὶ τῶν ἰχθύων τοῦτό ἐσιν. *ea vim habent attrahendi pisces.* Thucydides IV. 108. τὸ Βρασίδου ἑφολκά, καὶ ὅ τι ὅντιν λέγοντος, *Brasida dicente ea, quæ ad alliciendos alios erant idonea, non quæ vera.* Quem tamen locum male intellexit Thomas Magister, qui hæc ex Thucydide citans, ἑφολκὰ exponit τὰ παρακολουθήματα, h. e. *quæ consequuntur* ex rebus scilicet jam gestis. Rectius Scholiastes Thucyd. exp. ἐπαγωγὰ, *quæ vim alliciendi, persuadendi, habent.* At ἐφόλκια proprie sunt parva navigia, quæ majoribus hærent, & ab iis protrahuntur, quamvis & hæc aliquando viciſſim illa trahant. PERIZ.

7 Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἔπαθε] MSti ὃ μόνον &c. Sed vulgata lectio longe videtur præferenda. IDEM.

8 Ἐρέσιος] *Eresus* fuit Urbs Lesbi, Patria hujus Theophrasti. Vide Strabonem *lib.* XIII. *pag.* 618. & Stephanum *de Urbibus.* Plutarchus ait πρὸς Κολώτην *in extr.* Theophrasto contigisse δὶς ἐλευθερῶσαι τυραννευμένην τὴν πατρίδα, *bis liberasse patriam suam tyrannide oppressam.* Quomodo Aristoteles eum per *Lesbii vini* laudem sibi declaraverit successorem, docet Gellius XIII. 5. De ætate ejus Vide *supra ad* IV. 19. IDEM.

9 Ὁ Δημοχάρης] Celebris & hic fuit Orator, natus ex sorore Demosthenis. Vide me *supra ad* III. 7. & Vossium *de Historicis Græcis.* IDEM.

10 Ἀθηναῖοι ἦσαν] Athenienses erant Areopagitæ, non Dii majorum gentium. Non multum abludit illud Ciceronis de Catone: *dicit tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fæce, sententiam, lib.* II. *ad Attic. Epist.* I. KUHN.

ΚΕΦ. ιγ'.

Τίνες οὐκ ἐγέλων.

CAP. XIII.

Qui non riserint.

[1] Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιόν φασι [2] μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν. Λέγουσι δὲ καὶ [3] Αἰσχύλον [4] τῷ γέλωτι

Anaxagoram Clazomenium ajunt nunquam ridere visum esse, neque subridere omnino. Dicunt etiam Aristoxenum risui valde fuisse adver-

1 Ἀναξαγόραν] Nihil ergo mirum, fuisse eum alieno prorsus animo à Democrito semper Ridente, quamvis accesserit & illud, quod quum aliquando ejus colloquium desideraſſet, rejectus fuerit, ut ait Laertius II. 14. PERIZ.

λωτι ἀνὰ κράτ῾ος πολέμιον γενέσθαι· 5 Ηράκλειτόν τε, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἔκλαεν.

versarium: & Heraclitum omnia in communi vita deplorasse.

2 Μὴ γελῶντα] Adde his Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Timonem, Socratem ex Græcis, ex Romanis Crassum. Crassi in Parthis interempti avum, de quibus Plinius *lib.* VII. *cap.* 19. SCHEFF.

3 Ἀριστόξενον] Et tamen fuit vel maxime *Musicus*, unde ita à plerisque cognominatur. Gellius IV. 11. *Aristoxenus Musicus, Vir literarum Veterum diligentissimus, Aristotelis philosophi auditor.* Vide etiam Suidam, & Vossium *de Historicis Græcis*, ac Jonsium *de Script. Hist. Philos.* I. 14. Ætas ejus constat ex eo, quod discipulus fuit Aristotelis, quem tamen mortuum fœdis conviciis proscidisse dicitur, quia non se, sed Theophrastum, designaverit successorem. Quod tamen non Gellius *d. l.* refert, ut ait Vossius, sed Suidas. Patria fuit Tarentinus. Libros ejus Ἁρμονικῶν στοιχείων, *Harmonicorum Elementorum*, edidit Meursius ac Meibomius. PERIZ.

4 Τῷ γέλωτι ἀνὰ κράτ῾ος πολέμιον] Imitatur Xenophontem, qui *lib.* II. *de Instit. Cyri* de Aglaïtida ait, quod fuerit τῷ γέλωτι πολέμιος, *risus hostis.* Demetrius περὶ ἑρμηνείας, *Xenophon*, inquit, ἀγέλαστον πρόσωπον καὶ συγγνὸν, *personam tetricam, quæ risum dedidicit, afferens, nihilominus ex illo pumice pro aqua risum exsculpsit*, dicens, ὅτι ῥᾷον πῦρ ἂν τις ἐκπίοι παρὰ σοῦ ἢ γέλωτα. *citius à te ignem quis extuderit, quam risum.* vide ipsum Xenoph. *l.c.* Cæterum ἀγελάστου cognomen etiam Κυζικηνὸς ὁ Πολύξηλος tulit, apud Photium ex Ptolomæi Hephæstionis *Polymathia.* de M. Crasso quem semel in vita risisse Lucilius ait vid. Cicero *l.* V. *de fin. bon. & mal.* Hieron. *epist. ad Demetriad.* KUHN.

5 Ηράκλειτον] Seneca *lib.* II. *de Ira cap.* 10. *Heraclitus quoties prodierat & tantum circa se male viventium, imo male pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi læti felicesque occurrebant.* Adde Lucianum in *Auct. vitarum.* SCHEFF.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Διογένους τελευτῆς.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς [1] ὅτε λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ, [2] ἑαυτὸν φέ-

CAP. XIV.

De morte Diogenis.

Diogenes Sinopensis, quum ad extremum lethali morbo decum-

1 Οτε λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ] *Quum ad extremum lethali morbo ægrotaret.* Sic passim eo sensu adhibetur λοιπὸν. *Actor. Apost.* XXVII. 20. χειμῶνος οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σῴζεσθαι ἡμᾶς, *procella non exigua incumbente, ad extremum spes omnis, servari nos posse, tollebatur.* Epict. *cap.* 39. καὶ λοιπὸν, ὅταν σε συμβουλεύῃ, μέμνησο, τίνας συμβούλους παρέλαβες, καὶ *quod superest*, vel *ad extremum, quando quid consilii datum fuerit, cogita, quos in consilium adhibueris.* Oraculum Augusto datum apud Suidam in Αὔγουστος, *Puer Hebræus jubet me exire ex hac æde*, &c.

Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

quod superest, abi ergo tacens nostris ab aris. Vide & *infra ad* IX. 13. Ἐπὶ θανάτῳ, ut *supra* I. 30. ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ, *duci ad supplicium mortis.* PERIZ.

2 Ἑαυτὸν φέρων μόνον] Gesnerus scribit, μόλις. Interpres videtur ἑαυτὸν ὁ φέρων legisse, quod tamdiu placet, donec quid melius succurrat. Cæterum de genere mortis dubitant. Alii & inter eos Suidas morsu canis decessisse putant. Alii esu carnis crudæ, alii po-

φέρων † μόνον ἔρριψε κατά τιν῾ος γεφυρίου [3] πρὸς γυμνασίῳ ὄντ῾ος, καὶ προσέταξε τῷ παλαιστροφύλακι, ἐπειδὰν αἴσθηται ἀποπεπνευκότα αὐτὸν, ῥίψαι εἰς τὸ [4] Ιλισσόν. [5] Οὕτως ἄρα ὀλί-

† μόλις.

cumberet, se ipsum dejecit in pontem quendam, qui prope gymnasium erat, mandavitque custodi palæstræ, ut simulac sentiret se exspirasse, abjiceret in Ilissum. Adeo parum cura-

polypodis, ut est apud Athenæum, Antisthenes cohibitione spiritus vult mortuum esse, alii aliter. SCHEFF. Gesnerus legit μόλις (jungebat enim illam vocem cum φέρων) male, nam legendum μόνος, illud autem φέρων est παρέλκον Atticum. Itaque verti debuit, *Ipse solus & sine omni comitatu, se dejectum ivit e ponticulo, qui* &c. FABER. Benè quidem Clariss. Faber τὸ φέρων ex Atticismo defendit, quod sæpius significat *sua sponte, data opera*, & ubique orationi pro rei substratæ indole, emphasin addit. Plutarchus *de Puer. Instit.* τίτθαις φέρουσι ὑποβάλλεσθαι τοὺς υἱεῖς, *his* (inceptis pædagogis) *ipsi sua quasi manu, sine exceptione subdunt filios.* Verum non possum illud Nostri, ἑαυτὸν &c. ἔρριψε κατά τιν῾ος γεφυρίου, ita interpretari, *de quodam ponticulo se dejectum ivit.* Hoc enim, ut alia mittam, gymnasii custodi à Diogene erat mandatum, nempe ut se jam exstinctum de ponte in Ilissum mitteret. hoc itaque modo acceperim, *seipsum vel corpus temerè sine arbitris in ponticulum abjecit.* Nam æger Diogenes ibi solus procubuit, ubi ponticulus ei cubile erat. vide indicem in κῷ. Salmas. *notis in Gallienos* legit cum Gesnero, ἑαυτὸν φέρων μόλις, ἔρριψε &c. explicatque quasi *Diogenes præ mala valetudine vix sese ferre potuerit.* KUHN.

Ἑαυτὸν φέρων μόνον ἔρριψε κατά τιν῾ος γεφυρίου] Locus parum intellectus ab Interprete & plerisque Editoribus. Recte Kuhnius docuit, sensum esse, non *dejecisse se* Diogenem *de ponte*, sed *abjecisse se in pontem*, unde postea, jam mortuus, esset dejiciendus in fluvium. Deinde non perceperunt vim τῷ φέρων, quæ etiam causa, quare maluerint legere μόλις. Sed abundat tali in constructione hoc Participium, vel potius declarat impetum quendam aut certum consilium agendi, id, quod agitur. Sic Lucian. *de Morte Pereg. pag.* 772. ἵνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ, *qua causa injecit se ipse in ignem.* Et *pag.* 781. ἐπειδὴ ἀνήφθη μὲν ἡ πυρὰ, ἐισῆλθε δὲ φέρων ἑαυτὸν, *postquam accensus fuit rogus, & ipse se in eum injecit.* Hesiod. Θεογ. 481. ἔνθα μὲν ἵκτο φέρουσα, *tum quidem pervenit progressa.* Noster *supra* IV. 1. ἑαυτὲς κατὰ πόλεις ἐισχώρησαν αὐτῷ φέροντες. Maximus Tyrius *Dissert.* IX. φέρων ἑαυτὸν ἐπῆλθε τῷ ποιμένι. Vetus Auctor apud Suidam v. Ευιθχ῾ος. ὥσπερ ἑαυτὸν εἰς τὸ Μέγαρον φέρων. & in v. Μέλιτ῾ος. ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ Μελίτῃ ἔρριψε φέρων. Retinui autem μόνον, ut habent etiam MSti, pro quo sine causa Faber maluit μόνος. Sensus autem est, quod se sine lecto, aut ulla alia re, solum itaque suum corpus, abjecerit in pontem. PERIZ. Parens meus hunc locum ita capiebat: ut Diogenes solum se usque pontem promoverit non absque summa fatigatione & agitatione ægri corporis, nolens implorare aliquem, qui illum sustinens eo usque duceret.

3 Πρὸς γυμνασίῳ] Lugd. πρὸς γυμνάσια, sed male. Intelligit autem *Craneum* extra Urbem. Diogenes Laert. in *Diog.* II. 77. ἐπύγχανε δ᾽ ὁ γὰρ ἐν τῷ Κρανείῳ, τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ, *Agebat in Craneo, Gymnasio ante Corinthum.* Erat vero illic etiam Tumulus Diogenis, ut constat ex Pausania *Corinth. cap.* 2. Mox uterque Codex legit προσέταττε, non προσέταξε. PERIZ.

4 Ιλισσὸν] Laertius scribit Ελισσὸν. Eruditissimus Menagius scribendum putat, εἰς τὸ Ἔλειον, quia *Ilissus* flumen Atticæ, *Diogenes* vero Corinthi obiit, sensus *in locum paludosum.* Ipsum vide in *Notis ad Laert. p.* 149. SCHEFF. Ιλισσος Plato, quoque legit & Strabo, Pausanias. Ἴλισσος. corruptius Ἔλισσος. Cæterum communior scriptio Ιλισσος. Quam hoc loco servandam censeo. Ut enim Auctores in diversa eunt, cum quæritur, quo genere mortis Diogenes exstinctus sit; ita etiam locus, ubi eum fatalis hora deprehenderit, ἀμφισβητήσιμος, nec dum definitus est. Corinthi enim in Cranio mortuum

ὀλίγον ἔμελε Διογένει καὶ θανάτου, καὶ ταφῆς.

tuum ſunt qui tradant. Laert. in *Vita ejus.* Alii in itinere, cum tenderet Olympiam, febri correptum obiiſſe ajunt. Hieronymus *lib.* II. *adverſus Jovinian. Cum ad agonem Olympiacum, qui magna frequentia Græciæ celebrabatur, jam ſenex pergeret, febri in itinere apprehenſus, accubuit in crepidine viæ: volentibuſque eum amicis, aut in jumentum, aut in vehiculum tollere, non acquievit: ſed tranſiens ad arboris umbram, locutus eſt: abite quæſo, & ſpectatum pergite: hæc me nox aut victorem probabit aut victum. Si febrem vicero, ad agonem veniam: ſi me vicerit, ad inferna deſcendam. Ibique per noctem eliſo gutture non tam mori ſe ait, quam febrem morte excludere.* confer Sarisburienſem *lib.* V. *Polycrat. cap.* 17. & Arrian. *Epict. p. m.* 348. Præterea ſi in Iliſſum ſe mortuum projici voluit, ut Laërtius ſcribit cum Noſtro, in Attica eum aut plane defunctum aut morti ſaltem vicinum fuiſſe veriſimile eſt. Ideoque hæc triga opinionum de morte Diogenis non eſt confundenda εἰς μίαν Μύκονα, ſed diſtinctè ſervanda & explicanda. KUHN.

Εἰς τὸν Ιλισσὸν] Kuhnius accipit hoc nomen de fluvio Atticæ, atque adeo concludit ex eo, varias de loco, ubi mortuus fuerit

rabat mortem & ſepulturam Diogenes.

Diogenes, Veterum fuiſſe ſententias. At vero conſtans eſt opinio Veterum, mortuum eſſe Corinthi, ubi proinde ejus quoque monumentum exſtitiſſe narrat Pauſanias. Certe Diogenes Laertius, licet varia tradat de modo & ratione mortis, tamen non niſi Corinthi mortuum, atque iſtic poſitam illi columnam ſepulchralem, aſſeverat. Noſter etiam *Gymnaſium*, ubi mortuum Diogenem ait Laertius, & ubi monumentum illius exſtitit, diſerte nominat: Quapropter, quum Laertius quoque memoret, non tamen *Iliſſum*, ſed *Eliſſum*, in quem ſe Diogenes abjici voluerit, putem ſane, eum in agro Corinthio quærendum. In quo, vel in cujus certe vicinia, quum fuerit fluvius *Eliſſon*, à Pauſan. *Corinthiac. cap.* 12. laudatus, putem porro cum Menagio *ad Laert.* VI. 79. eum hic deſignari, quamvis ab Urbe & Craneo Gymnaſio forſan longius afuerit. Cæteroquin enim videretur ſane Noſter *Gymnaſium* Corinthiacum, & *Iliſſum* Atticum flumen confudiſſe, ſeu in unum Diogenianæ mortis locum contuliſſe, qui turpis foret error. PERIZ.

ς Οὕτως ἄρα] Eleganter & copioſe de hac re Marcus Tullius *Tuſc. lib.* I. SCHEFF.

ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ Φιλίππου ἐν νίκῃ ἐγκρατείας, καὶ τίνος ἐβούλετο ἀναμιμνήσκεσθαι.

Ἐν Χαιρωνείᾳ τοὺς Ἀθηναίους νίκῃ ἐνίκησε Φίλιππος· ἐπαρθεὶς δὲ τῇ εὐπραγίᾳ, [1] ὅμως λογισμοῦ ἐκράτησε, καὶ οὐχ' ὕβρισε· καὶ διὰ ταῦτα

1 Ομως λογισμῷ] Stobæus, qui ſe hæc noſtri refert exſcripſiſſe, habet λογισμῷ, *Sermone* XXI. SCHEFF. An *Philippus* intra mo-

CAP. XV.

De Philippi in victoria continentia, & cujus ſibi memoriam refricari identidem voluerit.

Philippus ad Chæroneam victos fudit Athenienſes: elatus vero iſta victoria, animum tamen in ſua poteſtate habuit, neque intemperanter

derationis gyrum ſe continuerit, docebit Diodorus *lib.* XVI. *Biblioth.* cùm quo Juſtinum *lib.* IX. *cap.* 4. compone. Cæteroquin nemo

ταῦτα ᾤετο δεῖν αὐτὸν ὑπομιμνήσκεσθαι ὑπό τινος τῶν παίδων ἑωθεν, ὅτι Ανθρωπός ἐστιν· καὶ προσέταξε τῷ παιδὶ τοῦτο ἔχειν ἔργον. Καὶ οὐ πρότερόν, φασιν, οὔτε αὐτὸς προῆει, οὔτε τις [2] τῶν δεομένων αὐτοῦ παρ' αὐτὸν εἰσήει, πρὶν τοῦτο αὐτῷ τὸν παῖδα ἑκάστης ἡμέρας ἐκβοῆσαι τρίς· ἔλεγε δὲ αὐτῷ· [3] Φίλιππε, Ανθρωπος εἶ.

ΚΕΦ.

nemo luculentius moderationem Philippi deſcripſit quam Polybius *lib.* V. *Hiſtor. c.* 10. ipſa verba proponam variamque inſimul lectionem è Suida in Φίλιππος: Φίλιππος, inquit, νικήσας Αθηναίους τῷ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχῃ, ὑ ποσῶτον ἤνυσε λῃ τ ὅπλων, ὅσον λῃ τ ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας (Suid. φιλανθρωπείας male.) τ τρόπων. τῷ μὲν γὰ πολέμῳ κ τοῖς ὅπλοις αὐτῶν μόνον (malim ex Suid. μόνων) ἐβιεγένετο, (Suid. ἐγένετο. malè.) καὶ κύριος κατέστη τῶν ἀνθιπεξαμένων. τῇ δ' εὐγνωμοσύνῃ καὶ μετριότητι πάντας Αθηναίους ἅμα καὶ τῷ πόλει αὐτῶν ἔχειν ὑποχείριον, σὺν ἐπιμετρῶν τῷ θυμῷ (Suid. τ θυμὸν quod melius) τοῖς πραττομένοις· ἀλλὰ μέχρι τέτων πολεμῶν κ φιλονεικῶν (Suid. νικῶν) ἕως ἔ λαβεῖν ἀφορμὰς ὡσὲς ἀποδείξειν τ αὐτῷ πραότητος κ καλοκαγαθίας. τοιγαρῦν χωρὶς λύτρων ἀπέστειλας τὰς αἰχμαλώτους, κ κηδεύσας Αθηναίων τὰς τετελευτηκότας, ἔτι δὲ συνθεὶς Ανιπάτρῳ τὰ τέτων ὀφᾶ (Suid. καὶ τῷ Α. τῶν Αθηναίων τ. τ. θάψαι κελεύσας, ἔτι δὲ κ συνθεῖναι τ. τ. ε.) κ τῶν ἀπαλλαττομένων τὰς πλείστας ἀμφιέσας μικρᾷ δαπάνῃ. (Suid. omittit) &c. *Philippus in pugnâ ad Chæroneam victor Athenienſium non tantum armis, quantum clementia & humanitate morum profecit. Nam bello & armis ſolos illos devicit, & reſiſtentes ſibi ſubjecit: æquitate autem & moderatione omnes Athenienſes unà cum ipſa urbe in poteſtatem redegit, dum rebus geſtis nihil iræ ſuperaddidit, ſed ideo bellum geſſit vicitque, ut occaſionem & materiam haberet ſuam tum manſuetudinem, tum benignitatem declarandi. Ea propter captivos ſine pretio domum remiſit, Antipatrumque cæſorum juſta peragere & oſſa legere juſſit; diſcedentes autem veſte donavit, eoque ſumptu minimo ſolerter rem maximam confecit. Namque illa animi magnitudine animos Athenienſium adeo permovit perculitque, ut ex hoſtibus ſocii ad omnia promptiſſimi poſtea evaſerint.* KUHN.

Λογισμῷ ἐκράτησε] Stobæus *Serm.* XXI. hæc ex Æliano deſcripſit, ſed exhibet, ſi recte editur, Λογισμοῦ. Longe tamen melior eſt Vulgata Æliani & Scripta Codicum ejus lectio. Senſus enim eſt, quod Philippus, licet magnos merito ſpiritus gereret ex illuſtri adeo victoria, mentem tamen & cogitationem in officio continuerit, ne inſoleſceret εἰς ὕβριν. Moderationem hanc Philippi reſpicit etiam Demoſthenes *Epiſtola* III. ἔφετο δεῖν, ἡνίκ' ἠυτύχησε, μάλιστα τότ' ἀνθρώπινα πρᾶτ'ιν φαίνεσθαι, *putabat ſe decere, quum bene rem geſſiſſet, tunc maxime videri humaniter agere.* Ceterum hujus Virtutis cauſa illi fuit Demadis, Athenienſis tunc Captivi, oratio, qua eum comeſſabundum & exſultantem indecore increpuit, ut refert Diodorus Sicul. *lib.* XVI. Neque tamen ita moderatus fuit, ut ideo fidem victis aliiſque Græcis ſervaret, urque eos non quovis modo ſub ſuam redigeret poteſtatem, ἐκδικᾶ κ ωθάνομαι δεῶν, ut loquitur ipſe Æl. de eo VI. I. PERIZ.

2 Τῶν δεομένων αὐτοῦ] Vide *ſupra ad* VII. 21. IDEM.

3 Φίλιππε ἄνθρωπος εἶ] *In ſimilitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhærebat, per ſingulas acclamationes civium, dicens.* Hominem Te eſſe memento! Hieron. *ad Paulam* ſuper obitu Bleſillæ. KUHN.

ΚΕΦ. ιϛ'.

Περὶ Σόλωνος καὶ Πεισιστράτου.

Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου, γέρων ἤδη ὤν, ὑπώπτευε Πεισίστρατον [1] τυραννίδι ἐπιθήσεσθαι, ἡνίκα [2] παρῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Ἀθηναίων, καὶ [3] ἤτει φρουρὸν ὁ Πεισίστρατος. Ὁρῶν δὲ τοὺς Ἀθηναίους τῶν μὲν αὐτοῦ λόγων ῥᾳθύμως ἀκούοντας, προσέχοντας δὲ τῷ Πεισιστράτῳ, ἔφη, ὅτι τῶν μέν ἐστι σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερος. Ὁπόσοι μὲν μὴ γινώσκουσιν, ὅτι φυλακὴν λαβὼν περὶ τὸ σῶμα, τύραννος ἔσται, ἀλλὰ τούτων μέν ἐστι σοφώτερος· ὁπόσοι δὲ γινώσκοντες,

CAP. XVI.

De Solone & Pisistrato.

Solon Execestidæ *filius*, jam ætate grandior, suspicabatur, Pisistratum tyrannidem esse invasurum, quum progrederetur Pisistratus in concionem Athenienſium, & peteret corporis custodes. Videns autem Athenienses negligentius sermones suos audire, Pisistrato vero auscultare, dixit, se hisce sapientiorem, at illis fortiorem esse. Quicunque enim non intelligerent, ipsum, si accepisset corporis custodiam, tyrannide quoque potiturum, his se esse

1 Τυραννίδα] τυραννίδι. GESNER. neque enim dicitur ἐπιτίθεσθαί τι, sed τινι, in significatione *aggrediendi*. FABER.

Τυραννίδα ἐπιθήσεσθαι] Vere Gesnerus, Faber, Kuhnius legunt Τυραννίδι. Postulat id Græcisini ratio, & palam id præfert Sluisk. ut & Med. 1. *Supra* VI. 12. Δίωνι ἐπιθεμένῳ τῇ ἀρχῇ. Ipse Solon ad Epimeniden apud Laert. Ἐπιθέσθαι Τυραννίδι. PERIZ.

2 Παρῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν] Thorace clypeoque armatus. Testis Laertius in *vita ejus*. Cui addas Plutarchum, qui hæc omnia copiosus. Aristid *orat. de Smyrna*. SCHEFF.

Παρῆλθεν &c.] Nihilhic monuissem, nisi vidissem turpiter hic hallucinari Schefferum, dum hæc refert ad Solonem. Nam ex Laertio & Plutarcho notat, *prodiisse* eum *thorace & clypeo armatum*, quod sane illi de Solone tradunt. Sed Noster hic loquitur de Pisistrato. Res est certissima. Pisistratus enim quum pridie litigasset cum adversariis, ac eorum principi Megacli multa minatus & conviciatus in concione fuisset, postridie quum se ipse variis in locis vulneraſſet, in concionem rediit, & se ab inimicis ita vulneratum fingens, postulavit corporis sui custodes, clavis instructos. Vide Polyæn. 1. 21. 3. & adde Herodot. 1. 59. Plut. in *Solone*, & ipsius Solonis *Epistolam ad Epimen.* apud Laert. Justinus II. 1. Pisistratus *advocata Concione vulnera populo ostendit* &c. PERIZ.

3 Ἤτει φρουρόν] Hæc pervulgata Tyrannidem affectantium via erat. vide Aristotelem *lib.* I. *Rhetor. cap.* 2. & *lib.* II. *cap.* 20. ubi Himeræi *Phalaridi* decreverunt φυλακὴν τοῦ σώματος, *corporis custodiam*, & Cononis Διηγήσεις apud Photium *p.* 231. & *seq.* Plato *lib.* VIII. *de Republ.* τὸ δὴ τυραννικὸν αἴτημα, τὸ πολυρρύλλητον ἐπὶ τέτῳ· πάντες οἱ ἐπὶ τοῦτο ἀφιξόμενοι, ἐξευρίσκουσιν αἰτεῖν τὸν δῆμον φυλακὴν ὑπὲρ τοῦ σώματος, ἵνα σῶς αὐτοῖς ᾖ ὁ τοῦ δήμου βοηθός. *Deinde sequitur Tyrannica illa & celebrata petitio. omnes enim eo tendentes comminiscuntur corporis custodiam à populo petendam, ut scilicet salvus perstet ille populi vindex & assertor.* Huic petitioni non male obviam ivit ille, qui Syracusanis, Dionysio etiam corporis custodiam

τες, [4] ὑποσιωπῶσι, τούτων ἀνδρειότερός ἐστιν. [5] Ὁ δὲ λαβὼν [6] τὴν δύναμιν, Τύραννος ἦν. Καθεζόμενος δὲ Σόλων [7] πρὸ [8] οἰκίας, τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ ὡπλισμένος ἔλεγεν, ὅτι ἐξώπλισμαι, καὶ βοηθεῖ τῇ πατρίδι, ᾗ δύναμαι, στρατηγὸς μὲν διὰ τὴν ἡλικίαν [8] οὐκ ἔτι ὤν, εὔνους δὲ διὰ τὴν γνώμην. Ὅμως οὖν Πεισίστρατος, εἴτε αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, εἴτε καὶ μνήμῃ τῶν ἐφ' ἡλικίας, (λέγεται γὰρ, [9] αὐτὸν παιδικὰ γενέσθαι) οὐδέν γε ἔδρασε κακὸν Σόλωνα.

esse sapientiorem: qui vero id intelligerent, & tamen reticerent, istis se esse fortiorem. At ille, quum impetrasset satellitium, Tyrannus exstitit. Solon vero ante domum suam sedens, quum appositsset sibi scutum & hastam, dixit, armatum se esse, & juvare patriam, quâ posset, Dux quidem haud amplius per ætatem, animo tamen bene illi volens. Nihilominus tamen Pisistratus, seu reverentia tanti viri & sapientiæ ejus, seu recordatione adolescentiæ (dicitur enim illius fuisse amasius) nihil mali fecit Soloni.

So-

4 Ὑποσιωπῶσι] Sluisk. & Med. 1. ὑπισιωπῶσι. At Lugd. & haud dubie Med. 2. (nam nihil ex eo hic annotavit Gudius) tuentur Vulgatum. Utrumque satis huic loco convenit, ut adeo, utrum sit præferendum, ex auctoritate Codicum, eorumve præstantia aut numero, decerni debeat. PERIZ.

5 Ὁ δὲ λαβὼν τὴν δύναμιν &c.] Sluisk. & Med. 1. ignorant τὴν. Parum belle, ut puto. Cæterum Pisistratus acceptis à Populo satellitibus, mox eorum numerum, connivente populo, pro lubitu auxit, cum iis dein arcem occupavit, & sic ad fugam & exilium compulit inimicos, Alcmæonidas. Vide Herodot. & Plut. Sed & ipsi populo mox arma abstulit callido stratagemate, quod refert Polyæn. 1. 21. 2. Atque ita re ipsa τὸν δῆμον κατέλυσε, *populi potestatem sustulit*, ut ait Solon *Ep. ad Epimen.* Cæteroqui tamen totam Reip. formam, & ipsius Solonis leges retinuit, ut ipse ad Solonem scribit apud

diam a populo petente, auctor fuit, ut tot ei satellites decernerent, quot quidem unum vel alterum vel plures etiam, non tamen omnem populum sibi haberent obnoxium. Aristot. *lib.* III. *Polit. cap.* XV. *in fine.* KUHN.

6 Τὴν δύναμιν] Satellitium seu corporis custodiam, quam quo astu à plebe obtinuerit, lege apud Justinum *lib.* II. *cap.* 8. aliosque quos Bongarsius illic nominat auctores. SCHEFF.

7 Πρὸ τῆς οἰκίας] Ita Plutarchus *lib. An seni sit gerenda resp.* Laertius scribit, ὡς δὲ στρατηλάτει ποσυισσε, & dixisse Ω πατρὶς βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. SCHEFF.

8 Οὐκ ὤν] Reposui, ἐκ τῆλ ὤν, quod in priscis erat Edd. & MStis. Mox Sluisk. & Med. 1. habent Ὅμως Πεισίστρατος, elisо ὅν. PERIZ.

9 Αὐτὸν παιδικὰ] Legendum, vel ἀυτῷ vel ἀυτῶ. nam Pisistratus, cum, ut ajunt, pulchellus esset, Solonis concubinus fuerat, itaque vel ὡυτῶ vel ἀυτῷ. FABER. Probo. SCHEFF.

Αὐτὸν παιδικὰ γενέσθαι] Nullus dubito, quin ἐυσόχως conjecerit Faber, probante Schefferо, ἀυτῶ. Facillime enim ex ἀυτου po-

Ὁ δ' οὖν Σόλων [10] ὀλίγον ὕστερον, [11] ὑπέργηρως ὢν, τὸν βίον ἐτελεύτησεν, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ μεγάλην ἀπολιπὼν δόξαν. Καὶ ἀνέστησαν αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα [12] ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀλλὰ καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ πρὸς τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει ἐν δεξιᾷ εἰσιόντων· καὶ [13] περιφκοδόμητο αὐτῷ ὁ τάφος.

Solon vero paulo post, decrepitæ jam senectutis, vitam cum morte commutavit, magnam sapientiæ & fortitudinis laudem sibi relinquens. Atque æneam illi statuam in foro posuerunt, sed & publice sepeliverunt juxta portas ad murum ad dextram introeuntium: & monumentum ejus maceria conseptum est.

ΚΕΦ.

CAP.

potuit ἀυτὸν formari. *Supra cap.* 9. Τὰ παιδικὰ ἀυτῆς Κρατέυας. PERIZ.

10 Ολίγον ὕστερον] Sic Lugd. codex. Et ita *supra* 1. 16. τὸν ὀλίγον ὕστερον ἐρρίμμένον οἱ ποσί. Sluisk. tamen & Med. 1. legunt hic ὀλίγῳ. Auctor autem videtur sequi illorum sententiam, qui tradidere Solonem sub Pisistrati tyrannide mansisse Athenis, & sequenti anno mortuum. Vide Plutarchum, qui diserte ait, eum Amicis suadentibus fugam non auscultasse, ac absurdum & fabulosum pronunciat, quod de cineribus ejus per Salamina insulam sparsis traditur. Certum est tamen, errare eos, qui Solonem Athenis mansisse asseverant, si genuinæ sunt Epistolæ Solonis, & Aliorum ad Solonem apud Diog. Laertium, ex quibus clarissimum in modum liquet ejus Exsilium. IDEM.

11 Υπέργηρως ὢν τ βίον ἐτελεύτησεν] Luciano teste in *Macrob.* ad centesimum annum usque vixit. Mortuus autem non Athenis, sed in Cypro, ut ait Laertius, ossaque ejus in cinerem soluta, perque Salaminam insulam disseminata, ut adeo honorarium id ejus Athenis sepulchrum fuerit, cujus mentionem facit. Nec enim stricte accipienda putem verba hæc, sic ut contrarium sentiat ab iis, qui tradunt excessisse urbe, licet hoc memoraverit & Plutarchus *vita Ejus.* vide Meursii *Solon.* & Menag. *ad Laert. p.* 17. SCHEFF. Auctor Noster, quantum ex verbis ejus licet colligere, minimè accedit illorum partibus, qui *Solonem* senectute jam præcipiti abiisse in Cyprum, ibique mortuum Solis tradiderunt. Plutarchus in *vita Ejus*, Pisistratum sæpe ait solitum accersere *Solonem* & ejus uti consilio & legibus, ipsumque *Solonem* multa Pisistrato rite atque ordine peracta laudasse. Quæ omnia non nisi in præsentem cadere videntur. KUHN.

12 Εν τῇ ἀγορᾷ] ωθὶ τ σοαῖ ait Pausanias in *Atticis.* SCHEFF.

13 Περιφκοδόμητο] *Septo ejus monumentum circumdatum est.* Qui honos viris illustrioribus servatus legitur. Thucyd. *lib.* v. de *Brasida* in prælio cadente: οἱ Αμφιπολῖ) ωβιέρξαυτες αὐτῷ τὸ μνημεῖον, ὡς Ηρωΐ τε ὐντέμνουσι &c. quod Valla reddit. *Amphipolitani monumentum ejus circumstantes* (sine dubio legendum *circumdantes*) *tanquam Heroi immolant.* Ex hujusmodi ωβιπιφκαγμένοις, *consepto inclusis* monumentis pleraque Ethnicorum templa surrexerunt. vide Arnobium *lib.* VI. *adversus Gentes.* KUHN.

Περιφκοδόμητο] *Maceria illi circumdata est.* Suetonius *Nerone* 33. *Bustum ejus consepiri, nisi humili levique maceria*, (sic omnino lege, non *materiâ*) *neglexit.* PERIZ.

ΚΕΦ. ιζ.

Περὶ Σκύθου, Ζαγκλαίων μονάρχου.

CAP. XVII.

De Scytha, Zanclæorum monarcha.

Οτι [1] Σκύθης ὁ Ινύκινος, ὁ τῶν Ζαγκλαίων μονάρχης, ἀνέ-

Scythes Inycinus, Zanclæorum regulus, ad regem Darium pro-

1 Σκύθης Οινύκινος] Perperam: scribendum ὁ Ινύκινος, ab urbe Siciliæ, in quam relegatus fuit ab Gelæ tyranno Hippocrate. Consule Herodotum *lib.* VI. ubi habes integram historiam, pæne ad verbum. SCHEFF. Bene Schefferus ex Herodoto ὁ Ινύκινος, & ipse pridem notaveram. FABER. Ex Romanæ Editionis male coalita lectione Οινύκινος omnes aliæ contraxere labem. nec dubium est, quin ὁ Ινύκινος divisim rescribendum. hinc apud Hesychium legas Ινύκινος (non Ινύκινος) οἶνος ἀπὸ Ινυκῆς τ Σικελίας· ἐστὶ δὲ πολίχνιον οἴνινον. *Vinum Inycinum nomen habet ab Inyco Siciliæ: est vero oppidulum vini melioris proventu celebre.* KUHN.

Σκύθης ὁ Ινύκινος] Levissimus scripturæ error & Historiæ ipsius inscitia fecit, ut appellatio hujus Hominis mirum in modum inverteretur, atque ita ex Proprio nomine fieret Gentile, ex Gentili Proprium. Verebatur enim *Oenycinus Scytha.* At vero legendum omnino, ut monuit Schefferus, Σκύθης ὁ Ινύκινος. Est enim *Scytha* nomen hominis Proprium. Cognominatur autem ab oppido Siciliæ *Inyco*, de quo vide Stephanum. Sed & res est certissima ex Herodoto VI. 23. 24. Errarunt tamen librarii, & fecerunt Οινύκινος ex ὁ Ινύκινος, nisi quod Lugd. paulo rectius habet ὁ νύκινος. Editores deinde etiam in Argumento capitis palam & unice *Oenycini* nomen exhibuere, tanquam Verum illius & Proprium Nomen: quæ a me demum sunt mutata. Neque vero ipse Auctor extra omnem videtur culpam positus. Historia hæc est: Zanclæi bello invadebantur, dum ad aliud erant bellum profecti, ab Samiis & Anaxilao Rheginorum Tyranno. Implorabant ergo auxilium Hippocratis, Gelæ Tyranni, sed qui conspiravit cum illorum Hostibus, & Scythen Zanclæorum monarcham cum fratre vinxit, ac in oppidum Inycum misit. Is vero mox inde evasit Himeram, & porro abiit in Asiam. Qua igitur ratione *Inycinus* dicatur, qui haud dubie ad paucos tantum dies istic in custodia fuit, vix intelligo. Nec enim credibile est, Hippocraten, qui tam perfide cum Zanclæis egit, & trecentos eorum primores Samiis dedit occidendos, hunc illorum Principem diu vivum & salvum habuisse in custodia. Quid ergo? Exscripsit hæc Auctor paululum contracta ex Herodoto, pleraque ejus verba retinens. Sic autem illd: Σκύθης δὲ, ὁ τ Ζαγκλαίων μύναρχος, ὑπὸ τῆς Ινυκος ἀδελφεόσκει ἐς Ιμέρην, ὑπ δὲ παύτης παρῆν ἐς τὴν Ασίην, ἔχ ἀνέσῃ ωβὸς βασιλῆα Δαρεῖον. Καὶ μὲν ἐνόμισε Δαρεῖος πάντων ἀνδρῶν δικαιότατον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ελλάδος παρ' ἑωυτὸν ἀνίσχησαν. Καὶ ἡδὺ ωβοικησάμενος βασιλῆα, ἐς Σικελίην ἀπίκετο, ἔχ ἄνδρις ὑπ τῆς Σικελίης ὀπίσω παρὸ βασιλῆα, ἐς ὃ γήρᾳ, μέγα ὄλβιος ἐὼν, ἐτελεύτησε ὑπ Πέρσησι. Nemo, opinor, dubitabit, quin ex his sua hauserit Ælianus, ita tamen, ut dialectum mutaverit, & quædam verba, eorumque ordinem. Atque ita ad sensum, aut distinctionem, quæ olim nullis notabatur signis, non satis attendens, plane ut *supra cap.* 7. fecit in Athenæo. ex hisce Herodoti verbis, Σκύθης ὁ τ Ζαγκλαίων μύναρχος ὑπ τ Ινυκος, fecit Σκύθης ὁ Ινύκινος ὁ τ Ζαγκλαίων μύναρχος, nam sic ultimum hoc vocabulum scribit etiam Sluisk. Majorem habet illud veri speciem, si cogitemus, Auctorem haud dubie hunc Herodoti locum seorsim & separatim a superioribus in sua transtulisse Adversaria, & ex iis dein hoc Caput conscripsisse. Ita vero quum non satis illi constaret ex su-

ζη εἰς Ασίαν ὡδὶ βασιλέα Δαρεῖον· 2 καὶ αὐτὸν ἐνόμισε πάντων δικαιότατον ἀνδρῶν εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ελλάδος παρ' αὐτὸν ἀνέβησαν. 3 ὅτι παραιτησάμενος βασιλέα ἀφίκετο εἰς Σικελίαν, καὶ πάλιν ἐκ Σικελίας παρὰ βασιλέα ἀπῆσω. Τοῦτο δὴ 4 Δημοκήδης ὁ Κροτωνιάτης οὐκ ἐποίησε· καὶ διὰ τοῦτο Δαρεῖος ὑπὲρ αὐτοῦ φλαύρως ἔλεγεν, ἀπατεῶνα λέγων καὶ ἄνθρωπον κάκιστον. Ο οὖν Σκύθης ἐν Πέρσαις, 5 μέγα ὄλβιος ὢν, γήρᾳ κατέτρεψε τὸν βίον.

perioribus, quæ in Adverſariis non habebat, quid *Inyci* egiſſet Scytha, credidit eum iſtic habitaviſſe, licet Zanclæorum eſſet Regulus, ut plures fuerunt in Sicilia Tyranni, aliarum etiam Urbium, quam in quibus habitabant, Domini. PERIZ.

2 Καὶ αὐτὸν ἐνόμισε] Sluysk. ἐνόμισαν, ſed perperam. Vellem alia parte medicinam huic loco feciſſet. Nam ſine dubio reſtituendum eſt ex Herodoto Καὶ αὐτὸν ὦ. Δαρεῖος: quod vocabulum facile excidit, quia Nomina Propria, inprimis ſi paulo ante jam fuerunt expreſſa, una aut altera ſolent litera in MStis notari. Niſi tamen quis malit, addita tantum vocula ὅς, legere, ὃς καὶ αὐτὸν ἐνόμισε. Certe ſenſus alterutrum poſtulat. Erat autem *Darius* hic Filius Hyſtaſpis. PERIZ. Nihil hoc loco mutandum. Xenophon *de Cyri Exp. pag.* 425. Λαμψακηνοὶ ἔπεμψαν ξένια τῷ Ξενοφῶντι, καὶ θύων τῷ Απόλλωνι παρεσκεύασατο τὸν Ευκλείδην pro ὃς καὶ θύων. D. Lucas in *Euangel. cap.* XV. 15. καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης· καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους.

3 Οὐ ὡδιτησάμενος &c.] In Sluiskiano hæc ita ſcribuntur, quaſi Novi eſſent Capitis initium, haud dubie, quia οὐ ſæpe in initio Capitum repetitur, & hic forſan in vetuſtiore codice occurrebat poſitum in verſus principio. In Lugd. vero reliqua hujus Capitis omnia deſiderantur. PERIZ.

4 Δημοκήδης] Medicus captus à Perſis & ad Darium perductus, ut ægrotantem ejus ex mamma uxorem ſanaret. Pro quo cum à rege obtinuiſſet, ut ſibi domum ad viſendos ſuos proficiſci liceret, noluit reverti. Teſtis Athenæus *lib.* XII. Suidas, & Herodotus. SCHEFF.

Δημοκήδης] Illuſtris hic fuit Medicus, qui relicta patria, apud Polycratem Sami Tyrannum, magna mercede conductus, agebat. Quum vero is ad Orœten Perſarum Satrapam profectus & cruci ſuffixus eſſet, hic cum reliquis illius Comitibus inter Orœtis mancipia manſit, uſque dum Darius Rex factus, pede in venatione contorto, Medici indigeret. Arceſſitus itaque & Darium curavit, & mox etiam Uxorem ejus, Atoſſam, cujus ubera ulcere quodam erant vitiata. Quo facto lautiſſimis muneribus locupletatus impetravit tandem, ut cum Perſis quibuſdam mitteretur in Græciam, quaſi rediturus ad Regem. Sed quum veniſſet Crotonem in patriam ſuam, reliquit Perſas, comites ſibi datos, qui cum Vi eum reducere vellent, tanquam Regis ſui ſervum, male mulcati à Crotoniatis diſceſſere. Fuit autem adeo celebris Medicus, ut propter eum deinceps Crotoniatæ *Primi* haberentur *per Græciam Medici*. Vide Herodot. III. 129. &c. Athen. XII. 4. PERIZ.

5 Μέγα ὄλβιος ὢν] Videtur hic Scytha accepiſſe à Dario imperium & ſummam poteſtatem in Coos. Certe tempore Xerxis fuit in Sicilia apud Gelonem Cadmus *Scythæ F.* qui à Patre habuit τὴν Τυραννίδα Κώων, ſed ultro, nec ulla neceſſitate adactus imperium depoſuit, & in Siciliam abiit, ut refert Herodot. VII. 164. Fuit is ſine dubio hujus

profectus eſt in Aſiam: & is eum omnium hominum, quotquot ex Græcia ad ſe venerant, exiſtimavit eſſe juſtiſſimum: quoniam Rege exorato in Siciliam, & iterum è Sicilia rurſus ad regem venit. Id vero Democedes Crotoniata non fecit: & ob hanc cauſam Darius male de eo loquebatur, fraudulentum & peſſimum hominem appellans. Scythes igitur in Perſis, opibus abundans, vitam finiit ſenecta.

Scythæ Filius, ſiquidem in Siciliam rediit, unde Pater venerat in Aſiam, & certe per ætatem Filius ejus eſſe potuit, ſicuti Xerxes fuit hujus Darii, & Gelo ſucceſſit Hippocrati, qui Scythæ fuerat æqualis. PERIZ.

ΚΕΦ. ιή'.

Περὶ Ευθύμου, καὶ ᾧ ἐν Τεμέσῃ Ηρωος, καὶ παροιμίας.

1 Ευθυμος ὁ Λοκρὸς τῶν ἐν Ιταλίᾳ, 2 πύκτης ἀγαθὸς ἦν, ῥώμῃ τε σώματος πεπίστευται θαυμασιώτατος γενέσθαι. Λίθον γὰρ μεγέθει μέγιστον δεικνύουσι Λοκροὶ, ὃν ἐκόμισε, καὶ ἔθηκε πρὸ τῶν θυρῶν. Καὶ 3 τὸν ἐν Τεμέσῃ Ηρωα, Φόβος πραττόμενον ὡδὶ τῶν προσοίκων ἔπαυσεν. Αφικό-

CAP. XVIII.

De Euthymo, & Temeſæo Heroe, & proverbio.

Euthymus Locris Italiæ ortus, pugil fuit egregius, & corporis robore maxime admirabilis fuiſſe creditur. Locri enim lapidem oſtendunt prorſus maximum, quem portavit, & ante fores poſuit. Idem Temeſæum Heroem, qui tributa ab accolis exigebat, quieſcere coegit. Veniens

1 Ευθυμος] Eandem rem luculenter deſcribunt Strabo *lib.* VI. & Suidas in Ευθυμος. SCHEFF.

Ευθυμος ὁ Λοκρὸς] Celebris hic fuit, & ſæpius victor olympicis certaminibus tempore Xerxis: quæ Hominis gloria apud cives ſuos, forſan etiam illa Mors ejus, quam Auctor refert, fecit, ut non Hominis, ſed Fluvii Cæcinæ crederetur Filius. Vide Pauſan. *Eliacis* II. 6. PERIZ.

2 Πύκτης] Meminit Plinius *lib.* VII. *cap.* 47. terque (ut emendat Meurſius) *Olympiæ victorem, ſemel victum* ſcribit, Demoſtheni *orat. adverſus Midiam* eſt Luctator. SCHEFF.

3 Τὸν ὦ Τεμέσῃ ἥρωα] Fuit hic unus ex Ulyſſis ſociis, nomine Alybantes, uti Suidas refert. Pauſanias in *Eliacis* Λύβαντα nominat, aitque ſe in veteri pictura vidiſſe eum ut dæmonem depictum, χρόαν δὲ δεινὸς μέλαινα, καὶ τὸ εἶδος ἅπαν ἐς τὰ μάλιστα φοβερὸν, habuiſſeque ἐσθῆτα λύκου δέρμα. SCHEFF. Quod *Enthymus* viribus corporis effecit, id Porphyrius arte magica conatus eſt imitari. Ipſe enim de ſe ſcribit, ſe δαιμονίου τινὸς φύσιν dæmonem quendam, è balneo, quod infeſtum habuerat, expulſiſſe, καυσάνθα τοῦτον ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι, *quem incolæ loci illius Cauſantham vocabant.* Simile fere eſt, quod de *Eurybato* Lamiam profligante habet Anton. *Metam.* VIII. Cæterum de *Euthymo* v. Nic. Leonicum Thomæum in *Varia Hiſtor. lib.* I. *cap.* 42. KUHN.

Τὸν ὦ Τεμέσῃ ἥρωα, φόβος &c.] Sequitur Noſter Hiſtoriam, prout a Strabone refertur *lib.* VI. *pag.* 255. Coactos ſcilicet Temeſenſes tributum illi conferre, quum Pauſanias *d. l.* & ex eo Suidas tradant, pulcherrimam Virginum fuiſſe illi identidem quaſi in matrimonium deditam, uſque dum tandem Euthymus, quum talem vidiſſet virginem, & amare cœpiſſet, pugnam cum illo Heroe ſubierit, vel certe *impetum Dæmonis illius exceperit*, ἔμεινεν τὴν ἔφοδον τοῦ Δαίμονος, eumque vicerit, & eo adegerit, ut loco illo excederet, ſeque in mare mergeret. Heroem autem illum fingunt fuiſſe unum ex Ulyſſis ſociis, iſtic ab incolis quum virginem indigenam ſtupraſſet, occiſum. A quo quum illi dein infeſtarentur, juſſi ſunt oraculo Apollinis,

κόμενον γὰρ [4] εἰς τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, ὅπερ ἄβατον ἦν τοῖς πολλοῖς, διηγωνίσατο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠνάγκασεν, ὥσπερ ἐσύλησεν, ἀποτίσαι πλείω. Ἐντεῦθέν τοι καὶ [5] ἔῤῥευσεν ἡ παροιμία, ἡ λέγουσα ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς τι κερδαινόντων, [6] ὅτι αὐτοῖς ἀφίξεται [7] ὁ ἐν Τεμέσῃ Ἥρως. Λέγουσι δὲ, τὸν αὐτὸν Εὔθυμον καταβάντα [8] ἐπὶ τὸν Καικινὸν ποταμὸν, ὃς ἔστι πρὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως, [9] ἀφανισθῆναι.

ΚΕΦ.

niens enim in delubrum ejus, quod vulgo inacceſſum erat, cum ipſo certamen inivit, coëgitque plura, quam prædatus fuerat, rependere. Unde proverbium manavit, quod de iis, qui inutiliter ſibi quid lucrantur, dicit, obventurum illis Temeſæum Heroa. Dicunt vero eundem Euthymum, quum deſcendiſſet ad flumen Cæcinum, quod præterlabitur urbem Locrorum, è conſpectu ablatum eſſe.

CAP.

linis, placare hunc Dæmonem ſive Heroem, Templo illi exſtructo. Ego tamen illum, cum quo pugnavit Euthymus, validum fuiſſe ſacerdotem auguror potius, quam Dæmonem. PERIZ.

4 Εις τὸ ἱερὸν] Notæ Bigotiani Codicis teſtantur alibi legi ἐπὶ pro εἰς. SCHEFF.

5 Ἔῤῥυσεν] Eædem notæ repererunt alibi ἐῤῥύησεν. IDEM.

6 Οὐκ ἀυξῆς ἀφίξεται ὁ ἐν Τεμέσῃ Ἥρως] Si attendamus ad nexum rerum, & inprimis ad id, *UNDE manaviſſe* dicitur hoc proverbium, videtur tunc ſane legendum unius tantum literæ mutatione, ὃ ἐν Τεμέσῃ Ἥρωι. Quorum ſenſus eſt, eventurum ipſis, quod Heroi Temeſæo evenit, qui certe inutiliter ſibi tributa exegit ab accolis, dum coactus eſt plura rependere, quam exegerat. Paullo aliter in *Adagiis* è Suida collectis *Centur.* X. *n.* 72. Ο ἐν Τεμέσῃ Ἥρως· ὅταν τις ἀπαιτῶν τι μᾶλλον ὀφειλόμενα εὑρεθῇ, τότε λέγεται, ὁ ἐν Τεμέσῃ Ἥρως. *Temeſæus Heros dicitur, quando quis ab alio quid exigens deprehenditur plus illi debere.* PERIZ.

7 Ο ἐν Τεμέσῃ] Sic & apud Plinium *lib.* III. *cap.* 5. oppidi hujus nomen ſcribitur. Pauſaniæ *loco ante dicto* eſt Τεμέσσῃ. SCHEFF.

8 Καΐκιν] Depravatum fluminis hujus nomen: ſcribe Καικίνῳ. Plinius *lib.* III. *cap.* 10. ubi de Locris Italiæ: *amnes ibi navigabiles Cæcines, Crotalus, Semirus.* Ita lego, licet vulgati habeant *Cæcinos.* Quoniam & in Pauſania Καικινης eſt, isque fluvius Euthymi pater fuiſſe ſcribitur. SCHEFF. Emendatio debetur Cl. Meurſio, *notis ad Antigoni Hiſtor. Paradoxon. p.* 145. KUHN.

Επὶ τὸν Καΐκιν ποταμὸν] Sic quidem & Sluisk. & Medicei 1. & 2. At Lugd. diſerte ἐπὶ τὸν Καικινὸν ποτ. quod ſine dubio verum eſt. Nam ita & Thucyd. III. 103. Καπὶ τὸν Καικινὸν ποταμόν. Sed & Plinius *Nat. Hiſt.* III. 10. Græca terminatione *Cæcinon* appellat hunc fluvium, quamvis & ibi ex Veteri Codice annotetur *Cæcinus.* Ut adeo mirer Meurſium & Schefferum malle hic Καικίνην, & emendare ſimiliter Plinium, quia ſic in Editis Pauſaniæ libris *Eliac.* II. 6. ſemel legitur. Cæterum hic quia jam ſenex valde periit in hoc fluvio, habitus eſt, teſte Pauſania, ejus dein Filius, tanquem κρείττων φύσεως ἀνθρωπίνης: plane ut Æneas, quia & ipſe ἠφανίσθη in Fluvio, ita ut inveniri dein Corpus illius non potuerit, habitus eſt Deus Indiges. Vide Servium *ad Virgilii Æneida.* PERIZ.

9 Αφανισθῆναι] Pauſanias *dicto loco*, ἦκουσα δὲ καὶ ἄλλοθεν ἧκειν ἐς τὸν Εὔθυμον, ὡς γήρᾳ τε ἐπὶ μακρότατον ἀφίκοιτο, καὶ ὡς ἀποθανεῖν οὐφυγὼν αὖθις ἄπειρός τινα ἐξ ἀνθρώπων ἄλλον ἀπέλθοι τρόπον. SCHEFF.

ΚΕΦ. ιθ'.

Επιτύμβιον Αναξαγόρου, καὶ * βωμὸς αὐτοῦ.

Οτι τοῦτο ἐπιγέγραπται Αναξαγόρᾳ·

[1] Ενθάδ' ὁ πλεῖστον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας
Ουρανίου κόσμου, κεῖται Αναξαγόρας.

Οτι

CAP. XIX.

Epitaphium ſepulchro Anaxagoræ inſcriptum, & ejuſdem ara.

Hoc Epitaphium Anaxagoræ tumulo inſcriptum fuit:

Hic jacet ille, modum Veri qui attingere ſummum
Cæleſti in mundo ſcivit, Anaxagoras.

Aræ

* βωμὸν.

1 Ενθάδ' ὁ πλεῖστον] Apud Laertium eſt: ἐνθάδε πλεῖστον. SCHEFF.

Ενθάδ' ὁ &c.] Verſus hi à Lampſacenis inſcripti fuerunt Tumulo Anaxagoræ, ut refert Laertius in *Ejus Vita*, ubi illos etiam exhibet. Sed male apud Utrumque & eodem modo redditi ſunt, *Hic jacet ille, cui rerum patuere receſſus Atque arcana poli, Magnus Anaxagoras.* Tales verſiones nihil retinent ex Græco & vero, niſi generalem ſenſum. Miror autem, ita ſine ulla præfatione Epitaphium hoc in initio Capitis ab Auctore hic poni. PERIZ. Lacunam, quæ initio hujus capitis hactenus inhæſerat, ſupplevi ex Codice Mediceo.

2 Βωμός] Geſnerus vult, βωμὼ αὐτῷ ἕστατον legendum eſſe. Et recte. nam de duabus aris eum loqui manifeſtum eſt. Cuperus legit, ὅλ κοὶ βωμοὶ αὐτῷ ἕσταται. SCHEFF. Non opus eſt, ut ex una ara duas faciamus manu Criticâ. Solet enim Noſter & Sophiſtæ alii quoque per ellipſin omittere τὸ φασὶ. *Supra lib.* V. *c.* 17. οἱ δ' (φασι) μεμηνὼς τοῦτο δρᾶσαι, *ſunt vero qui tradant illum furentem feciſſe illud*, & in *fragmentis*, voce ἀπάνατο, οἱ μὲν δῦλαῖς, οἱ δὲ ὑ πῶτυξι, *alii* (ajunt) *vermibus, alii vero non illis.* Philoſtratus *lib.* II. *de Vit. Sophiſt.* ὡδὲ τελευτῆς δ' ἀνδρὸς, οἱ μὲν, ἑβδομηκοντάτῳ πεθάναι αὐτὸν· οἱ δ', ὄγδοῳ· καὶ οἱ μὲν οἴκοι, οἱ δ' ἐτέρωθι. *quod mortem viri attinet, quidam* (ajunt) *ſeptuagenarium eſſe mortuum, alii, nondum ea fuiſſe ætate, atque alii, domi, alii alibi mortuum* (ajunt), & iterum. οἱ μὲν ἐν Κελτοῖς φασιν (τελευτῆσαι τὸν Αλέξανδρον) ἤδη ἐπισέλοντα, οἱ δ' ἐν Ιταλίᾳ, πέπαυμένον δ' ἐπισέλλειν. καὶ οἱ μὲν ἑξηκοντάτῳ· οἱ δὲ καὶ ὀκτῳ· καὶ οἱ μὲν ἐπὶ ᾗ, οἱ δ' ἐπὶ θυγατρί. *Quidam Alexandrum ajunt mortuum apud Celtas, cum adhuc ab epiſtolis Græcis Imperatori eſſet, alii in Italia jam ab officio dimiſſum: alii eundem obiiſſe volunt ſexagenarium: alii octennium addunt. nonnulli filium ſuperſtitem reliquiſſe ferunt, alii filiam.* vid. eund. *p.* 578. Gemina germana phraſi hoc loco Noſter. ἐπιγέγραπται, ὁ μὲν (φησὶ) Νῦ, ὁ δ' (φησὶ) Αληθείας, & (aræ) inſcriptio eſt, ut quidam ait, *Mentis*, alius vero, *Veritatis.* Adeoque non diverſitas aræ innuitur, ſed inſcriptionis, quæ ſecundum quoſdam Νῦ fuit, juxta alios autem Αληθείας. Plura hujus ἐπιγραφῆς exempla ſuppeditabunt Noſter *Hiſt. Anim. lib.* I. *cap.* 6. & 16. & *lib.* VI. *cap.* 25. Philoſtrat. *lib.* I. *Vit. Apollon. cap.* 1. Laertius *vitâ Parmenidis* & ex eo Suidas in Εσπερος. Fruſtra igitur fuerunt, qui ex Ælianο docuere geminas Anaxagoræ poſitas fuiſſe aras, quarum altera *Mentis*, altera *Veritatis* nomine inſcripta. KUHN.

3 Επιγέγραπται] More veterum, quo cuique aræ nomen ejus dei inſcribebatur, cui eſſet conſecrata. Notus eſt locus in *Actis* de ara Athenienſium, cujus inſcriptio erat, *Ignoto Deo.* SCHEFF.

Οτι καὶ † [2] βωμὸς αὐτῷ ἵςαται, καὶ [3] ἐπιγέγραπται [4] ὁ μὲν, Νοῦ, ὁ δὲ, Αληθείας.

† βωμὼ αὐτῷ ἵςατον.

Aræ etiam ei positæ sunt, & inscriptæ, Hæc quidem Mentis, Illa vero, Veritatis.

4 Ο μὲν Νοῦ] Sic enim vocabatur Anaxagoras. Ut testatur Laertius in *vita ejus*. Et Plutarchus in *Pericle*. SCHEFF. De Νοῦ Anaxagoræ nemo melius ipso Anaxagora in πρώτῳ φυσικῶν. verba habes apud Simplicium *in* 1. *Physic. Aristotel. fol.* 33. & *fol.* 313. KUHN.

Ο μὲν Νοῦ &c.] Kuhnius in his vult intelligi, ὁ μὲν φησὶ, Νοῦ, ὁ δὲ φησὶ, Αληθείας. Scilicet ne admittantur Aliorum conjecturæ, quorum Gesnerus voluit, βωμὼ ἵςατον: Cuperus, βωμοὶ ἵςανται. Ego vero nec Crisi utar contra Codices, nec Kuhnii Ellipsin approbem. Sensum autem esse arbitrer: Non, Duas proprie aras Anaxagoræ positas, quomodo hunc Locum accipiunt plerique, sed simpliciter, Aram illi variis in locis positam, & inscriptam. Hanc quidem nomine *Mentis*, aliam vero *Veritatis*, quibus Nominibus ipse Anaxagoras sit designatus, sicuti passim tradunt Scriptores (Vide Laertium & ibi Menagium) eum appellatum esse Νοῦν, *Mentem*: nempe quia Materiæ, tanquam primæ Omnium rerum Causæ, addidit Mentem, quæ illam moverit & ordinaverit. Plutarchus *lib.* 1. *de Placitis philos.* cœpisse eum ita suum librum ait, Ομοῦ πάντα χρήματα ἦν, Νοῦς δὲ αὐτὰ διήρει καὶ διεκόσμησε, *Confusæ erant res omnes, Mens autem ea separavit & ordinavit.* Adde Laert. *Anax. init.* & quæ ibi notarunt Eruditi. Cæterum versus Timonis in *Sillis* pessime istic versi sunt, nec à quoquam expliciti.

Καὶ ποῦ Αναξαγόρην φασ' ἔμμεναι, ἄλκιμον Ηρω,
Νοῦν, ὅτι δὴ νόος αὐτῷ, ὃς ἐξαπίνης ἐπαγείρας
Πάντα συνεσφήκωσεν ὁμοῦ τεταραγμένα πρόσθεν.

Vertuntur illa,

Nunc ubi Anaxagoras, Mens, est fortissimus Heros,
Qui mentem subito, nam mens non defuit illi,
Composuisse putat, fuerant quæ incondita quondam,

At sensus est, *Et ubi Anaxagoram esse ajunt, strenuum Heroem, Mentem* dictum, *quia Mens ipsi fuit ille, qui repente conjungens omnia compegit in certa Rerum systemata, quum antea fuissent permista in unum Chaos.* Sed neque Clementem Alex. *Stromat. lib.* 11. *pag.* 464. intellexisse videtur Interpres, quando hæc verba, ἐπεὶ καὶ Αναξαγόρας πρῶτος ἐπέςησε τὸν Νοῦν τοῖς πράγμασι, ita distinguit & vertit, *Primus enim Anaxagoras mentem rebus adhibuit.* At ἐπέςησε hic notat *præfecit*; & *Rerum* intelligit initia, seu Materiam, quam Mens ordinavit. PERIZ.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ἔννατον.

ÆLIANI
VARIÆ HISTORIÆ
LIBER IX.

ΚΕΦ. α'.

Οτι Ιέρων, καὶ παιδείαν ἠγάπησε, καὶ εὐεργέτης ἦν, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐν ἀγάπῃ ἐβίου.

CAP. I.

Quod Hiero doctrinam complexus, & singulari in omnes liberalitate, peculiarique in fratres amore fuerit.

[1] Ιέρωνά, φασι, [2] τὸν Συρακούσιον φιλέλληνα γενέσθαι, καὶ τιμῆσαι παιδείαν ἀνδρειότατα. Καὶ ὡς ἦν [3] προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας λέγουσι· προθυμότε-

Hieronem Syracusanum ajunt Græcorum fuisse perstudiosum, & plurimi doctrinam fecisse. Tradunt etiam ad beneficia propensissimum fuisse: promptiorem

1 Ιέρωνα] Vide Diodorum Siculum *lib.* IX. *Hist.* SCHEFF.

2 Τὸν Συρακούσιον] Intelligendum hoc de Regno potissimum. nam cætero qui erat Gelous patria, æque ac Frater ipsius Gelo. Vide Herodot. *lib.* VII. *cap.* 153. PERIZ.

3 Προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας] Vix dubito, quin hanc ei famam potissimum conciliarint Poetæ, Simonides, Pindarus, Bacchylides, quos amavit & liberaliter tractavit, vicissim ab iis laudatus quam maxime. Cæteroquin enim Diodorus Sicul. *lib.* XI. *pag.* 276. D. ait fuisse καὶ φιλάργυρον, καὶ βίαιον, καὶ καθόλου τῆς ἁπλότητος καὶ καλοκἀγαθίας τἀδελφοῦ ἀλλοτριώτατον, *& avarum, & violentum, & omnino à candore & benignitate fratris alienissi-*

μότερον γάρ φασιν αὐτὸν χαίρεσθαι, ἢ τοὺς αἰτοῦντας λαμβάνειν· ἦν δὲ καὶ [4] τὴν ψυχὴν ἀνδρειότατος· ἀβασανίστως δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς συνεβίωσε, τεισὶν οὖσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπήσας αὐτοὺς, καὶ [5] ὑπ' αὐτῶν φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. [6] Τούτῳ, φασὶ, καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ † Πίνδαρος· καὶ οὐκ ὤκνησέ γε Σιμωνίδης, βαρὺς ὢν ὑπὸ γήρως, πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι· ἦν μὲν γὰρ καὶ φύσει [7] φιλάργυρος ὁ Κεῖος· [8] προὔτρεπε δὲ αὐτὸν καὶ πλέον ἡ τοῦ Ἱέρωνος φιλοδωρία, φασίν.

ΚΕΦ.

† Πινδάρῳ.

tiorem enim eum ajunt ad dandum, quàm petentes ad accipiendum: erat vero etiam constantissimus animo, & sine suspicione *aut* inquisitione ulla cum fratribus, tribus numero, vixit, mirumque in modum tum ipsos amavit, tum ab iisdem vicissim amatus est. Cum Eo, ajunt, etiam Simonides vixit, & Pindarus: neque vero cunctatus est Simonides, senecta jam gravis, ad eum venire. Erat enim Ceus ille etiam a natura avidus pecuniæ: incitabat vero ipsum etiam magis illud Hieronis studium largiendi, ut fama est.

CAP.

nissimum. Sed & quæ hic de Fratribus dicuntur, quos ita simpliciter & sine ulla suspicione amaverit Hiero, ea quoque refutantur ab Eodem Diod. *pag.* 267. A. ubi Frater Hieronis Polyzelus, quia maxime à Syracusanis amabatur, suspectus illi fuisse traditur ita, ut eum è medio tollere destinaverit, & Polyzelus illo metu compulsus ad Theronem Agrigentinorum Tyrannum confugerit, contra quem idcirco bellum paraverit Hiero. Sed tamen rediit dein Polyzelus in illius gratiam, & forsan Hiero, ætate jam grandior, & literis humanioribus magis excultus & emollitus (Vide *supra* IV. 15.) evasit quoque mitior, sicuti id de Augusto jam Sene notant Rerum Romanarum Scriptores. PERIZ.

4 Τὴν ψυχὴν ἀνδρειότατος] Designat Auctor præcipuam animi magnitudinem & constantiam, quæ opponitur sollicitis tyrannorum suspicionibus in Alios, quos metuunt suæ potestati ac fortunæ insidiari. Hinc sequitur continuo, illum ergo ἀβασανίστως, *simpliciter, sine ulla inquisitione vel sollicitudine*, vixisse etiam cum Fratribus. Sic Noster *Hist. Anim.* IV. 1. ἐυγενὴς μειράκιον ὥρᾳ ἀξιαγαστὸς, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνδρεῖον. *nobilis adolescens, forma excellens, & animo magnus*, dum scil. gloriam amabat. IDEM.

5 Ὑπ' αὐτῶν φιληθεὶς, ἐν τῷ μέρει] Corrige cum Casaubono, & scribe φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. Τούτῳ φασὶ καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος. Gesnerus scribit Πινδάρῳ. Sed alterum rectius. Synesium consule, *Epist.* 49. SCHEFF.

6 Τούτῳ, φασὶ, καὶ Σιμωνίδης συνεβ.] Lectio hæc est Casauboni *ad Athenæum* VII. 11. recepta à Scheffero & Kuhnio, probata etiam à Lugd. codice, & Med. 1. At Reliquæ Edd. & Primæ omnium, legunt Σιμωνίδη, unde Gesnerus conjiciebat legendum etiam Πινδάρῳ. Mihi vero genuina maxime videtur scriptura Codicis Sluisk. qui controversum hoc loco *Simonidis* vocabulum plane omittit, quum ejus mentio mox ex professo sequatur. Scribit ergo: Τούτῳ, φασὶ, καὶ συνεβίωσε τῷ Πίνδαρος, τῷ ἐκ ὤκνησέ γε Σιμωνίδης &c. Καὶ συνεβίωσε, τῷ ἐκ ὤκνησε se mutuo respiciunt. Simonidis avaritiam *supra* quoque VIII. 2. notavit Auctor. Vide & Athenæum XIV. *pag.* 656. ubi de *Simonidis avaritia apud Hieronem* declarata agitur. PERIZ.

7 Φιλάργυρος] Vide Nostrum *supra* VIII. *cap.* 2. Plutarchum *lib. An Seni sit gerenda respubl.* SCHEFF.

8 Προὔτρεπε] Synesius *supra dicto loco.* Σιμωνίδης αὐτὸς ὁμολόγει ὡς ἀργύριον ἀφλίγισθαι. IDEM.

ΚΕΦ. β'.

Περὶ Ταυροσθένους νίκης.

Ὅτι ἐν Αἰγίνῃ ἐξ Ὀλυμπίας αὐτημερὸν διηγγέλη ἡ νίκη τῷ Ταυροσθένους τῷ πατρὶ αὐτοῦ [1] ὑπὸ φάσματός, φασιν. Ἄλλοι δέ φασι, περιστερὰν τὸν Ταυροσθένην ἐπάγεσθαι, ἀπολιποῦσαν τοὺς ἑαυτῆς [2] νεοσσοὺς, ὑγροὺς ἔτι καὶ ἀπτῆνας· νικήσαντα δὲ [3] ἀφεῖναι τὴν πελειάδα, προσάψαντα πορφύραν αὐτῇ· τὴν δὲ ἐπειγομένην πρὸς τοὺς νεοττοὺς, [4] ἀπαυθημερίσαι [5] ἐκ * Πίσης εἰς Αἴγιναν.

ΚΕΦ.

* Πίσης.

CAP. II.

De Taurosthenis victoria.

Uno eodemque die victoria Taurosthenis ex Olympia Æginam nunciata est ipsius patri, ut ajunt, per spectrum. Alii vero dicunt, Taurosthenem columbam, pullos suos madentes adhuc & implumes relinquentem, asportasse: quumque vicisset, columbam, purpura ei alligata, dimisisse: eamque ad pullos properantem, eodem die ex Pisa in Æginam advolasse.

CAP.

1 Ὑπὸ φάσματος] Sic Pausanias in *Eliacis* II. 9. Λέγεται καὶ ὡς εἰοικὼς Ταυροσθένει φάσμα ἐπ' οἰκείνης τῇ ἡμέρᾳ ἐν Αἰγίνῃ φανὲν ἀπαγγεῖλαι τῷ νίκῃ. SCHEFF.

2 Νεοσσοὺς ὑγροὺς ἔτι] Lugd. νεοττοὺς ut in seqq. habent etiam Editi Atque ita maluit Auctor & *supra* I. *cap.* 6. & 15. PERIZ.

3 Ἀφεῖναι τῷ πελειάδα] Simile exemplum habes apud Plinium *lib.* XII. *cap.* 36. SCHEFF. Columbas ἀγγειαφόρους Antiquis non infrequentes fuisse, historia docet. Scholiastes Apollon. *in lib.* II. *Argon.* notat ex Asclepiade, quod etiam navigaturi columbas in hunc usum secum habuerint. Anacreonti certe ad Bathyllum columba ἐπιστολὰς κομίζει, *literas perfert*, instar tabellarii. Qui Orientales terras propius inspexerunt, literis consignatum reliquere, Syros mercatores hodieque columbas alere internuncias, quæ literas collo appensas citissimo volatu domum, ubi primum educatæ fuerant, perferre norunt. vid. Cotovici *Itiner. Hierosol. lib.* III. *cap.* 24. imprimis Lipsium *lib.* II. *Saturnal. cap.* 6. & Casaubon. *notis in Æneæ Tactica pag.* 1776. Persis כבותראי dicitur *columba, quæ de loco in locum literas defert* ad octo parasangas usque. Castellus in *Dictionario Persico-Latino.* his adde quæ habet Cl. Bochartus in *Hieroz. Part.* II. *pag.* 15. Rauwolf. *Itiner. pag.* 2. 15. Reinesium *append. ad epist. Daumianas pag.* 327. & ex Konigianis, Arnoldum Abbatem Lubecensem in *Historiâ Sclavorum*, Jacobum Vitriacensem in *Histor. Orientali*, Famian. Stradam *lib.* VII. *pag.* 253. KUHN.

4 Ἀπαυθημερήσαι] ἀπαυθημερίζειν *eodem die redire* est Xenophonti. GESNER. Lege ἀπαυθημερίσαι. Nam sic Uterque codex. Sed & usitatum hoc Græcis, qui alterum ignorant. Suidas Ἀπαυθημερίζειν, ἀυθημερὸν ἐπανέρχεσθαι, probans vocabulum & hanc ejus significationem dein è Xenophonte, qui ait *lib.* V. Ἀναβ. ὥστε ἀπαυθημερίζειν ἐπὶ τὸ στράτευμα. PERIZ.

5 Ἐκ πίσης] Gesnerus habet πίσης. SCHEFF. Et sic quoque Codex Sluiskianus.

ΚΕΦ. γ'.

Περί τινων, καὶ ὃ ᾧ Αλεξάνδρου τρυφῆς, καὶ ὑπερηφανίας.

Ὅτι διέθρυπτε τοὺς ἑταίρους Αλέξανδρος, τρυφὰν ἐπιχωρῶν αὐτοῖς. Ἐγε καὶ [1] Αγνων χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἐφόρει. Κλεῖτος δ', εἴποτε μέλλοι τισὶ χρηματίζειν, [2] ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων εἱμάτων, τοὺς δεομένους προσίετο. Περδίκκα δ' καὶ Κρατερῷ φιλογυμναστοῦσιν

CAP. III.

De quorundam & Alexandri deliciis atque superbia.

Alexander suos familiares, luxuriam illis permittens, prorsus luxuria corrupit. Nam & Agnon aureos clavos in crepidis gestabat. Clitus vero, si quando auditurus quosdam erat, inambulans purpureis stragulis, desiderantes admittebat. Perdiccam vero & Craterum de-

1 Αγνων χρυσοῦς ἥλους] Ἀργυροῦς habet Plutarchus *vitâ Alexand.* Sed cum Nostro post Athenæum, facit Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* 3. *Agnonem Teium*, inquit, *Alexandri Magni præfectum aureis clavis suffigere crepidas solitum ferunt.* De more ipso consule Cl. Casaubonum in *comment. ad Theoph. Charact. pag.* 149. SCHEFF.

Αγνων] Tejus fuit patriâ, ut ex Plutarcho in *Alexandro* discimus, qui istic Alexandrum excusat, secus quam facit Noster. Sed tamen Idem in *lib. de discrimine Adul. & Amici*, hunc *Agnonem* cum Bagoa, Medio, & Aliis, inter corruptores Alexandri refert, qui eum quasi refinxerint in Statuam Barbaricam. Quo sane pertinet etiam, quod & in *Alex.* de hoc Agnone adhuc juvene refert, voluisse eum Alexandro emere & mittere puerum, qui propter formam in magna existimatione erat apud Corinthios. *Aureos vero clavos crepidis subjectos habuere* aliquando etiam Milites, ut tradit Valer. Max. IX. 1. 4. *ext.* De quo in calceis luxu vide Phil. Rubenium *Elector.* II. 14. & allegatum jam a Scheffero Casaubonum *ad Theophr. Charact. pag.* 149. PERIZ.

2 Ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων] Athenæus, ex quo iterum hoc Caput hausit Noster, sicuti ille ex Phylarcho & Agatharchide, hæc ita effert, *lib.* XII. *cap.* 9. ἐπὶ πορφυρῶν ἱματίων ἀφπερπατῶν. Vertitur ibi, *amictus Veste purpurea, & obambulans.* Et similiter apud Nostrum in omnibus Editionibus, *purpureis vestibus induebatur, atque sic apparebat coram iis.* At quæ, obsecro, in eo est notando adeo luxuria, Aulicum & Comitem Regis esse *Purpuratum*? Deinde an solus id erat Clitus? Annon omnes Alexandri Comites vel Amici passim à Curtio dicuntur *Purpurati*? Immo annon mox a Nostro quingenti Persæ inter satellites memorantur, πορφυροῦς ὑσθημένους σολὰς? Quid multa? Certissimum est, aliter hæc exponi debere. Nempe, ut jam fecit Schefferus in secunda Ed. Sed tantum, quod miror, in Indice, quum Versionem hanc retineret, nec verbum de ea in Notis faceret. Illic autem in *v.* Βαδίζειν recte hæc interpretatur, *ambulans super purpureas vestes, tecto iis pavimento.* Solebant Veteres, æque ac Nostrates, in pavimentis extendere lodiculas, tapetas, & vestes stragulas. Petronius *pag.* 11. *ed. Gons. Ancilla lodiculam in pavimento diligenter extendit.* Plebeji habebant tegicula, seu φόρμια, quas nos dicimus *mattas*, Donatus *ad Terent. prol. Phorm.* 27. Φόρμιον *tegiculum dicunt, quo insternitur pavimentum.* Cæterum illæ *vestes stragulæ* recte vocantur ἔμματα, vel ἐμβλήματα. *Supra* VIII. 7. de lectis, κεκοσμημένοις πᾶσιν ἁλουργοῖς

σιν ἠκολούθουν [3] διφθέραις ταδιαίαις τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν ἐπιλαμβάνοντες τόπον εὐμεγέθη ἐν ταῖς [4] καταστοπεδείαις ἐγυμνάζοντο· [5] ἔπιπτο δὲ αὐτοῖς καὶ πολλὴ κόνις δι' ὑποζυγίων, εἰς τὰ γυμνάσια λυσιτελὴς οὖσα. [6] Λεοννάτῳ καὶ Μενελάῳ [7] φιλοθηροῦσιν αὐλαῖαι ταδίων ἑκατὸν ἠκολούθουν. [8] Αὐτῷ δὲ Αλεξάνδρῳ ἡ μὲν σκηνὴ ἦν κλινῶν ἑκατόν· [9] χρυσοῖ δὲ κίονες

deditos gymnicis exercitiis sequebantur pelles stadii magnitudine, quibus amplissimum locum circumsepientes in castris se exercebant: sequebatur vero eos etiam multus pulvis, jumentorum opera, qui ad exercitia erat utilis. Leonnatum & Menelaum venandi studio deditos aulæa centum stadiorum sequebantur. Ipsius vero Alexandri taberna-

γοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις, Et XII. 1. ὑποδὺς ὑπὸ δοιμάθιον, ᾧ ὠθιλακίθεις. Sed & pro ipsis tapetibus, in quibus ambulatur apud Æschylum *Agamemnone v.* 930. μηδ' ἅματι τρώσας ἐπίφθονον πόρον πάθει, *neque tapetas sternens viam redde invidiosam mihi.* Præceperat enim Clytemnæstra ancillis, πέδον κελεύθου στρωτῆναι πετάσμασιν, *solum viæ ut sternerent tapetibus.* Ex quo discimus, jam Æschyli temporibus id fuisse in usu, sed tamen superbum habitum, & Diis magis decorum, quam hominibus: unde *ibidem* Agamemnon ait, *Deos iis honorare oportet, Hominem vero* οὐ ποικίλοις κώλεσι βαίνειν, *in pictis ornamentis ambulare, mihi videtur periculosum.* Sed apud Persas res prius invaluit, apud quos Rex ex Regia per vestibulum & aream aulæ incedebat, ὑποπεπτώκοσι φιλοπαίδοις Σαρδιανοῖς, *subjectis nudis, vel glabris, tapetibus Sardianis*, teste Athenæo XII. 2. Postea vero etiam apud Græcos res ea devenit, unde Plato indignatur, στρώματα (tapetes) non tantum adhiberi ὠθιλοσῇ, *ad operiendum* vel *vestiendum*, sed & ὑποδοσῇ, *ad subjiciendum pedibus*, apud Athenæum I. 9. PERIZ.

3 Διφθέραις ταδιαίαις τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν ὠθιλαμβάνοντες] Sic Isæus *Orat.* I. *pag. m.* 366. ἀφ' ὧν ὕστερον αὐτὸ τὴν διάνοιαν ἐπέφηνε φανερὸν, *per quæ*, vel *quibus, declaravit postea suam mentem.* Athenæus tamen ὑφ' αἷς ὠθιλαμβάνοντες τόπον ἐγυμνάζοντο, quasi vellet, sub pellibus expansis illos se exercuisse. Διφθέραι sunt *pelles*, & quicquid ex iis conficitur, veluti *tentoria*, ut hic, & *Vestes*. Vide Suidam, immo & *Libri*, unde διφθέραι ἱεραὶ Plutarch. in *lib. de Vultu, qui in Luna conspiciantur.* Idem vero Plutarch. in *Alex.* tribuit hoc Gymnasticæ studium, & subvectum pulverem Leonnato. IDEM.

4 Καταστοπεδείαις] Athenæus, cujus etiam verba noster sequitur, habet καθεστοπιδιαῖς *lib.* XII. *Deipnosoph.* SCHEFF.

5 Ἔπιπτο δὲ αὐτοῖς &c.] Sic plane apud Sueton. *Nerone* 45. *in publica fame Alexandrina navis nunciabatur pulverem luctatoribus aulicis advexisse.* Vide ibi Notas. Fuit autem & hic pulvis *ex Ægypto advectus, sed camelis*, ut patet ex Plutarcho in *Alex.* Pulvere illo aspergebant se mutuo luctantes, Ovid. *Metam.* IX. 35.

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ jactu flavescit arenæ.

Hinc Epictetus *cap.* 35. Athletam inter alia πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, *multum pulverem deglutire* ait. PERIZ.

6 Λεοννάτῳ] Ad Philotam hæc Plutarchus refert. Φιλώτᾳ δ', inquit, ὡς ἑξακὸς ταδίων ἑκατὸν αὐλαίας γεγονέναι. SCHEFF.

7 Φιλοθηρῶσιν αὐλαῖαι &c.] Sic sane & MSti. Sed tamen, si quid hic tribuendum rationi Grammaticæ & derivationi, legendum videtur φιλοθηρῶσι. Dicitur enim θηράω, non θηρέω. Athenæus illos φιλοκυνηγοὺς appellat. Αυλαῖαι vero dicebantur *vela*, aut simile quid, quod expandebatur ad locum aliquem occludendum. Hinc vel maxime invaluit hoc vocabulum in scena. Hesych. exp. τὰ τῆς σκηνῆς ὠθισμάτια. Similiter Suidas, qui tamen

κίονες πεντήκοντα διειλήφεσαν αὐτὴν, καὶ τὸν ὄροφον αὐτῆς ἀνεῖχον. Αὐτὸς δὲ ὁ ὄροφος διάχρυσος ἦν, καὶ [10] ἐκπεπόνητο ποικίλμασι πολυτελέσι· καὶ πρῶτοι μὲν Πέρσαι πεντακόσιοι, οἱ καλούμενοι [11] Μηλοφόροι, περὶ αὐτὴν ἐντὸς εἱστήκεισαν, πορφυρᾶς καὶ μηλίνας [12] ἠθημένοι στολάς· ἐπ' αὐτοῖς δὲ [13] τοξόται χίλιοι, [14] φλόγινα ἐνδεδυκότες καὶ [15] ὑσγινο-

naculum erat centum lectorum: quinquaginta autem columnæ aureæ distinguebant illud, & lacunar ejus sustinebant. Ipsum vero lacunar erat aureum, & pretiosa varietate elaboratum. Et primi quidem stabant circa ipsum interius Persæ, qui dicebantur Melophori, purpureis meliniscque stolis vestiti: post eos sagittarii mille, flammei atque hysgini co-

etiam ex Polybio loca adfert, in quibus ponitur pro velo, quo clauditur tabernaculum Regis. Et sic sæpissime in *Exodo* de Velis tabernaculi sacri. Cæterum sicuti hic ampliſſimum sane spatium 100. stadiorum *aulæis* dicitur concludi posse, sic apud Athenæum *lib.* XII. *pag.* 538. Domus Alexandri dicitur fuisse ἑκατοντάκλινος, *centum lectorum*, ejusque *vestibulum*, αὐλή, in circuitu *quatuor* habuisse *stadia*, at *peribolo*, tanto jam ampliori, περιεβάλλοντο πολυτελεῖς αὐλαίαις, ζωστοὶ ἦ ἀλέκτρυσοι, *circumdata fuerunt pretiosa aulæa, in quibus animalia erant picta, & aurum intertextum.* Hoc tamen Ælianiloco intelligenda videntur vela qualiacunque, quæ usum retis aut sepis præberent, ne evaderent feræ. Luxuria enim consistit in multitudine velorum, quibus tantum spatium poterat concludi. Similiter vero Plutarchus, qui Philotæ id tribuit, Φιλότᾳ δὲ ὡς θήρας σταδίων ἑκατὸν αὐλαίας γεγονέναι, *Philotæ vero advenationem centum stadiorum aulæa fuisse facta.* PERIZ.

8 Αὐτῷ ὃ Ἀλεξάνδρῳ] Habes apud Polyænum *lib.* IV. SCHEFF.

9 Χρυσοῖ ὃ κίονες πεντήκοντα] Athenæus aliter, χρυσοῖ δ', inquit, κίονες ὀκτὼ κατεῖχον αὐτό. Sed priori modo etiam Polyænus. SCHEFF. Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* 8. *Alexandri quoque Magni tabernaculum sustinere traduntur solitæ statuæ, ex quibus* 11 *ante Martis Ultoris ædem dicatæ sunt, totidem ante regiam.* Ergo per κίονες hoc loco intelligendæ erunt statuæ, ἀνδριάντες, heroum præ se ferentes scheinata. KUHN.

Χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα διειλήφεσαν] Sic & MSti. At Athenæus, Χρυσοῖ δὲ κίονες ὀκτὼ κατεῖχον αὐτήν. Sed qui nullus dubito, quin ex Ælianoſit emendandus, literâ N. vel ν. facile mutata in H. vel η. Nam quid extraordinarii in *octo columnis*? Immo quî congruit, ut domus 100. *lectorum* habeat tantum *octo columnas*? Sed & eandem hanc Historiam accuratius adhuc Ælianodescripsit Polyænus IV. 3. 24. sive ex Athenæo, sive ex Phylarcho, unde Athenæus se eam hausisse profitetur. Ille vero etiam disserte *quinquaginta columnas*, πεντήκοντα κίονας, tabernaculo Alexandri tribuit. Διειλήφεσαν *distinxerant.* Sic *cap.* 16. θάλασσα ὕδασι παντοχόθεν διειλημμένη. PERIZ.

10 Ἐκπεπόνητο ποικίλμασι πολυτελέσι] Etiam ex hoc loco emendari debet Athenæus, nisi prorsus fallor. Ita ille, οἱ δὲ ὑπερτέτοντες ἀργυρίσκοι ἀλέκτρυσοι ποικίλμασιν ἐκπεπτώμενοι πολυτελέσιν ἐσκέπαζον ἔνδοθεν τὸν οἶκον τόπον. Quid, quæso, in his sibi vult illud ἐκπεπτώμενοι? Ἐκπίπτεσθαι enim dicitur, quod etiam cum contumelia vel contemptu ejicitur. Nullus dubito legendum istic e Nostro, ἐκπεπονημένοι: de quo ne & Tu dubites, vide, Lector, eadem plane verba apud Polyænum, nisi quod pro ἐκπεπτώμβροι habet ἐκπεπονημβροι. Verum emendationem istam Athenæi præcepisse dein vidi Doctissimum sane Virum, Barn. Brissonium, *de Regno Persarum lib.* I. *p. m.* 129. quod præteritum ab Athenæi Interpretibus aut Editoribus, equidem miror. Ποικίλματα hic sunt ornamenta varii coloris simul & materiæ. Sic porticus Ποικίλη Athenis, satis nota Eruditis. IDEM.

11 Μηλοφόροι] dicebantur, non tam, quod habe-

ζαφῆ· πρὸ δὲ τούτων οἱ ἀργυράσπιδες [16] πεντακόσιοι Μακεδόνες. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ σκηνῇ χρυσοῦς ἐτίθετο δίφρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ [17] καθήμενος Ἀλέξανδρος ἐχρημάτιζε, θεσπιῳτῶν αὐτῷ [18] πόθεν τῶν σωματοφυλάκων. [19] Περιῆει δὲ τὴν σκηνὴν θέολος, ἔνθα ἦσαν Μακεδόνες χίλιοι, καὶ Πέρσαι μύριοι. Καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ῥᾳδίως προσελθεῖν αὐτῷ· πολὺ γὰρ ἦν τὸ ἐξ αὐτοῦ δέος, ἀρρέντος

coloris vestibus induti: ante hos quingenti Macedones cum scutis argenteis. In medio tabernaculi aurea sella ponebatur, & in ea sedens Alexander causas cognoscebat, circumstantibus ipsum undiquaque custodibus corporis. Ambibat autem tabernaculum circuitus, in quo erant mille Macedones, & Persarum decem millia. Neque audebat quisquam facile ad eum accedere: magnope-

haberent στολὰς μηλίνας, quam quod in cuspide hastæ aureum malum gestarent. Audiamus Athen. *lib.* XII. *pap.* 514. ex Heraclide Cumæo *de rebus Persicis.* Ὅταν δὲ ἔξω (Μηλοφόροι) τῆ δορυφόρων, καὶ τοῦ γένει πάντες Πέρσαι, ἐπὶ τῶ συσσίτιον μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, χίλιοι τὸ ἀριθμὸν, ἀριστίνδην ἐκλεγόμβροι ἐκ τῶ μυρίων Περσῶν, τῶ Ἀθανάτων καλουμένων. *Erant autem illi ex satellitibus, genere omnes Persæ, in cuspidibus hastæ aurea mala habentes, mille numero, propter virtutem electi ex decem millibus Persarum, qui Immortales dicebantur.* Adde & Barn. Brisson. de iis, *dicto jam loco.* IDEM.

12 Ἠθημένοι] Vix sic scripsit Noster, verum ἐωθημένοι. Nam & Herodotus ἐωθημένος ἐωθὼς Μηδικῶ. SCHEFF. Ἠσθημένοι probum est. Suidas enim affert ἠσθῆσθαι *vestitum esse.* Athenæus *lib.* XIII. *p.* 589. Πελοποννησιακῶς ἠσθημένῳ, *more Peloponnesiaco vestitam.* Herodoti ἐσθημένος sapit Ionismum. Noster quoque *infra lib.* XIII. *cap.* I. στολῶ ἥσθητο. & in *Hist. An. lib.* XVI. *cap.* 34. τὰς δορᾶς ἠσθῆσθαι & ἠσθημένος habet. vid. indicem in ἐσθίομαι, & Pollucem *lib.* VII. *cap.* 12. KUHN.

13 Τοξόται χίλιοι] Polyænus *pag.* 261. τοξότ῀ τὸν ἴσον ἀριθμὸν ἔχοντες, id est, *quingenti.* SCHEFF.

14 Φλόγινα] In MSS. B. & C. φλόγια. forte φλόγια scribendum. Sed φλόγινα servat etiam Polyænus. SCHEFF. Adde Athenæum *lib.* XII. *p.* 539. Hesychius & Suidas φλόγεα. Communior tamen & dominans lectio est φλόγινα. KUHN.

15 Ὑσγινοβαφῆ] *vestimenta colore hysgino tincta*, qui color medius erat inter coccum & purpuram, propior tamen purpuræ. Vide Salmas. *Exercit. Plinianis pag.* 272. 273. PERIZ.

16 Ἑκατὸν] Numerus haud ita magnus, si cum reliquo satellitio compares. Athenæus scribit: προεστήκεσαν ὃ τούτων ἀργυράσπιδες Μακεδόνες πεντακόσιοι. Ac fortasse noster etiam sic scripserat. Nam & Polyænus ita: ait enim stetisse ibi ἀργυράσπιδας φ' τῶν μεγίστων ἀνδρῶν. Ubi perperam Interpres *quinquaginta* reddit. illud φ' habent etiam B. & C. MSS. SCHEFF. Reposui πεντακόσιοι, non tantum, quia hunc numerum exhibent Athenæus & Polyænus, qui tamen iisdem ferme verbis Historiam hanc narrant, & plane in Summa rei congruunt, sed & quia sic legit Codex Lugd. æque ac Paris. B. & C. Vulgatum tamen servat Sluisk. Sed si attendamus ad literas, quibus numeri notantur, facilis apparebit lapsus librariorum ex obscurius scripta Φ, 500. in P, 100. PERIZ.

17 Καθήμβρος] Polyænus eleganter καθεσθήμβρος, & ita Nostrum etiam scripsisse probabile est. KUHN.

18 Πόθεν] Lugd. παντοχόθεν. Et sic Athenæus, ex quo Noster, ut dixi, totum hoc Caput habet, licet alicubi tamen verba quædam mutaverit, ac de suo tantum addiderit primam periodum, usque ad ἴσγε &c. atque

τῷ ὑπὸ φρονήματος καὶ τύχης εἰς τυραννίδα.

atque ultimam, incipientem inde, πολὺ δὲ ἦν &c. PERIZ.

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ Πολυκράτους σπουδῆς περὶ τὸν Ανακρέοντα, καὶ ζηλοτυπίας.

[1] Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν Μούσαις ἦν, καὶ [2] Ανακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήϊον, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε, καὶ ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἐκείνου μέλεσιν. Οὐκ ἐπαινῶ ὃ αὐτοῦ τὴν [3] τρυ-

CAP. IV.

De ſtudio Polycratis in Anacreontem, & zelotypia.

Polycrates Samius frequentem operam Muſis navavit: & Anacreontem Teium habuit in pretio, amavitque, & delectatus eſt tum ipſo, tum ejus carminibus. Non tamen

1 Πολυκράτης &c.] Celebris ille Sami Tyrannus amator fuit literarum & Muſarum. Unde & ab Athenæo *lib.* I. *ipſo initio* primus inter τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τῶν βιβλίων τεθαυμασμένους, *qui celebrati ſunt ex collectione librorum*, nominatur. Anacreonte uſus eſt familiariter, ut teſtatur & Noſter XII. 25. & Strabo *lib.* XIV. *pag.* 638. addens *omnem* ideo Anacreontis *Poëſin plenam eſſe Polycratis mentione:* ex quo liquet, quam pauca illius ad nos pervenerint. PERIZ.

2 Ανακρέοντα ἐτίμα] Quod Polycrates Anacreontem Tejum amarit, conſtat ex Herodoti *lib.* III. unde illius mentione opplevit Anacreon ſua carmina, teſte Strabone *lib.* XIV. meminit & Apulejus *Florid.* II. Hæc habent notæ Codicis Bigotiani. SCHEFF.

3 Τρυφὴν] Niſi ſequentia prorſus ab his ſeparemus, tanquam diverſi plane Capitis, ut faciunt quidem MSti, ſed perperam, ut reor: tum ſane aliter exponenda eſt hæc τρυφὴ, quam fit in omnibus Auctoris Edd. Sequentia enim clariſſime declarant, deſignari iſta voce hic loci, non *Luxuriam* quandam aut *Mollitiem*, ſive in Venere, ſive in veſtitu, licet ab tali luxuria immunis non fuerit Polycrates, ut patet ex Athenæo XII. *pag.* 540. ſed *Inſolentiam*, *Arrogantiam*, & profectam ab his vitiis *animi impotentiam* in alios: cujus exemplum eſt, quod Polycrates, ſola ſuſpicione ductus, ex zelotypia turpiter abraſerit innocentem amaſium, tantum ut innocenti Anacreonti dolorem faceret. Sic *infra* XIV. 30. de *arrogantia* & *ſtulto faſtu*, quo quis ſe ſupra ordinem & conditionem hominum extollere, & Diis accenſere ſtudebat, docendo aves, ut ſibi acclamarent, *Deus es:* dicitur, ὑπὸ τρυφῆς ὧν τοῖς ἀνθρώποις ὅροις ἐκ ἠξίου ἀφήμεναι. Sed & *ſupra* III. 12. de formoſis pueris erga Amatores ſuos, ἐκ ἴσα θρυπτικοὶ ὥσπερ τὰς ἑρμοκοπίδας οἱ Λακεδαιμονίων κοσμοῦσι. PERIZ.

4 Ανακρέων ἐπήνησε Σμερδίην] Eadem Strabo *lib.* XIV. Maximus Tyrius *diſſertat.* XIX. Athenæus *lib.* XII. SCHEFF.

5 Ησπάζετο σεμνῶς, ἓν μάλα ἐρῶντα &c.] Malim aliter diſtinguere. Nempe ἠσπάζετο σεμνῶς ἓν μάλα, ἐρῶντα. Sic III. 42. ἐποιοῦντο ὡς τὴν Ερμάνην ἓν μάλα φιλοῦμας. IV. 9. ἐπαιδέξατο ἀμυτὰς ἓν μάλα φιλοφρόνως Et XII. 1. ſæpius. De Smerdie vide Maximum Tyrium *Diſſert.* X. *init.* & *Diſſert.* VIII. *in fine.* PERIZ.

6 Ερῶντα

3 τρυφήν. 4 Ανακρέων ἐπήνεσε Σμερδίην θερμότερον, τὰ παιδικὰ Πολυκράτους· εἶτα ἥδη τὸ μειράκιον τῷ ἐπαίνῳ, καὶ τὸν Ανακρέοντα 5 ἠσπάζετο σεμνῶς, ἓν μάλα 6 ἐρῶντα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐ γε σώματος. Μὴ γάρ τις ὑμῖν βλασφημείτω, πρὸς Θεῶν, τὸν Ποιητὴν τὸν Τήϊον, μὴ δ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. Ἐζηλοτύπησε γὰρ ὁ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε, καὶ ἑώρα τὸν Ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον. Καὶ 7 ἀπέκειρε τὸν παῖδα ὁ Πολυκράτης, ἐκεῖνον μὲν αἰσχύνων, οἰόμενος δὲ λυπεῖν Ανακρέοντα. Ο δὲ οὐ προσεποιήσατο αἰτιᾶσθαι τὸν 8 Πολυκράτην,

tamen laudo ejus inſolentiam. Anacreon Smerdien, Polycratis puerum, ſtudioſius laudavit: adoleſcentulus vero delectatus eſt iſta laude, & ideo ſalutabat Anacreontem honorifice, qui amabat valde illius indolem, non vero corpus. Neque enim calumnietur mihi quiſpiam, per Deos, Tejum Poëtam, neque eum intemperantem dicat. Polycrates vero zelotypia agitatus eſt, quod Smerdien ille honoraſſet, & Poëtam à puero redamari videret. Et *ideo* adoleſcentem abraſit, illum quidem deturpans, Anacreonti vero dolorem facere ſe putans. At iſte non

6 Ερῶντα ψυχῆς] More Socratico. Euripides apud Plutarchum περὶ παιδ. ἀγωγ.

Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως,
Ψυχῆς δικαίας, σώφρονός τε κἀγαθῆς.
Sed eſt alius quidam inter homines amor,
Animæ juſtæ, temperantis & bonæ.

Plato geminam dixit eſſe Venerem, eamque alteram vulgariam, quæ ſit percita populi amore, non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculſorum animalium ſerva corpora complexu vincientem: alteram vero cælitem Venerem, prædita quæ ſit optimati amore, ſolis hominibus & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem ſtimulis vel illecebris ſectatores ſuos percellentem. quippe ejus amorem non amœnum & laſcivum, ſed contra incomptum & ſcrium, pulchritudine honeſtatis virtutes amatoribus ſuis conciliare, & ſi quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul abſterrere. Neque enim aliud quidquam in corporum formâ diligendum, quam quod admoneat divinos animos ejus pulchritudinis, quam prius veram & ſinceram inter Deos videre. Quapropter, ut ſemper, eleganter Afranius ſcriptum reliquit:

Amabit ſapiens, cupient cæteri.

ita in *Platonis Phædrum* commentatur Apulejus in *Apologia.* KUHN.

7 Απέκειρε τὸν παῖδα] Pueri apud Veteres, maxime illi, qui in deliciis habebantur, erant plane capillati. Vide Hadr. Junium *de Coma cap.* 4. Cauſa erat, quod coma ad ornatum capitis referebatur, & calvities habebatur deformis. Vide *infra* XI. 4. de Agathocle, & Junium *cap.* 2. Hinc apud Ariſtot. *Polit.* II. 6. Hippodamus dicitur viſus quibuſdam vixiſſe εὐφυεστέρου, τεχνῶν τε καλῶν καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ, *magis*, quam decebat ſapientem, *curioſe*, *multitudine crinium*, & *ſumptuoſo ornatu.* Sed & inde ortum, ut in luctu comam, in qua inerat ornatus, ſibi præciderent, qua de re vide *ſupra* VII. 8. Immo vero etiam ſupplices id faciebant, ut miſericordiam aliorum ſibi ſic conciliarent. Petron. *pag.* 48. *quid attinuit ſupplices radere, niſi forte miſerabiliores calvi eſſe ſolent.* Atque ita *ultimum naufragorum votum*, quo ſcilicet Deos in ultimis periculis aut malis demereri adhuc poſſent, dicitur ab Eodem *pag.* 44. *capillos deponere*, ſed quod in navi facere non licebat, *niſi* tum *cum pelago ventus iraſcitur*, quia alias mali erat ominis.

Pueri

την, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς· 9 μετήγαγε ὃ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, 10 ἐν οἷς ἐπεκάλει τόλμαν αὐτῷ καὶ ἀμαθίαν, ὁπλισαμένῳ κατ' τῶν ἑαυτοῦ τειχῶν. Τὸ δὲ ᾆσμα τὸ ἐπὶ τῷ πάθει τῆς κόμης Ἀνακρέων ᾄσατο· ἐμοῦ γὰρ αὐτὸς ἄμεινον ᾄσεται.

non præ se tulit, *quasi* accusaret Polycratem, *idque* prudenter & moderate: transtulit vero crimen in adolescentulum, eo quod objecit illi audaciam & insciti am, contra suos ipsius crines se armanti. Verum carmen illud de capillorum hoc damno cantet Anacreon: nam me id melius ipse canet.

Pueri vero, ubi ad virilem ætatem pervenissent, tondebantur, nisi qui essent molles & delicati. Nam Viris etiam apud Græcos turpe habebatur puerilem in modum κομᾶν: ad quam opinionem, non ex certa lege, sed consuetudine communiter quasi ab naturæ instinctu tunc receptâ, ortam respicit D. Paulus 1. *Corinth.* XI. 14. quando ἀῖμίαν, *opprobrium*, dicit esse *Viro*, ἐὰν κομᾷ, *si comam alat*. Nempe adeo commune hoc erat Græcis, ut in proverbium abierit, ἐδεὶς κομήτης, ὅστις ἐ ψηνίζεται, *nemo comatus, qui non stupretur*. Ceterum ad hunc Æliani locum maxime facit, quod legimus apud Laertium in *Herillo*, quem adhuc *puerum quum complures amarent*, *Zeno avertere* amatores *volens*, *jussit eum* ξυρᾶσθαι, *tonderi*, vel *radi*, & *ita eos avertit*, dum scilicet abstulit puero, quod *summum* illi erat *capitis decus*, ut ait Petronius. PERIZ.

8 Πολυκράτῃ σωφρόνως] Quid necesse erat dissimulare, quod fiebat σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς? nam hoc quidem tanquam probum nemo carpat. ideoque videtur mihi locus male distinctus, & aliàs corruptus. Scriberem: ὁ ὃ ἐ ᾠῳστοιήσατο τὸ αἰτιᾶσθαι τ Πολυκράτη. σωφρόνως ὃ καὶ ἐγκρατῶς μετήγαγε τὸ ἔγκλημα &c. SCHEFF. Videtur post Πολυκράτῃ interpungendum, ita ut τὸ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς sit Auctoris judicium de hac Anacreontis moderatione, quod scilicet egerit prudenter & ut virum continentem decebat. Si enim in ipsum Tyrannum styli acumen strinxisset, suam haud dubie imprudentiam pariter & amoris impatientiam prodidisset. Hac laudandi formula utuntur Græci & Latini, σοφῶς, καλῶς, δῶρε, *præclarè*, *festivè*, *bellè!* Martialem vide *lib.* III. *Epigr.* 48. Persium *Sat.* 1. Ciceron. *lib.* III. *de Orat.* ita & Noster Poëtæ in amore sobrio acclamat, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς, *temperanter & continenter!* KUHN.

9 Μετήγαγε ὃ τὸ ἔγκλημα] Phavorinus apud Stobæum *pag.* 564. Γελοῖον δὲ φανεῖται ὁ Ἀνακρέων, καὶ μικρολόγον τῷ παιδὶ μεμφόμενον, ὅτι τ κόμης ἀπεκείρατο, λέγων ταῦτα.

Ἀπέκειρας δ' ἀπαλῆς κόμης ἄμορον ἄνθος.

SCHEFF.

10 Ἐν οἷς] Non video, quo referri possit illud οἷς, nisi legas in prioribus τὸ ἐγκλήματα pro ᾧ ἔγκλημα, quod miror Fabrum omisisse monere, quanquam mihi videatur rectius, ut pro ἐν οἷς legamus ἐν ᾧ. SCHEFF. ἐν οἷς hoc loco adverbialiter sumitur, nec quo respiciat in præcedentibus habet. significat enim ὅτε, *cum* vel *dum*, *dum ei*, inquit, *audaciæ & insicitiæ crimen impegit*, *ad capillorum cædem manu armanti*. Ita loquitur & Herodianus *lib.* V. *cap.* 1. ἴσε γάρ με &c. ᾠῳκινδυνεύοντα ὑμῶν, ἐν οἷς πολλάκις ταῖς τυχούσαις ᾐτιῶλαῖς πισεύων, ἀφειδῶς ὑμῖν ᾠῳσεφέρετο. *Nostis enim me pro vobis pericula subiisse, dum sæpe levibus credens calumniis gravius aliquid in Vos consulere non dubitavit.* alia exempla ubivis erunt obvia. KUHN.

Ἐν οἷς ἐκάλει &c.] Nescio qui accidat, ut in his hæreant Eruditi, quum nihil sit tritius & vulgatius in Græcis. Schefferus maluit ἐν ᾧ scil. ἐγκλήματι. Kuhnius sumit vulgatum *adverbialiter* & simpliciter pro ὅτε, *cum*, vel *dum*. At vero intelligitur in superioribus, ἐν τούτοις, sive ἔπεσιν, sive λόγοις. Sic *supra* VII. 12. ἐγὼ δὲ ὡς φρονῶ, ᾦλον, ἐξ ὧν μὴ τὸ λεχθὲν ἀρέσκει με, pro ἐν τούτῳ, ὅτι. *cap.* 20. Ἀμφιάλαον τῷ Κέιν τὸν τρόπον, ἐξ ὧν ἐωρᾶτο, pro ἐν τούτοις, ἐν οἷς ἐωρᾶτο. Plutarch. *in lib. de Pythia, in extr.* καὶ τοι φιλῶ μὲν ἐμαυτὸν, ἐφ' οἷς ἐγενόμην ἐις τὰ πράγματα ταῦτα ᾠῳθυμῶ, pro ἐπὶ τούτοις, ὅτι. Plenius expressa hæc habemus *supra* III. 17. καὶ δι ὧν αὐτῷ συνεβάλετο καὶ ἐδίδασκε, Ἀμφὶ τέττων τυραννίδα τὴν Διονυσίου καταλῦσαι. Et *cap.* 47. ὑπὲρ δὲ ὧν ἐν Βυζαντίῳ ἐκακούργει, ὑπὲρ τέττων διέφθειρε τὴν χάριν. Videtur autem Anacreon exprobrasse puero, quasi ipse sibi per contumaciam & insciti am rerum præcidisset comam, ut colligimus ex Stobæi *sermone* CLX. ubi dicitur puerum reprehendisse, *quod ipse sibi eam præcidisset*. PERIZ.

ΚΕΦ. ε'.

Περὶ Ἱέρωνος καὶ Θεμιστοκλέους.

1 Θεμιστοκλῆς Ἱέρωνα 2 ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια, 3 Ὀλυμπίων ἀγομένων, ἵππους ἄγοντα, 4 εἶρξε τῆς ἀγωνίας εἰπὼν, τὸν 5 μὴ μεταλαβόντα ᾧ

CAP. V.

De Hierone & Themistocle.

Themistocles Hieronem venientem ad ludos Olympicos, quum hi ludi agerentur, equos ducentem, prohibuit certamine, dicens, Eum qui

1 Θεμιστοκλῆς] Autor hujus rei Theophrastus *libris de Regno*. Vide Plutarch. in *Themistocle*. Porro *Hieronem* hic intelligit, Siciliæ tyrannum. SCHEFF.

2 Ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια, Ὀλυμπίων ἀγομένων] Nihil mutant MSti. Et videtur priore locutione Auctor denotasse consilium Hieronis, posteriore tempus. Venit cum aliis ad Olympia animo certandi, eo ipso tempore, quo jam ludi agebantur. Sic X. 1. τὸν υἱὸν ἦγεν εἰς Ὀλύμπια, mox Ὀλυμπίων ἀγωνιοῦν. Si quid mutandum, malim cum Kuhnio, εἰς Ὀλυμπίαν. Sic XIV. 18. ἐγώ σε εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω. Et IV. 9. Ἐν Ὀλυμπίᾳ. Lucian. *de Morte Peregr.* ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα. PERIZ.

3 Ὀλυμπίων ἀγομένων] Cuperus putat glossatoris ista esse ac propterea rejicienda *lib.* III. *Observ. cap.* 14. SCHEFF. Si quid mutandum esset, mallem εἰς Ὀλυμπίαν legere, sed forte nec ista correctione opus est. Ὀλύμπια enim & locum, in quo ludi Olympici celebrantur, & ipsos ludos denotat συνεκδοχικῶς. πανήγυρις εἶναι μὲ (δοκεῖ) καὶ ἡ τ ἀνδρῶν ξύνοδος, εἶναι ὃ αὐτὸ τὸ χωρίον εἰς ὃ χρὴ συνιέναι, inquit Philostrat. *lib.* VIII. *Vit. Apollon. cap.* 7. KUHN.

4 Εἶρξε τ ἀγωνίας] Interpres: *spectare vetuit*. imo *certamine exclusit*, cum vellet equorum cursu decertare; id quod Barbaris, i. e. non Græcis, legibus erat vetitum. Herodot. *lib.* V. de Alexandro Amyntæ filio; ἀεθλεύειν ἐλομένῳ καὶ καθάντῳ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο οἱ ἀνυθευσόμενοι Ἑλλήνων ἐξέργειν μιν, φάμενοι, ἐ Βαρβάρων ἀγωνισίον εἶναι τ ἀγῶνα, ἀλλὰ Ἑλλήνων, *cum certaturus ad id ipsum in arenam descenderet, adversarii Græci eum excluserunt, dicentes non Barbaris, sed Græcis, hoc certandum esse certamen.* Alia de causa Lacedæmonii ἔρχθησαν ᾧ μὴ ἀγωνίζεσθαι, *à ludis Olympicis procul esse jussi sunt*, apud Thucydidem *lib.* V. Qui vero contra vetitum se certamini ingesserunt, ὑπὸ τ ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβον, *à lictoribus verberibus male mulctati*, *l. c.* Thucyd. Hiero autem à Themistocle ludis arcebatur, quod μεγίστε κινδύνε, i. e. *belli Persici*, periculum cum Græcis commune sibi habere noluisset, videtur tamen largitionibus aditum sibi fecisse ad certandum. Vicit enim Olympiade LXXIII, Κέλητι, *singulatore*, ut Glossæ habent. Pindari *Olympiac. Odam* 1. vide sis. KUHN.

5 Μὴ μεταλαβόντα τὸ μεγίστε &c.] Græci, quum Xerxes, Rex Persarum, eos invadere vellet, miserunt Legatos ad Gelonem, Syracusanum Regem, Hieronis fratrem, ut suppetias sibi ferret. Is vero negavit eas, nisi se Imperatorem copiarum constituerent, quod Græci facere renuebant. Vide Herodot. *lib.* VII. Hoc ergo est. *maximum* illud Græciæ *periculum*, quod hic memoratur, & cujus nec Gelo, nec Hiero, qui in potestate fratris sui erat, fuere participes. Quod vero

ϑ μεγίστου τῶν κινδύνων, τῶν παννυχίων μεταλαμβάνειν μὴ δεῖν· καὶ ἐπῃνέθη Θεμιστοκλῆς.

qui maximi periculi ſe ſocium non præbuiſſet, non oportere, communium ludorum participem eſſe: & laudatus eſt Themiſtocles.

Kuhnius hic ſuſpicatur, *videri illum tamen largitionibus aditum ſibi feciſſe ad certandum*, ſiquidem *vicerit Olympiade* LXXIII. alieniſſimum eſt. Olympias enim illa fuit ante hoc Xerxis bellum & Græciæ periculum. PERIZ.

ΚΕΦ. ϛ'.

Περὶ Περικλέους, καὶ υἱῶν αὐτοῦ λοιμῷ ἀποθανόντων.

CAP. VI.

De Pericle, & filiis ejus peſtilentia mortuis.

Ὅτι [1] Περικλῆς, [2] ἐν τῷ λοιμῷ τοὺς παῖδας ἀποβαλὼν, ἀνδρειότατα τὸν θάνατον αὐτῶν ἤνεγκε, καὶ πάντας Ἀθηναίους εὐθυμότερον ἔπεισε τοὺς τῶν φιλτάτων θανάτους φέρειν.

Pericles, quum graſſante peſtilentia liberos amiſiſſet, fortiſſime tulit eorum mortem, auctorque fuit Athenienſibus omnibus, ut æquiore animo ferrent amiciſſimorum obitus.

ΚΕΦ.

CAP.

1 Περικλῆς] Eadem Plutarchus in *ipſius vita*, Val. Max. *lib.* V. *cap.* 10. SCHEFF.

2 Ἐν τῷ λοιμῷ] Commemorat & refert hanc peſtilentiam pluribus Thucydides *lib.* II. *cap.* 47. &c. De conſtantia autem Periclis in hoc caſu præter Valer. Max. V. 10. etiam Plutarchus, non tam in *Periclis Vita*, ubi eum fractum animo domi latuiſſe ait, ſed in *Conſolat. ad Apollonium*, *pag.* 118. unde tamen diſcimus, Ejus Amicum, Protagoram, hæc de Eo tradidiſſe: dubium igitur, an vere. Amiſerat autem octo dierum ſpatio duos, quos ſolos habebat ex legitima uxore, filios, Xanthippum & Paralum. PERIZ.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ Σωκράτους ἐν πᾶσιν εὐθυμίας.

CAP. VII.

De Socratis in omnibus rebus animi tranquillitate.

Ἔλεγε [1] ἡ Ξανθίππη, ὡς μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν καταχουσῶν, ἐν πάσαις [2] ὅμοιον † ἦν [3] τὸ

Xanthippe dicebat, infinitis rerum commutationibus rempubl. obtinentibus, in omnibus tamen

† ἦν τὸ τῷ.

1 Η Ξανθίππη] MSS. B. & C. ὁ Ξανθίππου. SCHEFF. Adſcribam Stobæi verba ex Dionyſii Halicarnaſſenſis *Eclogis*, ut Lector ipſe comparationem poſſit inſtituere: ita autem ille *Sermone* CCLIV. ἡ Ξανθίππη ἔφη μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν καὶ αὐτὸς καταχεσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας καὶ ἐπανιόντος θεάσασθαι. ἥρμοσε γὰρ δηλονότι πρὸς πάντα ἐπιεικῶς· τοιαύτη δέδειν πώποτε ἐλύπησεν αὐτήν. KUHN. Cicero *lib.* III. *Tuſc. Diſput. cap.* 15. *Hic eſt enim ille vultus ſemper idem, quem dicitur Xanthippe prædicare ſolita in viro ſuo fuiſſe Socrate: eodem ſemper ſe vidiſſe exeuntem illum domo & revertentem.* & *lib.* I. *de Officiis cap.* 26. *Præclaraque eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper voltus, eademque frons, ut de Socrate, item de C. Lælio accepimus.*

2 Ὅμοιον ὦ] Laertius Diogenes in *vita ejus*, & quis non veterum? SCHEFF.

3 Τὸ Σωκράτους] Geſnerus, τὸ δ' Σωκράτους. Sed omitti poteſt. IDEM.

4 Ἀεὶ θεᾶσθαι] Legendum eſt, ἀεὶ (τὸ αὐτὸ) θεᾶσθαι. nihil verius. FABER. Mihi totum gloſſa ſuperioris, ὅμοιον ὦ πρόσωπον, videtur, atque ideo delendum. SCHEFF. Qui Noſtrum conferet cum *loco* Stobæi *jam allato*, is ſanè propè τὸ θεᾶσθαι mendum nullus inquiret. Leniſſima omnium correctio fuerit, pro ὅμοιον ὦ legere ὅμοιον ὂν i. e. ὁ. εἶναι, hoc ſenſu. *Xanthippe dixit, ſe in mille mutationibus, quibus urbis ſtatus convulſus, ſemper videre Socratis vultum ſui ſimilem eſſe, ſive domo exeat, ſive redeat.* de Socratis conſtanti vultu, cum jam anancæum, ut Comicus ait, hauſturus eſſet poculum, vide quædam *ſub finem Phædonis* & Senecæ *epiſtolam* 104. Hanc laudem Socrati derogatum ivit Ariſtoxenus, qui in *Vita ejus* retulit ex ore Spinthari, qui Socrati familiaris fuerat, cætera quidem eum Suada, voce, vultu & moribus compoſitis quam maximè blandum amabilemque extitiſſe. γίνεσθαι δέ πε τοῦτο, ὅτε μὴ ὀργίζοιτο. ὅτε δ' ἐλεχθείη ὑπό τῶν παίδων τοῦτο, δεινὸν εἶναι τὸν ἀκηκοότα. ἐδόκει δὲ ὅτε ὀνόματος ἀπέχεσθαι, ὅτε πράγματος. *Hoc autem ferè ita ſe habebat, cum non iraſceretur; cum vero illo affectu ſuccenſus eſſet, turpiter eum ſe dediſſe, nec ab ulla vel voce vel re ſibi temperaſſe ait.* quem locum ex Porphyrii *Vitis Philoſoph.* allegavit Cyrillus Alexandrinus *lib.* VI. *contra Julianum.* adde Hieronym. *lib.* III. *adverſ. Pelag.* Syneſii *Encomium Calvit. pag.* 81. & *notas* Gattakeri *in M. Antoninum pag.* 13. KUHN. Variis modis hærent hic Interpretes Eruditi. Faber more ſuo pronunciat *nihil verius* ſua conjectura, qua legit ἀεὶ τὸ αὐτὸ θεᾶσθαι. Scheffero contra delendum videtur ἀεὶ θεᾶσθαι. Kuhnius iſta quidem minime ſollicitanda monet & docet ex Stobæo, ſed pro ὅμοιον ἦν malit legere ὅμοιον ὄν. Verum nihil omnino mutandum, quum omnia ſe belle habeant. Verba Stobæi *Serm.* CCLIV. ex Dionyſii Halic. *Eclogis* ſunt: ἡ Ξανθίππη ἔφη, μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν καὶ αὐτὸς καταχεσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος, θεάσασθαι. Noſter facilioris Syntaxeos & intellectus gratia addidit ὡς ἦν. Solet enim ita ὡς pro ὅτι quoque poni. *Supra* VIII. 2. Καὶ γὰρ ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, ἐδέξατο ἀντιφῶσα. Hinc notat hic, *licebat, dabatur.* Sic plane II. 24. ὡς δὴ τότε νοεῖν ἔοι, *Ex eo jam datur intelli-*

3 τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντ@ ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντ@, 4 ἀεὶ θεᾶσθαι. 5 Ἡρμοσ-το γὰρ. πρὸς πάντα ἐπιεικῶς, καὶ ἦν ἵλεως ἀεὶ τὴν διάνοιαν, καὶ λύπης ὑπεράνω πάσης, καὶ φόβ@ κρείττων παντὸς ὤν.

men licuiſſe, eundem Socratis vultum, ſive domo egrederetur, ſive rediret, ſemper videre. Nam ad omnia æquo ſe habebat modo, & animo ſemper erat hilaris, ſimul *quippe* ſupra omnem triſtitiam poſitus, & omni metu ſuperior.

telligere. VII. 4. ὅλα ἐν μικρῷ τόπῳ διαφόροις ἐστὶ γυμνάσασθαι, *quod in exiguo loco Variis datur ſe exercere.* Lucian. *de Morte Peregr.* ὑ γὰρ ἦν ἐυπορῆσαι ὀχήματ@, *non enim facultas erat habendi facile vehiculi.* Epictet. *cap.* 39. ἔσῃ γὰρ αὐτῷ χρῆσθαι καλῶς, *licebit eo recte uti.* Ita ergo & hic planiſſimus eſt ſenſus, ὡς ἦν θεᾶσθαι τὸ Σωκράτες σεσωσμένον, ᾗ σωφρόντος, ᾗ ἐπαινόντος, ἀεὶ ὅμοιον ἐν πάσαις μεταβολαῖς. Lugd. omiſit ἦν. Si recte, tum ὡς referendum ad μυρίων, ut notet, *ferme*, *quaſi*, *decem millibus*, h. e. pene infinitis. PERIZ.

5 Ἡρμοσ-το γὰρ πρὸς &c.] h. e. *æquo animo ſe habebat ad omnia*, ſeu *compoſitus erat ad omnia æquabiliter*, vel *leniter*. Sic Epict. *cap.* 70. ὅταν ἐυτελῶς ἡρμοσμένος ᾖς κατὰ τὸ σῶμα, μὴ καλλωπίζῃ ἐπὶ τούτῳ, *ſi frugaliter te habeas, ſis* animo & vita *compoſitus*, *quod ad corpus* tuum curandum, *ne te oſtentes eo ipſo.* Julian. *Orat.* I. *pag.* 10. *extr.* τὸ ἁρμόζον πρὸς ἐπιδείξεις, *quod aptum eſt ad oſtentationem.* Ariſtot. *Polit.* IX. 5. ἔστι δὲ ἁρμόττουσα πρὸς τὴν φύσιν τὴν τηλικαύτην ἡ διδασκαλία τῆς μουσικῆς, *eſt vero apta doctrina Muſices tali naturæ.* IDEM.

ΚΕΦ. ἡ.

Οτι ἀκόλαστ@ περὶ γυναῖκας Διονύσι@.

CAP. VIII.

Quod Dionyſius in mulieres intemperans fuerit.

Ὁ νέος 1 Διονύσιος εἰς τὴν Λοκρῶν πόλιν παριὼν, (εἶγε ἡ Δωρὶς, ἡ μήτηρ αὐτοῦ, Λοκρὶς ἦν) 2 τοὺς οἴκους τῶν μεγίστων τῶν ἐν τῇ

Dionyſius junior, in Locrenſium urbem quum veniſſet, (Doris enim, ipſius mater, Locrenſis erat) potentiſſimorum civium domos occupans, eaſque roſis, ſerpyllis, aliiſque floribus conſternens, filias Locrenſium arceſſebat, cumque iis verſabatur intemperantiſſime: luit vero Dionyſius *flagitii* hujus pœnas. Poſtquam enim tyrannis ipſius per Dionem fuit ſublata, tum vero Locrenſes uxorem Dionyſii una cum filiabus proſtituerunt, & libere omnes illuſerunt eis, præſertim neceſſarii virginum, quas Dionyſius corruperat. Quum vero exſaturati jam eſſent ſtuprando, compungentes eas intra digitorum ungues acubus interemerunt; oſſa vero in mortariis contuderunt, & carnes ab oſſibus abſciſſas qui non guſtaſſent, eos diris de-

1 Διονύσιος ὁ νέος] Sumpta hæc ſunt ex Clearchi *lib.* V. *Vitarum*, ut videre eſt apud Athenæum *lib.* XII. quo loco habes integram hiſtoriam. SCHEFF.

2 Τὰς οἴκους τῶ μεγίστων τῶ ἐν τῇ πόλει] h. e. *domos potentiſſimorum*, *maximorum* civium, *qui erant in ea Urbe.* At Vultejus ea vertit, *maximas civitatis domus*, retinueruntque id omnes dein Editores. Ita vero ſcripſiſſe debuiſſet Auctor, τὰς οἴκους τὰς μεγίστους τῶ ἐν τῇ πόλει. Et forſan ita ſcripſit. Nam certe Athenæus, ex cujus *libro* XII. hæc iterum habet Auctor, diſerte ita, ſed in ſingulari, ſcripſit, οἶκον τῶ ἐν τῇ πόλει τῶ μίγιστον, optimo ſane ſenſu, & quem ſine dubio Noſter quoque exprimere voluit. PERIZ.

3 Ακολαστόατος] Lege ἀκολαστόατα, adverbiali forma, Attice. FABER. Explicat Strabo *lib.* VI. in hunc modum: ἀφειγάμει μὲν παρεισιὼν εἰς τὸ δωμάτιον τὰς νυμφοστολήθεισας· συναγαγὼν ᾗ τὰς ὡραίας πυθένας, ἀφισερὰς ὁλοπτέρυξ ἐν τοῖς συμποσίοις ἡβίει, κἀκείνας ἐκέλευε γυρεύειν γυμνάς. πνὰς ᾗ κὴ σανδάλια ὑποδυμένας ἄζυγα, τὰ μὲν ὑψηλὰ, τὰ ᾗ ταπεινὰ ἐπιδιάκειν ἔφασαν τῇ ἀπρε-

ἁρμόττουσα τῇ πόλει καταλαμβάνων, ῥόδοις, καὶ ἑρπύλλοις, καὶ ἄλλοις ἄνθεσι καταστρωννὺς, τὰς τῶν Λοκρῶν θυγατέρας μετεπέμπετο, καὶ συνῆν αὐταῖς 3 ἀκολαστότατ@· ὑπὲρ δὴ τούτου ἔτισε δίκην. 4 Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῦ ἡ τυραννὶς κατελύθη ὑπὸ Δίων@, ἐνταῦθα οἱ Λοκροὶ 5 τὴν γυναῖκα τῆ Διονυσίου καὶ τὰς θυγατέρας κατεπόρνευσαν, καὶ 6 ἀνέδην αὐταῖς ἐνύβριζον πάντες, μάλιστα οἱ προσήκοντες ταῖς παρθένοις ταῖς ὑπὸ Διονυσίου διεφθαρμέναις. Ηνίκα δὲ ἀφθορεῖς ἐγένοντο ὑβρίζοντες, κεντοῦντες αὐτὰς ὑπὸ τοῖς ὄνυξι τοῖς τῶν χειρῶν βελόναις ἀπέκτειναν· τὰ δὲ ὀστᾶ κατέκοψαν ἐν ὄλμοις, καὶ τὰ κρέα

πρεπῶς χώζειν. SCHEFF. Satis pro imperio Faber, *Lege*, inquit, ἀκολαστόατα. Et ſequitur eum Kuhnius in Indice. Quaſi non paſſim à Græcis Adjectiva etiam jungantur Verbis. Heſiod. Ασπ. 394. de Cicada,

Καὶ τε παιπαλόεντι κεκὶ ἠῶϊ χέει ἀυδήν.

Etiam à Latinis frequentiſſime, Liv. I. 16. *Sublimis abiit.* Quid? nonne & ipſe Auctor *hoc Eod. Capite* ita? ἐνίκα ᾗ ἀφθορεῖς ἐγένοντο ὑβριζόντες, h. e. *ſtuprando.* Denique ut hic, ſic plane & *ſupra* III. 14. ὅλα ᾗ ὡς ὅπλα καὶ ὡς πολέμιος ἀλλοτελώσθαι ἀφίκοντα Βυζάντιοι, ubi itidem Faber contra Codd. legi jubebat ἀλλοτελώσθαι. PERIZ. Mediceus, συνῆν αὐταῖς ἀκολαστόπεος.

4 Επειδὴ γὰρ αὐτῦ ἡ τυραννὶς &c.] De ſuo hanc temporis deſcriptionem addidit Auctor. Nec enim apud Athenæum illa occurrit, & erroris manifeſta eſt. Accidit enim dira hæc ultio Locrenſium in Dionyſii uxorem & liberos, non vivo Dione, aut quum Ille ab Hoc Syracuſarum tyrannide eſſet depulſus, ſed poſt mortem Dionis, quum Dionyſius ex Italia & Locris rediſſet Syracuſas ad recuperandam iſtic tyrannidem. Vide quæ notavi *ſupra ad* VI. 12. PERIZ.

5 Τὴν γυναῖκα] Confirmat Plutarchus in *Timoleonte* & Strabo *ante dicto loco.* Plutarchus *lib. de præcep. reip. ger. Dionyſii liberos & uxorem libidinoſe corporibus tractis Itali necaverunt*, *ac crematis cadaveribus cinerem è navi in mare diſperſerunt.* SCHEFF.

6 Αναίδην αὐταῖς ἐνύβριζον] Vide Lector, quam facile in plures etiam Editiones propagentur recepta ſemel per incuriam ſcripturæ vitia. Omnes Edd. etiam Prior Schefferi, legunt æque ac MSti, ἀνίδην. At Poſterior Schefferi per incuriam haud dubiam, quippe contra exaratos manu, & Editos prius Libros, admiſit illud ἀναίδην. Retinuit id Kuhnius, licet vitioſum putaret, ignarus vitium eſſe iſtius tantum Editionis, quam ſequebatur. Nam in Indice, in Ανάιδην, hunc locum allegans, addit, *ſe ibi* ἀνίδην *malle.* De illo ἀνίδην, & ejus ſignificatione, Vide me *ſupra ad* I. 4. PERIZ.

7 Μητραγυρτῶν] Sic ſacerdos Matris deûm vocabatur. Juſtinus tamen ludimagiſtrum factum eſſe ſcribit *lib.* XI. *cap.* 5. pueroſque in trivio docuiſſe. Cum Juſtino faciunt Cicero, Ammianus Marcell. *lib.* XIV. Valer. Maximus, & qui ibi laudantur. SCHEFF.

χρέα τῶν ὀφῶν ἀφελόντες ἐπηράσαντο τοῖς μὴ γευσαμένοις αὐτῶν· εἰ δέ τι περιελείφθη ἐξ αὐτῶν, κατεπόντωσαν. Ὁ δὲ ἐν Κορίνθῳ πολλαῖς καὶ ποικίλαις

devoverunt: si quid vero reliquum ex iis supererat, in mari demerserunt. Ille vero Corinthi, multas variasque vitæ vicissitudines expertus, propter im-

Cum Nostro sentiunt Athenæus *lib.* XII. *pag.* 541. & Eustathius *in Odyss. pag.* 1824. Dionysius ille Corinthi non unum vitæ genus amplexus est, sed modo hanc, modo illam sibi sumpsit personam. vide Plutarchum in *Timoleonte* & Justinum *lib.* XXI. *cap.* 5. KUHN.

Μητραγυρτῶν] *Sacerdotem Matris Deum agens, & stipem cogens*, vel iis se jungens, ac suam addicens operam. Dionys. Halic. *lib.* II. *pag.* 91. καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν ἔτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἦθος, & *circumducunt* (Deam) *illi per Urbem, stipem cogentes, sicuti illis mos est.* Nempe simulabant, ac si stipem cogerent ipsi Deæ. Unde Lucianus *Pseudomanti pag.* 869. οἱ τῇ Μητρὶ ἀγείροντες. Et Ovidius *Fastor.* IV. 348. de ipsa Dea rogans Musam,

Dic, inquam, parva cur stipe quærat opes.

Vide & Cuperum de Variis Agyrtis mendicantibus, *Observ.* III. 4. Erant autem viles illi & contempti homines. Unde licet Romani solenniter receperint sacra Cybeles, & ejus festum, Megalesia, ludis & pompis maxime celebrarint, quin immo solis hujus Deæ *famulis* permittat Cicero *lib.* II. *de Legibus, stipem justis diebus cogere*, tamen nemo Romanus sustinebat esse ejus Agyrtes aut Sacerdos, ut testatur Dionys. *d. l.* Hinc Arnobius *lib.* V. *pag.* 168. *Quis est enim, qui credat honestatis aliquid in ea re esse, quam initiant VILES Galli.* PERIZ.

8 Τύμπανα] Propria erant hisce sacris. Unde & apud Suet. *Aug. cap.* 68. *Gallum Matris Deum Tympanizantem* habemus. Sed & inde Plutarch. in *lib. de Superstitione*, Τυμπανισμὸς refert inter ineptias superstitionis. Percutiebantur autem hæc tympana manibus vel digitis. Apud Sueton. *d. l.* Gallus tympanizans dicitur *orbem* tympani *digito temperare*. Et Lucret. II. 618. *Tympana tenta tonant palmis*, scil. percussa. Ovid. *Fastor.* IV. 340.

Et feriunt molles taurea terga manus.

Quæ verba Pignorius, *Magnæ Deum M. Init. pag.* 6. perperam refert ad *flagra. Virgulis* tamen etiam percussa leguntur. Isidorus *Etymol.* II. 21. *Ipsum*, (tympanum) *ut Symphonia ad virgulam percutitur.* Forma eorum erat rotunda, sed concava, ut speciem clypei vel patinæ exhiberet. Nempe quia Curetes olim, ut fallerent Saturnum, & servarent Jovem recens natum, manibus suis clypeos aut inanes galeas contundebant, hinc in sacris Cybeles, ut ait Ovid. *d. l. versu* 211.

Cymbala pro Galeis, pro Scutis Tympana pulsant.

Sed & inde est, quod Idem *ibidem v.* 181. *Inania tympana tundi* dicat, h. e. concava Et similiter *Metamorph.* III. 537. *Cava* autem vocet ea Idem *Met.* XII. 481. Quin ideo edere etiam poterant ex tympanis, tanquam ex patinis, sicuti ex cymbalis bibere. Clemens Alex. *Protrept. pag.* 11. Symbola fuisse initiationis, hæc ait, ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλου ἔπιον, *ex tympano edi, ex cymbalo bibi.* Plinius *Nat. Hist.* IX. 35. etiam clarius eorum formam nobis ab oculos ponit, modo ex superioribus jam cogitemus fuisse non rotunda tantum in orbem quendam, sed & inania ac concava. Ait enim margaritas, *quibus una tantum est facies, & ab ea rotunditas, aversis planicies, ob id tympana nominari.* Erant ergo tympana, à concava parte, marginis æquabilis, at ab altera, extuberantia aliquantulum, veluti Scuta, aut margaritæ dissectæ. Comparantur tamen etiam cum *Cribro*, quod est, ab una & extrema parte, rotundi & cavi ac latioris paulo ligni. Isido-

λαις χρησάμενος βίου μεταβολαῖς, ἀφ' ἧς ὑπερβάλλουσαν ἀπορίαν, τελευταῖον δὲ ἦ μητραγυρτῶν, καὶ κρούων

immodicam paupertatem tandem metragyrtam agens stipem cogendo, tympanaque pulsans, & ad ti-

Isidorus *Etymol.* II. 21. *Tympanum est pellis vel corium, ligno ex una parte extensum. Est enim pars media Symphoniæ in similitudinem Cribri. Symphonia* autem, ut *ibidem paulo post* ait, *appellatur lignum cavum, ex utraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc & inde Musici feriunt.* Figuram *Tympani* exhibet ex marmore, ut ait, Sponius *Miscell. Erud. Antiq. Sect.* I. *artic.* 6. quæ maxime convenire mihi videtur in *Symphoniæ*

Pellis porro intendebatur ligno rotundo. Unde eleganter Eurip. in *Bacchis* 124. tympanum appellat βυρσότονον κύκλωμα, *orbis, cui corium est intensum*, Et ita intendebatur, ut parvi lapides in eam immissi resilirent. Hinc Ovid. *Metam.* XII. 480.

Non secus hæc resilit, quam tecti à culmine grando,
Aut si quis parvo feriat cava tympana saxo

Percussa sonitum edebant *raucum*. Vide Ovid. *Fastor.* IV. 210. & *Metam.* IV. 391. Atque ideo tintinabula quædam ex cava illorum parte aliquando suspendebantur, ut temperarent ac variarent istam raucedinem sonitus, ut docuit jam Magius *de Tintinn. cap.* 12. Inprimis vero *Tibiæ* accinebant *tympanis*, quibus idcirco fere ubique, maxime in his Cybeles sacris, junctæ reperiuntur. Vide Virgil. *Aen.* IX. 618. Ovid. *Metam.* IV. 392. XI. 16. *Fastor.* IV. 212. & 339. Lucret. II. 620. Pomp Melam. III. 9. Tacitum *Histor.* V. 5. & maxime Lucian. *de Deâ Syria pag.* 910. *extr.* ac Dionys. Halic. *lib.* II. *pag.* 91. Erant autem hominum mollium, immo feminarum, instrumenta lætitiæ, & potissimum in Oriente. Feminas iis usas istic in publica lætitia, vel ex Jephthæ Filia constat, quæ Patri *cum tympanis* obviam prodiit, *Judic.* XI. 34. Similiter quum, Goliathe occiso & Palæstinis fugatis, Saulus & David redirent victores, Mulieres ex omnibus Urbibus Israelis obviam illis prodierunt, χορεύουσαι ἐν τυμπάνοις I. *Sam.* XVIII. 6. Sed & Viri istic ea adhibebant in festivitate publica. Sic quum Arcam divinam David ex ædibus Abinadabi solenniter deportare vellet Hierosolyma, dicitur illud fecisse cum reliquis Israelitis ἐν τυμπάνοις καὶ κυμβάλοις, καὶ αὐλοῖς II. *Sam.* VI. 5. Hinc ergo & Tac. *Hist.* V. 5. *Sacerdotes Judæorum* ait *tibia tympanisque concinuisse.* Nempe in Oriente, Syria, &

κρούων [8] τύμπανα, καὶ [9] καταυλούμενος δὲ τὸν βίον κατέστρεψεν.

tibiæ cantus ſe movens vitam exegit.

ΚΕΦ.

CAP.

& Aſia, fuere hæc uſitata & decora, atque adeo inde venerunt ad Græcos & Romanos. Hinc Juven. *Sat.* III. *v.* 64. *Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam & mores & cum tibicine chordas Obliquas, nec non GENTILIA Tympana ſecum Vexit.* Sed tamen apud hoſce tribuuntur potiſſimum mulieribus Bacchantibus, ut ex locis Ovidii modo laudatis patet: Viris vitio vertebantur. Unde apud Juſtin. XXX. I. inter *inſtrumenta luxuriæ* & *nequitiæ* Regis Ptolemæi, *tympana* memorantur. Et apud Plautum *Trucul.* II. 7. 49. *Tun' mœchum malacum, cincinnatum, umbraticolam, Tympanotribam, Amas, hominem non nauci?* Omnia hæc per contemptum, ut liquet, à Milite dicuntur de rivali ad Amicam. Sed & Bacchus mollis & muliebris exercitus Dux adhibuiſſe ea dicitur cum Cymbalis loco tubæ ad ſigna danda. Vide Polyæn. I. I. I. Quod ipſum tamen etiam in Oriente uſitatum fuit. Certe Parthi *ſignum in prælio non Tuba, ſed Tympano, dant*, teſte Juſtino XLI. 2. Unde explicandus jam eſt Plutarchus in *Craſſo pag.* 557. Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν ἑαυτοὺς εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείναντες ἠχείοις χαλκοῖς ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσι, *Parthi non cornibus, neque buccinis, excitant ſe ad pugnam, ſed in circulis corio extenſo obductis & cavis, quos æreis tintinnabulis circum tenderant, multis ex locis ſimul ſtrepitum edunt.* Ῥόπτρα enim ſunt *circuli incurvi* tympanorum, quibus pelles intenduntur, & qui in concava parte continent tintinnabula ærea. Niſi quis per ἠχεῖα malit intelligere *vaſa ænea*, quibus illa tympana quaſi obtendebantur, ſeu quæ illis tympanis undique quaſi claudebantur, qualia tympana, hujuſmodi vaſis ligneis obducta, ſed in quorum medio vel ſic tintinnabula inerant, Indis in bello tribuit Suidas. Prius tamen credo verius, quoniam ipſa illa ῥόπτρα βυρσοπαγῆ dicuntur etiam κοῖλα, *cava*, fuiſſe, quibus ergo ipſis incluſiſſe videntur iſthæc ἠχεῖα χαλκᾶ, *ærea tintinnabula.* Græci vero, aut alii in Occidente, *tympana*, tantum abeſt, ut ad bella adhiberent, ut contra opponerent bellicis inſtrumentis. Ovid. *Metam.* III. 534.

—— —— *Ut quos non belliger enſis,*
Non tuba, terruerint, non ſtrictis agmina telis,
Femineæ voces, & mota inſania vino,
Obſcœnique greges, & inania Tympana vincant.

PERIZ.

9 Καταυλούμενος] Interpres, *tibiis modulando.* At Kuhnius in Indice malit *paſſive* illud accipere, hoc ſenſu, *tibiis audiendis feſſus, vel tibiæ cantu ſæpe ad ſatietatem perfuſus, vel tibiarum modulis ſæpius delinitus*, quia *Metragyrtæ tibia occinente ſtipem cogebant.* Verum quidem hoc poſterius, & ideo ſenſus eſt ſimpliciter, qui illa faciebat ad Tibias, cui Tibiis accinebatur. Idem hoc Verbum etiam Dionyſ. Hal. de iiſdem Hominibus adhibuit *lib.* II. *pag.* II. Καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητραγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, *circumducunt illi* Deam *per Urbem, Deæ ſtipem cogentes, ut illis mos eſt, &, dum tibia accinebantur illis à ſequentibus Cybeleia cantica, ipſi tympana pulſantes. Romanorum vero indigenarum nemo nec Deæ ſtipem colligens, nec ad tibiæ cantus quid faciens, per Urbem vadit.* Vide & Suidam, Similiter activum καταυλεῖν *Hiſt. Anim.* XII. 44. *extr.* εἶτα οὕτω προειρημένων καταυλοῦσι, h. i. *ita prædictis tibia accinunt.* Sed & αὐλεῖσθαι paſſive dicuntur, *quibus tibia accinitur. Supra* III. 14. de Byzantinis, τὸ ἔργον αὐτοῖ αὐλεῖσθαι ἐστι, h. e. *habere tibicinem ſibi accinentem.* Et Xenophon Αναβ. VI. *init.* ubi dicuntur ſaltaviſſe, modo πρὸς τὸν αὐλὸν, modo αὐλούμενοι. IDEM.

Καταυλούμενος δὲ] Particula δὲ abeſt a MS. Mediceo.

ΚΕΦ. θ'.

Ὅτι καὶ Δημήτριος ἀκόλαστος.

[1] Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ᾕρει τὰς πόλεις, καὶ τῇ ἑαυτοῦ τρυφῇ καταχρώμενος, χίλια μὲν καὶ διακόσια τάλαντα πρόσοδον ἑαυτῷ περιεποιή-

CAP. IX.

Quod & Demetrius incontinens fuerit.

Demetrius Poliorcetes capiebat urbes, & iis, impotentia ſibi ſolita, abuſus, mille & ducenta talenta, proventum in ſingulos annos, ſibi

1 Δημήτριος] Integrum hoc caput videas apud Athenæum *lib.* XII. cui addas Plutarchum in *Demetrio.* SCHEFF. Videatur Athenæus *l. c. pag.* 250. ubi Duris, quæ hoc capite afferuntur omnia *Demetrio Phalereo* pæne ad verbum tribuit. Subit itaque ſuſpicari, Noſtrum quidem utriuſque *Demetrii* hoc loco mentionem feciſſe, ſed injuriam temporis vel compilatoris nihil nobis de *Demetrio Poliorcete* feciſſe reliquum, præter initium capitis, Δημήτριος Πολιορκητὴς ᾕρει τὰς πόλεις. * * * hanc lacunam deinde librarii ſuppleverunt, ſequentia præcedentibus agglutinando, cum ibi quoque deficiat principium orationis, quæ alterius *Demetrii* luxum repræſentabat. Neque enim de Rege *Demetrio* dixeris, quod ejus annui reditus tantum mille ducenta talenta confecerint, qui ſuæ Lamiæ εἰς σμῆγμα, *ſmegmatis nomine*, ducenta quinquaginta talenta donavit. Plut. in *Demetrio.* At vero in Demetrium Phalereum hæc Auctoris verba melius competere extra controverſiam eſt. KUHN.

Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς &c.] Habet & hoc Caput Auctor ex Athenæo XII. II. ſed ita, ut quem Ille ex Duride, Antiquo Scriptore, *Demetrium Phalereum*, Noſter *Dem. Poliorceten* dicat. Inſigni errore, cujus Ego non aliam iterum eſſe reor cauſam, quam quod in Adverſariis ſuis illud notaverit nomine *Demetrii*, & dein ad *Poliorceten* potius retulerit, quam *Phalereum*, quia Hunc norat Philoſophum & Legiſlatorem, quem præcipuis ornat laudibus *ſupra* III. 17. Illum vero etiam alibi XII. 17. deſcribit, ut laſcivum & luxurioſum, quod revera fuit Poliorcetes ille, etiam ex Aliorum teſtimonio. Kuhnius putat Auctorem hic de utroque Demetrio locutum, ſed excidiſſe, quæ de Poliorcete dixerit, & quæ de Phalereo cœperit dicere: Librarios dein neglectâ lacuna, quam ſtatuit poſt ᾕρει τὰς πόλεις, contraxiſſe omnia in unam Poliorcetæ Hiſtoriam. Ratio illius ſententiæ eſt, quod reliqua hujus Capitis ab Athenæo ad Phalereum referantur, & in eum magis, quam Poliorceten, Auctoris Noſtri verba convenire, indubium putet. Sed non opus eſt eo decurrere, quum nulla extent talis lacunæ veſtigia in Codicibus: Ex adverſariis autem ſuis quædam hauſiſſe Noſtrum, non inſpectis denuo Auctorum locis, unde ea excerpſerat, probavimus jam *ſupra* VIII. 17. Cæterum quando id fecit, de ſuo quædam tamen addidit, ut hic *Poliorcetis* nomen de ſuo per memoriæ errorem Demetrio tribuit, ſicuti & illam deſcriptionem ᾕρει τὰς πόλεις, quæ apud Athenæum non occurrit, ſed à Noſtro *ſupra* III. 16. de Poliorcete jam fuit adhibita. Tantum vero abeſt, ut poſt hæc Verba hic loci ſtatui debeat lacuna quædam, ut contra optime illis cohæreant ſequentia, quamvis neque Interpres eorum vim aut nexum ſatis intellexerit. Senſus eſt, *Dem. Pol. capiebat Urbes, etiamſi luxui indulgeret, vel luxu ſuo multum uteretur. Ex illis autem capiendis ſibi mille quidem & ducenta talenta, annuum reditum confecit.* Vel potius, ut Τρυφὴ hic iterum inſolentiam & impotentiam notet, ut *Capite* 4. *Dem. Pol. capiebat Urbes,*

ποιήσατο καθ' ἕκαστον ἔτος, καὶ ἐκ τούτων ὀλίγα μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐδαπάνα, τὰ δὲ λοιπὰ εἰς τὴν ἀκολασίαν τὴν ἑαυτοῦ. Μύροις τε ἐρραίνετο [2] καὶ αὐτὸ τὸ δάπεδον, [3] καὶ καθ' ἑκάστην ὥρας τὰ ἐναμάζοντα τῶν ἀνθῶν ταῦτα ὑπεστρώννυτο αὐτῷ, ἵνα καὶ' αὐτῶν βαδίζῃ. Ἦν δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ἀκόλαστος, καὶ καλοὺς ἐρᾶν ἐπιτήδειος. [4] Ἐμελε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι εὐθετίζοντι τὴν τρίχα, καὶ [5] ξανθιζομένῳ, καὶ ὑπαλειφομένῳ τὸ πρόσωπον [6] παιδέρωτι· καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἐχρῆτο ἀλείμμασι, [7] προσφιλοτιμούμενος τῇ ῥαθυμίᾳ.

sibi comparavit: atque ex iis pauca quidem in exercitum insumebat, reliqua vero in suam intemperantiam. Unguentis etiam ipsum pavimentum ejus conspergebatur: & singulis anni tempestatibus flores, qui tunc nascuntur, ei substernebantur, ut in ipsis ambularet. Erat vero etiam intemperans erga mulieres, & adolescentium se amoribus dedebat. Curæ etiam illi erat, ut pulcher esset, capillos bene componenti, eosque flavos reddenti, faciemque pæderote inungenti: sed & aliis utebatur unguentis, strenue indulgens luxuriæ.

bes, & iis abusus, eas expilans sua impotentia, fecit sibi mille &c. PERIZ.

2 Καὶ αὐτῷ τὸ δάπεδον] Vix possum dubitare, quin Ælianus scripserit καὶ αὐτὸ τὸ δάπεδον. longè namque majorem hoc habet emphasin, quæ hic necessaria. SCHEFF. Nihil mutarem. Nam καὶ αὐτῷ respicit *Demetrium Poliorcetem* quasi illi non soli, sed etiam alteri hujus nominis unguento conspersum fuerit pavimentum. KUHN.

Καὶ αὐτῷ τὸ δάπεδον] Inania sunt, quæ ex hoc loco elicere voluit Kuhnius de duobus Demetriis, quasi dicatur, non tantum priori, sed & posteriori, ita conspersum fuisse pavimentum. Etenim legendum est omnino, ut jam vix dubitans conjecit Schefferus, καὶ αὐτό. Diserte enim ita habet Codex Sluiskianus, licet Lugdunensis Vulgato assentiatur, sed qui & *paulo ante* pro ἀκολασίαν legit ἀκρασίαν, & sequentia male confundit, omisso καὶ post δάπεδον. PERIZ. Reposui αὐτό, sequutus codices MSS.

3 Καθ' ἑκάστην] Hyeme scilicet pariter ac æstate. Similis autem Dionysii quoque luxus in *præcedenti capite*, & apud Romanos Heliogobali, de quo Lampridius: *Stravit & triclinia de rosa & lectos & porticus, ac sic per ea deambulavit, idque omni florum genere liliis, violis, hyacinthis & narcissis.* SCHEFF.

Καὶ καθ' ἑκάστην ὥρας τὰ ἐναμ.] Hæc quoque de suo auxit vel potius in alium plane convertit sensum, quam apud Athenæum repererat. Is enim dicit *pavimenta* Demetrii *fuisse per artifices variis coloribus florum ornata*, αὐθιτά τε, inquit πολλὰ τῶν ἰδιωτῶν οὐ τοῖς ἀνδρῶσι κατεσκευάζετο λιθοποικιλμάτα ὑπὸ δημιεργῶν. Nihil istic dicitur de veris floribus, in quibus ambulaverit, idque in singulis anni tempestatibus, ac in floribus, qui in illis singulis nascantur. PERIZ.

4 Ἐμελε δὲ αὐτῷ &c.] Vel hinc apparet, omnia hæc ab illo Auctore, unde hæc hausit Noster, fuisse dicta de *Demetrio Phalereo*, non *Poliorcete*, quem pulcherrimum natura, non arte, nedum pigmentis, tradunt Veteres, etiam Noster XII. 14. Audi Plutarch. in *Ejus vita, pag.* 889. ἰδίᾳ δὲ κάλλει θαυμαστὸς καὶ ἀθλητὴς, ὥστε τοὺς πλαττόντων καὶ γραφόντων μηδέπω τῆς ὁμοιότητος ἐφικέσθαι, *specie & faciei pulchritudine admirabilis erat & excellens, adeo ut neque Sculptorum, neque Pictorum quisquam eam assimulare potuerit.* IDEM.

5 Ξανθιζομένῳ,] *in flavum*, vel *rutilum colorem redigenti.* Idem enim est color, ξανθὸς, & πυῤῥὸς, Vide Hesychium. Et *Flavus* ac *Rutilus.* Lucan. *Pharsal. l.* x.

—— *tam Flavos gerit altera crines,*
Ut nullas Cæsar Rheni se dicat in arvis
Tam Rutilas vidisse comas. ——

Is vero color in crinibus apud Veteres erat commendatissimus. Petronius *pag.* 51. *Commendatior vultus enituit, quia flavum corymbion erat.* Hinc ut Hesiodus, Ariadnen ξανθὴν dicit Θεογ. 947. ita passim Homerus suis Heroibus, Achilli, Menelao, &c. ξανθὴν κόμην tribuit, sicut & Alexandro M. Noster XII. 14. Sed & hinc artibus ac medicamentis *flavos* sibi reddebant capillos. Plutarchus in Ερωτικῷ *extr.* memorat Φάρμακον, ᾧ τὴν κόμην αἱ γυναῖκες ἐναλειφόμεναι ποιοῦσι χρυσοειδῆ ἢ πυῤῥὰν, *medicamentum quo feminæ comam inungentes reddunt auream vel flavam.* Sed & inde Noster XIII. 1. Atalantam laudat, quod ξανθὴ ἦν αὐτῆς ἡ κόμη, ἐᾶν πε πολυπραγμοσύνη γυναικεία τῷ βαφῆς ἅμα τῷ φαρμάκου· ἀλλ' ἦν φύσεως ἔργον ἡ χροιά. Alia & plura Vide apud Hadr. Junium *de Coma cap.* 9. PERIZ.

6 Παιδέρωτι] Pigmentum est, quo utebantur, quorum pallidiores erant genæ, ut cærussa, quorum rubicundæ. Alexis apud Athenæum *lib.* XIII.

Συμβεβηκὸς εἶναι μέλανας, κατέπλασε ψιμυθίῳ.
Λαθυχρως λίαν τίς ἐστι; παιδέρωτ' ἐτετρίβετο.

De *Clearcho* vide Memnonem apud Photium *p. m.* 365. SCHEFF.

Παιδέρωτι] Videtur pigmentum fuisse ex pulvere gemmæ pæderotis confectum, quo facies nimis alba & pallida reddebatur purpurea aut rosea. Hinc Vetus Poëta apud Athen. *lib.* XIII. Λευκόχρως λίαν &c. *est quædam nimis alba? aspergitur* vel *fricatur pæderote.* Hinc jam Vestes *pæderotinæ* apud Vopiscum in *Aureliano cap.* 46. Ubi Vide Salmasium. PERIZ.

7 Προσφιλοτιμούμενος τῇ ῥαθυμίᾳ] *studiose indulgens luxuriæ.* De verbo φιλοτιμεῖσθαι egimus *ad* III. 1. Ῥαθυμία notat proprie vitium animi dediti rebus nihili. Hinc & pro *luxuria* ponitur. Vide *infra* XIII. 30. IDEM.

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ Πλάτωνος βίου ὀλιγωρίας.

[1] Ὁ Πλάτων, νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι [2] τῆς Ἀκαδημίας, καὶ

CAP. X.

De Platonis vitæ contemptu.

Plato, quum Academia diceretur locus esse morbosus, & medici sua-

1 Ο Πλάτων] Lege Eustathium *Odyss.* K. qui hæc scribit ex Platone ipso. SCHEFF. Meursium in *Ceramico gemino cap.* 27. *Ipse Plato* &c. *ut posset vacare philosophiæ, elegit Academiam, villam ab urbe procul, non solum desertam, sed etiam pestilentem, ut cura & assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur, discipulique sui nullam aliam sentirent voluptatem, nisi earum rerum, quas discerent,* ex Hieron. *adversf. Jovin.* Sarisbur. *Polycr. lib.* VIII. *cap.* 8. Fuit

2 Τῆς Ἀκαδημίας] *Academia* & *Lyceum* erant Gymnasia Athenis, quæ proinde loca frequen-

καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον μετοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν, εἰπών· ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδὲ εἰς [3] τὰ ἄκρα τὰ τοῦ Ἄθω μετῴκησα ἂν

suaderent ei, ut in Lyceum demigraret, facere id noluit, dicens: Ego vero, ne in Atho quidem arcem demigrare velim, ut

quentasse videtur Socrates, ut haberet copiam agendi cum adolescentibus, qui istic se exercebant. Certe *infra cap.* 29. dicitur noctu obviam factus petulantibus & ebriis adolescentibus, nihil territus constitisse, & interrogasse eos, οἷα τὰ τῆς ἄλλης ἢ οὐ λυκείᾳ, ἢ οὐ Ἀκαδημίᾳ, *qualia* interrogare *reliquos* solebat, *quos* reperiebat *vel in Lyceo, vel in Academia.* Atque ideo reperimus etiam istic ψηφίσματα publice fuisse fixa, quia istic maxime omnium patebant oculis. Sic certe ψήφισμα, quo Zeno Citieus honorabatur, jussit populus *inscribi duabus columnis, earumque alteram poni in Academia, alteram in Lyceo*, apud Laert. in *Zenone*. Sed & ideo sequentes Philosophi isthæc maxime loca delegerunt suæ habitationi, aut περιπάτῳ, & scholæ. Certe Plato ibi maxime docuit, & istic habitavit. Plutarchus *de Fuga:* ἡ δ' Ἀκαδημία, τελχινίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος, καὶ Ξενοκράτους, καὶ Πολέμωνος, *Academia vero, prædiolum tribus millibus drachmarum emptum, domicilium erat Platonis, & Xenocratis, & Polemonis*, qui successere Platoni. Proprie autem habebat istic Plato *hortulum, ipsi Academiæ junctum*, vel *in Academia.* Vide Diog. Laert. in *Platone* §. 20. & ibi Menagium. *Lyceum* vero Aristoteles à Platone descifcens occupavit, & ibi habuit peripatum. Vide Meursium in *Athenis Atticis* II. 3. Quod autem Academia fuerit locus valetudini adversus, de eo Vide Meurs. in *Ceramico cap.* 27. PERIZ.

3 Τὰ ἄκρα τὰ τοῦ Ἄθω] Legendum ἀδὲ εἰς τὰ ἄκρα τῆ Πάρνηθος quid velim, Docti videbunt. FABER. Optassem prodidisse clarius, atque me indoctosque alios erudivisse. Nam alioquin non dissimulo, videri nimis audacem hanc mutationem, quippe quæ longissime à scriptura veteri recedat. quid? quod in *Atho* monte Urbs fuerit, & ipsa Athos dicta, ut est testis Stephan. *de Urbib.* Jam vero constat Athoïtas, urbis ejus incolas vitam protraxisse in tempus maxime diuturnum. Lucian. in Μακροβ. οἱ Ἀθῶται ἔνιοι μέχρι τελάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιῶν ἱστόρηται. quis post hoc Luciani testimonium dubitabit, quin ad istos Plato respexerit? SCHEFF. Adde Melam, qui *lib.* II. *cap.* 2. de Atho, *in summo*, inquit, *fuit, oppidum Acroathon, in quo, ut ferunt, dimidio longior quam in aliis terris ætas habitantium erat.* Plin. *lib.* VI. *cap.* 2. *Idem Æthiopas Macrobios & Seras existimat* (Isigonus), *& qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia.* Adde quod Philosophorum non pauci ab hominum commercio in montes altissimos secesserunt. Anaxagoras enim in Mimante Joniæ monte, Thales Milesius in Mycale, philosophati sunt. λέγονται δὲ καὶ τῷ Παγγαίῳ ἔνιοι χρήσασθαι φροντιστηρίῳ καὶ ἕτεροι τῷ Ἄθῳ, *Quidam vero Pangæo, alii Atho usi dicuntur ut secreto literario*, inquit Apollonius apud Philostrat. *lib.* II. *cap.* 3. In monte Atho etiamnum XXII. φροντιστήρια esse ajunt. Rutgersius *lib.* II. *Var. Lection. c.* II. quorum Monachi non amplius Athoitæ, sed Ἁγιορεῖται vel Ἁγιορεῖται, quia ipse mons ἅγιον ὄρος, vide Manuelem Calecam *de Essent. & Oper.* in *Auctario Biblioth. Græc. Patr.* ibique *notas* Franciſci Combefis. *Turco-Græciam* Crusii *lib.* I. *p.* 33. 39. & *Annotat. p.* 48. & *p.* 333. KUHN.

Τὰ τῆ Ἄθω] Pessime Faber hæc sollicitabat, quæ erudite defenderunt Schefferus & Kuhnius, docentes traditum esse à Veteribus, Homines in monte Atho habitantes longe diutius vixisse, quam alios. Mox vero pro μακροβιωτέρῳ, quod Lugd. servat, maluit Gesnerus μακροβιώτερον. Faber μακροβιώτερος, quod etiam in MSS. B. & C. Regiis exstare ait Schefferus, reposui Ego μακροβιώτατος, quoniam id non tantum MS. Regius A. tum Medic. I. & noster Sluisk. liquido exhibet, sed & postulat palam sensus, & nexus argumenti. Plato jubebatur ex loco morbis infesto demigrare in alium, ut valetudini, & sic utiἂν [4] ὑπὲρ τοῦ † μακροβιώτατον γενέσθαι.

† μακροβιώτερον.

ut omnium evadam maxime longævus.

utique longiori vitæ, consuleret, ὑπὲρ τοῦ μακροβιώτερον γενέσθαι: at ille consilium hoc aspernatus ait, se ne in Atho quidem montem, ubi homines longius, quam alibi, credantur vivere, commigraturum, etiamsi sciret, se istic, non simpliciter *longius victurum*, qua de causa jussus erat migrare in Lyceum, sed *omnium longissime victurum.* Vitium illud in quibusdam Codd. ortum est ex eo, quod ultimæ syllabæ istius & similium vocabulorum solent per compendia scribi, ab aliis dein librariis sæpe non intellecta. Vellem sane addicerent MSti nobis etiam in transferendo, ἀδὲ, in alium & magis opportunum emphasi locum. Malim enim, ἐκ ἂν εἰς τὰ ἄκρα τοῦ τῆ Ἄθω μετῴκησα, ἀδ' ἂν, ὑπὲρ &c. Sed refragantibus Codd. nihil tentare ausim. PERIZ.

4 Ὑπὲρ τοῦ μακροβιωτέρου] Legendum μακροβιώτερος. FABER. Quod firmant MSS. B. & C. at in MS. A. est μακροβιώτατος. SCHEFF.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ Παρράσιου τοῦ ζωγράφου.

[1] Παρράσιος ὁ ζωγράφος, ὅτι μὲν πορφυρίδα ἐφόρει, καὶ χρυσοῦν στέφανον περιέκειτο, μαρτυροῦσι καὶ ἄλλοι, καὶ [2] τὰ ἐπιγράμματα

CAP. XI.

De Parrhasio pictore.

Parrhasius pictor, quod quidem purpuream gestarit vestem, & aurea fuerit corona redimitus, cum alii testantur, tum vero epigrammata

Ἀφροδίσιος ἀνὴρ ἀρετὴν τε σέβων τὸδε γράψε
Παῤῥάσιος, κλεινῆς παλλάδος ἐξ Ἐφέσου.
Οὐ γὰρ πατρὸς λαθόμην Εὐήνορος, ὅς γ' ἀνέφυσε
Γήϊνον Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης.

vide Athenæum *lib.* XII. ubi etiam reliqua hujus capitis extant. SCHEFF.

Τὰ ἐπιγράμματα] Exhibet ea Athenæus XII. 11. in quibus ipse Parrhasius se vocat ἀφροδίσιον ἄνδρα, *Virum, qui liberaliter & eleganter vitam agit*, non *vita mollem ac voluptarium*, ut vertit Dalechampius apud Athen. XV. 10. quo loco idem Epigramma repetitur, sed qui neque à Casaubono recte est expositus. Verba Athenæi sunt: Παρράσιος δὲ ὁ ζωγράφος, καίπερ ἐν ᾠδῇ μέλος ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην τετυφηκώς, ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑλευθέρῳ ἢ ῥαδίων ἡνιόχων καὶ ποπηείων (Casaubonus legit καυστηείων, & intelligit artem *encausticam*, sed quam Parrhasius non legitur exercuisse, Vide Plinium

[1] Παῤῥάσιος] Pictor Ephesius, cujus passim apud Plinium & Strabonem *lib.* XIV. mentio extat. SCHEFF.

Παῤῥάσιος] Pictor hic fuit illustris, patria Ephesius, *æqualis & æmulus Zeuxidis*, teste Plinio XXXV. 9. cum quo & in certamen descendit, ut ibidem ille *cap.* 10. refert. Vixit ergo tempore Archelai Macedonis, & Socratis, quorum æqualis fuit Zeuxis, *infra* XIV. 17. Exercuit autem artem suam potissimum Athenis, unde & à quibusdam *Atheniensis Pictor* dicitur. Vide Junii *Pictores.* PERIZ.

[2] Ἐπιγράμματα] Quæ ex more quidem, superbius autem quam alii, tabulis, & picturis suis solebat inscribere. Sunt autem ista

Ἀφροδίσιος ἀνὴρ ἀρετὴν τε σέβων τὸδ' ἔγραψε.

vel

ματα ᾗ ἐπὶ πολλῶν εἰκόνων αὐτοῦ. Ηγωνίσατο δέ ποτε ἐν Σάμῳ, συνέτυχε ᾗ [3] ἀντιπάλῳ οὐ πολὺ ἐνδεεστέρῳ αὐτοῦ, εἶτα ἡττήθη. [4] Τὸ ᾗ ἐπὶ-

ta multarum ejus imaginum. Certavit autem quodam tempore in Samo, inciditque in adversarium, non multo se inferiorem, atque superatus est.

nium XXXV. 10) ἐλκύσας, λόγῳ γὰρ ἓν ἀντελάβετο τῆς ἀρετῆς, ἐπιγεγραψάμενος τοῖς οὐ λίνδῳ πᾶσιν αὐτοῦ ἔργοις,

Ἀξιοδίωτος ἀνὴρ, ἀρετήν τε σέβων, παῖδ' ἔγεφε Παρράσιος.

ὦ κομψὸς ὡς ὑπεραλγήσας, ξυμφαίνοιτο ἂν τῆς ἀρετῆς αὖθις καὶ καλὸν, ἅτε φορβικῶς μεταπαιδευσαμένῳ εἰς τρυφὴν τὴν δοθεῖσαν (male editur τὴν εἰς τρυφὴν δοθ.) ὑπὸ τῆς Τύχης χορηγίαν, παρέγραψε τὸ, Ραδιοδίωτος ἀνήρ. *Parrhasius Pictor quamvis præter decorum supra artem suam luxuriæ indulgeret, & illud, quod Liberale dicitur, ex virgulis quibusdam & poculis eliceret, verbo tamen virtutem vicissim arripiebat, inscribens omnibus suis in Lindo operibus, Liberalis vitæ vir, virtutemque colens, Parrhasius, hæc pinxit.* Vides τὸ Ἀξιοδίωτον exponi ab ipso Athenæo per Ἐλευθέριον, idque elici & collocari in *poculis*, & omni elegantiori supellectile, qua superbiebat, ut ex ejus scipione, calceis, purpurea veste, corona, ab Athenæo & Ælian memoratis constat. Casaubonus retulit simpliciter ad instrumenta pingendi & encausticam, quod non putem. Seu sequentia vertit Casaubonus, *interpretem pessime ista cepisse* arguens: *Cui inscriptioni aliquis eleganti Vir ingenio offensus vehementer, quod magnificum & honestum virtutis* nomen *inquinaret* Parrhasius, *ut qui* Ἀρετὴν *alieno nomine illum Artem insulse appellasset, quam fortuna hominibus largita est Deliciarum instrumentum, adscripsit* Ραδιοδίωτος ἀνήρ. Censet ergo, ut diserte testatur, Ἀρετὴν in illo Parrhasii versu acceptam à Clearcho & Athenæo de ipsa Arte pingendi, qua appellatione in hunc sensum hoc *Virtutis* Nomen ille inquinasset. Sed manifeste hæc sunt contraria superioribus, ubi Parrhasius dicitur luxuriæ indulsisse, sed *verbo* tamen coluisse *Virtutem*. Nec enim verbo tantum coluit illam Artem, sed re ipsa. Quid? quod etiam subjungit, ferendum fuisse τὸ ἀξιοδίωτον in Parrhasio, ἀφ' τὸ τὴν ἀρετὴν φῆσαι ἡμᾶς, *quia dicat se æstimare virtutem*. Dein an χορηγία notat *Artem*? an μεταπαιδεύεσθαι χορηγίαν est *artem pingendi alieno virtutis nomine appellare*? Turbas has dedit positus loco non suo articulus ille τὴν, ut monui, quo in suum locum revocato sensus est satis expeditus. Nempe: *Qua* inscriptione *majorem in modum dolens facetus quispiam*, Parrhasio *contaminanti* (per luxuriam vitæ) *magnificum illud & honestum Virtutis*, quam ille sibi tribuebat, *quippe arroganter in luxuriam revocanti opes à Fortuna sibi datas, per Paronomasian adscripsit*, Ραδ. ἀνὴρ, h. e. *Vir qui ex penicillo*, vel *cum penicillo, vitam agit*. PERIZ. Adde quæ scripsit vir Doctissimus Car. Dati in *vitis Pictorum Antiq. pag.* 70.

3 Ἀντιπάλῳ ᾗ οὐ πολὺ εὐδεεστέρῳ] Cujus nomen erat Timanthes. Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. *Magnis suffragiis superatus à Timanthe est Sami in Ajace, armorum quoque judicio: Herois nomine id se molestè ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset.* Videntur hæc verba trajecta esse & sic scribenda: *superatus à Timanthe Sami in Ajace, armorum judicio, Herois quoque nomine* &c. Meminit hujus rei & Eustath. *Odyss.* A. proque ἀντιπάλῳ, ἀπάτεχνον scribit, quod est magis proprium. Etiam hoc notandum, quod cum Athenæus dicat, ἀγωνιζόμενός ποτε ἐν Σάμῳ πρὸς τὸν Ὅμηρον, apud Nostrum ᾗ videatur delendum, natum forte ex præcedenti ω. certè ipsa historia & quæ sequuntur illud postulant. SCHEFF. Non de nihilo est ᾗ, quod Noster habet. Nam Plinius *lib.* XXXV. *cap.* 10. laudat *Timanthem* à picturis *absolutissimi operis*; *in omnibus ejus operibus*, inquit, *intelligitur plus semper quam pingitur, & cum ars summa sit, ingenium tamen ultra artem est.* Bene igitur Noster adversarium *Parrhasio* contigisse dicit arte non multo inferiorem. KUHN.

Ἀντιπάλῳ ᾗ κατὰ πολὺ &c.] *Adversarius* hic est Timanthes, quem multis etiam Plinius lau-

ἐπίγραμμα ἦν αὐτῷ, ὁ Αἴας ὑπὲρ τῶν ὅπλων τῶν Ἀχιλλέως ἀγωνισάμενος πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. Ἡττηθεὶς ᾗ, εὖ μάλα ἀστείως ἀπεχείνατο πρὸς τὸν συναχθόμενον αὐτῷ τῶν ἑταίρων ὁ Παρράσιος· ἔφη γὰρ αὐτὸς μὲν ὑπὲρ τῆς ἥττης ὀλίγον φροντίζειν· συνάχθεσθαι ᾗ τῷ παιδὶ ᾧ Τελαμῶνος, δεύτερον τοῦτο ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἡττηθέντι. Κατεῖχε δὲ καὶ [5] σκίπωνα χρυ-

est. Argumentum illi erat, Ajax litigans cum Ulysse de Achillis armis. Victus vero Parrhasius urbane prorsus cuidam ex familiaribus, suum illi dolorem testanti, respondit: dixit enim se quidem parum id curare, quod victus esset: dolere autem filium Telamonis, qui de iisdem *armis* jam secundum illud esset victus. Gestabat vero scipionem aureis

laudat, atque Alii. Qui non Parrhasium modo vicit, sed & Colotem Teium celebri illa tabula Iphigeniæ, qua Agamemnonis caput involvit, quia magnitudinem doloris exprimere non poterat. Vide Quinctilian. *Inst. Orat.* II. 13. Quapropter licet Athenæus simpliciter dicat Parrhasium certasse ἀφ' ὧν καταδεέστερον, nolim tamen cum Scheffero hic delere negantem particulam, quæ omnino retinenda est. Nec enim Timanthen illum, quem leviter καταδεέστερον dixerat Athenæus, Noster continuo dixisset οὐ πολὺ εὐδεέστερον, sed potius, & elegantius, agnovit quidem καταδεέστερον, verum ᾗ οὐ πολύ. Mox illa, εἶτα ἡττήθη, absunt à Sluiskiano. PERIZ. atque a Mediceo, & salvo periodi sensu abesse possunt.

4 Ἐπίγραμμα ᾧ αὐτῶν] Puto legendum esse αὐτῷ. Nec enim eandem fecisse picturam arbitror, cum id non fuerit usitatum, & si fecissent, saltem ex altera parte Ajax victor extitisset, nihil tamen temere immuto. Nobiscum faciunt MSS. A. & C. SCHEFF.

Ἐπίγραμμα ᾧ αὐτῶν] Ergo novam significationem habet ἐπίγραμμα. FABER.

Τὸ δὲ ἐπίγραμμα ᾧ αὐτῶν] Hic vero assentior Scheffero legenti αὐτῷ, scil. Parrhasio. Nam ita diserte etiam Sluisk. præter Parisienses A. & C. Mediceus 1. habet αὐτ. quod miror probare potuisse Gudium, adscribendo, *recte*, *aliter Schefferus*. Ἐπίγραμμα hic notat ipsum illud, quod pingitur in Tabula, τὸ γράμμα ἐπὶ τῇ πίνακος. PERIZ.

5 Σκίπωνα] Pertinet ad declarationem hujus, quod observat magnus Casaubonus *Comment. ad Charact. Theophrasti capite* περὶ ἀρεσκείας, delicatiorum elatiorumque Athenis hanc fuisse consuetudinem, ut baculos gestarent. In Athenæo legitur σκίπωνι, quod notandum, quanquam & altera lectio sit in usu. SCHEFF.

6 Ἐλικας] Athenæus *lib.* XII. Eustathius *Iliad.* Ξ. scribunt ἕλικας, quod est rectius. Fuit hoc autem singulare eorum baculorum ornamentum, jam apud antiquissimos usitatum. Unde & Homerus *Iliad.* A. de Achille irato:

——— ——— σκῆπτρον βάλε γαίῃ
Χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον ——— SCHEFF.

Ἑλικας, quia dicuntur ἀξιέρφειν σκίπωνα, accipiendæ sunt de ornamentis quibusdam aureis, quæ *Scipionem ambiunt*, & quasi apprehendere videntur undiquaque sursum versus erependo, sicut capreoli vitium undique arripiunt arbores, aut fulcra, quibus eriguntur vites vel sustentantur. Eustath *ad Homerum Iliad.* M. *pag.* 866. ubi, cum ἕλικα exposuisset jam ἁπλῶς συστροφὴν, *qualemcunque conversionem*, seu *flexionem*, subjicit, ἕλικ ᾗ ἕλιξ ἀμπέλου τὸ λεπτότατον, οἷά τι νῆμα, ᾧ ἐφάπτεσθαι ὅσα (malim οἷα) καὶ χεῖρι τὰ ἀναπεφυκότων· *insuper etiam* ἕλιξ *est Vitis tenuissimum, quasi filum aliquod, quo apprehendit tanquam manu adstantia*, seu *adsita*. Hinc Hesiod. Ασπ. 295.

Λευκὸς καὶ μέλανας βότρυας μεγάλων ἀπὸ ὄρχων,
Βεβριθυίαν φύλλοισι, καὶ ἀργυρέῃς ἑλίκεσσι,

Albos

χρυσᾶς [6] ἕλικας ἔχοντα θεραπεύουσας, [7] χρυσοῖς τε ἀναστάσοις ἐπέσφιγγε [8] τοὺς ἀναγωγέας τῶν βλαυτῶν. Φασὶ δ' αὐτὸν, μηδὲ ἄκοντα, μηδὲ ἐπιπόνως, τὰ ἐν τῇ τέχνῃ χειρουργεῖν, πάιυ δὲ εὐθύμως καὶ ῥαδίως.

aureis ornatum capreolis, circum repentibus, & aureis corrigiis calceamentorum ligulas conſtringebat. Aiunt vero eum, neque reluctantem, neque magno cum labore, quæ erant artis iſtius, feciſſe, ſed prorſus alacriter

Albos & nigros racemos ex magnis vitibus, quæ abundant foliis & argenteis capreolis. Similiter notantur hac voce etiam filamenta, quæ undique exſurgentia ambiunt quoſdam fructus. Ideo Suidas ἕλικας exponit τὰ περὶ τὰς κεφαλὰς ψέλια. Athenæus hæc ita effert, *σκίπωνι ἐκηρίζετο χρυσᾶς ἕλικας ἐμπεπαισμένῳ, Scipione nitebatur, cui aurei capreoli erant incuſſi.* PERIZ.

7 Χρυσοῖς δ' ἀναστάσοις] Rhodius in *de Acia cap.* 5. *pag.* 17. ſuſpicatur, ſcribendum χρύσεις. miror, rationemque non intelligo, & his ipſis literis iſta leguntur apud Athenæum. SCHEFF.

Χρυσοῖς τε ἀναστάσεσι &c.] Sic plane & Athenæus. Ἀναστάσεις vertit Interpres *fibulas.* Rectius ille Athenæi, *habenas.* Nam non equidem negaverim, fibulas etiam in calceis adhibitas, ſed hic intellexerim corrigias, vincula, quæ immittebantur in anſulas, & dein *Retro trahebantur.* Sic paſſim ἀνάστασοι dicuntur homines, qui ſuis ſedibus, quas occupaverant, rurſus ſunt ejecti. Et frequentiſſimum certe, ut hujuſmodi corrigiarum

vinculis aſtringerentur calcei & crepidæ, paſſim idcirco ſola *vinculorum* voce deſignatæ. Vide Hier. Magium *Miſcell.* III. 3. & Balduinum *de Calceo cap.* II. Illa autem Vincula opulenti & luxurioſi habebant ſæpe, non tota quidem aurea, ſed auro fulgentia, & ex aureis filis confecta. Certe apud Petronium *pag.* 71. *Ed. Gonſal. Pedum candor intra AURI GRACILE VINCULUM poſitus.* Pollux *lib.* VII. ἱμάντας ἐπιχρύσους tribuit calceis feminarum, h. e. *vincula auro obducta.* Ἀναγωγίας (nam quod apud Euſtath. *ad Iliad.* Ξ. ubi & ipſe Athenæi verba refert, legitur ἀναγωγὰς, certiſſimum eſt librarii vitium) vocat Auctor *anſulas* crepidarum, quæ per vincula iſthæc ſurſum ducuntur vel trahuntur, & quas Euſtathius exponit ex lingua ſui temporis, τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα καλάμια τῶν ὑποδίσεων, *quæ vulgo dicuntur culmuli calceorum.* Credo ſic dictas tunc, quia ex calceis utrimque ſurgunt hæ ligulæ ſive anſulæ, ut culmi è terra. Figuram talis calcei, à Balduino *pag.* 101. F. expreſſam ex hortis Vaticanis, hic item exhibere volui, ut ita ratio

anſularum & vinculorum clarius pateret. PERIZ.

8 Τὰς ἀναγωγίας] Τὰς ἀναγωγὰς Euſtathius *in Iliad.* Ξ. ubi citat hunc locum, ſed librarii (puto) corruperunt pro τὰς ἀναγωγίας. GESNER.

Ἀναγωγίας] Sic & Athenæus, ut non immerito rejiciatur Lectio Euſtathii, quæ habet

δίως. [9] Καὶ γὰρ καὶ ᾖδεν, καὶ ὑποκινυρόμενον τὸν κάματον τὸν ἐκ τῆς ἐπιστήμης ἐπειρᾶτο ἐπελαφρύνειν. Λέγει δὲ ταῦτα [10] Θεόφραστος.

ter & facile. Nam & cantabat, & leniter ſuſurrans laborem artis illius levare tentabat. Refert hæc Theophraſtus.

bet ἀναγωγὰς. Item Rhodii *loco ſupra indicato*, ubi volebat legi ἀναγωγεῖς. SCHEFF.

9 Καὶ γὰρ καὶ ᾖδεν] Notus eſt Virgilii verſus de hoc muſicæ effectu *lib.* I. *Georg.*

Interea longum cantu ſolata laborem
Arguto conjux percurrit pectine telas.

Adde Fabium *lib.* I. *cap.* 10. & Voſſium in *de Muſica.* SCHEFF. Adde iſta Euſtathii *in Odyſſ.* Κ. Τὸ ᾄδειν ὡς πρὸς ἐργάζεσθαι δεῖγμά ἐστι τοῦ ῥαδίως τὸ ἔργον ποιεῖν, εἰ δὲ μὴ σὺν ᾠδῇ. καὶ γὰρ πλάτωνα ᾄδειν ζῶον λυπούμενον φάσι &c. *in ipſo opere canere indicium eſt, facilè opus fieri & cum voluptate. Non enim eſt animal, ſecundum Platonem, quod canat, ſi triſtitia fuerit affectum* &c. KUHN.

10 Θεόφραστος] ὁ πρὸς εὐδαιμονίας. Athenæus *ante dicto loco.* SCHEFF.

ΚΕΦ. ιβ'.

Περὶ Ἐπικουρείων ἐξωσθέντων ὑπὸ Ρωμαίων καὶ Μεσσηνίων.

Ὅτι [1] Ρωμαῖοι Ἀλκαῖον, καὶ Φιλίσκον τοὺς [2] Ἐπικουρείους ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι πολλῶν καὶ

CAP. XII.

De Epicureis expulſis ab Romanis & Meſſeniis.

Romani Alcæum & Philiſcum Epicureos ex urbe ejecerunt, quia multarum flagitioſarumque

1 Ρωμαῖοι] Etiam hoc ex Athenæi *libro* XII. quem pene totum in ſuas *Varias* contulit, & ejus *cap.* 12. hauſit Auctor. Iſtic vero dicuntur Romani ejeciſſe ſua ex Urbe Epicureos *Conſule L. Poſtumio*, & *ex SCto* quidem, δόγματι τῆς βουλῆς κοινῷ, ut Suidas ait. Fuerit ergo id factum, Vel anno U. C. 580. quando Conſules fuere L. Poſtumius Albinus & M. Popilius Lænas, biennio ante bellum cum Perſeo, ultimo Macedonum Rege. Et ſane XII. annis poſtea omnes Philoſophi & Rhetores ex Urbe ejecti ſunt SCto, quod refert Gellius *Noct. Att.* XV. 11. Vel anno 599. Conſulibus Q. Opimio & alio L. Poſtumio Albino, ſed qui in eo Magiſtratu, cum jam profectus eſſet in provinciam, eſt mortuus, quadriennio ante B. Punicum III. Verum priorem Ego annum & Conſulem prætulerim. PERIZ.

2 Ἐπικουρείους] Factum hoc L. Poſthumio COS. ut teſtatur Athenæus *lib.* XII. conſule & Suidam voce Ἐπίκουρον. A. Gellium *lib.* XV. *cap.* 11. Meminit & Seneca *Conſul. ad Helviam cap.* 10. Sextus Empiricus *contra Mathem. pag.* 69. SCHEFF.

3 Ἀτόπων ἡδονῶν] Hinc Stoici, ſectam Epicuri flagitiorum magiſtram eſſe dicebant, quia laudat ea, quibus erubeſcit, & vitio gloriatur, adeoque ne refugere quidem adoleſcentiæ liceat, cum honeſtus turpi deſidiæ titulus accedat. Vide Senecam *de Vita Beata cap.* 12. SCHEFF. Epicuri ſententiam de *Voluptate*, expoſuimus *ſupra ad* IV. 15. & oſtendimus intelligi ab eo *Privationem omnis Doloris*, & Ἀοχλησίαν. Atque ideo & Seneca, licet Stoicus, ſæpe eam ab omni flagitio liberat & purgat. Sed vel ſic Societati Civili erat inutilis & perniciosa, ideoque à variis

καὶ 3 ἀτόπων ἡδονῶν εἰσηγηταὶ τοῖς νέοις ἐγένοντο. Καὶ 4 Μεσσήνιοι δὲ ἐξέωσαν τοὺς Ἐπικουρείους.

rumque libidinum auctores essent adolescentibus. Messenii etiam Epicureos expulerunt.

populis merito fuit ejecta ex sua Rep. Peccabat enim quam maxime, primo quod Vocabulum Ἡδονῆς, *Voluptatis*, ut in eo collocaret Summum Hominis bonum, adhibebat potissimum, quum illud in medio usu Hominum notaret maxime illam ἀπόλαυσιν, qua delectantur & fruuntur cum gaudio homines affectibus suis indulgentes. Ita enim fiebat, ut Homines libidinosi, quum audirent etiam à Sapientibus Voluptatem dici Summum Hominis Bonum, inde suis vitiis patrocinium quærerent, & ipsam peccandi verecundiam amitterent, nihil de eo solliciti, quæ sit Epicurea *Voluptas*, quum quisque SUÆ *Voluptatis* & Utilitatis se ipsum putet Optimum Interpretem. Recte ergo Seneca *de Vita Beata cap.* 13. *Hoc est, cur ista Voluptatis Laudatio perniciosa sit, quia honesta præcepta intra latent*, (h. e. non sunt, nisi ipsis Philosophis, cognita) *quod corrumpit, apparet*, scil. omnibus, dum vident *Voluptatem* commendari. Deinde vero societati Civili vel maxime contraria est illa sententia, quippe quæ non modo desidiam suadet & parit, sed etiam penitus tollit omnem curam & studium societatis seu rei publicæ. Dum enim omnia ad se, ac suam cujusque utilitatem & voluptatem, referebat, dum commendabat tantopere illam ἀπραξίαν & otium, dissuadebat eo ipso curam omnem & amorem societatis, tanquam rei alienæ. Sed & diserte *beatam vitam in animi securitate & Vacatione omnium munerum ponebat*, Cic. *de Nat. Deor.* 1. 20. atque ita, ut statueret, πολιτεύεσθαι *non oportere: omniaque sua causa faceret, non civitatis*, apud Ciceron. *Famil.* VIII. 12. fugeret πολιτείαν, ὡς βλάβην καὶ σύγχυσιν τῶν μακαρίων, *reip. curam, tanquam damnum & conturbationem vitæ beatæ*, apud Plutarchum in *Pyrrho*, *pag.* 395. Certe Fabricius Luscinus hostibus Romanorum istam doctrinam & sententiam imprecabatur, & merito. Denique & eo societati civili erat perniciosa, quia tollebat plane religiones & metum Deorum, dum providentiam & curam rerum humanarum funditus illis negabat, Vide Cicer. *lib.* 1. *de Nat. Deor. cap.* 41. Gentilium autem religiones prorsus Politicæ, sed metu tamen Deorum, naturali hominibus, subnixæ, maximum præbebant usum τῇ πολιτείᾳ, ut, quos Vis aut Ratio sæpe non posset, in officio contineret Religio. PERIZ.

4 Μεσσήνιοι] De iisdem Athenæus, & paulo uberius Suidas in Ἐπίκυρος. IDEM.

ΚΕΦ. ιγ'.

Περὶ Διονυσίου ἀδδηφαγίας, καὶ παχύτητος.

1 Διονύσιον τὸν Ἡρακλεώτην, 2 Κλεάρχου τοῦ τυράννου υἱὸν, ἀκούω ἐκ

CAP. XIII.

De Dionysii voracitate, & pinguedine.

Dionysium Heracleotam, filium Clearchi tyranni, audio ex quo-

1 Διονύσιον τὸν Ἡρακλεώτην] Auctor hujus rei *Nymphis Heracleotes lib.* II. de Heraclea, ut est apud Athenæum *lib.* XII. SCHEFF.

Διονύσιον &c.] Vixit hic temporibus Alexandri, & ejus Successorum: Filius Clearchi, qui Heracleam hanc Ponticam tyrannide primus tenuit oppressam tempore Artaxerxis Mnemonis & Ochi, cum à Senatoribus contra seditiosam plebem esset ab exilio revocatus. Vide Justinum XVI. 4. & 5. Artes

ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἀδδηφαγίας καὶ τρυφῆς λαθεῖν αὐτὸν ὑπερσαρκήσαντα καὶ 3 καταπιανθέντα. Τὸ ἐπίχειρα γοῦν τῷ κτὶ τὸ σῶμα μεγέθους, καὶ τῷ περὶ τὰς σάρκας ὄγκου, ἐκαρπώσατο δύσπνοιαν. 4 Φάρμακον οὖν αὐτῷ τοῦδε τοῦ πάθους συνέταξαν οἱ ἰατροί, φασι, 5 βελόνας λεπτὰς κατασκευάσαι μηκίστας, εἶτα ταύτας διὰ τῶν πλευρῶν καὶ τῆς κοιλίας διωθεῖν, ὅταν εἰς ὕπνον τύχῃ καθύτερον ἐμπεσών. Ἦν δὲ ἄρα τοῦτο 6 ἐπιμελὲς 7 ἐκείνοις δρᾶν, ἕως ἂν ὅλη διὰ τῆς πεπωρωμένης καὶ τρόπον τινὰ 8 ἀλλοτρίας αὐτοῦ σαρκὸς διεῖρεν ἡ βελόνη, ἀλλ' ἐκεῖνός γε ἔκειτο λίθου διαφέρων οὐδέν. Εἰ δὲ ἀφίκετο τὸ βέλ-

quotidiana voracitate luxuque paulatim nimiam carnem ac pinguedinem contraxisse. Fructum vero ex illa corporis magnitudine, & carnis mole, hunc habuit, ut difficulter respiraret. Medici ergo, ut fertur, hoc ei remedium illius mali imperarunt, tenues *scilicet* acus longissimas parare, deinde eas per latera & ventrem adigere, quando in somnum altiorem incidisset. Iisdem vero curæ erat id facere, donec tota acus per carnem callosam & quodammodo alienam ipsi transiret, ille vero jacebat interim ablapide nihil differens. Quum vero acus venisset eo, ubi jam tandem

tes ejus, quibus patriam oppressit, memorat etiam Polyænus II. 30. Crudelitatem Athenæus III. 8. & Memnon in *Excerptis* apud Photium, qui addit fuisse etiam Auditorem Platonis & Isocratis, ac primum Bibliothecam constituisse. Filii ejus, Timotheus natu major, & hic Dionysius, optimi fuere Tyranni, & mitissimi in Cives, adeo ut Ille, Εὐεργέτης καὶ Σωτὴρ, *Beneficus & Servator*, hic Χρηστὸς, *bonus*. cognominaretur. Sed & Dionysius tandem εἰς μέγα δόξης ἀνελθών, καὶ τὸ Τύραννον ἀπαξιώσας τὸ Βασιλέως ἀντέλαβεν ὄνομα, *in magnam quum perveniisset gloriam, Tyrannum dedignatus, Regis nomen pro eo sumsit*, ut ait Memnon, qui & immodicam hanc pinguedinem contraxisse eum ait post mortem Alexandri, quando ab omnibus inimicis, & ita ab omni etiam cura ac sollicitudine, fuit liberatus. PERIZ.

2 Κλεάρχου] Mentio utriusque extat apud Diodorum *lib.* XVI. Polyæn. *lib.* II. Dionysii vero apud Ciceronem non uno loco. SCHEFF.

3 Καταπιανθέντα] Hoc vocabulum alibi haud legas. itaque mihi est suspectum. vide tamen *Indicem*. SCHEFF. Nec leviſſima mendi suspicione perstringendum est τὸ καταπιανθέντα. Hesychius, καταπιάνθη, ἐτράφη· πίων γάρ, ὁ λιπαρός. ergo καταπιανθεὶς notat eum, cui venter est *tentus omaso & pinguis aqualiculus toto vel sesquipede extat*. Cui opponitur ὁ καταχνωθείς. KUHN.

4 Φάρμακον οὖν αὐτῷ τοῦδε τοῦ πάθους συνέταξαν] Sluik. συνεπάξαντο. At Athenæus XII. 12. & Lugd. tuetur vulgatum, sed hic legit alio verborum ordine συνέταξαν φασιν οἱ ἰατροί. PERIZ.

5 Βελόνας λεπτὰς] Refert hoc idem Memnon in *fragm. apud Photium*. SCHEFF.

6 Ἐπιμελὲς] MS. C. ἐπιμελῶς τοῦτο ἑτέροις δρᾶν. SCHEFF.

7 Ἑτέροις] Ita habent omnes editi, etiam Romanus codex. Sed qui illi ἕτεροι? puto ἰατροῖς legendum, ut significentur illi, qui familiarius cum eo vivebant. SCHEFF. Bene. ita alibi circa hanc vocem peccatum est. FABER. Vulgatum ego quidem retinerem. KUHN. Ab Sluisk. abest ἑτέροις, sed ita ut vacuum sit spatium relictum voci, quæ desideratur. In Lugd. integris literis scripta est. Istic vero legitur ἐπιμελῶς, cujus vocabuli ultimæ literæ in Sluisk. non sunt expressæ. Non dubito tamen, quin vulgatum se recte habeat.

λῶ 9 ἔνθα λοιπὸν ἦν αὐτῷ τὸ σῶμα ἐῤῥωμένον, καὶ ἴδιον, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἄγαν πιμελῆς ἀλλότριον, τηνικαῦτα καὶ ἐκεῖνῳ ἡδάνετο, καὶ 10 ἠγείρετο ἐκ τοῦ ὕπνου. Τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις αὐτῷ προσιέναι, 11 κιβωτὸν τῷ σώματι προβαλλόμενος· οἱ δὲ οὐδὲ κιβωτόν φασιν, ἀλλὰ πυργίσκον, 12 ἵνα τὰ μὲν λοιπὰ μέρη αὐτοῦ ἀποκρύπτοιτο, τὸ δὲ πρόσωπον 13 μόνον ὑπερέχον ἀφαλέγηται. Πονηρὰν, ὦ Θεοί, ταύτην ἐκεῖνον τὴν στολὴν ἀμπεχόμενον, καὶ θηρίου φρουρὰν μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπου ἐσθῆτα.

dem validum erat & ſuum ipſius corpus, neque vero ex nimia pinguedine alienum, tum demum & ipſe ſentiebat, & è ſomno excitabatur. Colloquebatur autem & reſponſa dabat illis, qui ad eum admitti deſiderabant, arcam corpori obtendens: quidam vero ne arcam quidem, ſed turriculam affirmant fuiſſe, ut ita reliqua ejus membra abſconderentur, ſola autem facies ſupereminens loqueretur. Miſeram, o Dii, hanc ille ſtolam erat indutus, magiſque belluæ caveam, quam hominis veſtitum.

Supra VI. 2. τὸ δὲ ὄνομα αὐτῷ εἶτ ἐπιμελὲς ἐδόκει. Si quid mutandum, aut ſi id paterentur MSti, vellem lubens, ὀφᾶν, ᾗ, ἐς' ἂν &c. Solet enim illud ἀλλά γε, quod ſequitur, in Apodoſi, ſeu poſteriore parte periodi poni. Vide Indicem. PERIZ. Pro ἑτέροις reſtitui ἐκείνοις, auctoritate codicis Medicei, & ſenſu id ipſum flagitante. Interpres inepte verterat, *aliis vero mandatum id facere.*

8 Ἀκριβείας αὐτῷ σαφοῦς] Ex Platone, qui *lib.* VIII. *de Repub.* divitem habet ἐσκιαγραφημένον καὶ πολλὰς ἔχοντα σάρκας ἀλλοτρίας. *in umbra educatum & multum alienæ carnis habentem.* KUHN.

9 Ἔνθα λοιπὸν ἦν αὐτοῦ τὸ σῶμα] Pro αὐτοῦ malim αὐτῷ. KUHN. Prout maluit Kuhnius αὐτῷ, ita legit Sluisk. At Lugd. αὐτῶ. Sed verior eſt Sluiskiana lectio. Illius, Λοιπὸν, nulla erat habita ratio in Verſione, quod tamen notat eleganter, *tandem, ad extremum.* Sic Diog. Laert. VI. 77. ᾗ ὑπέλαβον τοῦτο πρᾶξαι, βελόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τοῦ βίου, & *ſuſpicati ſunt eum hoc feciſſe, volentem jam,* vel *tandem, exire è vita.* Vide & omnino *ſupra ad* VIII. 14. PERIZ.

10 Ἐγείρετο] Sic omnes Edd. à Prima uſque, haud ſcio, utrum ex incuria Peruſci & ceterorum, an conſulto. Certe uterque Codex MS. diſerte habet ἠγείρετο, ut ratio Grammatica poſtulat. IDEM.

11 Κιβωτὸν] *arcam*, quæ erat humilior, quam πυργίσκον, *turricula*, quæ totum abſcondebat corpus præter caput. In hujuſmodi κιβωτὸν noctu, ut ſomnum in eo, undique clauſo, tanto tutius caperet, Clearchus Pater hujus Dionyſii, *tanquam ſerpens, irrepſiſſe* dicitur apud Plutarchum, *lib. ad Ducem Indoctum.* Κλεάρχου ὁ Ποντικὸς Τύραννος εἰς κιβωτὸν ἐνδυόμενος, ὥσπερ ὄφις, ἐκρύβετο. Quo pene modo & à Noſtro vocatur *paulo poſt* θηρίου φρουρὰ, *cavea feræ beſtiæ.* Mox Lugd. οἱ ὃ δὲ κιβωτὸν, forſan rectius. Cæterum de *turricula* dubitem, an poſuerit eam ante corpus, ut arcam illam, an vero in ea ſederit aut ſteterit. Certe Dionyſius Siciliæ Tyrannus *concionari ex turri alta ſolebat*, alia tamen de cauſa, ſcilicet, *quia in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet*, præ aliorum Hominum metu, ut refert Cicero *Tuſc. quæſt.* V. 20. Accedit, quod mox dicat Auctor, ζώνην τὴν στολὴν ἀμπεχόμενον, vel, ut Lugd. κεκαμπτόμενον, *illo ornatu, illa* veluti *ſtola, circumdatus, undique veſtitus*: quibus certe verbis declarare magis videtur, ſtetiſſe eum *in turri*, quam *poſt eam.* Ut adeo putem ſane, illa Elliptica, ἀλλὰ πυργίσκον, non tam ſu-

ſuperioribus repetendis, τῷ σώματος κεκαμμένον, quam ex ſenſu ſupplenda, veluti τῷ σώματι κεκαμμένον. Id quod ſæpe faciendum in legendis Veteribus. *Infra cap.* 24. Καὶ γάρ τοι Συβαρίτης πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν, ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον. Scil. non ἔργον ἦν, quod non patitur conſtructio, ſed ἐτρύφησε. PERIZ.

12 Ἵνα τὰ μὲν λοιπὰ μέρη] Adeoque deformis iſte habitus concionem ad riſum moveret, ipſumque redderet contemptum. SCHEFF.

13 Μόνον ὑπερέχον] Ita & Faber edidit. Mihi non eſt dubium, quin ὑπερείχων legi debeat & referri ad Dionyſium. SCHEFF. Placet emendatio Schefferiana. KUHN.

Ὑπερέχον] Sic liquido MSti. Schefferus tamen & Kuhnius legi hic volunt, ὑπερέχων. Et recte, mea quidem ſententia. Nempe reliquæ partes corporis dicuntur abſcondi per illam arcam, ſeu turrim, ſola vero facie ſupereminebat & conſpiciebatur Dionyſius ſupra turrim, atque ita ſermones ſerebat cum aliis. PERIZ.

ΚΕΦ. ιδ'.

Περὶ Φιλήτα σώματος λεπτότητος.

1 Φιλήταν λέγουσι τὸν Κῶον λεπτότατον γενέσθαι τὸ σῶμα. Ἐπεὶ τοίνυν ἀνατραπῆναι ῥᾴδιον ἦν ἐκ

CAP. XIV.

De Philetæ corporis macie.

Philetam Coum ajunt tenuiſſimo corpore fuiſſe. Quoniam igitur quavis ex cauſa facile ſubverti poterat,

1 Φιλήταν] Poëta fuit, Stobæo non uno loco laudatus. Hiſtoriam porro habes apud Athenæum *lib.* XII. *cap.* 13. adde *infra* X. 6. SCHEFF. Vixit temporibus Philippi, Alexandri & ſucceſſorum, ac Ptolomæi Philadelphi præceptor fuit. *infra* ποιητὴς ἑξαμέτρων, *lib.* X. *cap.* 6. dicitur. KONIG.

Φιλήτην &c.] Celebris fuit Poëta, non *Hexametrorum* tantum, ut Noſter ait *infra* X. 6. ſed & *Elegiarum* ac *Epigrammatum*, teſte Suida. Egit autem vel maxime de Amoribus, unde ſæpius laudatur à Propertio, & Ovidio. Proclus etiam in *Chreſtomathia* Eum inter præcipuos *Elegiarum Poëtas* nominat, ubi videri poteſt Schottus. Vixit temporibus Philippi, Alexandri, immo & Ptolemæi, cujus Filii ſtudiis præfuit, ut Suidas nos docet. Fuit autem non tenui tantum corpore, ſed & clinico ac morbis infeſto. Hinc Plutarch. in *lib. An Seni gerenda ſit Reſp.* dicit illum, ut & Prodicum Sapientem, fuiſſe etiam dum juvenes, tamen jam tunc ἰχνὲς, καὶ νοσώδεις, καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι' ἀῤῥωστίαν, *macilentos, & morboſos, & plerumque decumbentes per infirmitatem.* Dicitur autem à Suida & Athenæo IX. 14. macilentus evaſiſſe, immo mortem obiiſſe, ex eo, quod nimis ſtudioſe, ac pervigili cura, quæreret vel conſtituere vel ſolvere ſermonem, ſeu ſyllogiſmum, qui à Dialecticis ψευδόμενος dicitur, de quo Vide Menagium *ad Diog. Laërtium*, *Euclide num.* 108. PERIZ.

2 Πέλματα] Imam calceorum partem intelligit, quam alias etiam ex ferro & ligno facere ſolebant. Manetque adhuc hodie pars ejus conſuetudinis in monachis. Sed Athenæus non ſoleas in calceis, ſed σφαίρας ὑπὸ μαλίστα πεποιημένας τοῦ τῶν ποδῶν, ſcribit habuiſſe *lib.* XII. SCHEFF.

Πέλματα] Sunt infima calceorum, ſub planta pedis, Etymol. Magn. Πέλμα ἀπὸ τοῦ πεπιλῆσθαι πλέον τῆς ἄλλης δέρματος, ἢ ἀπὸ τοῦ πέλας ἀεὶ καθεστάναι τοῖς ποσίν. Πέλμα dicitur *ex eo, quod magis denſatum eſt, quam aliud corium, vel quod ſemper propius ſit ſolo.* Videmus hinc ſic ſatis, quid & quale ſit πέλμα, illud nempe, cui inſiſtimus, quod ideo maxime denſatum eſt, & ipſam attingit terram. LXX. tribuunt Gabaonitis *Joſuæ* IX. 5. σανδάλια πεπαλαιωμένα καὶ κατεπιπλαστωμένα, h. e. *undique re-*

ἐκ πάσης προφάσεως, μολίβδου (φασὶ) πεποιημένα εἶχεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι [2] πέλματα, ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων, εἴ ποτε σκληροὶ κατέπνεον. Εἰ δὲ ἦν οὕτως ἀδύνατος, ὥστε μὴ ἀντέχειν πνεύματι, [3] πῶς οἷός τε ἦν τοσοῦτον φορτίον ἐπάγεσθαι; Ἐμὲ μὲν οὖν τὸ λεχθὲν οὐ πείθει· ὁ δὲ ἔγνων ὑπὲρ ἐκείνου ἀνδρός, τοῦτο εἶπον.

rat, habebat, ut ferunt, factas ex plumbo ſoleas in calceis, ne à ventis proſterneretur, ſi quando vehementes flarent. At ſi ita invalidus ille erat, ut vento non reſiſteret, quomodo tandem onus trahere tantum poterat? Mihi itaque id, quod dictum eſt, non perſuadetur: ſed tamen, quod de illo viro ſenſi, id in medium attuli.

ΚΕΦ.

CAP.

parata, dum ſæpius attrita acceperunt identidem alia atque alia πέλματα, *gelapte Schoenen*. Athenæus autem, quem iterum ſequitur Auctor, ait XII. 13. *globulos*, σφαίρας, *ex plumbo habuiſſe eum circum pedes*. PERIZ.

3 πῶς οἷός τε ἦν &c.] Quid veri in re ipſa inſit, non nunc diſputo. Veriſimilius certe videtur, & magis idoneum ad firmandos greſſus, ne ita facile dejiceretur, quod Athenæus ait, habuiſſe eum aliquid ponderis aut plumbi, Circum pedes potius, quam Sub pedibus. Verum ratio, qua Noſter utitur hic ad confutandam hanc Hiſtoriam, non magni videtur eſſe momenti. Nec enim ſtatuendum eſt, Philetam hunc ambulaviſſe quotidie ad defatigationem uſque, vel æqualiter aliis hominibus, ſed ſimpliciter, ſi quando prodiret, vento vehementiore ſpirante, tum vero ſe muniviſſe, ſuoſque greſſus, iſto pondere, quod facile brevi ſpatio, ſuis ex ædibus in forum deſcendens, aut ad Amicum abiens, ſecum trahere potuit. Quid? quod ipſe Ælianus vulgatam de Gruibus fabulam, huic plane ſimilem, ſine hæſitatione tradat *Hiſt. Anim.* II. 1. Eas ſcilicet ex Thracia devolantes in Ægyptum devorare prius lapidem, ὡς πρὸς ἐμβολὰς τῶν ἀνέμων ἔρμα, *firmamentum adverſus impetus ventorum*. Eleganter Plinius X. 23. eas *ſaburra ſtabiliri* ait, quia ſcil. arena impleant guttur, & lapillis onerent pedes. Diſertius rem explicat Nonnus *Dionyſ. lib.* XL. *extr.*

> Αἱ σωμάτων ἔντοσθε ἀοσιητῆρα κελεύθου
> Λᾶαν ἐλαφρίζουσι κραταιχθέα, μή ποτε κεῖναι
> Ἰσταμένων πλερὰ κῦφα παρ' ἀκροπλάγξιον ἀήτης.

Quæ intra os auxiliatorem viæ Lapidem geſtant gravem, ne quando ipſarum Volantium alas leves aberrare faciat ventus. Adde omnino, quæ *Hiſt. Anim.* I. II. de Apibus refert, quæ & ipſæ dicuntur, λίθον ὑπὸ ποσὶ, *lapillum pedibus, ferre*, ἔρμα ἰσωτῆς, *firmamentum ſibi*, ἵνα μὴ παρατρέψῃ τὸ ἰδὲ ὁ ἄνεμος αὐτὰς, *ne ventus eas à via auferat*. PERIZ.

ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ Ὁμήρου.

Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδωκαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἕτατλον πάντας. [1] Ποιοῦντες δὲ θυσίαν, ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ Ὅμηρον. Λέγεται δὲ

CAP. XV.

De Homero.

Argivi poëticæ totius primas Homero tribuebant, ſecundos ab eo *reliquos* omnes ponebant. Rem divinam vero facientes ad hoſpitalem menſam vocabant Apollinem & Ho-

1 Ποιοῦντες δὲ θυσίαν &c.] De honoribus Homero habitis, & ejus Apotheoſi, multi jam egerunt, & ex profeſſo præ ceteris Ampliſſ. Cuperus. Argivi vero ita eum honorarunt propter præcipuas laudes, quibus eorum Civitatem ornavit, ut refert Auctor *Agonis Homeri & Heſiodi*. Qua eadem de cauſa è contrario Carmina ipſius & certamina Rhapſodorum à Cliſthene Sicyoniorum Tyranno, Argivorum inimico, ex urbe Sicyone ſunt ejecta, teſte Herodoto V. 67. Pinaſin ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν pluribus expoſuimus *ſupra* III. 37. PERIZ. Vide Leonem Allatium *de Patria Homeri cap.* II.

2 Πρόικα] Ut Homerus poëma Cyprium dotis loco filiæ dedit: ita apud Plautum Paraſitus ſales Atticos filiæ ſe daturum ait, ne indotata domi ſine conditione deſideat.

> *Ne te indotatam dicas*, inquit, *cui dos ſit domi.*
> *Librorum enim ecce illum plenum ſorracum habeo:*
> *Dabuntur dotis inde ſexcenti tibi*
> *Logi, atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis,*
> *Cum hac dote poteras vel mendico nubere.*

De Poëmate Cyprio, Salmaſ. *Plinian. Exerc. p.* 358. videre jubent Notæ Konigianæ. KUHN.

3 Τὰ ἔπη τὰ Κύπρια] Hoc vero quam dubiæ & ſubleſtæ ſit fidei, vel ex eo liquet, quod plerique Veterum negarint hæc carmina eſſe Homeri. Antiquiſſimus omnium Herodotus argumentis etiam quibuſdam, ſeu ex eo, quod contraria dicantur in illis *Cypriis* & Homeri *Iliade*, probare id conatus eſt *lib.* II. *cap.* 117. Ariſtoteles quoque in *Arte Poëtica* declaranda *cap.* 23. opponit clariſſime *Homerum*, & τὰ τὰ Κύπρια ποιήσαντα, *Auctorem Cypriorum*. Ad quod exemplum & Alii hunc dein ἀνωνύμως citarunt. Sic certe Pauſanias paſſim ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια. Et Schol. Pindari *ad Nemea* X. 114. ὁ τὰ Κύπρια συγγράψας. Athenæus *lib.* XV. *cap.* 9. ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκώς, nominans deinde eum, ſive *Hegeſiam*, ſive *Staſinum*, vel etiam *Halicarnaſſenſem* quendam. Tzetzes vero *ad Lycophronis Caſſandram*, *v.* 511. diſerte Στασῖνον, ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς. Adde Scholia Homeri *ad Iliad.* A. 5. Neque tamen temere illa Homero ipſi tribuit Noſter. Nam præterquam quod ipſe Auctorem alleget *Pindarum*, diſcimus ex *Procli* Chreſtomathia, Cypria illa carmina referri à quibuſdam *ad Staſinum Cyprium*, ab aliis *ad Hegeſiam Salaminium*, ab aliis vero *ad Homerum, qui ea propter filiam*, ut ſcil. eam duceret, *dederit Staſino, à cujus Patria dein opus fuerit appellatum, Cypria*. Sed rejicit hoc ipſe Proclus, ut videri poteſt in *Biblioth.* Photii *pag.* 982. 983. Diſertius longe firmat hanc Noſtri Hiſtoriam Tzetzes *Chiliad.* XIII. 638.

> Θυγάτηρ Ἀριστόνη δὲ, ἣν ἔγημε Στασῖνος,
> Στασῖνος, ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,

Απε

δὲ καὶεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ [2] προῖκα ἔχειν [3] τὰ ἔπη τὰ Κύπρια· καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος.

Homerum. Fertur præte hæc etiam illud, quum propter inopiam elocare filiam non posset, dotem ei Cypria carmina dedisse: & testis ejus rei est Pindarus.

ΚΕΦ.

CAP.

Απερ οἱ πλείους λέγουσιν Ομήρου πεφυκέναι,
Εις ωδῖνας δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.

Filia vero (Homeri fuit) *Arsiphone, quam duxit Stasinus, Stasinus ille, qui Cypria Poëmata fecit, quæ plerique dicunt Homeri fuisse, sed in dotem cum pecunia data Stasino.* Vides itaque id vulgo jactatum. Cantabatur autem hisce carminibus Bellum Trojanum, sed à *gemino ovo* cœptum, h. e. natalibus Helenæ, quasi eam nasci curaverit cum Venus, ut Paridi posset promittere consummatum pulchritudinis exemplar, tum certe Jupiter ex consilio Momi, ut per bellum Trojanum propter Helenam gestum perdere iterum posset genus Humanum. Vide Scholia Homeri *d. l.* Quum ergo ad Venerem, propriam Cypri Deam, pleraque referrentur in his Carminibus, quod & verisimile est fecisse Auctorem, si *Cyprius* fuit, ut ajunt plerique, inde igitur carmina hæc appellata videntur Κύπρια, & opus ipsum, ut ait Proclus, Κυπρία. Vide & Salmas. *Plin. Exerc. pag.* 853. Clarissimus Dacierius *ad Aristotelis Poëticam* dicit, *ignorari argumentum Poëmatis, seque credere, collectos eo extraordinarios quosvis Amoris casus, & inde dicta carmina hæc Cypriaca, quasi casus Cypriacos, seu amatorios.* Sed ex ipso hoc Aristotelis loco patet contrarium ejus, quod suspicatur Vir Clarissimus. Laudat enim istic Philosophus Homerum, quod ille unam tantum partem Belli Trojani, nempe Iram Achillis, sibi exponendam sumpserit, eamque plurimis episodiis distinxerit. Deinde vero opponit illi Alios, qui idem Bellum aliter tractaverint, nempe *Cypriorum*, & *Iliados parvæ Auctores.* Οἱ δὲ ἄλλοι, inquit, πρὸς ἕνα ποιεῖσι, καὶ πρὸς ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ, εἶναι, ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας, καὶ τὴν Μικρὰν Ιλιάδα. *Alii vero Poëma faciunt de Unius Hominis Tota vita, & de uno Continuo Tempore, & Unius Actionis serie, quæ multas habet partes*, qualis actio est bellum Trojanum, *veluti Auctor Cypriorum, & Parvæ Iliadis.* Si ergo de *Uno* egit longa & continua serie, in eoque opponitur Homero, tum sane non collegit *Diversorum*, Hominum, Temporum, Actionum Casus amatorios, ut vult Vir Eximius. Sed & quod ita opponitur Homero, & jungitur *Auctori Parvæ Iliados* ab Aristotele, & *Leschi*, (Auctori, si non *parvæ Iliados*, de quo Vide Rykium *de Primis Italiæ colonis cap.* 10. at certe *Ilii expugnationis*) à Pausania *Phocicis cap.* 26. ex eo quoque colligimus, composuisse ergo & ipsum *Iliada.* Et manifeste tradit Herodotus, raptum Helenæ carminibus Cypriis exponi. Scholiastæ Pindari & Lycophronis pugnam ex iis narrant Castoris & Pollucis cum Ida & Lynceo filiis Apharei. Schol. Homeri natales Helenæ & Achillis Διὸς βουλῇ, ad perdendos Bello Trojano Homines. Pausanias vero in *Messenicis cap.* 2. *Protesilai uxorem* ex iis nominat, at in *Phocicis cap.* 26. exponit, *à quo datum fuerit Pyrrho Achillis F. nomen Neoptolemi. cap.* 31. *Palamedem ab Ulysse & Diomede exstinctum in aquis.* Satis igitur ex his planum puto & perspicuum, enarrari eo poëmate Bellum Trojanum. Adde hæc *Cypria* Latine versa à Lævio, vel Nævio, & hoc Poëma Latinum ab eo *Cypriæ Iliadis* nomine insignitum, ut constat ex Charisii Grammatici *libro primo.* PERIZ.

ΚΕΦ. ις'.

Περὶ Ιταλίας, καὶ Μάρου ἱππομιγοῦς ἀνθρώπου.

Τὴν Ιταλίαν ᾤκησαν [1] πρῶτοι Αὐσονες, αὐτόχθονες. Πρεσβύτατον δὲ γενέσθαι [2] Μάρην τινὰ καλούμενον, οὗ

CAP. XVI.

De Italia, & Mare, qui fuit ex Equo & Homine mixtus.

Italiam primi Ausones inhabitarunt, indigenæ. Antiquissimum vero ajunt fuisse quendam dictum Ma-

1 Πρῶτοι Αυσονες] Vide Cælium Rhodiginum *lib.* IX. *cap.* 26. GESNER. Aliter Pompejus Trogus, & ex eo Justinus *lib.* XLIII. *cap.* 1. *Italiæ cultores primi*, inquit, *Aborigines fuere.* Sallustius *bello Catilin.* idem testatur, & Plinius *lib.* III. & Livius *lib.* I. Item Cato in *Originibus*, ut docet Servius *ad Poëtæ* I. *Æneid.* Sext. Aurelius Victor *lib. de Origine gentis Romanæ: Quidam tradunt terris diluvio coopertis, passim multos diversarum regionum in montibus, ad quos confugerant, constitisse: ex quibus quosdam sedem quærentes, pervectos in Italiam, Aborigines appellatos, Græca scilicet appellatione, à cacuminibus montium, quæ illi ore faciunt.* Sed cum nostro faciunt, præter Festum in *Ausonia*, etiam Stephanus *de urbibus in* Αυσον & Paulus Warnefridi seu Diaconus *lib.* II. *Hist. Longob. cap.* 24. Eustathius *in Dionys. Perieg. Observabis, quod eosdem esse Ausones & Italos ait. Dicuntur autem Ausores, ab Ausone (qui primus Romæ regnasse ab aliquibus fertur) Ulysses & Circes filio, vel ex sententia ejus, qui gentilia conscripsit, Calypsus & Atlantis.* Ita habet versio latina, Græcum videre non licuit. Servius *ad* XI. *Virg. Antiqui Ausonii, quia qui primi Italiam tenuerunt, Ausones dicti sunt.* Adde Dionys. Hal. *lib.* I. Strabonem, Antonini *Transform.* 31. Suidam in Αυσονίων, Zetzen in *Hist. Misc.* Philarg. Sabinam gentem proprie sic dictam ait. SCHEFF. Etymologicum. Αυσονες οἱ Ιταλοὶ, καὶ Αυσονία ἡ Ιταλία, οὐκ ἀπὸ Αυσονος καὶ Κίρκης, ἢ Καλυψοῦς ἢ Οδυσσέως, ἀλλ' ὅτι τῶν Ιλλυριῶν οἱ παροικοῦντες ἔσωθεν Αυζενα ἔλεγον, καὶ κατὰ μετάθεσιν τοῦ ζ. εἰς τὸ σ. καὶ τοῦ ε εἰς τὸ ο. Αυσονες οἱ Αυζενες οἱ (l. ἢ) Αζωνες. Ubi Sylburgius in *notis: Isacius Lycophronis interpres & Servius Virgilii enarrator, Ausones eosdem cum Auruncis fuisse innuunt, at Livius post Auruncos aliquot annis Ausonum gentem cum Ausona urbe deletam prodit lib.* IX. *Sigonius commentario in Fastos, Auruncum bellum finit anno Urbis* CCCCVIII. *Ausonam vero captam tradit anno* CCCXXXIX. hæc ille. KUHN.

Αυσονες αὐτόχθονες] Qui prorsus primi Italiam latius sumptam incoluerint, incertum est, ut omnia antiquissimi temporis, quod Græci idcirco ἄδηλον vocabant. Alii *Oenotrios* dicunt, alii *Siculos*, alii *Aborigines*, de quibus hic multa Schefferus. Sed hoc nomine Ego putem antiquissimos & omnium primos alicujus regionis Incolas communiter à Latinis appellatos, sed speciatim & potissimum primos Latii: quasi dixeris, qui à prima rerum Latinarum *origine* istic habitarint. Nam neutiquam crediderim, illos populos unquam, quum existerent, sic vocitatos, licet ita velle Dionysium Halic. non nesciam, qui sic appellatos usque ad Bellum Trojanum, ait *lib.* I. *cap.* 1. quando isti Nomini successerit nomen illud à Scriptoribus primis, multis demum seculis post, excogitatum est. De *Ausonibus* vero testantur complures: eos antiquissimos fuisse, (Vide hic Schefferum, & Decessorem meum, Th. Rykium, *de primis Ital. colonis cap.* 2.) & habitasse infra Latium in Campania, & ejus confiniis. Hinc mare istic loci jam olim dictum fuit *Ausonium*, & Italia à Virgilio, aliisque Poëtis, passim *Ausonia* dicitur. Sed & ab hisce *Ausonibus* orti & dicti *Aurunci.* Nec ratio est ulla, quam ex Sylburgio *ad Etymol. M.* adfert Kuhnius hic in contrarium. Nam licet ex Livio liqueat,

οὗ τὰ μὲν ἔμπροσθεν λέγουσιν ἀνθρώπῳ ὅμοια, [3] τὰ κατόπισθεν ἵππου· καὶ αὐτὸ ἡ τοὔνομα εἰς τὴν Ελλάδα, φασὶν, ἱππομιγὴς δύναται. Δοκεῖ δέ μοι [4] πρῶτος ἵππον ἀναβῆναι, καὶ ἐμβαλεῖν αὐτῷ χαλινὸν, εἶτα ἐκ τούτου διφυὴς πιστευθῆναι. Μυθολογοῦσι δὲ, αὐτὸν καὶ βιῶναι [5] ἔτη τρία καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ὅτι τρὶς ἀποθανὼν, [6] ἐβίω τρίς· ἐμοὶ δὲ οὐ πιστὰ δοκοῦσιν. Οτι τὴν Ιταλίαν φασὶν οἰκῆσαι ἔθνη πάμπολλα, καὶ ὅσα οὐκ ἄλλην γῆν. Τὸ

Maren, cujus anteriora homini, posteriora equo similia fuisse; & ipsum illud nomen significare dicunt Græce *ex equo compositus*. Videtur autem mihi primus ascendisse equum, & frenum illi injecisse, atque ideo biformis creditus. Fabulantur autem, eum etiam centum & tres ac viginti annos vixisse, & ter mortuum ter revixisse: ea vero mihi quidem fide digna non videntur. Italiam permultos ajunt populos inhabitasse, & quot haud aliam terram. Cau-

distinctos tandem fuisse, sed aliquot jam seculis post Romam conditam, nihil id obstat, quo minus ab initio fuerint ejusdem gentis Ausones & Aurunci, quum sæpe eadem Gens à diversis accolis diversis appellata fuerit modis, maxime, si, & postquam, separari illa ab se invicem cœpit, vel per suas ipsius colonias, vel per alios populos, partem terræ suæ occupantes. Sic diversi tandem fuere, licet haud dubie ejusdem originis, *Picentes* & *Picentini*, *Persæ* & *Parthi*; Neque tamen *Auso* ipse, quicunque is fuit, dictus etiam fuit *Auron*, ut censet Bochartus *Geogr. Sac. pag.* 651. Nam illo tempore litera R. nondum cognita fuit, ut notum est. Sed ab *Ausonibus* dicti sunt *Ausonici*, inde *Ausunci*, & litera S. postea in R. mutata, *Aurunci*. Sic pro *Etrusia* dicta est dein *Etruria*, at ab illo formati *Etrusici*, *Etrusci*. Sic *Falisci* quasi *Falesici* à *Falesii*, sed pro quo postea dixere *Falerii*, licet in Gentili retinuerint literam S. Similiter à *Valesus* & *Volusus*, simul familia *Valesiorum*, sed qui postea vocati *Valerii*, & *Volusiorum*, ac populus *Volscorum*. Quin ab hoc ipso nomine *Ausonis* formatum est nomen Familiæ *Aurelie*, quæ primum dicta fuit *Auselia*, ut nos docet Festus in *Aureliam*, ipse tamen graviter errans, quando putat hanc Familiam sic *à Sole dictam*. Quem errorem augent, dum illi speciem quandam addere student, cum Ant. Augustinus, quia Sabini, unde hæc Familia venit Romam, *Ausum* quoque dixerint pro *Aurum*, suspicans ergo eam sic appellatam ab *Aureo Sole*; tum Gothofredus censens, eam dictam primitus *Ausoliam*. Inania sunt hæc omnia. *Auselii* dicti ab *Auso*ne, ut à *Pompone Pompilii*, à *Cæsone Cæsellii*. Nec discriminis inter Terminationes *elius* & *ellius*, ut &, *ilius* ac *illius*, ulla est alia ratio, nisi quod hæc est recentiorum familiarum, illa antiquiorum, quia antiquissimi non geminabant consonantes, ut sæpe monet Festus. Dixerunt autem, ut *Pompo* & *Pompus*, *Cato* & *Catus*, sic *Auso* & *Ausus*, unde *P. Minatius Ausus* apud Gruterum 4. *pag.* 1031. Sed ut ad *Auruncos* redeam; quum diserte Servius *ad Virg. Æn.* VII. 689. Auruncos dicat *Græce Ausones nominari:* quumque *Aurunci*, æque ac *Ausones*, dicantur primi Italiam incoluisse, unde & Glossæ Veteres, *Aurunci* οἰκήτορες Ιταλίας: quum porro in eodem tractu Italiæ pariter habitaverint: & *Auruncam ab Ausone conditam* dicat etiam Festus in *Ausoniam:* quum denique tam manifesta sit Etymologia, nemo, opinor, dubitabit amplius, quin *Aurunca* urbs, si non ab *Ausone*, quod affirmare nolim, certe ab *Ausonibus* sit condita & dicta, longe potius, quam ab *auruncando* pro *averruncando*, ut voluit Illustris Scaliger *ad Festum* in *Aurum*. Accedunt his dissertissima loca Tzetzis *ad Lycophr. v.* 44. & 702. Istic enim quum Lycophron Mare Italicum

Τὸ δὲ αἴτιον, [7] διὰ τὴν τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν, καὶ τὴν τῆς χώρας ἀρετὴν, καὶ τὸ ἔνυδρον αὐτῆς, καὶ τὸ πάμφορον, καὶ τὸ εὔβοτον, καὶ ὅτι ποταμοῖς ἐστι καλλίρρυτος, καὶ ὅτι θάλασσα ἀγαθὴ [8] προσκειται αὐτῇ, ὅρμοις πανταχόθεν διειλημμένη, καὶ καταγωγαῖς ἀφθόνοις, καὶ κατάρσεσιν. Αλλὰ καὶ τὸ τῶν οἰκητόρων ἥμερον καὶ πρᾷον ἐπῆρε πολλοὺς εἰς τὴν μετοίκησιν. Καὶ ὅτι πόλεις ᾤκησαν

Causa ejus est ex omnium anni partium temperie, & regionis bonitate, & quod aquis irrigua est, fertilisque omnium fructuum, ac bene pascua, itemque quod fluviis perfluit, quodque oportunum mare ei adjacet, portubus ex omni parte distinctum, & stationibus multis, ac locis ad appellendum idoneis. Sed & incolarum mansuetum & mite ingenium impulit multos, ut in eam de-

cum Θαλάττης Αυσονίδος nomine designasset, notat Tzetzes, Αυσονία κυρίως, ὡς Δίων γράφει Κοκκειανὸς, ἡ τῶν Αυρήγκων γῆ μόνη λέγεται, μέσῳ Καμπανῶν καὶ Ουόλκων ταῖς θαλάσσαις κειμένη. Συχνοὶ δὲ καὶ μίσει τὸ Λατῖνι Αυσονίαν εἶναι ὑπόμισαν, ὥς τε καὶ πᾶσαν Ιταλίαν ἀπ' αὐτῆς. Οἱ δὲ Τραγικῶν ἡμᾶς τὸν Γραικὸς Ελληνας, Αυσονας λέγοντες, αὐθεντικῇ ἀδείᾳ, καὶ ἐ ποιητικῇ, τοῦτο ποιοῦσι. *Ausonia proprie, ut Dio scribit Coccejanus, sola Terra Auruncorum vocatur, media inter Campanos & Volscos ad mare sita. Multi autem etiam usque ad Latium Ausoniam esse putant, atque adeo & omnem Italiam ab ea nominari. Illi vero Tragici, qui nos Græcos proprie dictos, Ausonas vocant, faciunt id licentia sui arbitrii, non Poetica.* Posteriora hæc, in quibus hærent Editores, ita vertenda, ex altero liquet loco, ubi ait. Αυσονες οἱ Αυρήγκοι μόνοι κυρίως λεγόμενοι, μέρος Καμπανῶν καὶ Ουόλκων, ταῖς θαλάσσαις κείνται· καταχρησικῶς δὲ καὶ πάντες Ιταλὲς Αυσονας καλοῦσι, καταχρησικώτερον δὲ καὶ ἡμᾶς, καίπερ Ελλήνων γονῆς πεφυκότας. PERIZ.

2 Μάρλω] Id est Masculum sive Virum. Quomodo ferme omnes gentes primum hominem appellarunt. Dion. Halicar. *lib.* I. *cap.* 27. de Lydis: *Ex Jove & Terra genitum esse Mavem, primumque in illis locis regnasse* ajunt. Idem habet Herodotus in *Clio*. De Germanis Tacitus *cap.* 2. *Celebrant carminibus antiquis Tuistonem deum, terra editum & filium Mannum* (Germanicum vocabulum, quod Latine virum sive marem designat) *originem Gentis conditoresque.* Fere ad eundem modum de Ægyptiis testatur Manetho, primum habuisse regem Mena nomine, quem & Herodotus Μῶ & Diodor. Μῶϛ appellant. Sed noster vocem Μάρλω aliter exponit, & sic dictum ait, quia compositus fuit ex equo. Et sane Germanis veteribus *marne*, sive *mare* denotabat equum, & rustici equas hodieque sic appellant. Verum prius magis placet. SCHEFF. Cum Μάρης & virum & equum videatur significare, ideoque hominem hujus nominis ἱππομιγῆ, i. e. *ex homine & equo compositum fuisse* fabulati sunt. *Celtæ* equidem, Liguribus adeo vicini, ut bonam Celticæ partem Ligures incoluerint, etiam in Italiam antiquissimas dimiserunt colonias, equum Μάρκα vel Μάρκα dixerunt. Τελμαρκησίων ab illis dictam *certum equitum numerum*, Pausanias notat in *Phocicis*, subjungitque. καὶ ἵππων τὸ ὄνομα ἴσως τῆς Μάρκων ὄντα ὑπὸ τῶν Κελτῶν, & *sciat aliquis equi nomen* Μάρκα *à Celtis profectum esse.* vid. Bochart. *Hieroz.* II. *p.* 839. KUHN.

Μάρην] Lugd. *μάρεν*. *Mares* hic sine dubio est Deus ille, quem Latini postea *Martem* dixere: sicuti *Marcus* quasi *Maricus*, & *Marcellus* ab ipso Plutarcho explicatur Ἀρήϊος, hoc est, *Martius*. Atque ideo Osci, ut pro *Marco* dicebant *Mamercus*, sic pro *Mars*, *Mamers*, teste Festo in *Mamercum*, quod & Varro *lib.* IV. *de L. L.* à Sabinis ait fieri. Sine dubio autem Græcum Ἄρης, & Lat. *Mares*, *Mars*, ex Hebraico fonte repetendum est, ubi עריץ q. d. *Ariis*, vel *Oriis*, notat *violentum*, *Terribilem*, *Tyrannum*. Et cum M, מעריץ, *Mariis*, vel *Maorits*, Par-

σαν τὴν Ιταλίαν πάλαι ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν πρὸς ταῖς χιλίαις.

demigrarent. Et incoluerunt olim Italiam ſeptem & nonaginta ac centum ſupra mille civitates.

ticipium Hiphil, Verbi maxime Activi, *qui violenter agit.* Unde *Mars* & *Mavors*, pro *Maors*, V inter duas Vocales interpoſito. Nihil autem huc facit Lydorum Μάνης vel Μάσνης, aut Germanorum *Mannus*, quos hic memorat Schefferus. Conveniret magis Nomen Μάρων, *Maro*, Græcis & antiquiſſimis Latinis uſurpatum. De *Marone* Vide Homer. *Odyſſ.* I. *v.* 197. & ibi Euſtath. Apud Latinos à *Marus*, & *Maro*, eſt *Marius*. PERIZ. Μάρης dictus videtur a *Mar*, quod vocabulum *equum* ſignificaſſe teſtantur voces inde derivatæ, ut *Marhais* ſtabuli præfectus, qui & *Marſcalc* à Germanis vocabatur, ac *Marſtallum* equorum ſtabulum, & plures, quas plena manu dedit Joan. Meierus in *Antiquitatibus Villarum & Villicorum*. Hinc etiam *Marcomannos*, quos a flumine Maro vel marca *limite* alii derivant, appellatos fuiſſe teſtatur ipſe Ælianus *lib.* XIV. *de Nat. Anim. cap.* 23. loco hactenus fœde depravato, ſed quem feliciſſime emendavit eximium Helvetiæ literatæ decus J. C. Hagenbuchius. Υπὸ τῷ ποδὶ δὲ τῷ Αλπαίων ἱερῶν φασὶν ἄνεμον βορρᾶν ὑποκινεῖται Μαρκόμανοι· κίκληται δὲ γένος τοῦτον ἱππικοὶ ἄνδρες. Mars autem, quem Heſi nomine colebant Celtæ, longe diverſæ originis eſt, & a Græca voce Ἄρης deducendus, adjectione literæ *m*, ut ἄμμα, *mamma*.

3 Τὰ κριθάσθεν ἵππων] Pari modo Faber edidit. Puto tamen magis ſcribendum eſſe ἵππῳ, quoniam præcedit ὠθρώπῳ. SCHEFF. Vix opus erit medicina in loco tam ſani coloris. KUHN.

4 Πρῶτον ἵππον ἀναβῆναι] In Italia fortaſſe, nam in Græcia, ſi Plinio credimus, Bellerophon primus equis vehi docuit. Sic enim ſcribit *lib.* VII. *cap.* 6. *Equo vehi* (inveniſſe tradunt) *Bellerophontem*, *frenos & ſtrata Pelethronium*. Quod autem mixtam ex equo & homine figuram de equite interpretatur, convenit cum eo, quod etiam de centauris ſcribit Palæphatus *lib.* I. *Fabularum*. Servius *ad lib.* III. *Georg. Pelethronium oppidum eſt Theſſaliæ; ubi primus domandorum equorum repertus eſt uſus. Nam cum quidam Theſſalus rex bobus œſtro exagitatis, ſatellites ſuos ad eos revocandos juſſiſſet, illique curſu non ſufficerent: adſcenderunt equos, & horum velocitate boves ſecuti, eos ſtimulis ad tecta revocarunt. Sed hi viſi, aut cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneum potarent capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt, ut centauri eſſe crederentur.* SCHEFF.

5 Επι τελια καὶ ἔτεσι καὶ ἑκατὸν] Valde hæc ſuſpecta ſunt: vix enim veriſimile, illo tempore, quo longiſſimè vivebant, cuilibet ætati ejus tantum quadraginta tribuiſſe annos. SCHEFF. Noſter hoc exſerte non dicit, ſed in genere fabulam delibaſſe contentus, vitæ quoque ſpatium pingui Minerva delineat. Nam in rebus, quas ipſe non credidit, operam accuratam ſumere nihil attinebat. KUHN.

6 Εξίω τελῶς] In liberis fortaſſis, nam in his vere reviviſcimus. Certe quod ter revixiſſe dicitur, convenit cum ternario filiorum numero, quem & Mannus apud Germanos habuiſſe dicitur. SCHEFF. Lege ἀνεξίω, *revixit*. FABER. Diu eſt, cum ante Fabrum ita legerat Cælius Rhodig. in *Antiq. Lect. lib.* V. *cap.* 45. vertit enim *revixiſſe*. Cæterum inter eos, quos pietas & æquus Jupiter, ut Ethnici ajunt, ad vitam ſemel mortuos revocavit, numerant *Herculem*, *Tyndareum*, *Glaucum*, *Hippolytum*, *Æſopum*. vide Suidam in ἀναβιώναι. Nec eſt quod quisquam exiſtimet de vera ἀναβιώσει hic non agi, ſed de eâ, qua pater in filiis quaſi revixiſſe dicitur καὶ μεταφορικῶς. Si ita eſſet, minime Noſter ſubjunxiſſet: ἐμοὶ δὲ ἀπίστως δοκεῖσι, *mihi vero incredibilia ſentire videntur*. ipſe enim ut Ethnicus à veritate alienum credit, defunctum poſtliminio in vitam eſſe reducem. KUHN.

7 Διὰ τὴν τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν] Plinius *lib.* III. *cap.* 5. *Tota ea vitalis ac perennis ſalubritatis cæli temperies eſt, tam munifica ſylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque*

què terrarum commercio patens undique & tanquam ad juvandos mortales ipſa avida in mare procurrens. SCHEFF. De Italiæ fertilitate aliiſque dotibus vide Halicarnaſſ. *l.* I. *Antiq. Roman. p.* 13. *Edit. Steph.* Strabonem *p.* 197. Plinium *lib.* V. *cap.* 3. Solinum *cap.* 8. *Polyhiſt.* Herodian. *lib.* I. *cap.* 6. & *lib.* II. *cap.* II. ubi verborum ordo malè turbatus ita reſtituendus. αὐτῶν ἀφθονίαν ἀῤῥηκτόντι καὶ ἀπ' &c. Polybium *lib.* II. *Hiſt.* Florum, & iterum Plinium in *fine Hiſtor. Natural.* Virgilium *lib.* II. *Georg. lib.* I. *Æneid.* &c. Ariſtot. *T.* II. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων *p. m.* 1092. ubi pro δύο καὶ τεῖα legerem ex Steph. *de Urbibus*, voce Ομβικοὶ. δ. ἢ. τ. KUHN.

8 Παρέκειτο] Sluiskianus παρέκειτο.

ΚΕΦ. ιζ'.

Περὶ Δημοσθένους τύφου.

Κουφότητα ἔοικε κατηγορεῖν οὗτος ὁ λόγος, ὁ λέγων περὶ [1] Δημοσθένους, ὅτι ἄρα τύφου αὐτὸν ὑπεπλήρουν καὶ [2] οἱ ὑδροφοροῦντες, εἴ ποτε, παριόντος αὐτοῦ, ὑπὲρ αὐτοῦ τι [3] ψιθυρίσαιεν. Ος γὰρ καὶ ὑπ' ἐκείνων ἐκουφίζετο, καὶ ἐπαιρόμενος ἦν

CAP. XVII.

De ſuperbia ac levitate Demoſthenis.

Levitatem arguere videtur fama, quæ de Demoſthene tradit, etiam aquam ferentes faſtu eum impleviſſe, ſi quando, ipſo prætereunte, aliquid de eo ſuſurrarent. Nam qui etiam ab illis inflabatur in ſuperbiam, & elati erat animi manifeſtus, qua-

1 Δημοσθένους] Habes apud Ciceronem *lib.* V. *Quæſt. Tuſcul.* SCHEFF. Plutarch. in *Vita Demoſt.* KUHN. Scholiaſten Perſii *ad Sat.* I. *v.* 28.

2 Οἱ ὑδροφορεῖντες] Sic editiones omnes etiam Romana. ſed mallem αἱ, quia Cicero mulierculas fuiſſe ſcribit. SCHEFF. At vero αἱ ὑδροφορεῖντες non admittit Græciſmus, ſed αἱ ὑδροφορεῦσαι. mihi placeret vulgata lectio. Nam in circumſtantiis id genus ſæpe in diverſa abeunt optimi Auctores. Plinius *lib.* IX. *ep. cap.* 23. *An ſi Demoſthenes jure lætatus eſt, quod illum anus Attica ita demonſtravit.* οὗτός ἐστι Δημοσθένης, *ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? ego vero & gaudeo & gaudere medico* &c. KUHN.

Οἱ ὑδροφοροῦντες] Cicero *Tuſc. Quæſt.* V. 36. uni id tribuit *Mulierculæ, aquam ferenti, ut mos in Græcia eſt.* At Noſter toti huic Hominum generi, quod erat ubique viliſſimum. Hinc Iſraëlitæ decepti à Gibeonitis pepercerunt quidem iis, ſed redegerunt in hanc ſervitutem, ut eſſent ſibi & Sacris ſuis ξυλοκόποι καὶ ὑδροφόροι, *qui ligna cæderent, & aquam ferrent.* Vide Joſuam *cap.* IX. Sed & in *Deuteron.* XXIX. II. memorantur itidem conjuncti, ſed poſt proſelytos, tanquam infimi plane generis homines. De Cleanthe Philoſopho notum eſt, *quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore* eum Athenis *inopiam ſuam ſuſtentaviſſe*, ut ait Valer. Max. VIII. 7. Vide & Diog. Laërt. in *ejus Vita*, & ibi Notas. PERIZ.

3 Ψιθυρίσαιεν] Hæc ſcilicet verba ἔτος ἐκεῖνος. HIC EST. Lucianus in *Somnio.* τοιαῦτά σοι προθήσω γνωρίσματα, ὥστε τὸν ὀρθρινὸν ἕκαστον τὸν πλησίον κινήσας δεῖξαι σε τῷ δακτύλῳ, ἔτος ἐκεῖνος, λέγων, *ea tibi induam inſignia, ut, qui Te viderit, proximè aſtantem vellicet, digitoque Te deſignet, dicens: hic ille eſt!*

ἦν δῆλον, τίς ἦν, εἴποτε ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκροτήθη.

est! Horat. *lib.* IV. *Carm. Od.* 3. *quod monstror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ.* Diogenes autem medio & infami digito peregrinis Demosthenem commonstravit apud Laertium in *Vita ejus.* KUHN.

qualem fuisse oportet, si quando à concione plausu exciperetur.

ΚΕΦ. ιη'.

Περὶ Θεμιστοκλέους.

Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους ἑαυτὸν εἴκαζε [1] ταῖς δρυσὶ, λέγων ὅτι ἐκείνας [2] ὑπέρχονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δέονται αὐτῶν, ὅταν ὑῇ, [3] στέγην ἐκ τῶν κλάδων ποθοῦντες· ὅταν δὲ οὔσης εὐδίας παρίωσι, τίλλουσιν αὐτὰς, καὶ ἀφι-

CAP. XVIII.

De Themistocle.

Themistocles Neoclis filius se ipsum quercubus comparabat, dicens subire illas homines, & indigere earum, quum pluat, tegimen ab ramis expetentes: quum vero prætereant sereno aëre, vellicare eas,

1 Ταῖς δρυσὶ] πλατάνοις inquit Plutarchus in *Themistocle* & in *Apophtheg. Imperatorum.* SCHEFF.

2 Ὑπερίχον)] Gesnerus ὑπίεχον). Bene. FABER. Sed non opus est. Vide Indicem. Emendationem Gesneri tamen Faber quoque comprobat. Sanè si Gesnerum sequamur, ordo rerum naturalis penitus erit inversus. Quanquam pro Gesnero stet & MS. A. in quo ὑπίεχον). SCHEFF. Lectio ὑπίεχον) tam certa & indubitata penes me est, ut in textum eam reponere non dubitarem. Quis enim unquam poterit concoquere hanc locutionem, οἱ ἄνθρωποι ὑπερίχονται δένδρεα, *quod homines præeminent arboribus.* Apage nugas in Morboniam! quis autem nescit, οἱ ἄνθρωποι ὑπίεχονται δένδρεα, *quod homines subeant arbores*, cælo pluvio? vide Plut. in *quomodo quis seipsum sine invidia laudet.* Synesium *epist.* 114. & *indicem* in ὑπίεχεσθαι. KUHN.

Ὑπερίχον)] Sic quidem Lugd. Sed Sluisk. ὑπίεχον), cum Regio Strategi. Et ita legendum vidit jam Gesnerus, probaveruntque eam lectionem Faber & Kuhnius. Nec dubia res est. Plutarchus in *Themistocle*, & in *Apophth.* idem dictum referens, ait ὑπερέχειν. Et in *lib. de sui laude p.* 541. ὑποφύγειν ὑπὸ δένδρον. Codex Regius 3132. à prima manu habet, ὅτι ἐκείνας ὑπερίχον), & à recentiore, ὅτι ἐκείνας ὑπερέχον). Unde Doctiss. Boivinius, *Legendum fortasse*, ὅτι ἐκείνας ὑπιεχόντας, *quia ab illis proteguntur.* PERIZ.

3 Στέγειν ἐκ τῶν κλάδων] Aut στέγειν hic passive sumendum erit pro στεχθῆναι, *tegi*, aut στέγω legendum, *tectum è ramis expetentes*, & ita legit etiam Interpr. KUHN.

Στέγειν ἐκ τῶν &c.] Non opus, ut τὸ στέγειν hic passive accipiatur, quod ait Kuhnius. Sensus enim est, *desiderantes ab ramis, ut se tegant*, seu, ut ita loquar, *tectionem.* Sic plane XII. 64. τῆ φύσεως τῆ κοινῆς ἀπαιτούσης, μικρὰ ζῶντας ἀποκρύψαι, *communi Natura postulante, ut abscondamus eos, qui non amplius vivunt.* *Supra* II. 28. νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι, *legem tulerunt, ut Galli certarent.* Imp. Julian. *Orat.* I. ὁ καιρὸς ἐκάλει στρατεύεσθαι, *tempus vocabat, ut in expeditionem iret.* Quapropter licet Sluisk. & duo Regii manifeste habeant στέγην, quod conjicit Kuhnius, non ausim tamen rejicere plane aliorum Codd. lectionem, quæ Græcissimo quam maxime congruit. PERIZ. MSS. Regiis & Sluiskiano, quorum scripturam amplexus sum, adstipulatur Medicæus: &

φελκῶσιν. Ὁ δὲ αὐτὸς ἔλεγεν, εἴ μοί τις ὁδοὺς δύο δείξειε, τὴν μὲν εἰς ᾅδου φέρουσαν, τὴν δὲ ἐπὶ τὸ βῆμα, ἥδιον ἂν τὴν ἑτέραν ἦλθον τὴν [4] εὐθὺ τοῦ ᾅδου.

eas, & undiquaque infringere. Idem dicebat, si mihi quis duas vias monstraret, hanc quidem ad inferos ducentem, illam vero ad tribunal, libentius sane ingrederer alteram, quæ recta ad inferos duceret.

& στέγη ἐκ κλάδων eadem ratione dicitur, qua *lib.* IV. *cap.* 15. θερμασία ἡ ἐκ τῶν γυμνασίων. & *lib.* IX. *cap.* 3. τὸ ἐξ αὐτῆς δέος.

4 Εὐθὺ τοῦ ᾅδου] Scio Nostrum brevitatis amantem esse. dubito tamen, annon hic scripserit τῷ εὐθὺ εἰς τοῦ ᾅδου. vide tamen *Indicem.* SCHEFF. Elegantissime dixeris & stylo Attico, ὁδὸς ἡ εὐθὺ τοῦ ᾅδου, *via, quæ recta ducit ad infernum.* Phrynichus in *Eclogis.* εὐθὺ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ εὐθύς. Ἀμφίεται ὅ. Ὃ μὲν γὰρ πᾶσι ἐστι, εὐθὺ Ἀθηναῖοι, τὸ δὲ χρόνου ἐγγὺς λέγε) σὺν τῷ σ. *multi* εὐθὺ *ponunt pro* εὐθύς. *differt tamen. nam illud loci est, ut* εὐθὺ Ἀθηνῶν *recta Athenas, hoc autem temporis, & effertur cum σ.* illum sequitur Thomas ὁ Μάγιστρος in *Eclogis Atticis.* εὐθὺ Ἀθηνῶν, inquit, Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ εὐθείας. Aristoph. in *Pace*, πῶς ἄν ποθ' ἀφικοίμην αὖ εὐθὺ τοῦ Διός; *quomodo possim recta devenire ad Jovem?* Lucianus in *bis accusato.* εὐθὺ τοῦ Ἀρείου πάγου, *recta ad collem illum Martium vel Areopagum.* Sic Noster in *H. A.* εὐθὺ Αἰγύπτου, αἰμασιῶν &c. dedit. KUHN.

Εὐθὺ τοῦ ᾅδου] Miror & hoc sollicitari à Scheffero, quum usitatissimum sit Græcis, εὐθὺ & εὐθὺς in tali constructione ponere. Lucian. *de Morte Peregr.* ἀπῆλθεν εὐθὺ τοῦ Ἀρτεμῶνος, *rectâ abii Harpinam.* Noster *Hist. Anim.* I. 2 pisces ducens εὐθὺς τοῦ κύρους, *rectâ in nassam.* Maximus Tyr. *Dissert.* XXVII. Ἀχιλλεὺς νῆσον οἰκεῖ, εὐθὺ Ἴστρου, κατὰ τὴν πολικὴν θάλασσαν, *recta, prorsus e regione Istri.* Vide hic Kuhnium. PERIZ.

ΚΕΦ. ιθ'.

Ὅτι ὁ Δημοσθένης, καλοῦντος τοῦ Διογένους, εἰς καπηλεῖον οὐκ ἤθελεν εἰσιέναι.

CAP. XIX.

Quod Demosthenes, vocante Diogene, in cauponam introire recusarit.

[1] Ἡρίστα ποτὲ Διογένης ἐν καπηλείῳ· εἶτα παριόντα Δημοσθένη ἐκάλει. Τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαν-

Diogenes quodam tempore prandium in caupona sumebat: deinde prætereuntem Demosthenem

1 Ἡρίστα] In editione mea prima apud Laertium, quem citaveram pro ἀριστῶντα suspicabar ἀριστῶν legendum. Sed videbam post, secutum esse Laertium, cui ista sunt adversa, alium scriptorem, quam quem Noster. Ideoque in editione secunda, quæ prodiit anno hujus seculi sexagesimo secundo, totam istam notam abolevi. quam editionem si vidisset Cl. Menagius monere me omisisset hujus rei in suis *annotationibus ad Laërtium*, integro biennio post excusis, quam tanto ante ipse observaveram. SCHEFF. Quo in honore Athenis cauponæ fuerint, ex his Isocratis verbis colligere est: οὐ καπηλείῳ φαγεῖν ἢ πιεῖν ἐδεῖς ἐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιτήδειος. *In caupona edere aut bibere nemo ne frugi quidem servus audebat*, in *Areopagit. p.* 355. Cyrillus Hierosol. *ad Catechumenum:* ἀποστρέφε ἀπὸ πᾶσαν τὴν τοῦ καπηλοδύτου τὴν κυβαιότητα. quod Joh. Grodecius vertit: *aversare omnem illam cau-*

σαντ@ ; αἰσχύνη, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς καπηλεῖον ; καὶ μὴν ὁ κύριός σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνθάδε εἴσεισι, τοὺς δημότας λέγων, [2] καὶ τοὺς κατ' ἕνα· δηλῶν, ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες [3] δοῦλοι θ πλήθους εἰσί.

nem vocabat. At ille quum renueret, Vereris, inquit, ô Demosthenes, cauponam ingredi? Atqui dominus tuus singulis diebus huc intrat, populum dicens, & de plebe singulos: declarans ita, concionatores & oratores multitudinis servos existere.

cauponum vilitatem. Fateor equidem τὸ καπηλοδύτης in *Glossis* Cyrilli reddi, *Ganeo, Tabernarius.* ubi *Tabernarius* idem quod καπηλ@, si Philoxeno credimus. hoc loco tamen prior significatio commodior videtur, qua ὁ καπηλοδύτης notat τὸ χυδαῖον *plebis sæcem* in cauponis totos dies latitantem; ganeones tenebrionesque alias dicimus. Vult itaque Cyrillus suos neophytos *aversari sordes, & fluxam dissolutamque vitam eorum, qui in cauponis latitant. Cateches.* IV. *p.* 38. KUHN.

Ηεῖσα πατὲ] *Prandium sumebat.* Erat hoc Αεῖσον primis temporibus Cibus matutinus, quo se homines parabant ad labores diurnos, & maxime milites in castris ad labores pugnæ. Athenæus *lib.* I. *cap.* 9. & 10. Τροφῶς ἐχρῶντο Ηρωες παρ' Ομήρῳ, πρῶτον μὲν τῇ καλεμένῃ ἀκροθινιαπι, ὃ λέγει Αεῖσον, *Alimentis utebantur Heroes apud Homerum, primum quidem eo, quod nos appellamus* ἀκροθίνιον, *sed quod ille dicit* ἄεισον. Et *mox:* καὶ Αεῖσον μὲν ἐστὶ τὸ ὠὸ τὴν ἓω λαμβανόμενον, δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς Αεῖσον. Αεῖσον *est, quod matutino tempore sumitur,* δεῖπνον *vero est cibus meridianus, quem nos* Αεῖσον *dicimus.* Hinc jam Suidas in Αεῖσον & Δεῖπνον dicit sumi illud περὶ ὥραν τρίτην, *circa horam tertiam,* & dici πρὸς τὸ εἰς ἀεῖσεῖαν προέρχεσθαι, *ex eo, quod hoc cibo firmati prodeant ad pugnam.* Neque sane dubito, quin proprie fuerit cibus militaris, ante pugnam sumptus, & inde dictus. Solebant enim Heroes & Milites, antequam pugnam inirent, ipso mane curare corpus cibo sumpto. Lucian. in *Parasito pag.* 374. Πρῶτον μὲ ἀεῖσοποιεσάμεν@ ἔξεισιν ἐπὶ τὴν προβάτευσιν, καθάπερ καὶ ὁ Οδυσσεὺς ἄξιοῖ, *primum quidem postquam prandium sumpserit, tum demum exit in aciem, sicuti etiam Ulysses præcipit.* Celeberrimum est Leonidæ dictum ad suos Spartanos, quum invadere vellet Persas, jubentis eos *ita prandere, tanquam apud inferos cœnaturi essent.* Sed & Alexander, teste Plutarcho *Orat* II. *de Ejus Fort.* ἠείσατο ὄρθρου καθεζόμενος, ἐδείπνει δὲ περὶς ἑσπέραν βαθεῖαν, *prandebat matutino tempore sedens, cœnabat vero sera jam vespera.* Dicebat autem, ut Idem ait Plut. in *Apophth. Regum, optimos se coquos habere,* scil. περὶς μὲν ἄεισον τὴν νυκτοπορείαν, περὶς δὲ δεῖπνον τὴν ὀλιγαρισίαν, *ad prandium iter de nocte factum, ad cœnam vero parcimoniam prandendi.* De re ipsa & tempore Αείσῳ Vide omnino Plutarchum quoque *Sympos.* VIII. 6. Isidorus *Origin.* XX. 2. etiam Latine *prandium* vocari ait, *omnem militum cibum ante pugnam.* Et hinc passim in Historiis leguntur milites *pransi paratique,* ante quam prœlium committatur. De *caupona* Vide & *supra ad* III. 14. Mox uterque codex legit, Δημοσθένην ἐκάλει. PERIZ.

2 Καὶ τὸς καθ' ἕνα δηλῶν] Distinctio suspecta. Cur enim, cum præcedit λέγων, hic addat δηλῶν, scriberem καθ' ἕνα Δηλῶν, ὃι οἱ &c. SCHEFF. Ita me quoque Judice distinguendum. KUHN.

Καὶ τὸς καθ' ἕνα δηλῶν. Οἱ &c.] Recepi distinctionem, quam Schefferus & Kuhnius maluerunt, & quæ sine dubio est vera, immo necessaria. Nempe per prius Participium exponit Auctor, quem intelligat per Κύριον, *Dominum Demosthenis:* at per Posterius reddit rationem istius locutionis & significationis, totius immo dicti vel Historiæ. Atque ideo huic capiti illud quasi epiphonema, seu tanquam fabulis Æsopicis ἐπιμύθιον, subjecit. Et solet ita Noster. Sic *cap.* 23. Διδάσκων ὡς τότων &c. *cap.* 25. Δεδιὼς μὴ &c. Et

Et maxime XIII. 30. PERIZ.

3 Δοῦλοι θ πλήθους] Et sic etiam Diogenes vocabat, τὸς δημαγωγὸς, ait Laertius, ὕλην ὄχλου Δημάδης. SCHEFF.

ΚΕΦ. κ'.

Περὶ Αεισίππου.

Πλέων [1] Αρίστιππ@, χειμῶν@ ἐπιγενομένου, πάνυ σφόδρα ἐταράττετο. Εφη δέ τις τῶν συμπλεόντων, Ω Αρίστιππε, [2] καὶ σὺ δέδοικας, ὡς οἱ πολλοί; Ο δὲ, καὶ μάλα γε εἰκότως. Υμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαίμονός ἐστι βίου ἡ σπουδὴ, καὶ ὁ νῦν κίνδυν@, ἐμοὶ δ' [3] περὶ εὐδαίμονος.

CAP. XX.

De Aristippo.

Aristippus navi vectus, oborta tempestate, supra modum perturbabatur. Quidam vero ex iis, qui simul navigabant, O Aristippe, inquit, etiam tu times, quemadmodum vulgus? At ille, & summo, ait, jure. Vobis enim de vita infelici hocce est studium & præsens periculum; mihi vero de *vita* felici.

CAP.

1 Αεισιππ@] Habes eandem historiam apud A. Gellium *lib.* XIX. *cap.* 1. Diog. Laërtium in *Aristippo.* SCHEFF. Ex Gellio Sarisburiensis *lib.* VII. *Polycrat. cap.* 3. KUHN.

2 Καὶ σὺ] Qui tamen es philosophus, atque ideo mortem timere non debes. Nam mortem contemnere, commune omnium philosophorum præceptum. Cicero *lib.* I. *Quæst. Tusc. Tota philosophorum vita, commentatio mortis est,* μελέτη θανάτ8, inquit Plato. SCHEFF.

3 Περὶ εὐδαιμονίας] Videntur hæc respicere sententiam & disciplinam Aristippi, qui bonorum finem vitæque beatitudinem in sola præsentium jucunditate ponebat. Ὑποδεξάμεν@ τὸν ἡδυπάθειαν (verba Athenæi sunt ex *lib.* XII.) ζωύτῳ τέλ@ εἶναί φησι, καὶ οὐ αὐτὴν τὴν εὐδαιμονίαν βεβαιοῦσθαι καὶ μονόχρονον αὐτῷ εἶναι. Paulo aliter Gellius & Laërtius. à quibus adductus Cl. Menagius περὶ εὐδαίμον@ malebat hic, quod mihi valde placet. vide ipsum *ad Laërt. p.* 67. SCHEFF. Ego nihil mutaverim. major enim in vulgata sublucet emphasis, quasi de ipsa *beatitudine* laboret Aristippus. Nec Cl. Menagius sic etiam *legi posse* diffitetur *p.* 67. KUHN.

Περὶ εὐδαιμονίας] Sic liquido MSti, ut adeo non videatur admittenda Menagii *ad Laërtium* conjectura, legentis εὐδαίμον@. Cæterum hæc *felicitas* & *infelicitas* vitæ collocatur ab Aristippo potissimum in animo, doctrinis bene, vel secus, exculto. Unde Laërtius & Gellius idem ejus responsum referentes, non tam *vitam* ajunt, quam *animum,* ψυχὴν, eum memorasse. Sed & opponuntur in hac re apud Laërt. ἰδιῶται & φιλόσοφοι, ut quorum animi sint ita diversi. Hoc itaque respectu indoctos tanquam infelices comparare solebat etiam *mancipiis, lapidibus, indomitis equis,* quum *domitis* assimularet doctos, & *Medicis* Philosophos, eosque etiam sine legibus recte victuros censeret. *Felicitatem* vero maximam putabat, si quis præsentibus recte & cum voluptate vel hilaritate frueretur, absentia non desideraret nec timeret, ἀεὶ θ' ὁποσπιοῦν αὖ Δαχθέμενος, *semper, quodcunque tandem obveniret, bene excipiens, administrans, dispensans;* ut ait Laërtius, vel ut Lucianus in *Vitar. Auct. pag.* 369. de Eo, ἁπάντων καταφρονῶν, ἅπασι χρώμενος, πανταχόθεν ἐφαπτόμενος τὴν ἡδονὴν, *omnia contemnens,* h. e. non desiderans, si absint, *omnibus* præsentibus *utens, undecunque voluptatem* animi *eliciens.* Vide & Nostrum *infra* XIV. 6. & *supra* VII. 3. PERIZ. Reposui ex MS. Mediceo εὐδαίμονος, ut scitè conjecerat Doctissimus Menagius in *notis ad Diogenem Laertium.*

ΚΕΦ. κα'.

Περὶ Θηραμένους.

[1] Θηραμένης ἔτυχεν ἐν οἰκίᾳ τινὶ μιᾷ τῶν τριάκοντα, εἶτα ἐπεὶ προῆλθεν αὐτῆς, παραχρῆμα ἐκείνη κατηνέχθη. [2] Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι ἄλλοι ἀλλαχόθεν αὐτῷ περιφύντες συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Ὁ δὲ πρὸς τὴν πάντων ἐλπίδα ἀπεκρίνατο· Ὦ Ζεῦ ἐς τίνα με καιρὸν φυλάττεις; Καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρέθη, [3] πιεῖν κώνειον καταναγκασθείς.

ΚΕΦ.

CAP. XXI.

De Theramene.

Theramenes in quadam fuerat domo verſatus, deinde quum prodiſſet ex ea, confeſtim illa corruit. Athenienſes igitur alii aliunde circumfuſi gratulabantur ei de ſalute mirabili. At ille præter omnium exſpectationem reſpondit: O Jupiter, in quod me tempus reſervas? Nec multo poſt à triginta *tyrannis* de medio ſublatus eſt, coactus cicutam bibere.

CAP.

1 Θηραμένης] Vide prolixe de hac re agentem Xenophontem *lib.* II. *Hiſtor.* Juſtinum *lib.* V. *cap.* 9. Plutarchum *de Conſol. ad Apollinem.* SCHEFF.

2 Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι] Omiſi illud καὶ, quod pariter repudiant MSti. Et Sluisk. quidem legit in ſuper, οἱ μὲν δὴ Ἀθηναῖοι, quod videtur genuinum. *Paulo ante* Idem habet, ὡς οἰκίᾳ ποτὲ ληϊστῶν, non οἰκίᾳ τινί. PERIZ. Mediceus quoque legit ἐν οἰκίᾳ ποτὲ ληστ.

3 Πιεῖν κώνειον] Valerius Maximus *lib.* III. *cap.* 2. Cicero I. *Tuſcul.* SCHEFF.

Πιεῖν κώνειον καταναγ[καθεὶς] Sic & Lugd. At Sluisk. π. κ. κατακελεθεὶς. h. e. *damnatus ad bibendam cicutam*, vel *bibere eam ſententia judicum juſſus.* Fuit autem hic *Theramenes* amans Reip. ſed varius ingenio & conſilio, modo Democratiæ adverſus, modo favens. Quadringentorum Oligarchiam fovit primum & adjuvit, atque ipſe inter præcipuos eorum fuit. Mox iterum ſuſtulit. Vide Thucyd. *lib.* VIII. *cap.* 68. & 89. Poſtea vero quum Athenienſes à Lyſandro Lacedæmonio debellati eſſent, ſuafit ſuis civibus, ut duriſſimas licet leges pacis acciperent, & muros dirui paterentur, eaque de cauſa lectus eſt & ipſe inter XXX. illos, qui novam darent Reip. formam, & novas leges, ſed qui mox Tyrannidem invaſerunt. Et primo quidem pulchre illi convenit cum Critia, Tyrannorum præcipuo, ſed quum ille cædibus & ſævitia graſſaretur in cives, oppoſuit ſe Theramenes, atque ita annitente Critia damnatus eſt, & in carcerem abductus, ubi conſtantiſſimo animo cicutam bibit. Vide Xenophontem *lib.* II. *de rebus Græcorum*, & Cicer. *Tuſc. quæſt.* I. 40. Ceterum quia toties mutavit partes in Rep. *Cothurnus* cognominatus fuit, ut tradit Plutarchus in *Nicia. pag.* 524. PERIZ. Cum Sluiskiano conſentit Mediceus.

ΚΕΦ. κβ'.

Τίνες περὶ τὴν ἰατρικὴν ἐσπουδάκασιν.

Λέγουσι τοὺς [1] Πυθαγορείους πάνυ σφόδρα [2] περὶ τὴν Ἰατρικὴν σπουδάσαι τέχνην. Καὶ Πλάτων δὲ φροντίδα εἰς αὐτὴν ἔσχε πλείστην, καὶ [3] Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου, καὶ [4] ἄλλοι πολλοί.

ΚΕΦ.

CAP. XXII.

Quinam in arte medendi ſtudium poſuerint.

Ferunt Pythagoreos ſummo ſtudio operam Medicæ arti navaſſe. Sed & Plato plurimum curæ in eam contulit, & Ariſtoteles Nicomachi filius, aliique multi.

CAP.

1 Πυθαγορείους] Teſtatur idem Jamblichus *de vita Pythag. cap.* 29. & nos latius olim, Deo juvante, oſtendemus in *Opere noſtro de vita & Philoſophia Pythagorica.* Adde & Corn. Celſum *ſtatim ab initio operis.* SCHEFF. Porphyrius in *vita Pythagor.* de ipſo ſectæ conditore: καὶ ὑγιαίνοντι μὲν αὐτοῖς συνδιέτριβε, κάμνουσι δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευε, καὶ τὰς ψυχὰς νοσοῦσας παρεμυθεῖτο, τὰς μὲν ἐπῳδαῖς καὶ μαγείαις, τὰς δὲ μουσικῇ. *& verſabatur quidem cum amicis bene valentibus, corpore autem ægros curabat, & animo laborantes partim incantamentis & magicis remediis, partim muſicâ.* Cyrill. *contra Julian. lib.* III. *p.* 87. confer, muſicam quod attinet, Noſtrum *infra* XIV. 23. KUHN.

2 Περὶ τὴν ἰατρικὴν σπουδάσαι τέχνην] Sic Lucian. *adv. Indoctum*, *pag.* 556. περὶ δύο παῦτα δεινῶς ἐσπούδασας. Recipiebant autem Pythagorei & colebant artis ejus maxime τὸ διαιτητικὸν εἶδος, *genus illud, quod verſatur circa vitæ & victus rationem*, ut ait Jamblichus *de Vita Pyth. cap.* 29. Nempe herbarum vires maxime indagavit Pythagoras, quum ageret apud Ægyptios & Perſas. Hinc Magicas herbas *primi in noſtro orbe celebraviſſe* dicuntur à Plinio *Nat. Hiſt.* XXIV. 17. *Pythagoras & Democritus, conſectati Magos.* Sed & *primus Pythagoras volumen de herbarum effectu compoſuiſſe*, ut & *Democritus*, XXV. 2. De hoc poſteriore etiam Petron. *Satyrico pag.* 29. *omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit, & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta conſumpſit.* Vide & quæ notavi *ſupra ad* IV. 17. & quæ hic Schefferus & Kuhnius. PERIZ.

3 Ἀριστοτέλης] Vide *ſupra lib.* V. *cap.* 9. SCHEFF.

4 Ἄλλοι πολλοί.] Maxime *Philoſophi.* Hinc Celſus *de Medicina*, *in præfat. libri* I. *Primoque medendi ſcientia Sapientiæ pars habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio, ſub iiſdem auctoribus nata ſit.* Mox: *ideoque multos ex Sapientiæ profeſſoribus peritos ejus fuiſſe accepimus.* Et ſane Plato atque Ariſtoteles paſſim etiam de Medicis & Medicina agunt, ut non immerito Auctor eos hoc etiam nomine laudet. Neque vero mirum de Philoſophis, quum eorum primi Sapientiam ex Ægypto maxime hauſerint, ubi florebat & colebatur potiſſimum Medicina. Atque ideo ad ſecundum Dynaſtiæ primæ Regem Athoſthin Menis Filium referebant Ægyptii hanc ſcientiam. Euſeb. *Chron. Gr. pag.* 14. Ἰατρικὴν ἐξήσκησεν, καὶ Ἀνατομικὰς βίβλους συνέγραψεν, *Medicinam excoluit, & Anatomicos libros conſcripſit.* Vide & Hier. Mercurialem *Var. Lect.* II. 18. PERIZ.

ΚΕΦ. κγ'.

Περὶ Ἀριστοτέλους νοσοῦντος.

Ἀριστοτέλης ἐνόσει ποτέ· προσέταξε δὲ αὐτῷ ὁ [1] ἰατρὸς πρόσταγμά τι· καὶ ἐκεῖνος, μήτε ὡς βουλάτην με (ἔφη) θεράπευε, μήτε ὡς σκαπανέα, ἀλλὰ διδάξας πρότερον τὴν αἰτίαν· οὕτως ἔξεις ἕτοιμον πρὸς τὸ πείθεσθαί· διδάσκων ἐκ τούτων, [2] μηδὲν χωρὶς αἰτίας προσφέρειν.

ΚΕΦ.

CAP. XXIII.

De Aristotele ægrotante.

Aristoteles morbo laborabat: medicus autem ei præceptum quoddam dabat: & ille, Ne, inquit, me cures ut bubulcum, neque ut fossorem, sed ita ut prius causam edisseras: sic habebis me promptum ad parendum tibi: docens per ea, ut nihil sine causa admoveret.

CAP.

1 Ἰατρὸς] Duplicem nobis medicum sistit Plato *lib.* IV. *de LL. Servi*, inquit, *etiam medicinam faciunt servis ægrotis*, διατρέχοντες καὶ οὐ πρὸς ἰατρικοὺς διαμένοντες, καὶ ἔτι πινὰ λόγον ἑκάστῳ περὶ νοσήματος ἑκάστου τῶν οἰκετῶν ἀδεὶς τῶν ποιούντων ἰατρῶν δίδωσιν, οὐδὲ ἀποδέχεται. ἀθεσπέσας δὲ αὖ τοῦτο τὸ δοξάζων ἐξ ἐμπειρίας, ὡς ἀκριβῶς εἰδώς, καθάπερ Τύραννος αὖ θαδῶς οἴχεται ἀποπηδήσας ἄνευ ἄλλου κάμνοντα οἰκέτην &c. *circumcursantes & in officinâ medicâ desidentes, nec rationem singulorum morborum, quibus singuli servorum laborant, ullus istorum medicorum reddit, aut admittit, sed imperans ægro, quod visum est pro experientiâ, ac si probe sciat, instar Tyranni contumaciter resilit, pergitque ad alium ægrotantem servum.* Est vero & liberæ conditionis medicus, ὃς τὰ νοσήματα τῶν ἐλευθέρων ἀπ' ἀρχῆς καὶ κατὰ φύσιν τοῦ κάμνοντος, κοινωνούμενος αὐτοῦ τε καὶ τοῖς φίλοις, ἅμα μὲν αὐτὸς μανθάνει ἃ πάσχει τῶν νοσούντων· ἅμα δὲ καθάσσον οἷός τέ ἐστιν διδάσκει τὸν ἀσθενοῦντα αὐτὸν, καὶ ὃ πρότερον ἐπέταξε, πρὶν αὖ πη συμβαίνῃ &c. *qui liberorum morbos examinans à prima origine & secundum naturam ægrotantis, ipsumque & amicos in consilium adhibet, & partim ipse aliquid ab ægrotantibus discit, partim, quantum potest, instruit ægrum, nec quicquam imperat, priusquam suadelâ ægrotum in suas partes adduxerit.* hoc, non illo modo medicinam sibi Aristoteles fieri voluit. Stoicum est illud Zenonis, qui ægrotus obtemperare noluit medico pullum columbinum edere jubenti, dicens, ὡς Μάνλῳ μὲ θεράπευε, *ad instar Manis* (i. e. servi) *me cura.* Stobæus *Serm.* XXXIX. KUHN.

2 Μηδὲν χωρὶς αἰτίας προσφέρειν] Sic sane Lugd. At Sluisk. προφέρειν Et ita videtur voluisse Vultejus. Certe vertit, *nihil sine causa temereque proferendum esse.* Προσφέρειν enim in hoc loco notaret *dare* vel *admovere medicamenta alicui.* Dicitur quidem etiam λόγος προσφέρειν, sed cum Dativo plerumque expresso, eoque sensu, ut notet *suadere quid alicui, desiderare quid ab aliquo, verba facere ad aliquem de aliqua re. Infra* X. 2. καὶ περὶ γάμου λόγους προσήνεγκεν, scil. Εὐβώτᾳ, *de nuptiis secum faciendis verba fecit ad Eubatam.* Quum vero hic ita absolute ponatur, vix dubito, quin verior sit lectio Codicis Sluisk. Sic *supra* VIII. 12. καὶ ταύτην ἀπολογίαν προσφέρεται. PERIZ.

ΚΕΦ. κδ'.

Περὶ Σμινδυρίδου τρυφῆς.

[1] Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης [2] ἐς τοσοῦτον τρυφῆς ἐξώκειλε· (καὶ γάρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν, καὶ τῷ βίῳ διαῤῥεῖν· ὁ δὲ Σμιν-

CAP. XXIV.

De Smindyridæ luxu.

Smindyrides Sybarita eo usque in luxuriam prolapsus est; (Etenim omnibus Sybaritis quotidianum erat opus deliciis vacare, vitaque dif-

1 Σμινδυρίδης] Eandem historiam refert Seneca *lib.* II. *de Ira cap.* 25. ubi tamen *Mindyrides* appellatur. Et sic eum vocat etiam Diodorus in *excerptis lib.* VI. Puto tamen rectius esse alterum, ut quod præter alios retineat antiquissimus Herodotus, & Aristoteles 1. *Eudem. cap.* 4. SCHEFF. Confer Suidam in Συβαρίτικῶς ex Athenæo. KUHN.

Σμινδυρίδης] Celeberrimus fuit hic homo luxu illo immodico, quem ostentavit maxime, quando profectus est Sicyonem, ut Clisthenis Tyranni Filiam in matrimonium sibi peteret. Vide Diodorum Siculum in *Excerptis*, & Athenæum VI. 21. & XII. 11. Adde Suidam in Συβαριτικῶς, qui tamen non ex Athenæo, ut ait Kuhnius, sed ex Diodoro ad verbum sua exscripsit. Unde etiam certissima emendandus est crisi, ἀναχθῆναι λέγεται ἐκ Συβάρεως νηΐ, πεντήκοντα τοὺς ἐρέτας ἔχων ἰδίους οἰκέτας, τοὺς μὲν ἁλιεῖς, τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας, *Vectus dicitur ex Sybari navi, quinquaginta habens remiges, suos ipsius servos, partim piscatores, partim aucupes.* At exiguus nimis est numerus, *quinquaginta:* cum Athenæus illi *mille* tribuat servos. Lege ex Diodoro, νηΐ πεντηκοντόρῳ, τοὺς ἐρέτας ἔχων &c. h. e. *navi quinquaginta remorum.* Athenæus etiam XII. 3. Sybaritam quendam fuisse ait, qui quum vidisset fodientes in agro, dixerit, ruptum sibi isthoc aspectu aliquid in intestinis. Hunc ipsum vero *Smindyriden* fuisse discimus ex Seneca *de Ira*, II. 25. Ætas Hominis cognoscitur ex eo, quod fuit Clisthenis Sicyoniorum Tyranni æqualis, qui vixit & floruit paulo ante Cyrum. Unde liquet opulentiam fuisse maximam in illis extremæ Italiæ Urbibus jam temporibus antiquissimis. Dicitur autem promiscue *Smindyrides* & *Mindyrides*, ut μικρὸς & σμικρὸς, σμίλαξ & μίλαξ. PERIZ.

2 Ες τοσοῦτον] Locus mihi mutilus videtur. Consule Indicem in τοσοῦτον. SCHEFF. Quid huic loco desit, non excogito. KUHN.

Ες τοσοῦτον τρυφῆς] Locum hunc mutilum putavit Schefferus, haud dubie, quia post τοσοῦτον solet sequi, ὡς, quod hic non apparet. Et sane de eodem *Smindyride*, *infra* XII. 24. Σμινδυρίδην λέγουσιν ἐπὶ τοσοῦτον τρυφῆς ἐξοκεῖλαι, ὡς εἰς Σικυῶνα ἀφικέσθαι &c. Sed tamen nihil sensui deest, modo sequentia parenthesi includantur, quod à me factum. Τοσοῦτον enim respicit factum & dictum Hominis, quod sequitur. Quasi diceretur, *eo usque in luxuriam ruit, ut quum incubuisset foliis rosarum* &c. *dixerit.* Sic plane V. 17. Οὐ τοσοῦτον ὦ Ἀθηναῖοι δεισιδαιμονίας· εἴ τις περιίδιον ἐξέκοψεν ἐξ Ἥρας, ἀπέκτεινεν αὐτόν. PERIZ.

3 Φλυκτιῶνας οὐκ ἂν ἐνῆς ἔχειν] Lugd. ἔχων, quod probarem, nisi nectendum foret per constructionem alteri Participio. Cæterum querebatur Smindyrides, φλυκτιῶνας οὐκ ἂν ἐνῆς accepisse, quia ut ait Seneca *d. l. foliis rosæ Duplicatis incubuisset.* Erant autem φλύκτιαι tumores, qui in corpore oriuntur ex contusione, aut nimia agitatione, vel labore. Suidas exponit *de tumoribus, qui oriuntur in manibus ex remigando.* Descripsit ista ex Aristophanis Schol. *ad Ranas.* Idem Arist. in *Vespis* inducit querentes *pag.* 511. de eo, quod etiam stipendium accipiant, neque *remum* manibus suis capiant, neque *hastam, neque* φλύκταιναν, oriri scil. solitam in manibus ex

Σμινδυρίδης καὶ πλέον) φύλλοις ῥόδων γοῦν ἐπαναπεσὼν, καὶ κοιμηθεὶς ἐφ' αὐτῶν, ἐξανέστη, λέγων 3 φλυκταίνας ἐκ τῆς εὐνῆς ἔχειν. 4 Σχολὴ γ' ἂν οὕτω ἐπὶ 5 χαμεύνης κατεκλίθη, ἢ τριβάδος, ἢ πόας ἐν προσάντει πεφυκυίας, ἢ ταύρου δορᾶς, 6 ὡς ὁ Διομήδης, πρεπούσης 7 στρατιώτῃ σκληρῷ καὶ γενναίῳ·

diffluere: Smindyrides vero etiam magis *diffluebat*) in roſarum foliis quum recubuiſſet, ſomnumque in iis cepiſſet, ſurrexit, dicens, Se tumores ex lecti *duritie* habere. Nullo ſane modo vel humi ille, vel in culcita, vel in gramine ad clivum nato procumberet, vel in pelle tauri, ut Diomedes, quæ decet militem ſtrenuum & gnavum:

8 Ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγελαίου.

Subſtratam pellem bovis ille agreſtis habebat.

ΚΕΦ. CAP.

remo vel haſta acrius agitatis. PERIZ.

4 Σχολῇ γ' ἄν] Lege σχολῇ γέ, FABER. Malim σχολῇ γ' ἄν, quod Græcis idem eſt ac ἐδ' ὅλως, *nedum*, *minime*. KUHN.

Σχολῇ γ' ἂν οὕτω &c.] Egregium ſe hic præſtitit in conjectando Doctiſſ. Kuhnius. Nam quod ille voluit γ' ἄν, diſerte id exhibet Sluisk. Neque vero ullum hic locum habet γέ. At σχολῇ γ' ἄν uſitatum eſt, oportuniſſimo hic ſenſu. Suidas, σχολῇ γ' ἄν, ἀντὶ τοῦ, Οὐδ' ὅλως, βραδέως, ἐδαμῶς. Σοφοκλῆς, ἐπεὶ σχολῇ γ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐσειλάμην, h. e. σχολῇ γ' ἂν *pro*, *plane non*, *difficulter*, *nequaquam*. *Sophocles*, *quoniam nequaquam ad ædes meas eſſem profectus*. Dionyſ. Halic. ὡδὶ συνθεσ. Ονομ. *pag.* II. τὸ δ' ἧττον εἰ μὴ τὸ κοινὸν πλεῖστον ἔξει μέρος, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τινός, *Decorum ſi non obtineat plurimam partem pulchri, neutiquam obtinebit alterius cuiuſquam partem*. Sed tamen Maximus Tyr. identidem addit γάρ. Sic *Diſſ.* VII. τὸ δ' ὅτι Βαρβάρων τὸ χρὴ λέγειν; σχολῇ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι τὸ Ομήρου μάθοιεν. Et *Diſſ.* XI. Ο ἔρως ἄλλο τι ἔρως ἢ κάλλους ἐστὶν; ἐδαμῶς. Σχολῇ γὰρ ἂν εἴη ἔρως, εἰ μὴ κάλλους εἴη. Et *dein*, Ο τοίνυν κάλλους ἐρᾷν, ἆρα ἐκ ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ; καὶ μάλα· σχολῇ γὰρ ἂν εἴη τι ἄλλο ὁ ἔρως, εἰ μὴ ὄρεξίς ἐστι. Sed in his γάρ propriam & uſitatam habet ſignificationem, ac rationem reddit ejus, quod præcedit. PERIZ.

5 Χαμεύνης] Humilem pauperum lectulum notat χαμεύνη. Apulejus *lib.* I. *Metamorph.* *grabatulus*, inquit, *breviculus & uno pede mutilus & putris*. quibus verbis χαμεύνιον deſcribit. KUHN.

Χαμεύνης] Accipe non de humili pauperum lectulo aut grabatulo, ut volunt, ſed de ſtragula vel ſtramine humi ſtrato. Sic Homero *Iliad.* Π. 235. Χαμαιεῦναι ſunt, ut exp. Scholiaſtes, οἱ ἐπὶ τῆ ἐδάφους κοιμώμενοι, *qui in ſolo cubant & dormiunt*. Et in *Odyſſ.* Ξ. 15. Sues χαμαιευνάδες ait, Ubi vide Exſtath. Sed & ita Maximus Tyrius Jovis & Junonis concubitum in monte Ida apud Homerum *Iliad.* Ξ. vocat τὴν χαμεύνην ἔρωτα *Diſſert.* VIII. PERIZ.

6 Ὡς ὁ Διομήδης] Apud Homerum *Iliad.* Κ. ubi à Neſtore excitatur è ſomno. Adde etiam *Iliad.* Α. & *Odyſſ.* Α. & Υ. SCHEFF.

7 Στρατιώτῃ] De militibus Alexandri Curtius *lib.* III. *cap.* 3. *Fatigatis humus cubile eſt*. De Annibale Livius *lib.* XXI. *cap.* 4. *multi ſæpe militari ſagulo opertum humi jacentem inter cuſtodias ſtationeſque militum conſpexerunt*. Marcellinus *lib.* XXII. *Non ſaxum erat, ut ante hac armato cubile, ſed pluma & flexiles lecti*. Et hinc Lacones, quorum omnia inſtituta, teſte Ariſtotele, ad militiam pertinebant, voluerunt *pueros ſuos nihil ſomni cauſſa ſubſternere*, ut ait Juſtinus *lib.* III. *cap.* 3. SCHEFF.

8 Ὑπὸ δ' ἔστρωτο] Ex Homeri *Iliad.* Κ. 155. ubi de Diomede dormiente hæc verba dicuntur. PERIZ. Alia præter hoc Homericum exempla adfert Iſ. Caſaubonus *ad Strab. lib.* VI. *pag.* 234.

ΚΕΦ. κέ.

Πῶς ὁ Πεισίστρατος τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ἐχρῆτο.

Πεισίστρατος ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μετεπέμπετο τοὺς 1 ἐν ταῖς ἀγοραῖς 2 ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο, τί δήποτε εἴη

CAP. XXV.

Quomodo ſe Piſiſtratus erga ſuos cives geſſerit.

Piſiſtratus quum ſummæ poteſtatis compos eſſet factus, arceſſebat ad ſe eos, qui in foro otiabantur: & interrogabat *unumquemque*, quænam

1 Ἐν ταῖς ἀγοραῖς] Sic ſolebant otioſi, præſertim illi, qui exſpectabant conducentem operas ſuas. Plautus in *Pſeudolo*:

Sed cur ſedebas in foro, ſi eras coquus &c.

adde Matthæum *cap.* XX. SCHEFF. Græcis hæc ignava pecora dicuntur ἀγοραῖς θρεπτέλμασι, Latinis, *ſubroſtrani*, *ſubbaſilicani*. vide Plautum in *Curcul. Act.* IV. KUHN.

2 Ἀποσχολάζοντας] Lucem hoc caput affert Plutarcho, qui *lib. de ſera Numinis vindicta*, Piſiſtratum cives ſuos ex otioſis, garrulis & riſum captantibus, ſtrenuos & induſtrios feciſſe ſcribit. SCHEFF. Idem in *vita Solonis* tradit ex Theophraſto, non *Solonem* tuliſſe legem contra ignaviam (τὸν δ' ἀργίας νόμον), ſed *Piſiſtratum*, ᾧ τὴν χώραν ἐνεργεστέραν καὶ τὴν πόλιν ἡρεμαιοτέραν ἐπίησεν, *qua agros culliores*, & *urbem tranquilliorem reddidit*. Suidas in σφακελισμός. Πεισίστρατος ὁ τύραννος τὴν δεκάτην τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Αθηναίους. &c. *Piſiſtratus Tyrannus decimas fructuum terra naſcentium exigebat ab Athenienſibus*, & *aliquando ſenem videns in lapidoſi & ſterilis ſoli cultura deſudantem: quem ex agro fructum perciperet, interrogavit. ille vero, dolores* inquit, & *medullæ tabem*, & de his *tamen decimas ſibi capit Piſiſtratus. Hac libera ſenecionis voce delectatus Tyrannus, decimarum ei gratiam deinceps fecit; unde apud Athenienſes proverbium.* καὶ σφάκελοι πείθει ἀτέλειαν. Ex his ſatis patet, quibus conditionibus Piſiſtratus civibus ſuis boves & ſemina dederit, ut ſcilicet decimas ferret ab agricolis. Et ſimul operibus ruſticis diſtricti & in diverſa ſparſi, minus virium & otii haberent ad res novandas. Dio Pruſæus. Πεισιστράτῳ ἀποστατοῦντι, καὶ ἀφικομένῳ εἰς μὲν τὴν πόλιν οὐ κατῆκουεν ὁ δῆμος, οὐ δὲ τὴν χώραν ἀμφισβητοῦντες γεωργοὶ ἐγίνοντο, καὶ τὸν Αττικὸν, ἀστικώτερον ψιλὸν καὶ ἀδένδρον ὄντα, ἐλαίας κατεφύτευσαν. *Piſiſtrato jubente & imperante populus in urbem non venit, ſed ruri agros colebat, & Atticam, ante nudam & ſine arbore, oleis conſitam fecit, eodem jubente*. KUHN.

3 Τοῦ ἀλύειν αὐτὸς] Interpres τὸ ἀλύειν reddit, *mœſto vultu oberrare*. Audiamus potius Galenum, qui I. *hypomnem. in Hippocr.* περὶ ἐπιδημίων, verbum ita explicat. ἀλύειν λέγουσιν οἰκείως τοὺς ὑγιαινόντων, ὅσιοις ἀεὶ βίος παρῇσι δυχεραίνοντες ἄλλοτε εἰς ἄλλα μεθβαίνουσι πράγματα τε καὶ πράξεις, *eos bene valentes dicunt ἀλύειν, qui ſemper faſtidiunt præſentia, & ad alias atque alias res & actiones tranſeunt*. Plutarchus in *quomodo juveni Poëtæ legendi*, ἀλύειν apud Poëtas ἀντὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι, pro *valde dolere*, & *neſcire quid agendum*, uſurpari annotat. Quapropter Noſtrum ita vellem reddere: *quid vos fecit à labore omiſſiores*? IDEM.

Τοῦ ἀλύειν αὐτὸς] Uterque Meus & Regii omnes αὐτ, quod videtur ſane ab Auctoris manu profectum. Nam ſequuntur omnia in eodem Numero. Atque ita Regii quoque omnes, niſi quod Unus ille Strategi recentiori manui vulgatam debeat. Ἀλύειν autem notat animum habere per varias rerum imagines tacita meditatione oberrantem, quod accidit

εἴη τὸ αἴτιον [3] ᾧ ἀλύειν αὐτόν· καὶ ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ἄπιθι, καὶ ἐργάζου· εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω· [4] δεδιὼς, μὴ ἡ σχολὴ τούτων [5] ἐπιβουλὴν τέκῃ.

ΚΕΦ.

nam causa esset, quod ita otiosus oberraret: & addebat, si tibi bos par mortuum est, a me accipiens *alios* abi, & cole terram: sin eges semine, de meo dentur tibi: veritus, ne horum otium insidias pareret.

CAP.

cidit in tristitia, tædio, vel etiam in stolida arrogantia. Hinc ergo oritur, quod tam diversis modis exponatur ea Vox ab ipsis Græcis, modo angi & animo concidere, modo gaudere, modo otiosum agere. Sic *infra* XIV. 12. Rex Persarum in itinere dicitur tabellam habere, eamque cultello radere, ἵνα μὴ ἀλύῃ, *ne ex otio & tædio itineris incidat in ejusmodi tacitam meditationem.* Deinde vero notat etiam ἀμηχανεῖν, ἀπορεῖν καὶ ἀμηχανίαν, *incertum esse consilii*, & modo hoc velle, modo illud. Derivatur enim ab ἄλη, *erratio*, unde & ἀλάομαι, *erro, vagor, incertus sum quid agam.* Pausanias ἀλύειν exposuit οὐκ ἄλη καὶ παρέσει τὴν ψυχὴν ἔχειν, *animum in errore* incertitudinis & *remissione habere.* Vide Eustath. *ad Odyss.* 1. *pag.* 365. ubi & ipse ait esse hoc vocabulum μέσον, *mediæ* significationis, quæ in bonum & malum verti potest, uti συμφορὰ, τύχη, quod verum est. Noster etiam in *Hist. Anim.* de tristitia ex conjugis vel liberorum morte concepta adhibet I. 15. ὅταν δὲ ἀφανισθῇ, ἀλύουσιν αἵδε, φεύγει δὲ αὐτὰς, καὶ ἐξάγει ἡ ἀθυμία, *quando vero* periit *masculus, mœrent feminæ, easque tristitia suis ex sedibus producit.* & III. 21. ὁ δὲ Λέων, οἷα ἀδημονῶν καὶ ἀλύων ὑπὸ τῆς ἄγχης, *Leo vero, quasi inops consilii, & meditabundus ex dolore,* ob occisos àb Ursa catulos. Hinc Schol. *Homeri Iliad.* Ε. *v.* 352. ἀλύουσα exp. ἀδημονοῦσα, καὶ οἷον λύσιν μὴ ἐυρίσκουσα τῶν κακῶν, ubi tamen male à verbo λύειν videtur derivare τὸ ἀλύειν, quod alterius esse originis ostendimus. PERIZ. De verbo ἀλύειν egit Parens meus *ad Gellium lib.* XVI. *Noct. Attic. cap.* 12.

4 Δεδιὼς μὴ ἡ σχολὴ] Justinus *lib.* XX. *cap.* 1. de Dionysio Siciliæ tyranno: *Grave otium regno suo ratus, copias in Italiam trajecit.* Et *lib.* XXXV. *cap.* 1. Demetrius occupato Syriæ regno, *Novitati suæ otium periculosum ratus, ampliare fines regni & opes augere finitimorum bellis* statuit. Ex hoc fundamento Cæsari Sallustius suadet *Orat.* 1. *de Rep. provideat, uti plebes habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur.* SCHEFF.

Δεδιὼς &c.] Duo spectabat Pisistratus, primum, ne ex ipso otio in seditiones, ut fere fit, & tumultus delaberentur, & libertatem reciperare studerent; nam *otium est soror libertatis*, ut dicere solebat Socrates, *infra* X. 14. ubi vide Notas. Deinde, ne conjuncti pariter in foro & urbe suas vires & multitudinem circumspicerent, & ita quoque promptiores evaderent ad vim sibi faciendam. Voluit ergo eorum animum laboribus occupari, & corpora spargi per agros. Vide de hoc Pisistrati instituto Meursium in *Pisistrato cap.* 7. & de Lege inertiam vetante quæ notavi *supra ad* IV. 1. Gelo quoque, Syracusarum Tyrannus, sæpe Syracusanos in agrum & φυτείαν eduxit, quasi in expeditionem, ὅπως ἥπτε χώρα βελτίων γένηται γεωργουμένη, καὶ μὴ χείρονες αὐτοὶ σχολάζοντες, *ut tum Regio melior evaderet cultura, tum ipsi non evaderent deteriores per otium.* Vide Plutarch. in *Apophth. Regum.* Pisistrati facto simile magis est, quod Nicolaus Damasc. refert in *Excerptis Valesii, p.* 450. de Periandro Corinthiorum Tyranno. Ἐκώλυέ τε τοὺς πολίτας σχολὴν ἄγειν, ἀεί τινα αὐτοῖς ἔργα ἐξευρίσκων. εἰ δέ τις ἐπὶ τὴν ἀγορᾶς καθίζοιτο, ἐζημία, δεδιὼς, μήτι βουλεύοιντο κατ' αὐτοῦ, *prohibebat etiam Cives otium agere, semper aliquod ipsis opus excogitans; si vero quispiam in foro sederet, mulctabat ipsum, veritus, ne consilia contra se inirent.* PERIZ.

5 Ἐπιβουλὴν] Quia *otium natum serendis rumoribus*, ut ait Curtius *lib.* IX. *cap.* 1. rumores autem & colloquia suspecta malo Principi. Hinc Tacitus *Annal.* XV. *sub Nerone fortuitum quoque sermonem, subitos occursus, pro crimine accepta* scribit, Senecamque Pisoni dixisse, *sermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere.* SCHEFF.

ΚΕΦ. κϛ'.

Περὶ Ζήνωνος καὶ Ἀντιγόνου.

[1] Ζήνωνα τὸν Κιτιέα δι' αἰδοῦς ἄγαν καὶ σωφροσύνης ἦγεν [2] Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς. Καί ποτε οὖν ὑπερπλησθεὶς οἴνου [3] ἐπεκώμασεν αὐτῷ Ζήνωνι, καὶ φιλῶν αὐτὸν καὶ ἀσπαζόμενος, ἅτε ἔξοινος ὤν, [4] ἠξίου τι αὐτὸν προστάξαι, ὁμοῦ, καὶ νεανιευόμενος σὺν ὄχλῳ, μὴ ἀτυχήσειν αἰτήσας. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· πορευθεὶς ἔμεσον· σεμνῶς ἅμα, καὶ μεγαλοφρόνως, τὴν μέθην ἐλέγξας, καὶ φεισάμενος αὐτοῦ, μήποτε ῥαγῇ ὑπὸ πλησμονῆς.

ΚΕΦ.

CAP. XXVI.

De Zenone & Antigono.

Zenonem Cittiensem in summa reverentia & amore habebat rex Antigonus. Atque ita aliquando, supra modum vino impletus, ad ipsum Zenonem comessabundus venit, eumque exosculatus atque amplexus, utpote temulentus, rogavit, ut *sibi* ille quid imperaret, jurans & juveniliter repetens cum jurejurando, non laturum repulsam, si quid postularet. Ille vero dixit ei: Abi & evome: graviter simul & magno animo, temulentiam ejus redarguens, & cavens illi, ne nimia saturitate dirumperetur.

CAP.

1 Ζήνωνα τὸν Κιτιέα] Lugd. Κιλίκα. Et sane dicebatur Citium, oppidulum Cypri insulæ, unde ortus fuit hic Philosophus. Mox abest ab eodem codice illud ἄγαν, sed forte per incuriam librarii. PERIZ.

2 Ἀντίγονος] Testatur pluribus Diogenes Laërtius in *vita ejus*, ubi vide Cl. Menagium, qui *Antigonum Gonatam* vocat. SCHEFF.

Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς] Vere is *Gonatas* fuit Antigonus, ut eum vocat Menagius *ad Laërtium.* Nec dubitare de eo debuit Schefferus, qui certe erravit, quando in Indice Latino hunc *Antigonum* Zenonis amicum & auditorem putat fuisse Antigonum Primum, Gonatæ Avum. Vide me *supra ad* II. 20. III. 17. & VIII. 14. PERIZ.

3 Ἐπεκώμασεν αὐτῷ] Interpres, *obviam Zenoni fieret.* ἐπικωμάζειν ἵνι est convivio soluto cum coronis, tibiis & facibus comessabundum & probe madidum ad amici domum ventitare. Exemplo poterit esse *Alcibiades* in *Symposio* Platonis, ubi κωμαστὴν vide sis. Gesnerus non male τὸ ἐπεκώμασεν αὐτῷ Ζήνωνι, vertit, *ad Zenonem ebrius accederet.* KUHN.

Ἐπεκώμασεν αὐτῷ Ζήνωνι] Male vertebatur, *obviam Zenoni fieret.* Immo vero sensus est, *comessabundus venit ad Zenonem.* Liquet id ex Diogene Laërt. in *Zenone n.* 13. ὧ τε συνεμεθύσθη, ὡς πολλάκις Ἀντίγονον τὸν Βασιλέα ἐπικωμάσαι αὐτῷ, καὶ σὺν Ἀελτοκλέα ἅμα αὐτῷ ἐλθεῖν ἐπὶ κῶμον. *Facile autem persuaderi illi poterat, ut cum aliis iret, ita ut sæpe Antigonus Rex ad eum comessabundus venerit, & cum eo ad Aristoclem se contulerit in comessationem.* Sic enim & ille locus vertendus est, qui itidem male vertebatur, & prius, *ut sæpe Antigonus Rex vinolentus ei obviam fieret*, & in Nuperis Edd. *ut sæpe apud eum Antigonus Rex cœnaret.* Vide & Athenæum *lib.* XIII. *pag.* 603. PERIZ.

4 Ἠξίου τι αὐτὸν] Lege, ἠξίου ἢ αὐτῷ προστάξαι, id est, τί ἂν αὐτῷ προστάξαιμι. FABER. Αὐτὸν refertur ad ἠξίου, nec ἢ sumitur interrogativè. ideoque vulgatum satis sanum. KUHN.

ΚΕΦ. κζ'.

Αφέλεια τρόπου.

Ἀνδρὶ Λακωνικῷ μὲν, χωλτικῷ δὲ, ἐπέπληξέ τις πενθοῦντι πάνυ σφόδρα ἐκθύμως. Ὁ δὲ ἁπλάστως ἀπεκρίνατο· τί πάθω, φησίν; οὐ γὰρ ἐγὼ αἴτιος τούτου, [1] ἀ φύσις δέ μου ῥεῖ.

CAP. XXVII.

Ingenuitas morum & ingenii.

Objurgavit quispiam virum Laconicum illum quidem, sed rusticum, prorsus impotenter lamentantem. At ille simpliciter respondit; Quid, inquit, faciam? Non enim ego ejus rei causa sum, sed natura mea fluit.

1 Α φύσις δέ μου ῥεῖ] Philemon Comicus:

——— ——— ——— ἡ λύπη ἔχει
Ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν τὸ δάκρυον.
——— ——— ——— *tristitia habet*
Lachrymas, ut arbor ista fructum.

huc pertinet illud Capitolini de *Marco Philosopho. fertur, quod cum mortuum educatorem suum fleret, vocareturque ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis, ipse* (Antoninus Pius) *dixerat, permittite illi, ut homo sit: neque enim vel philosophia vel imperium tollit affectus.* Quapropter Philosophus ille, qui uxorem amiserat, exclamavit: ὦ φιλοσοφία, Τύραννικά σε τὰ ἐπιτάγματα· λίγεις, φίλει, καὶ ἀποβάλῃ ἃς, λίγεις, μὴ λυπᾶ. *O Philosophia jussa tua sunt tyrannidis plena: ama! inquis, at si quis amiserit, quod amat, iterum ais, ne doleas!* Stobæus *Serm.* CCXXXIX. *Licet naturæ obsequi, gravitate servata, inquit* Seneca *epist.* 99. ubi ait, quæ lachrymæ sapienti debeant cadere. Hoc ipsum indigitare voluit Æsopus, dum Prometheum lutum illud, ex quo hominem finxit, non aquâ, sed lachrymis temperasse ait. vide Themist. apud Stobæum *Serm.* I. *p. m.* 23. KUHN.

Α φύσις] Lugd. ἡ φύσις. Sed Sluisk. suffragatur Vulgatæ lectioni. Et recte. Doricum enim hoc est, qua utebantur Dialecto Lacones, ut notum est. PERIZ.

ΚΕΦ. κη'.

Περὶ Διογένους.

Ἐπήνει Σπαρτιάτης τὸ ἔπος Ἡσιόδου, τὸ λέγον·

[1] Οὐδ' ἀν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη·

ἀκούοντος Διογένους. Ὁ δὲ εἶπε, καὶ μὴν [2] Μεσσήνιοι, καὶ οἱ βόες αὐτῶν, ἀπολώλασι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐστε οἱ γείτονες.

CAP. XXVIII.

De Diogene.

Spartanus quidam hoc Hesiodi carmen laudabat, quod dicit:

Non vel bos pereat, nisi vicinus malus adsit:

idque audiente Diogene. Ille vero, Atqui (inquit) Messenii, & boves eorum, perierunt, & vos illorum estis vicini.

1 Οὐδ' ἀν βοῦς &c.] Versus est 348. Ἔργων Hesiodi, quem citavit etiam Heraclides *de Politiis*, agens de Cumæis. PERIZ.

2 Μεσσήνιοι κ) οἱ βόες αὐτῶν] Alludit ad crudelitatem Spartanorum in Messenios, de qua vide quæ notavimus *lib.* VI. *cap.* I. SCHEFF. Hesiodum vide *lib.* I. *Oper. & Dier.* Apud *Cumæos* vicini pecunias conferebant ad furta compensanda, ut omnes ad tuendas servandasque vicini opes mutuas sibi traderent operas. Heraclides, ἔθος ἦν αὐτοῖς (Κυμαίοις) εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας· διὸ καὶ ὀλίγα ἀπώλλυν· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν. κ) Ἡσίοδος συντεῦθεν δοκεῖ λέγειν· οὐκ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. Quantum vero pretii bona vel mala vicinia prædiis vendendis afferat aut detrahat, liquidum est ex his verbis ultimis *L.* 35. *D. de contrahendâ emptione. Si quis in vendendo prædio confinem celaverit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem.* ubi videantur *notata* Gothofredo. KUHN.

Μεσσήνιοι] MSS. Μεσήνιοι. Victi autem illi, & oppressi, & durissime habiti, atque ejecti è Peloponneso sunt à Lacedæmoniis. Vide *supra* VI. I. Res notissima est vel ex Justino. PERIZ.

ΚΕΦ. κθ'.

Ὅτι Σωκράτης ἀδὴς ἦν, καὶ δώρων κατεφρόνει.

Τῆς νυκτὸς ἤδη προηκούσης, ἐπάνεισί ποτε ἀπὸ δείπνου Σωκράτης. Νεανίσκοι γοῦν ἀκόλαστοι προμαθόντες [1] ἐνελόχησαν ἐπανιόντα, [2] δᾷδας ἔχοντες ἡμμένας, καὶ Ἐριννύων πρόσωπα. Ἔθος ἦν αὐτοῖς, καὶ ἄλλοις προσπαίζειν διὰ τὴν σχολὴν, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω· οὓς ἰδὼν ὁ Σωκράτης [3] οὐ διεταράχθη, ἀλλ' ἐπιστὰς [4] ἠρώτα, οἷα καὶ τοὺς ἄλλους ἢ ἐν Λυκείῳ, ἢ ἐν Ἀκαδημίᾳ.

CAP. XXIX.

Quod Socrates timorem abjecerit, & dona vilipenderit.

Socrates aliquando, nocte jam provecta, revertebatur à cœna. Adolescentes igitur nequam, quum id cognovissent, redeuntem ex insidiis sunt aggressi, cum accensis facibus & Furiarum larvis. Moris autem erat eis, etiam alios ludificari, quia otio abundabant ad res pravas: Socrates vero eos videns nihil perturbatus est, sed adstitit, & interrogavit, quæ alios in Lyceo vel Academia *solebat*.

Alci-

1 Ἐνελόχησαν] Sic I. I. ἐλοχῶσιν οἱ πολύποδες τὰς ἰχθῦς. Sed Lugd. habet ἐλελόχεισαν, Plusquam perfectum Atticum, à λέχω *colloco, cubo*, κοιμῶμαι, à qua Verbi significatione λέχος, ἄλοχος, & λοχεύειν derivat, & recte, Eustath. *ad Hom. Odyss. pag. m.* 145. Nihil tamen hic mutaverim. PERIZ.

2 Δᾷδας ἔχοντες &c.] Solennia hæc sunt arma Furiarum. Atque ideo & Fidenates dicuntur *Facibus armati ad terrorem movendum Furiali more processisse* in aciem apud Flor. I. 12. Qui auctor etiam *Furiales faces* dicit

5 Οτι ἐφιλοτιμήσατο Αλκιβιάδης δῶρα πολλὰ πέμψαι Σωκράτει. Τῆς οὖν Ξανθίππης καταπλαγείσης τὰ πεμφθέντα, καὶ ἀξιούσης λαβεῖν αὐτὰ, ὅδε ἔφη· Αλλὰ καὶ ἡμεῖς τῇ φιλοτιμίᾳ τῇ 6 Αλκιβιάδου ἀνταξώμεθα, 6 μὴ λαβεῖν τὰ πεμφθέντα 7 φιλοτιμησάμενοι. Εἰ δέ τις ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι μέγα ἐστὶν, ὧν ἐπιθυμεῖ τις, τούτων τυχεῖν· ὅδε, Αλλὰ 8 μεῖζόν ἐστι τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν τὴν ἀρχήν.

Alcibiades complura Socrati munera dono mittere enixe ſtudebat. Quum ergo Xanthippe admiraretur vehementer ea, quæ miſſa erant, & cuperet ea accipere, Socrates dixit: Quin & nos certemus cum liberalitate illâ Alcibiadis, quæ miſſa ſunt, non accipere viciſſim contendentes. Quum vero quis illi diceret, magnum eſt, compotem eorum fieri, quæ quis cuperet: *reſpondit* Ille, Sed majus eſt, ne cupere quidem *quicquam* omnino.

ΚΕΦ. CAP.

III. 12. Furiæ autem Græcis ſunt *Erinnyes*, de quibus vide Tzetzen *ad Lycophr. Caſſandram v.* 406. & 1137. Fingebantur porro earum πρόσωπα tam terribilia, ut quum Æſchylus Furiarum chorum induxiſſet in ſcenam, feminæ abortum fecerint, ut refert Vitæ illius Auctor. Scilicet crinibus earum Angues inſeruerat, idque primus fecit teſte Pauſania in *Atticis cap.* 28. PERIZ.

3 Ου διεπερᾴχθη] Seneca *lib. de Conſtant. Sapientis cap.* 5. *Sapiens adverſus apparatus terribilium rectos oculos tenet, nihil ex vultu mutat, ſive illi dura, ſive ſecunda oſtentantur.* Et talis Socrates, ut ex *antecedenti cap.* 7. intelligas. SCHEFF.

4 Ηρώτησεν] Repoſui ἠρώτα, quia Uterque Codex ita jubebat, à qua lectione quare abierit Periſcus, exputare nequeo. De *Lyceo* & *Academia* Vide *ſupra ad Caput* 10. PERIZ.

5 Οτι ἐφιλοτιμήσατο] Poſſit videri novum hic fuiſſe faciendum caput, ſed vide quæ notavi *ſupra* IV. 20. SCHEFF.

6 Μὴ λαβεῖν] Adde Stobæum *Serm.* I. IDEM.

7 Φιλοτιμησάμενοι] Apud Stobæum *Serm.* XVII. eſt, ἀνταφιλοτιμησάμενοι, reliqua conveniunt, niſi quod hæc in ſolenni quopiam Athenienſium feſto accidiſſe referat. Obſervans, ſicut reor, priſcam conſuetudinem, ex qua poſt ejuſmodi ſacra, convivia conſtituere, amiciſque abſentibus ex menſa aliquid, bellariorum imprimis, mittere ſolebant. IDEM.

Φιλοτιμησάμενοι] Stobæus *Serm.* XXXIX. ubi ipſum hoc factum ſeu dictum Socratis refert, exhibet ἀνταφιλοτιμησάμενοι, quod, vellem, etiam Æliani Codices prætuliſſent. Ex quibus Sluisk. tum Regii duo legunt in proximis ſuperioribus ἀνταπαξώμεθα. Sed iſtic aſſentior reliquis Codd. qui Vulgatum tuentur, quod & Stobæus facit: quum ὠφεληθῆναι, & ὠφελῆναι, uſitatiſſimum ſit hoc ſenſu. Polyænus I. 17. Λακεδαιμονίων μειδιόντων ὠφεληθῆναι Μεσηνίους. *Paulo ante* etiam plenius ſcribit Stobæus, καὶ τὸ Σωκράτην λαβεῖν αὐτὰ ἀξιώσης. At Noſtri, & Regii Codd. pro ὅδε maluerunt ὁ δὲ cum in ſuperioribus, tum in ſequentibus. PERIZ. Cum Sluiskiano & Regiis Mediceus quoque legit ἀνταπαξώμεθα.

8 Μεῖζόν ἐστι] Pertinet huc ſuo modo, quod ad Sidonios iſtos ait Hephæſtion apud Curtium *lib.* IV. *cap.* 1. cum regnum oblatum recuſarent: *Vos macti virtute eſtote, qui primi intellexiſtis, quanto majus eſſet regnum faſtidire, quam accipere.* Porro ſententiæ hujus non Socratem auctorem, verum Menedemum facit Stobæus *ſerm.* III. SCHEFF. Reſponſio Menedemi *l. c.* ita ſe habet. πολλῷ μεῖζόν ἐστι τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν, ὧν μὴ δεῖ. *multo major res eſt omnino non deſiderare ea, quibus non indiges.* vel potius *quæ minus addecent.* Unde patet Menedemum nonnihil abire à Socrate. KUHN. Cicero *lib.* V. *Tuſc. Diſp. cap.* 32. *Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, Quam multa non deſidero, inquit.*

ΚΕΦ. λ'.

Περὶ τῆς Αναξάρχου προμηθείας.

Ἀνάξαρχος ὅτε σὺν Αλεξάνδρῳ ἐστρατεύετο, χειμῶνος ἐπιγενομένου, προμαθὼν, ὅτι μέλλει ὁ Αλέξανδρος ἐν ἀξύλῳ ποιεῖσθαι χωρίῳ τὴν στρατοπεδείαν, εἰς τὸν στάθμον, ὅσα εἶχε σκεύη, 1 ταῦτα ἐγκρύψας,

CAP. XXX.

De providentia Anaxarchi.

Anaxarchus quando cum Alexandro erat in expeditione, ſuperveniente hyeme, quum cogniviſſet, Alexandrum in loco lignis vacuo caſtra metaturum eſſe, in ſtativa omni ſupellectile, quam habebat,

1 Ταῦτα ἐγκρύψας] Sic & MSti, niſi quod Sluisk. ταῦτ' ἐγκρύψας. Sed miris mihi modis ſe approbat, quod ſuſpicatur Kuhnius ἐκείψας. Vix dubitem id eſſe verum. Nam mox Alexander dicitur ei duplum reddidiſſe, ὧν ἔρριψε, *quæ abjecit.* Corruptum hic videtur, quia additur εἰς τὸ σταθμὸν, IN tabernaculum, non EX tabernaculo, & quia aliud nihil reperiebant librarii, *Unde* ea projicerentur, quod tamen vocula ἐκ videbatur requirere. Nempe non viderunt, non magis, quam tot Interpretes, memorari hic vehicula, de quibus mox, & quæ ſinguli, qui quidem eſſent alicujus loci & ordinis, in caſtris habebant ſarcinis ſuis onuſta. EX IIS enim Anaxarchus abjecit res alias, ut ligna imponeret. PERIZ.

2 Ταῖς σκευοφόραις] Geſner. mallet τοῖς, & ſic Interpres legiſſe videtur. Edidit ſic quoque Faber, quia receperunt ante ipſum aliqui in textum. Verum nil mutandum. debent enim intelligi ὄνοι. porro ὄνος eſſe fœminini quoque generis eſt vel ex Matthæo notum. SCHEFF.

Τοῖς σκευοφόροις] Miror hic Socordiam ultimarum Editionum, & ipſius Schefferi, qui cum in primis Edd. & in omnibus ante ipſum legeretur ταῖς, ipſe primus edidit τοῖς, id quod in omnibus dein, etiam Kuhniana, reperitur; & tamen in his ipſis à Scheffero accuſatur tum Interpres Vultejus, qui vertit *calones*, tum Geſnerus, qui maluit id ipſum τοῖς, tum Faber, qui ſic etiam edidit, quum & ipſe ita edidiſſet, ejuſque contextum expreſſiſſet Faber. Nihil autem mutandum eſſe affirmatur, quia intelligantur ὄνοι, quod etiam feminini ſit generis vocabulum. At in Indice tamen iterum diſerte ab eodem Scheffero de *lixis & calonibus*, à Kuhnio de *jumentis*, *quæ ſarcinas militum vexerint*, exponuntur hujus loci Σκευοφόροι. Quid dicam? niſi valde fluctuaſſe Eruditos Interpretes de vera lectione & Interpretatione hujus loci. Ego vero neque ipſe dubito, quin recte ταῖς ſit editum à Camillo Periſco, & male factum ab iis, qui repoſuere τοῖς, quum in utroque Codice repererim liquido illud ταῖς, & porro manifeſtum ſit omnibus animum attendentibus, parum profecto ligni per longum iter à calonibus aut quibuſcunque hominibus portari potuiſſe in uſum quotidiani ignis, ſed neque terga jumentorum, niſi complurium, ſufficerent. Quid ergo? Certum eſt intelligi *vehicula*, ἁμάξας. Sic Xenophon *Cyri pæd. lib.* VI. ὃς ἄρχοις τῶν σκευοφόρων ἁμαμαξῶν. Ex quo loco ſupplendum ergo eſt, quando ἐκκαιδεκαζεύκτους dicitur ab Eodem *de Rebus Græcor. lib.* III. τῷ ἄρχοντι τῶν σκευοφόρων ſcil. ἁμαξῶν. Similiter apud Plutarch. in *Æmilio pag.* 272. ὀκταλοφόροι ἅμαξαι. Præterea poſtulat ratio hujus Hiſtoriæ, ut intelligantur talia, quæ ſteterint in ſtativis onuſta ſarcinis inde nunc abjectis, & quæ idonea ſint ad multitudinem lignorum ſupportandam. Quapropter ſi maxime præferrent etiam MSti τοῖς σκευοφόροις, non intelli-

ψας, † [2] ταῖς σκευοφόροις ἐπέθηκε ξύλα. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν σταθμὸν ἀφίκοντο, καὶ ἐνέδει ξύλων, Ἀλεξάνδρου μὲν αἱ κλίναι κατεκαίοντο, ἵνα ἑαυτὸν ἀλεάνῃ δυνηθῇ. Ἐπεὶ δέ τις ᾤχετο Ἀναξάρχῳ πῦρ εἶναι ἤγγειλεν, ἀφίκετο παρ' αὐτὸν, καὶ [3] ἠλείψατο ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἀναξάρχου· καὶ πυθόμενος τὴν προμηθείαν ὑπερεπήνεσε, [4] καὶ ἐξ ὧν ἔρριψε, διπλάσιον δέδωκε, καὶ σκεύη, καὶ ἱμάτια, ὑπὲρ τοῦ πυρὸς χρείας.

† τοῖς.

bat, abjecta, plauſtris onerariis ligna impoſuit. Quum vero ad ſtativorum locum perveniſſent, & ligna deficerent, Alexandri quidem lecti comburebantur, ut ſeſe calefacere poſſet. Quum autem nunciaſſet aliquis, apud Anaxarchum ignem eſſe, contulit ſe ad ipſum, & in Anaxarchi tentorio ungebatur: audienſque ejus providentiam, majorem in modum eam collaudavit, & eorum, quæ abjecerat, duplum reſtituit, & vaſa, & veſtes, pro ignis uſu.

gerem tamen *homines*, ſed ὀχήμαζω, *vehicula*. Sic apud Herodian. VIII. I. τὰ σκευοφόρα πάντα κλίνη τε καὶ ὀχήματα. Atque ita apud Dionyſ. Halic. *lib.* IV. ſervi Turni Herdonii dicuntur corrupti, ut multos gladios noctu deferrent in tentorium Domini, ᾗ ἀποθέσθαι κρύφα ἐκ τοῦ ὑποδήματος ὧν τοῖς σκευοφόροις, ubi parum recte vertitur, & *inter impedimentorum ſarcinas abderent*. Nam τὰ σκευοφόρα non ſunt ipſæ ſarcinæ, ſed vel jumenta, vel vehicula, quæ portant ſarcinas. Sine dubio autem Vehicula iſtic potius intelliguntur ſarcinis onuſta, ut in quibus longe melius gladii illi abſcondi poterant, quam inter jumenta. PERIZ.

3 Ηλείψατο &c.] Solebant enim Veteres etiam Oleo ſe munire contra frigus. Sic Hannibal ſuos milites in aciem eductuus frigido & nivali die, dedit iis oleum, ut ſe prius *ignibus oleoque foverent*, ut loquitur Florus II. 6. Diſertius paulo Livius XXII. 55. *ignibus*, ait, *ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, miſſo*. Nempe credebant Oleum calefacere. Hippocrates *de Diæta* II. 43. Ελαιον dicit θερμὸν, καὶ ὑπὸ τῷ χειμῶνι ἀυξιμώτερον, διότι τὸ ὑγρὸς κωλύει φέρειν ἀπὸ τοῦ σώματος, *oleum eſſe calidum*, & *hyeme fovere*, ſeu *augere*, *corpus*, *quia frigus arceat*, vel *prohibeat quidquam auferre, à corpore*. Cæterum Sluisk. & Regii duo, ἠλείψαντο. IDEM.

4 Καὶ ἐξ ὧν ἔρριψε]Dele ἐξ. & *duplum eorum, quæ projecerat, reddidit*. FABER. Geſnerus locum hunc aſteriſco notavit, ut vitioſum aut mutilum. Faber delet ἐξ & explicat, & *duplum eorum, quæ projecerat, reddidit*. At Anaxarchus projecerat nihil, ſed defoderat tantum. quare mallem, ᾗ ἔξω ὧν ἔγκρυψε, ut ſit ſenſus, præter illud, quod defoderat, dedit alterum tantum. SCHEFF. Mallem Clar. Schefferum ſuum ſervaſſe judicium, quo in ſecunda Editione locum hunc integrum pronunciavit. Nam ἐξ ὧν ἔρριψε &c. ita accipiendum, ἐξ ἐκείνων σκευῶν τε καὶ ἱματίων, ἃ ἔρριψε, διπλάσιον δέδωκε, *illorum, quæ projecerat, vaſorum veſtiumque duplum reddidit*, & in præcedentibus pro ἐγκρύψας legerem ἐκείνας *projiciens*. Nam abjectas & deperditas ſarcinas cum dupli fœnore Alexander reſtituere voluit, non defoſſas, quæ domino adhuc ſalvæ erant. KUHN.

Ἐξ ὧν ἔρριψε, διπλ.] Geſnerus locum hunc aſteriſco notavit quaſi vitioſum. Faber delet ἐξ. Schefferus malit ἔξω ὧν ἔγκρυψε. Kuhnius jubet mutari, & exponit, διπλάσιον ἐξ ἐκείνων, ἃ ἔρριψε. Sed nova eſt & mira locutio, διπλάσιον ἐξ ἐκείνων. Quapropter vel cum Fabro deleverim ἐξ, quando oportunus plane exoritur ſenſus, vel legerim, καὶ ὧν ἐξέρριψε, διπλ. Senſu itidem optimo: quo inſuper reſpicitur ſuperius ἐκείνας. Confirmat me multum etiam Doctiſſimi Boivinii auctoritas, qui quum ſignificaret mihi, nihil hic mutare Regios Codd. adjiciebat, *Legendum vel ὧν ἐξέρριψε, vel ὅσων ἔρριψε*. PERIZ.

ΚΕΦ. λα'.

Περὶ ἀριστεύσαντος ἀθλητοῦ, πρὸ τοῦ στέφανον λαβεῖν ἀποθανόντος.

Ἀθλητὴς Κροτωνιάτης, Ὀλυμπιονίκης, ἀπιὼν πρὸς τοὺς [1] Ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸν στέφανον, [2] ἐπίληπτος γενόμενος ἀπέθανε, κατενεχθεὶς μετὰ τοῦ πτώματος.

CAP. XXXI.

De athleta, qui quum viciſſet, antequam coronam acciperet, exſpiravit.

Athleta Crotoniates, quum viciſſet Olympia, jamque iret ad Hellanodicas, ut coronam acciperet, comitiali morbo correptus, mortuus eſt, procumbens cum præcipite lapſu.

1 Ἑλλανοδίκας] Erant Judices certaminum Olympicorum, qui Athletas examinabant, jusjurandum ab iis inſuper exigebant, inter ſe committebant, & tandem judicabant. Vario fuerunt numero diverſis temporibus, ſed ad extremum potiſſimum Decem, aliquando tamen Plures, aliquando Pauciores, prout Tribuum Numerus Eleis major aut minor fuit. Vide Pauſan. *Eliac.* I. 9. Nec tamen omnes ſimul de omni judicabant certamine, ſed delegati, qui ſi male judicaſſent, accuſabantur & damnabantur à toto conſeſſu, ut liquet ex Eodem *Eliac.* I. 9. & II. 3. Neque vero decernebant tantum coronam victoribus, ſed & caſtigabant eos, qui quid contra leges fecerant. Exemplum *ibidem* exhibet Pauſanias. Qui electi erant Hellanodicæ, illi decem continuos menſes habitare debebant in loco Olympiæ, qui inde dicebatur Ἑλλανοδικαιών, ut iſtic diſcerent à Legum Cuſtodibus ea, quæ ipſos facere oporteret, teſte Eodem *cap.* 24. Vide de iis etiam Scaligerum *ad Euſeb. num.* 1241. *p. m.* 70. & Valeſium *ad Harpocrat.* & *Notas* Mauſaci *pag.* 146. & Me *infra ad* X. 1. PERIZ. & Meurſium *lib.* IV. *Attic. Lect. cap.* 29.

2 Ἐπίληπτος] Qui athletico corporis habitu toroſique ſunt, pæne in ipſo verſantur mortis vitæque confinio. Ideoque Hippocrates in *Aphoriſmis Sect.* I. οἱ τοῖσι γυμνασικοῖσιν, inquit, οἱ ἐπ' ἄκρον ἀξίωμα σφαλεραὶ, ὧν οὐ τὸ ἐχάτῳ ἐῶσι. &c. *in re Athletica optimus corporis habitus eſt caducus & lubricus, ſi extrema attigerit. Neque enim diu in eodem ſtatu conſiſtere poterit aut quieſcere: cum autem quieſcere nequeat, nec amplius habeat, quo creſcat in melius: reliquum igitur eſt, ut in pejus devergat.* ideoque alibi idem ille medicorum Coryphæus. Ἀθλητέως ἀθλητικῆς ὁ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων, *ſanus corporis habitus athletica diſpoſitione non-naturali melior eſt.* Galenus *ad Thraſyb. de Athletis*, ὅθεν ἄφωνοί τινες αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δ' ἀναίσθητοι καὶ ἀκίνητοι καὶ τελέως ἀποπλῆκτοι γίνονται, & ὅλως φύσιν ὄγκου τοῦδε καὶ τοσοῦδε πλήθους ἀποστέσαντός τε τὸν ἔμφυτον θερμασίαν, ἐμφράξαντός τε τὰς διεξόδους τῷ πνεύματι. ὅσοι δ' ὧν αὐτῶν τὰ πρωτόπαθα πάθωσιν, ἀγγεῖον ῥήξαντες ἐμέσει ἢ πτύσιν αἷμα. *unde quidam eorum ſubito vocem, alii ſenſum & motum amittunt, & tandem apoplexia corripiuntur, dum illa præter naturam congeſta moles corporis, humorumque multitudo calidum nativum exſtinguit, & ſpiritus intercludit meatus. qui vero mitiores affectionum incurſus habent, rupto vaſe ſanguinem vomunt aut exſpuunt.* &c.

&c. vide librum, *utrum medicinæ, an gymnasticæ sit tueri valetudinem?* v. Stobæum *p. m.* 299. & Hieronymum *lib.* II. *adversus Jovinian.* Sarisburiensem in *Polycrat. lib.* VIII. *cap.* 6. KUHN.

ΚΕΦ. λϚ.

Περὶ Φρύνης ἑταίρας, καὶ Κίμωνος ἵππων, ἀγαλμάτων.

1 Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐν Δελφοῖς ἀνέστησαν 2 οἱ Ἕλληνες ἐωὶ κίονος εὖ μάλα ὑψηλοῦ· οὐκ ἐρῶ δὲ ἁπλῶς τοὺς Ἕλληνας, ὡς ἂν μὴ

CAP. XXXII.

De Phrynæ meretricis, & Cimonis equorum, imaginibus.

Phrynæ meretricis imaginem Delphis in sublimi valde columna erexerunt Græci: non autem simpliciter dico Græcos, ne videar

1 Φρύνην] Celeberrima fuit hæc meretrix, Thespiis orta, pulcherrimæ Formæ & maximi Animi. Hinc Apelles ad ejus *Formam* expressit suam Venerem Ἀναδυομένην, *è mari emergentem*, Praxiteles vero Venerem Cnidiam. *Animum* declaravit illa hoc ipso, quod quum maximas sibi opes comparasset, ultro obtulerit Thebanis, suo se sumptu muros ejus Urbis ab Alexandro dirutæ refecturam, si eis paterentur inscribi, *Alexandrum eos diruisse, Phrynen vero restituisse.* Statuam illi posuerunt Delphis inter Reges Archidamum & Philippum: Posuerunt autem οἱ πολιῖται, *Vicini*, sed fecit eam Praxiteles. Vide Athenæum XIII. 6. Pausanias in *Phocicis cap.* 14. ipsam Phrynen eam dedicasse scribit, sed error haud dubie ex eo ortus, quod Phryne statuam Veneris dedicavit, cui Diogenes inscripsit, ut docet nos Laertius in *Diogene num.* 60. Ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας, *Ex intemperantia Græcorum:* q. d. inde opulentiam Phrynes ortam, & hanc, ad gratias Veneri referendas factam, dedicationem. Sine dubio enim alia est statua, quam Laertius memorat, Veneris scil. à Phryne dedicatæ, alia, quam Plutarchus. Athenæus, & Noster, ipsius nimirum Phrynes, secus quam putat hic loci Kuhnius. PERIZ.

2 Οἱ Ἕλληνες] Plutarchus *de fort. Alexand.* Κρῆτες ἰδὼν χρυσῶ εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας ἐν Δελφοῖς, ἀνέκραγον, ὅτι τοῦτο τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἔστηκε. Meminit & Athenæus *lib.* XIII. & à Praxitele sculptam ad similitudinem Phrynæ, positam à Græcis scribit. Itaque iterum Plutarchus in *de Pythiæ oraculo.* βλέπων καὶ τὸν χρυσοῦν ἐν τοῖς ἑρασταῖς καὶ βασιλεῦσι θέασαι Μνησαρέτην. Ait ipsam Mnesaretam ibi cerni, sculptam scilicet & expressam in imagine. *Mnesarete* vero eadem quæ *Phryne.* Nam *Mnesareta* proprie, *Phryne* cognomento dicebatur, quod eodem loco docet pluribus Plutarchus. Fuit ergo alia statua, cujus mentio est apud Laertium *vita Diogenis*, quippe quam Phryne ipsa Delphis erigi curavit, Veneriseque effigiem referre voluit. Nec in Laertio dissensus ab aliis notandus, sicut à non nemine eruditorum factum est. SCHEFF. Plutarchum exscripsit Stobæus *Serm.* LXXXVII. KUHN.

3 Οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι] At Plutarchus in *de Pyth. Orac.* hoc factum ait à Praxitele. ἀλλὰ Πραξιτέλης, ὡς ἔοικε μόνος νικῶσι Κρήτῃ τῇ ἐρωμένῃ τυχὼν αὐτόθι δωρεᾶς, ὃν ἐπαινεῖν ὤφελε Κρῆτες, ὅτι τοῖς χρυσοῖς βασιλεῦσι τούτοις παρέσησε χρυσῶ ἑταῖραν. SCHEFF. Dum Noster intemperantiæ quorundum Græcorum Phrynem dedicatam Delphis imputat, sine dubio Praxitelem statuarium, qui Phrynem deperibat, ejusque amori, ut quidam volunt, hanc dedit statuam, designatum voluit. Athenæus *lib.* XIII. αὐτῆς τῆς Φρύνης, inquit, οἱ πολιῖται ἀνδριάντα ποιήσαντες ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντελικοῦ. κατεσκεύασε δὲ αὐτὸν Πραξιτέλης, ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ Κυνικὸς, ἔφη, τὸ τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα. ἔστηκε δὲ ἡ εἰκὼν αὕτη μέση τῆς Ἀρχιδάμου καὶ Λακεδαιμονίων βασιλέως καὶ τῆς Φιλίππου καὶ Ἀμύντου, ἔχουσα ἐπιγραφήν· ΦΡΥΝΗ ΕΠΙΚΛΕΟΥΣ ΘΕΣΠΙΚΗ. *ipsius Phrynes statuam vicini curarunt conficiendam auream, quam Delphis consecrarunt super columna ex marmore Pentelico. Fecit autem Praxiteles, qua visa Crates Cynicus dixit, esse Græcorum intemperantiæ donarium: stetit hæc imago media inter Archidami Regis Lacedæmoniorum & Philippi Amyntæ statuas, cum hac inscriptione:* PHRYNES THESPIENSIS ILLUSTRIS. ita Dalecampius ac si ἐπικλῆς hic notet *illustrem*, cum potius videatur Patris hujus Phrynes nomen esse proprium. mallem itaque inscriptionem reddere ita: *Phryne, Epiclis* (scil. filia), *Thespica.* ex Arnobio *adversus Gentes* de Praxitele hæc notanda. *Quis Praxitelem nescit, Posidippi si relegat, ad formam Cratinæ meretricis, quam infelix perditè diligebat, os Veneris Cnidiæ solertiarum coegisse certamine.* pergit de *Phryna. Phryna illa Thespiaca, sicut illi referunt, qui negotia Thespiaca scripitarunt, cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis, & floris, exemplarium fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum. Itaque artifices* &c. *omni cura studioque certabant, filum capitis prostituti in Cythereia simulachra traducere.* Pausan. in *Bœotic.* Φρύνης εἰκόνα ἐπίχρυσον Πραξιτέλης μὲν ἐξεργάσατο ἐρασὴς καὶ ἑτῶ. ἀνάθημα δὲ αὐτῆς Φρύνης ἐστὶν ἡ εἰκών. *Inauratam Phrynes imaginem fecit ejus amator Praxiteles. ipsa autem eam Delphis consecravit.* Unde patet, non aliam esse statuam, cujus mentio extat apud Laert. in *vita Diogenis.* Cæterum quæ ex Arnobio adducta sunt, sine dubio è Clementis *Protrept. ad Gentes* sunt mutuo sumpta. KUHN.

μὴ δοκοίην δὲ αἰτίας ἄγειν πάντας, οὓς φιλῶ πάντων μάλιστα· ἀλλ' 3 οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι. Τὸ δὲ ἄγαλμα χρυσοῦν ἦν· καὶ αἱ 4 Κίμωνος δὲ ἵπποι χαλκαῖ, ἃ αὐτὰ Ἀθήνησιν εἰκασμένα ὅτι μάλιστα 5 ταῖς Κίμωνος ἵπποις εἱστήκεσαν.

videar omnes illos in crimen vocare, quos omnium maxime amo: sed qui erant ex Græcis intemperantiores. Statua vero erat aurea: item Cimonis ænei equi, prorsus ad equarum ejus imaginem efficti, steterunt Athenis.

Οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατέστεροι] Sic Lugd. At Sluisk. ἀκρατέστατοι, & ita etiam ex Regiis duo. PERIZ. & Mediceus.

4 Κίμωνος] Intelligit equas, quibus vicit in ludis Olympicis Cimon, Miltiadis filius. Eas enim memoriæ honorisque causa formatas ex ære statuebant in publico. Dicam pluribus in *opere de re vehicularia*, quod est sub manibus. SCHEFF. *Cimon* ille, qui equas ob ter reportatam quadrigis victoriam in ludis Olympicis tumulo statuisque donavit, non Miltiadis filius, cujus vitam Cornel. Nepos conscripsit. Sed Stesagoræ fuit, Miltiadis Marathonii quidem pater, avus autem Cimonis, qui cognomen κοάλεμος habuit. Hic Athenis à Pisistrati filiis ad Prytaneum, noctu submissis percussoribus, interfectus est. τέθαπται δὲ Κίμων ἐκτὸς τῆς Ἀστερίας καλουμένης ὁδοῦ· κατὰ τοῦτο οἱ αὐτοῦ οἱ ἵπποι τεθάφαι αὖ, οἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμενοι. *Sepultus autem est Cimon ante urbem trans viam, quæ vocatur Asteria, cava, & è regione sepultæ sunt equæ illæ, quæ tres Olympiacas victorias reportarant.* Herodot. *lib.* VI. *cap.* 103. Hæc addi possunt iis quæ de *Cimone Coalemo* notavit Janus Rutgersius *lib.* I. *Var. Lect. pag.* 33. Memoriâ igitur vacillavit Doctiss. Meursius, cum *lib.* I. *Athen. Attic. cap.* 8. scriberet, Cimonis equas bis tantum Olympia vicisse. In Indice etiam Cimonem avum confundit cum nepote, quod factum nollem. KUHN.

Καὶ Κίμωνος ἵπποι] Reposui ex priscis Edd. & MSS. καὶ αἱ Κίμ. Exciderat illud αἱ ex omnibus Schefferianis. *Cimon* autem ille fuit Pater Miltiadis Marathonii. Vixit tempore Pisistrati, & ter vicit Olympia quadrigis istarum Equarum. Idem metu Pisistrati fugit Athenis. Sed quum passus esset eum pro se Victorem Olympiæ citari, reditum sibi tutum in Urbem impetravit. Verum post Pisistrati

ſtrati mortem tertium Victor ab illius filiis interemtus eſt. Vide Herodotum VI. 103. Hunc ipſum cognominatum ait *Coalemum*, ob ſtultitiam, vel ſocordiam, Plutarchus in *Cimone*. Id quod miror de Homine toties Victore, & quod magis eſt, Piſiſtrati inimico, & à Piſiſtrati Filiis interfecto, ob invidiam vel metum. Sed & Euſtathius *ad Iliad.* Z. *p. m.* 414. Cimonis poſterioris non Avum, hunc ſcil. Cimonem, ſed ὡσὐπαππον, *Proavum*, eo cognomine inſignitum ait. Ceterum Noſter *Hiſt. Anim.* XII. 40. Miltiadem ait, haud dubie Cimonis hujus filium, τὰς ἵππους τὰς τρεῖς Ολυμπιάδας (ſic enim legendam ex Herodoto) ἀνελομένας θάψαι ὐ Κίμωνος, *equas, quæ tribus Olympiadibus vicerant, ſepeliviſſe in Ceramico.* Confer Herodotum VI. 103. PERIZ.

5 Τοῖς Κίμωνος ἵπποις] Uterque Codex, nec Mei tantum, ſed & omnes Regii, τοῖς: licet in ſuperioribus omnia feminino genere expreſſerint, αἱ ἵπποι χαλκῇ &c. Animadvertenda res viſa eſt, quia eandem varietatem obſervare licet apud Herodot. *d. l.* in hac Hiſtoria. Bis enim dicitur τοῖς αὐτοῖσι ἵπποισι, at dein αἱ ἵπποι αὗται, αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελομένας. IDEM

ΚΕΦ. λγ'.

Μειρακίῳ ἀποκρισις, ἐρωτηθέντος ὑπὸ ὑ πατρὸς, τί ἂν μάθοι;

1 Μειράκιον Ερετρικὸν Ζήνωνι πρσεφοίτησε πλείονα χρόνον. Επανελθόντα ὐ ἤρετο ὁ πατὴρ, 2 τί ἂν μάθοι σοφόν; ὁ ὐ ἔφη, 3 δείξειν. Χαλεπήναντος ὐ ὑ πατρὸς, καὶ πληγὰς ἐντείναντος, τὴν ἡσυχίαν ἀγαγὼν, καὶ ἐγκαρτερήσας, τοῦτο ἔφη μεμαθηκέναι, φέρειν 4 ὀργὴν πατρός.

CAP. XXXIII.

Adoleſcentuli reſponſio, quum interrogaretur à patre, quid diſceret?

Adoleſcentulus quidam Eretricus Zenonem longo tempore frequentaverat. Reverſum vero pater interrogavit, quid tandem ſapientiæ didiciſſet? Ille vero, *re ipſa* oſtenſurum ſe, dixit. Indignante autem patre, & verbera ipſi intentante, ille quietem agens, patienterque ferens, hoc ipſum ait ſe didiciſſe, iram patris ferre.

ΚΕΦ.

1 Μειράκιον Ερετρικὸν] Exſcripſit hoc Stobæus *Serm.* LXXVII. Porro ſimile reſponſum fere Dionyſii Junioris habes apud Plutarchum in *Apophtheg.* SCHEFF.

2 Τί ἂν μάθοι] Lugd. & Regii duo, ſed alter recentiore manu, τί ἄρα μάθοι. Quod videtur genuinum eſſe. Nam & Stobæus, qui mihi *Serm.* CXCVIII. idem exemplum, & ex Æliano, ſed paulo pluribus verbis refert, ait, ὅ, τι ἄρα μάθοι. Paulo ante Sluisk. & Regius Codex Strategi, ἐπανελθὼν. Codex 3132. in contextu ἐπανελθὼν, ſed in margine ἐπανελθόντα, quod vulgatum eſt ex reliquis, & præferendum videtur, licet præceſſerit

CAP.

Μειράκιον. Solent enim Auctores ſæpe ſenſum magis reſpicere, quam ipſum Vocabulum, quod præmiſerunt. Vide me *ſupra ad* VIII. 9. PERIZ.

3 Δείξειν] h. e. *ſe id declaraturum re ipſa, ipſo opere.* Sic enim δεικνύειν & ἐπιδεικνύειν ſignificat rei ipſius ſpecimen edere. Mox *cap.* 36. ψαλτης Αγλαΐῳ ἐπεδείκνυτο, *ſpecimen artis ſuæ dabat, oſtentabat.* IDEM.

4 Ὀργὴν] Hanc vocem retinet quoque Stobæus. At MS. Mediceus exhibet ὀμὴν, quæ vox *iram* interdum denotare ſolet, ut *lib.* XIII. *cap.* 1. ἐκεῖνα μὲν ἐπαμῦναι θέλων, ἑαυτὸν δὲ ἐμπλῆσαι τὴν ὀμὴν.

ΚΕΦ. λδ'.

Περὶ τῶν πολυτελῶς ἠθημένων.

CAP. XXXIV.

De ſplendide veſtitis.

Διογένης εἰς Ολυμπίαν ἐλθὼν, ὐ θεασάμενος ἐν τῇ πανηγύρει 1 Ροδίους τινας νεανίσκους πολυτελῶς ἠθημένους, γελάσας ἔφη, 2 τύφος τοῦτό ἐστι. Ειτα ὐτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν 3 ἐξωμίσι φαύλαις,

Diogenes quum veniſſet Olympiam & in illa feſti celebritate Rhodiacosquoſdam adoleſcentes vidiſſet pretiose veſtitos, ridens dixit, Faſtus ille eſt. Deindequum incidiſſet in Lacedæmonios, vilibus & ſordidis,

1 Ροδιακοὺς ὄντας &c.] Opulenti erant Rhodii, & ideo in luxuriam prolapſi. Hinc apud Plutarch. Περὶ φιλοπολιτίας, Stratonicus ἐπισκωπτει Ροδίους εἰς πλουτίλειαν, οἰκοδομεῖν μὲν ὡς ἀθανάτους λέγων, ὀψωνεῖν δὲ ὡς ὀλιγοχρονίους, *irridebat Rhodios ſumptuoſæ magnificentiæ nomine, ædificare eos dicens, tanquam æternum victuros, cœnam inſtruere, tanquam brevi morituros.* PER.

2 Τύφος τοῦτό ἐστι] Utrumque dicit eſſe ſuperbum, ſive quis nimium elegantiæ ſtudeat, ſive quis nimium elegantiæ ſtudeat, ſive nihil. *Eorum* enim *mos eſt, qui conſpici cupiunt*, inquit Seneca, *facere quæ in habitu aut genere vitæ ſunt notabilia; Aſperum cultum & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quicquid aliud ambitionem perverſa via ſequitur.* Ergo ait, *Intus omnia ſint diſſimilia, frons populo conveniat. Non ſplendeat toga: ne ſordeat quidem* &c. *Epiſt.* V. vide quæ notat Savaro *ad Sidon.* IX. *epiſt.* 9. SCHEFF. Et Gattakerus *ad M. Anton. pag.* 434. KUHN.

3 Ἐξωμίσι] Ἐξωμίδες dicebantur *Tunicæ ſubſtrictæ & breves, citra humerum deſinentes*, ut ait Gellius VII. 12. Ita autem Tunicæ hæ apud Romanos *deſinebant citra humerum*, ut tantum tegerent ipſum corpus ſuperius, & humeri exſtarent ex iis nudi cum brachiis. Opponuntur enim iſtic *tunicis chiridotis*, h. e. manuleatis. Heſychius ait fuiſſe tunicam ſimul & pallium, quia utriuſque uſum præbebat, ſeu quia ſimul cingebatur ut tunica, & reliqua pars circumjiciebatur ut pallium, eaque cauſa Comicos de hoc veſtimento modo dicere *Indue*, modo *Circumjice*. Similiter Euſtathius *ad Homer. Iliad.* Σ. *p. m.* 1226. ex Ælio Dionyſio, apud Græcos ἐξωμὶς, χιτὼν ἄμα, ὐ ἱμάτιον ὐ αὐτό. Nempe erat ἐξωμὶς duplicis uſus & proprie χιτὼν ἑτερομάσχαλος h. e. *quæ unam tantum habebat manicam.* Vide Pollucem *lib.* VII. & Schol. Ariſtoph. *ad Veſpas pag.* 460. Addunt Omnes, fuiſſe veſtimentum *ſervile.* Schol. *d. l.* ἐξωμίδες interpretatur ἱμάτια δουλικὰ καὶ ἑτερομάσχαλα. Heſych. Ἐξωμὸς (l. Ἐξωμὶς) χιτὼν δουλικός. Diſertius Pollux VII. 13. χιτὼν δὲ ἀμφιμάσχαλος ἐλευθέρων ἀνδρῶν, ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος οἰκετῶν, dein ſtatim ſubjicit, ἡ ὐ ἐξωμὶς καὶ περίλημμα ἔχει, καὶ χιτὼν ἑτερομάσχαλος. Adde Heſychium in Ἑτερομάσχαλος. Reluctari videtur Suidas, qui ait *tunicam* eſſe *liberalem, non tegentem brachia, & vilem:* σημαίνει χιτῶνα ἐλευθέριον, ὃν ἐπισκεπάζουσι τοὺς βραχίονας, ἑυτελῆ. Sed nullus dubito, legendum iſtic ἀνελεύθερον, h. e. *illiberalem, ſordidam, ſervilem.* Nam licet etiam liberi quidam, & maxime antiquioris temporis, aut ſeverioris populi, ea tunica fuerint uſi, non tamen ideo Suidas, qui interpretatur hoc vocabulum ex illo uſu & ſenſu, quem Athenis habebat tempore jam Ariſu, quem Athenis habebat tempore jam Ariſtophanis, ſicuti diſerte *Atticum* eſſe dicit, appellaret illud ita ſimpliciter ἐλευθέριον, quaſi *liberorum & liberalium hominum proprium*, ſi *liberorum & liberalium hominum proprium*, quum inſuper addat certioris expoſitionis gra-

λαις, καὶ ῥυπώσαις· 4 Αλλ᾽ (εἶπεν) οὗτ᾽ τύφ᾽.

dis tunicis, quas exomides vocant, indutos: Hic (inquit) alius eſt faſtus.

ΚΕΦ.

CAP.

tia, fuiſſe ἐυπλῇ, *vilem*. Sed & apud Ariſtophanem in *Veſpis d. l.* manifeſte de ſervili veſtimento adhibetur. Nam ſervi iſtic, qui dominum ſuum domi vinctum tenebant, dicuntur obliti τ ἐξωμίδων, quas ipſis ſervis Dominus emere ſolebat. Senibus tamen tribuitur apud Eundem in *Lyſiſtr. pag.* 879. forte, ut ſignificetur antiquiori quoque tempore Athenienſes cives, æque ac Romanos & Laconas, tali tunica uſos. Verba ſunt: Αλλὰ τὴν ἐξωμίδ᾽ ἐκδυάμεθ᾽, ὡς τ αὔδρα δεῖ Ανδρὸς ὄζειν ἐυθύς, ἀλλ᾽ ἐκ ὑπεθελῶσθαι πρέπει. *Sed Exomidem exuamus, ſicuti virum decet ſtatim & recta redolere virum, non autem involvi veſtimentis.* At vero *Exomides* non involvebant homines, ſed expeditos reddebant ad labores qualeſcunque, nudatis ſcilicet brachiis, præſertim dextro. Putem ideo legendum iſtic ἐωμίδων, quod erat εἶδ᾽ ἀνδρολαίου, *genus amiculi*, ut Suidas ait: Vel ut Schol. Euripidis *ad Hecubam* 558. εἶδ᾽ ἐνδύματ᾽, *genus tunicæ*. Pollux *d. l. mulieribus* tribuit, ſicuti & Euripides ipſe. Id vero nihil impedit, quo minus & *ſenibus* detur, qui tamen ut *Viri* denuo eſſe viderentur, abjiciunt *Epomidem*. Cæterum ſicuti hic Lacedæmonii geſtaſſe dicuntur *Exomidem*, ſic faciebant & Cynici. Vide Salmaſium *ad Tertull. de Pallio pag.* 255. Et Veteres Romani, ut teſtatur Gellius *d. l.* & ex Vita Catonis Majoris conſtat, quem ait Plutarchus *initio Vitæ*, quum ex foro rediſſet in prædium ſuum, æſtate nudum, at hyeme, ſumpta exomide, cum ſervis opus feciſſe. Illa vero *Exomis* Romanorum non eadem fuit, opinor, quæ Atticorum ἑπερομίσχαλ᾽, ſed in eo conveniebat cum illa, quod haberet τ ὠμὸν ἔξω, *humerum nudatum*, ſed utrumque, & brachia expedita ad opus faciendum. PERIZ. Vide Ferrarium *de re veſtiaria P.* II. *lib.* IV. *pag.* 210.

4 Αλλ᾽ ἓτ᾽ τύφ᾽] Adde *ſequens caput*. SCHEFF. Ariſtot. *lib.* IV. *de Moribus cap.* 13. οἱ ἢ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φαινόμενα σεσοπιέσμενοι, βωκοπαιθέζειν λέγουσι καὶ εὐκαταφρόνητοι εἰσὶ, καὶ οἷόπερ ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ Λακώνων ἐσθής. καὶ μὲν ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις ἀλαζονικόν. *qui autem parva & manifeſta ſimulant*, βωκοπαιθέζειν (ineptè & ſuaviter verſuti) *dicuntur & facile contemnendi ſunt, & quandoque mera hoc videtur eſſe arrogantia, ut Laconum habitus. Nam nimius defectus æque ac exceſſus arrogantiam redolet.* Euſtrathius *in h. l.* ex Platone Comico ἔφησιν adducit, qua inter alia Lacedæmonii dicuntur ἐλκοτρίβωνες i. e. *pallium detritum trahentes*. Poſtea tamen ab his moribus Lacones plane deſciverunt. Nam Philoſtratus *lib.* IV. *de Vit. Apollon. cap.* 9. novit Lacedæmoniorum legatos, ἐδὲν Λακωνικὸν ἔχοντας καὶ Συβαριδ᾽ μεστὰς, *qui nihil de Laconiſmo trahebant, ſed Sybaritico luxu pleni erant*. KUHN.

Αλλ᾽ &c.] Sic pene, ſed argutius, huic ipſi Diogeni, conculcanti Platonis ſtragulas, ac dicenti, *Calco Platonis faſtum*, παπῶ τ πλάτωνος τύφον, Διόγενες, reſpondit Plato, ἀτέρῳ γε τύφῳ, *at alio faſtu, ô Diogenes*, apud Laertium in *Diogene n.* 26. Ubi Vide Menagium. PERIZ.

ΚΕΦ. λε'.

CAP. XXXV.

Περὶ Αντισθένους μεγαλοφροσύνης ἐπὶ διερρωγότι ἱματίῳ.

De Antiſthenis ob lacerum pallium arrogantia.

1 Ὁ Σωκράτης, ἰδὼν τὸν Αντισθένη 2 τὸ διερρωγὸς ἱματίου μέρος ἀεὶ ποιοῦντα φανερόν· 3 οὐ παύσῃ (ἔφη) 4 ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν.

Socrates quum videret Antiſthenem attritam pallii partem ſemper in propatulum vertere: Non deſinis, inquit, apud nos te ipſum oſtentare.

1 Ο δὲ Σωκράτης] Refert hoc ipſum etiam Diogenes Laert. in *Socrate*, & *Antiſthene*, ſed ita, ἐρέψαντος Αντισθένους τὸ διερρωγὸς τῦ τρίβωνος εἰς τὸ μέσον, ὁρῶ σε, ἔφη, διὰ τῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν, vel φιλοδοξίαν. *Cum Antiſthenes obverteret laceratam pallioli partem in propatulum, dixit* Socrates, *Video per pallium tuam inanis gloriæ affectationem.* Fuit autem *Antiſthenes* Præceptor Diogenis. Vide *infra* X. 16. Auctor primus ſectæ Cynicæ, ac peræ geſtandæ. Vide Laertium. PERIZ. & Lud. Creſollii *Theatrum Sophiſtarum lib.* III. *cap.* 15.

2 Τὸ διερρωγὸς ἱματίῳ] More philoſophorum, & imprimis Cynicorum, quorum auctor fuit hic Antiſthenes. Quintilianus *declamat.* CCLXVIII. *Quoſdam videas hodie pecuniæ ferri nudos expoſitoſque, veluti ad provocandas calamitates.* Laertius de ipſo: πρῶτος ἐδίπλωσε τ τρίβωνα, καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο, πρῶτόν φησιν Ἀπολλώνιος Θουρίατον. hoc caput præcedenti annectunt in MSS. A. B. SCHEFF.

3 Ου παύσῃ] Clarius hæc Diogenes. Scribit enim dixiſſe, ὁρῶ σε διὰ τ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν. IDEM.

4 Εγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν] Recte vertitur, *oſtentare te ipſum nobis*. Ut adeo mirer, in *Indice* dici, *Interpretem longius diſcedere*. Similiter Epictetus *Enchir. cap.* 70. μὴ κομπάζε ἐπὶ τέτῳ, *ne oſtenta te*, aut *effer te, ob id ipſum*. PERIZ.

ΚΕΦ. λϛ'.

CAP. XXXVI.

Περὶ Αντιγόνου, καὶ ψάλτου.

De Antigono & Citharиſta.

1 Ψάλτης Αντιγόνῳ ἐπεδείκνυτο· τοῦ δὲ πολλάκις λέγοντος, 2 Τὴν νήτην ἐπίσφιγξον, εἶτα πάλιν,

Citharиſta quidam apud Antigonum artis ſuæ ſpecimen edebat: quum vero ſæpius hic diceret, Ad-

1 Ψάλτης Αντιγόνῳ] Philippo Macedoni hoc reſponſum ab eo, ſcribit Plutarchus *lib. de Fortuna Alexandri.* Et *de Adulat. & Amici diſcrimine.* SCHEFF.

Ψάλτης Αντιγόνῳ &c.] Vertebatur *Pſaltes*, ſed Latinius fore, ſi vertatur *Citharиſta*, monuit me Vir Excellentiſſimus, Ezech. Spanhemius. Et ſane nec Ego uſquam mihi occurriſſe memini in Latinis Scriptoribus *Pſaltes*. Gloſſæ tamen Gr. Lat. ψάλτης, *Na-*

λιν, τὴν μέσην· ὅδε ἀγαναχτήσας ἔφη, Μὴ [3] γένοιτό σοι οὕτω κακῶς, ὦ βασιλεῦ, ὡς ἐμοῦ ταῦτα ἀκριβοῦν μᾶλλον.

Adstringe infimam chordam, & -sus, *adstringe* mediam: indignatus ille dixit: Ne tibi, ô rex, eveniat ita male, ut exquisitius illa noris, quam ego.

Nablio, *Psalta*. & apud Gruterum *Inscript.* CCCXXXI. 2. *Ibycus Psaltes*. Cæterum Plutarchus id respondisse Citharistam *Philippo* tradit variis in locis. Vide præter citata à Scheffero, etiam *Symposiac.* II. I. PERIZ.

2 Τὴν νήτην ἐπίσφιγξον] Interpres retinet Græcum νήτην, redditque *netem*. Gesnerus, *infimam chordam*. KUHN. Νήτη notat in Musicis infimam chordam. Opponitur enim ὑπάτῃ, ac ponitur pro Νεάτῃ. Hinc Plutarchus in *Platonicis Quæst. pag.* 1008. ἡ δὲ κάτω νεάτη προσαγορεύεται τάξις, *Inferior positio appellatur* νεάτη: quum paulo ante dixisset, τὸ δὲ ἄνω καὶ πρῶτον ὑπάτων οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον, *supremum & primum Antiqui* ὕπατον *appellabant*. In Cithara autem Νήτη acutum maxime edebat sonum. Unde Idem *ibid. Mediam chordam* ait *sonare* ὀξύτερον μὲν ὑπάτης, βαρύτερον δὲ νήτης, *acutius summa chorda*, *at gravius ima*. Vide etiam Plutarchum *de Musica*, & *de Animæ procreatione*, præter Musices Auctores à Meibomio editos, maxime Euclidem, Nicomachum, vel Alypium. PERIZ.

3 Γένοιτό σοι] Putabam olim μοι scribendum. Nunc nihil immutandum censeo, cum & Plutarchus ita habeat aliquoties. Scilicet hoc dicebat Psaltes ille, nihil deterius accidere Antigono posse, quam si artem eam scire cogeretur melius, quam ipse, quippe quod vix erat futurum, nisi ex rege privatus fieret & psaltes. SCHEFF. Modestè hic psaltes. secus Apollodorus architectus, qui Hadriano contradicenti, cum apud Trajanum de operibus suis verba faceret, ἄπληξ, inquit, καὶ κολοκύνθας γράφε. τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. *abi & cucurbitas pinge. istarum enim rerum nihil intelligis.* vide Dionem *lib.* LXIX. *p.* 789. KUHN.

ΚΕΦ. λζ'.

Πῶς ὁ Ἀνάξαρχος Ἀλέξανδρον, ἑαυτὸν ἐκθεσυντα, ἐγέλασεν.

CAP. XXXVII.

Quomodo Anaxarchus riserit Alexandrum, qui se in Deorum numerum referre volebat.

Ἀνάξαρχος, [1] ὁ ἐπικληθεὶς Εὐδαιμονικὸς, κατεγέλα Ἀλεξάνδρου,

Anaxarchus, cognominatus Eudæmonicus, ridebat Alexandrum,

1 Εὐδαιμονικὸς] Διὰ τὴν ἀπάθειαν καὶ ἀνωμαλίαν τοῦ βίου. Laertius. Vocatur & ab Athenæo *lib.* VI. *cap.* 13. hoc cognomento, quod tamen ibi perperam à Dalechampio velut certæ alicujus sectæ nomen exponitur. SCHEFF. Non malè hic fuit Dalecampius. Εὐδαιμονικοὶ enim ramum Philosophiæ Scepticæ ducunt, & εὐδαιμονίαν *beatitudinem* dixerunt ultimum finem suæ Philosophiæ. Galenus vel Aëtius, teste Theodoret. *serm.* II. Θεραπ. τῶν ἑλληνικῶν παθημάτων. ὠφελήθη δὲ τῆς φιλοσοφίας ἰσοτελῶς. ὠφελήθη δὲ τῆς φιλοσοφίας ἡ μὲν ἐξ ἀνδρὸς, ὥσπερ ἡ καθ' Ἐπικούρου συμβεβήκειν (malim πέφυκεν· ἡ δὲ) οὐ τέλους καὶ δόγματος, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονική. ὁ μὲν Ἀναξάρχου τέλος τὸ καθ' αὐτὸν εὐαγώγως τῷ εὐδαιμονίαν ἐλέγειν. *Dicta autem est Philosophia partim quidem à conditore, ut Epicurea ab Epicuro, partim vero à fine & dogmate, ut Eudæmonica. Anaxarchus enim ad alliciendos alios*

δρου, ἑαυτὸν ἐκθεσυντα. Ἐπεὶ δὲ ἐνόσησέ ποτε Ἀλέξανδρον, εἶτα προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἰατρὸς ῥόφησιν [2] σκευασθῆναι, γελάσας ὁ Ἀνάξαρχος, [3] Ὃ μέν τοι Θεοῦ ἡμῶν (εἶπεν) [4] ἐν τρυβλίου ῥοφήματι αἱ ἐλπίδες κεῖνται.

drum, quod se ipse in Deorum numerum referret. Quum vero ægrotaret aliquando Alexander, & ideo medicus ei sorbitionem præciperet parari, ridens Anaxarchus, at nostri Dei (inquit) in patellæ sorbitione spes sitæ sunt.

ΚΕΦ.

CAP.

alios suæ philosophiæ finem dixit esse beatitudinem confer Laertium in *proœmio*. alio modo idem *Anaxarchus* Alexandri affectatam divinitatem refutavit apud Laertium in *vitâ suâ*. Athenæus autem non talem nobis exhibet hunc philosophum, sed adulatorem potius maximum. Cum enim in itinere aliquando tonitru inopinatum pariter & horrendum auribus accidisset, omnibus territis, Anaxarchus, μή τι σὺ, inquit, τοιοῦτο ἐποίησας Ἀλέξανδρε ὁ τοῦ Διός; ἵν' ἡμᾶς γελάσωμεν εἰπεῖν. ἐγὼ μὲν φοβερὸς βούλομαί εἶναι, καθάπερ σύ με διδάσκεις, ὁ τοὺς ὑπὸ Σατραπῶν καὶ βασιλέων κελεύων μὲ δειπνοῦντα προσφέρεσθαι κεφαλάς. *num quid tu, Alexander Jovis fili hoc feci/ti: regem autem ridentem* (scribit *Satyrus*) *respondisse: non equidem formidabilis esse volo, quemadmodum tu me doces, dum Satraparum regumque capita jubes inter cœnandum apponere*, *l.* VI. *Deipnos. p.* 251. KUHN.

Ο ἐπικληθεὶς Εὐδαιμονικὸς] Secta fuit philosophica, sic dicta ἀπὸ τῆς διαθέσεως, h. e. *à constitutione*, *statu*, *habitu animi*, *vel vitæ*, teste Diog. Laërt. in *Proœm. n.* 17. Hujus sectæ auctor vel præcipuus videtur fuisse hic Anaxarchus, ut ex Galeno ac Theodoreto ostendit Kuhnius. Atque ideo hæc appellatio illi potissimum, & pene quasi proprium tribuitur Cognomen. Nec enim ita Ælianus tantum, sed & Diog. Laërt. in *ejus Vita*, ἔτο δὲ διὰ τὴν ἀπάθειαν καὶ ἀνωμαλίαν τοῦ βίου Εὐδαιμονικὸς ἐκαλεῖτο, *Hic propter summam animi tranquillitatem & facilitatem vitæ vocabatur Eudæmonicus*. Vide ibi Menagium. Et sane magnam ille ἀπάθειαν in infelicissimo vitæ exitu apud Nicocreontem, quum in mortario contunderetur, declaravit, ut videre est apud Laërtium & Valerium Max. Cæterum Athenæus eum describit tanquam infamem Alexandri M. Adulatorem, siquidem, quum aliquando vehementer tonuisset, omnibus exterritis, dixerit, μή τι σὺ τοιοῦτόν τι ἐποίησας, Ἀλέξανδρε, ὁ τοῦ Διός. *Numquid Tu hoc faciebas*, *Alexander*, *Fili Jovis*? Sed vix dubito, quin & illud irridens vel joco dixerit, æque ac hocce, quod Noster refert. Lucianus tamen *de Parasito pag.* 365. itidem Anaxarchum hunc apud Alexandrum, *egisse parasitum* affirmat. Reposui autem ex MStis & priscis Edd. συνθεοῦντος. PERIZ.

2 Σκευασθῆναι] Mediceus κοσκινευασθῆναι.

3 Τοῦ μὴ τοι θεοῦ] Aliter hæc refert Laertius, quem vide. SCHEFF.

4 Ἐν τρυβλίου] MSS. B. & C. ὦ τρυβλίῳ. potest videri vocabulum ῥοφήματι adhæsisse ex glossa, & à correctore mutatum esse in τρυβλίου. abest sanè elegantius. SCHEFF. Mihi lectio vulgata satis elegans est. KUHN. Lugd. æque ac B. & C. Parisienses, τρυβλίῳ. Potest vulgata satis ferri ac defendi. Nec tamen absurdum, quod conjecit Schefferus, illud ῥοφήματι esse ex glossa ortum, adscripta, per modum interpretandi, voci τρυβλίῳ, & sic utrumque in textum devenisse, & dein corruptioni vocis τρυβλίῳ in τρυβλίου dedisse causam. PERIZ.

ΚΕΦ. λη'.

Περὶ Αλεξάνδρου, καὶ τῆς τοῦ Πάριδος λύρας.

1 Ὁ μὲν Αλέξανδρος εἰς τὴν Ιλιον ἦλθεν· 2 ἀνασκοποῦντι δὲ αὐτῷ φιλοπόνως, τῶν τις Τρώων προσελθὼν τὴν λύραν ἐδείκνυεν Αλεξάνδρου. Ο δὲ ἔφη, προτιμησαίμην ἂν μᾶλλον ἰδεῖν τὴν Αχιλλέως. 3 Υπέρευγε τοῦτο Αλεξάνδρος. Επῄδει γὰρ κτῆμα ἀγαθοῦ στρατιώτου,

1 Ο μὲν Αλέξανδρος] Historiam habet Plutarch. *de fort. Alex. Or.* 1. *de Fort. & vita ejus.* SCHEFF.

2 Ανασκοπεῖν] h. e. *omnia usquequaque diligenter perlustranti & consideranti.* Sic Dionys. Halic. *lib.* x. de primis Decemviris, μετὰ πάσης ἀνασκοπῆς ἕκαστα ἐπιεικείας τε καὶ δικαιοσύνης, *cum omni æquitate & justitia considerantes singula* in judicando. Ceterum Lugd. variis hic modis à recepta lectione recedit. Legit enim εἰς τὴν Ιλιον ἐλθὼν ἀνασκοπεῖται αὐτὸν φιλοπόνως &c. Regius quoque Numeri 3064. ἀνασκοπεῖται ὃ αὐτῷ: atque ita & Num. 3132. in margine, quod ferri sane potest. PERIZ. Neque aliter Mediceus à primâ manu.

3 Υπέρε γε τοῦ] Legendum ἤπερ, id est ἢ, *quam.* FABER. ὑπέρ γε τοῦ Αλεξανδρικοῦ signat, *præ illa Alexandri*, nec alienæ opis indiget. Stobæus *Sermon.* XLVIII. ita historiam enarrat: ἐν Ιλίῳ θύοντι Αλεξάνδρῳ ἔφη ὁ ἱερεὺς δεῖξαι τοῦ Πάριδος λύραν. ὁ δὲ τοῦ Αχιλλέως, εἶπε, εἰ ἔχοις, δεῖξον, καὶ φεύγει τὴν λύραν τὴν μελίαν. *Cum Ilii sacra faceret Alexander, sacerdos lyram Paridis se monstraturum inquit. ille vero, Achillis potius, ait, & ante lyram hastam.* KUHN.

Υπέρε γε τὴν Αλεξάνδρε] Nihil profecto rationis reperio, cur maluerit Faber ἤπερ, quam ὑπὲρ. Tuetur vulgatam Lugd. nisi quod habet τῆ Αλεξ. Male. Sed Sluisk. mire variat, dum scriptum reliquit ὑπὲρ cum suprascripto γ, quasi voluisset, ὑπερεῦγε τοῦτο Αλεξάνδρε. Accedit Regius Strategi, qui differte id præfert. Regius vero Numeri 3132. ὑπερεῦ τοῦτο Αλέξανδρος. Quorum hic, ut videtur, sensus est, *Pulcherrime hoc Alexandri*, scil. dictum sese habet, vel *Alexander*, scil. dixit. Atque ita, quod in vulgata de Alexandro Paride est intelligendum, hic referendum foret ad Alex. Macedonem. Responsum autem hoc Alexandri habet etiam Plutarchus *de Fortuna vel Virt. Alex. pag.* 331. & Stobæus *Serm.* XLVIII. Sed tamen uterque ab se invicem & ab Nostro abeunt paululum diversi. Simile autem fuit responsum Octaviani apud Suetonium ad Alexandrinos, qui, quum ille vidisset corpus Alexandri, etiam Ptolemæos ipsi monstrare volebant. Ille vero sprevit eos, addens, *Regem se voluisse videre, non mortuos.* PERIZ.

Υπέρευγε τοῦτο Αλέξανδρος] Ita edidi sequutus fidem MS. Medicei. Econtra Auctor *lib.* XIV. *cap.* 28. dixit εὐηθες ὃ τοῦτο τῷ Πυθέᾳ. ὑπερεύγειν autem adhibuit quoque Eusebius *lib.* III. *de vita Constantini cap.* 61. ἀλλ' ἡ σὴ σύνεσις ὑπέρευγε πεποίηκε, θαρσυνθεῖσα τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ κ. τὴν Αντιόχειαν ἐκκλησίας.

4 Τὰ τῶν ἀγαθῶν κλέα] Hæc ex Homero sunt desumpta, qui non uno loco Achillem facit isto modo canere, ut *Iliad.* I. ubi scribit.

Τὸν δ' ἄρα φόρμιγξι λιγείῃ, τῇ

CAP. XXXVIII.

De Alexandro & lyra Paridis.

Alexander venit Ilium: perlustranti autem *omnia* istic studiose, Troum quispiam accedens monstravit ei lyram Alexandri. At ille, Pluris, inquit, facerem videre illam Achillis. Pulcherrime hoc Alexander. Desiderabat enim strenui militis instrumentum *videre*, quocum

του, ᾧ συνῇδεν ἐκεῖνος 4 τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κλέα. Τοῦ δὲ Πάριδος τί ἄρα ἦεν 5 ἡ λύρα, εἰ μὴ μέλη μοιχικὰ, καὶ οἷα αἱρεῖν γυναῖκας καὶ θέλγειν;

Τῇ ὄγε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Scilicet hæc sola erat ratio veteribus, quo præclare factorum memoriam posteritati commendabant, nondum satis cognito scribendi artificio. Cicero *lib.* I. *Quæst. Tusc. Est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.* Tacitus *Germ.* 2. 3. *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus est) Tuistonem & filium Mannum.* Et *Annal.* II. *cap. ult.* de Arminio: *Canitur adhuc barbaras apud gentes.* SCHEFF.

Τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κλέα] Vere hic monuit Schefferus, esse ea ex Homero sumpta, qui non Achillem modo, sed & alios inducit canentes res illustres fortium virorum. Sic in Convivio Phæacum excitabatur Cantor ἀειδίμενα κλέα ἀνδρῶν, *ut cantaret illustria facta virorum.* Hesiodus quoque Θεογ. 100. Poëtam inducit & Cantorem, κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων ὑμνήσαντα. Sic Cretenses discere jubebant pueros suos τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐγκώμια. Vide *supra* II. 39. De Celtis similia habet Noster XII. 23. PERIZ.

5 Η λύρα Πάριδος] Apud Homer. *Iliad.* Γ. citharam Paridi exprobrat Hector dicens:

Οὐκ ἂν τοι χραίσμῃ κίθαρις τότε δῶρ' Αφροδίτης.

Non te vel citharis juvet aut Cytherëia dona.

Nec in responsione se defendit Paris, atque studium citharæ tacitè agnoscit. Nihilominus *Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit: adeo, ut in Trojæ agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem, qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit, se esse germanum, quod allatis crepundiis probavit, qui* (l. quia) *habitu rustici adhuc latebat.* Servius *Petri Danielis in* V. *Æneid. p.* 37. KUHN.

ΚΕΦ. λθ'.

Περὶ γελοίων καὶ ἀδοξάστων ἐρώτων.

Πῶς δὲ οὐκ ἂν φαίη τις γελοίους ἅμα, καὶ ἀδοξάστους τοὺς δὲ τοὺς

1 Ξέρξῃ] De hoc supra actum *lib.* II. *cap.* 14. SCHEFF.

Τὸν μὲν Ξέρξῃ &c.] Vitii aliquid contraxit hic Locus. Quorsum enim τὸν plurale de uno Exemplo? Oportune ergo Sluisk. Τὸν μὲν Ξέρξην, οὗ &c. Neque aliter Regius Codex Strategi, quod minime rejiculum prorsus. Nam agere videtur de ipsis Amantibus, & ideo sequitur continuo, Νεανίσκον δ' &c. Quapropter etiam pro ἐρῶντας legere possis unica tantum litera inserta ἐρῶντας. *amantes.* Sed malui tamen simpliciter τὸν μὲν Ξέρξην. Τὸν hic ortum videtur vel repetitum ex superioribus, sed in iis generatim loqui-

CAP. XXXIX.

De ridiculis & absurdis amoribus.

Quomodo vero neget quis hosce amores ridiculos simul esse, & ab-

τοὺς ἔρωτας; [1] Τὸν μὲν Ξέρξου, ὅτι πλατάνου ἠράσθη. Νεανίσκος δὲ Ἀθήνησι τῶν εὖ γεγονότων [2] πρὸς τῷ Πρυτανείῳ [3] ἀνδριάντος ἑστῶτος δὲ Ἀγαθῆς Τύχης θερμότατα ἠράσθη. Κατεφίλει γοῦν τὸν ἀνδριάντα θεᾶς βάλλων, εἶτα ἐκμανεὶς καὶ οἰστρηθεὶς ὑπὸ τοῦ πόθου, παρελθὼν εἰς τὴν βουλὴν, καὶ λιτανεύσας, ἕτοιμος ἦν πλείστων χρημάτων

abſurdos? Illum quidem Xerxis, quod platani amore captus fuit. Adoleſcens vero Athenis honeſto loco natus ſtatuam Bonæ Fortunæ, ad Prytaneum ſtantem, vehementiſſime amabat. Complexus igitur ſtatuam oſculabatur, deinde raptus in furorem, œſtroque percitus præ deſiderio in ſenatum venit, eumque enixe rogitans, paratus erat ſtatuam illam

tur Auctor de *Amoribus*, quos hic ſingulatim exponere incipit. De ſtulto autem hoc Xerxis amore, vel nimia admiratione platani in Lydia, Vide *ſupra* II. 14. PERIZ.

2 Πρὸς τῷ Πρυτανείῳ] Πρυτανεῖον erat Curia, ſeu βουλευτήριον, ſic dictum ab eo, quod Πρυτάνεις iſtic congregabantur. Nam quod Veteres Græci, & Etymologicon M. ac Voſſius, Aliique, dictum putarunt, quaſi πυρσανεῖον, ſive ab *Ignis*, πῦρ, qui ibi erat perpetuus, ſive à *frumentum*, πυρὸς, quoniam iſtic bene meritis cibus & victus dabatur, inane eſt & longe nimis petitum. Uſitata eſt derivandi Analogia, ut à Magiſtratu, vel Cœtu Magiſtratuum, qui πρυτάνεις dicebantur, Locus, ubi illi convenire ſunt ſoliti, πρυτανεῖον dicatur. Et erat πρυτανεῖον proprie βουλευτήριον, *Curia Magiſtratuum*, ſeu *Prytanum*. Manifeſtum id ex antiquiſſimo & Atticorum Principe Scriptore, Thucydide, qui II. 15. Athenienſes ait, à Cecrope uſque ad Theſea, habitaviſſe ſparſos per varia oppidula, quæ habuerint ſua πρυτανεῖα τε καὶ Ἀρχοντας, *Curias & Magiſtratus*. At mox addit, Theſea ſuſtuliſſe aliorum oppidorum τό τε βουλευτήρια καὶ τὰς Ἀρχὰς, & in unam Athenarum Urbem coegiſſe omnes, & iſtic omnibus conſtituiſſe ἓν βουλευτήριον καὶ Πρυτανεῖον. Clariſſimum ex his βουλευτήριον & Πρυτανεῖον promiſcue poni, idem ſignificare, & pariter tribui τοῖς Ἀρχουσι, Magiſtratibus. Similiter plane Plutarch. in *Theſeo*. Recte igitur Scholiaſtes Thucydidis πρυτανεῖον tradit ὅτων καλεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθηντο οἱ Πρυτάνεις, οἱ τὰ ὅλων πραγμάτων διοικηταὶ, *ſic vocari, quoniam illic ſedeant Prytanes, totius Reip. Adminiſtratores*. Nempe Prytanes erant Athenis Quinquaginta illi Senatores uniuſcujuſque Tribus, ſeu Decima pars Annui Quingentorum Senatus, qui per Decimam quoque Anni partem præerant illi Senatui, & *omnia ab Senatu decreta gerebant & exſequebantur*. Sic enim Suidas Πρυτάνεις exp. οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς πραττόμενα. Sed legendum iſtic πατρόμενα, h. e. *decreta*, ex Harpocratione conſtat, unde illa ſumſit Suidas. Idem in Πρυτανεύσητε ait, πάντα γὰρ ὑπὸ τῶν Πρυτανέων διεπραγματεύετο, *omnia enim à Prytanibus gerebantur* in Rep. Athen. At in aliis Græciæ, & maxime Aſiaticæ Urbibus deſignabantur hoc vocabulo ſummi plerumque Magiſtratus. Notiſſimi ſunt *Prytanes* Corinthiorum, Rhodiorum, atque Aliorum, quos memoravit jam Caſaubonus *ad Athenæum* XV. 19. Hinc ſimpliciter pro ſummo Magiſtratu reperias paſſim poſitam hanc vocem. Ariſtoteles *Polit.* V. 5. Tyrannides docet ortas etiam ex majori poteſtate Magiſtratui quibuſdam in Civitatibus conceſsâ, & ita Mileti ortam οὐκ ἐκ πρυτανείας· πολλῶν γὰρ ὢν ἐν μεγάλων κύριος ὁ Πρύτανις, *multarum enim erat & magnarum rerum Dominus Prytanis*. Epictetus *cap.* 26. ſummorum Magiſtratuum in diverſis Urbibus nomina quædam commemorans, σατράπην ait, Πρύτανιν, ὕπατον. Sed & transfertur hoc vocabulum ad Principatum in aliis rebus & artibus denotandum, ut dicatur etiam ex. gr. Πρύτανις πλούτου καὶ σοφίας, *Prytanis opum & ſapientiæ*. De quo vocis uſu, ne bene ab aliis jam dicta repetamus, Vide Illuſtriſſ. Spanhemii Diſſert. Doctiſſimam *de Veſta & Prytanibus* §. *ult.* Unde autem *Prytanes* dicti ſint, incertum. Nam cum

μάτων τὸ ἄγαλμα πρίασθαι. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθεν, ἀναθήσας πολλαῖς ταινίαις, καὶ στεφανώσας τὸ ἄγαλμα, καὶ θύσας, καὶ κόσμον αὐτῷ θεᾶς βάλλων πολυτελῆ, εἶτα ἑαυτὸν ἀπέκτεινε, [4] μυρία προσκλαύσας.

[5] Γλαύκης δὲ τῆς κιθαρῳδοῦ οἱ μέν φασιν ἐραθῆναι κύνα, οἱ δὲ κριὸν, οἱ δὲ χῆνα. Καὶ ἐν Σόλοις δὲ

illam emere nummis quamplurimis. Quum vero non perſuaderet *Senatui*, multis redimita tæniis & coronata Statua, ac ſacrificiis honorata, precioſoque circumdata ornatu, ita denique ipſe ſibi mortem conſcivit, quamplurimis cum lachrymis.

Glauces citharœdæ amore captum alii ferunt canem, alii arietem, alii anſerem. Solis etiam, quæ Ciliciæ

cum Voſſio velle à *Prytaneo* derivare, ineptum eſt. Martinius à πρῶτος, *primus*, deducit, ſed neque illud ullam habet veri ſpeciem. Crediderim ergo, quia in Græca Lingua, quæ quidem nobis ſupereſt, nullam habemus oportunam ſatis & Analogicam vocis originem, recurrendum ad Orientem. Iſtic autem Proceres ſeu Principes gentis dicebantur פרתמים *Partemim*. Sic apud Daniel. I. 3. Nebucadnezar præcepit Principi Aulicorum, ut ſeligeret præſtantiſſimos pueros Judæorum *ex ſemine Regio, & ex ſemine illorum Partemim*. Habemus in hac voce eandem pene ſignificationem, & eaſdem plane literas radicales, quarum in derivationibus unice habenda eſt ratio. Reliquæ enim ſeu extremæ ſunt utrobique flexionum ſeu terminationum literæ. Cæterum in Prytaneis his Græciæ erat κοινὴ ἑστία, inque ea Ignis perpetuus. Ratio eſt, quia erat proprie Publica Domus in medio Urbis ſita, ut oportebat communis omnium commodi cauſa, & quia apud hanc κοινὴν ἑστίαν ſacra faciebant, non Sacerdotes, ſed ipſe ſummus Magiſtratus, ſive is eſſet, aut diceretur, *Rex*, *Archon*, ſive *Prytanis*. Docuit id nos Ariſtot. *Polit.* VI. 18. Sed qui locus à Doctiſſimis Interpretibus minime, & ne Grammatice quidem, eſt intellectus. Verba ſunt: ἐχορδὴν ὃ παύτης ſcil. ἐπιμέλεια, ἡ ἐσχάτη πᾶς θυσίας ἀφωρισμένη πᾶσις κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν. Καλοῦσι δὲ οἱ μὲν Ἀρχοντας τούτους, οἱ δὲ Βασιλεῖς, οἱ δὲ Πρυτάνεις. Acceperunt Lambinus & Heinſius hæc ita, quaſi illud ἔχουσι Verbum eſſet, quum certiſſime ſit Participium. Vertunt enim, Ille, *quæ minime Sacerdotibus tribuit Lex, ſed à communi Veſta nacta ſunt honorem*. Heinſius vero, *quæcunque lege non ſunt Sacerdotibus attributa, ſed honorem à communi Genio ſortiuntur*. Unus Victorius veram hac parte vidit ſententiam, qui ita iſta reddidit, *Huic proxima ea curatio eſt, quæ ad ſacrificia publica excepta & reſervata eſt; ea dico, quæ non Sacerdotibus à Lege aſſignantur, ſed iis, qui hunc honorem à communi Civitatis foro, & totius Urbis lare conſequuntur*. Mihi οἱ ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχοντες τὴν τιμὴν ſunt illi, qui Curiæ publicæ ſeu Prytaneo præſunt, ad quorum curam *pertinebant publica ſacra, quæ Lex non aſſignaverat Sacerdotibus*, quibus hic opponuntur: quæ etiam cura fuit olim ſummorum Magiſtratuum, immo ipſorum Regum. Sed & res manifeſta ex eo, quod addit Ariſtoteles, vocari eos in aliis Civitatibus *Archontes*, in aliis *Reges*, in aliis *Prytanes*, quæ omnia ſunt vere ſummorum Magiſtratuum apud Græcos nomina. Quia vero in Prytaneis erat κοινὴ ἑστία, ideo etiam in iis publicus dabatur Cibus bene meritis de Patria. Quod adeo uſitatum fuit apud Græcos, ut ideo *Prytaneum* ſæpe ab hoc ſolo deſcribatur. Livius XLI. 20. *Cyzici in Prytaneum, id eſt, penetrale Urbis, ubi publice, quibus is Honos datus eſt, veſcuntur*. De hoc autem Athenienſium *Prytaneo* Vide Meurſium *Athenis Att.* I 3. PERIZ.

3 Ἀνδριάντος ἠράσθη] Simile exemplum de Venere Cnidiorum & quodam adoleſcente extat apud Plinium *lib.* XXXVI. *cap.* 5. Valer. Max. *lib.* VIII. *cap.* 11. Lucianum in

δὲ τῆς Κιλικίας, [6] παιδὸς, Ξενοφῶντος, ἠράσθη κύων· [7] ἄλλου δὲ ὡραίου μειρακίου ἐν Σπάρτῃ κολοιός.

liciæ *urbs* est, Xenophontem, puerum canis amavit: alium vero formosum puerum Spartæ graculus.

Amoribus. De alia imagine Delphis apud Hellanicum, & in Samo apud *Alexim* poëtam. (vide Athenæum *lib.* VIII.) Et Plutarchum in *Gryllo.* De alia Venere Cypriorum ex Posidippo apud Clementem Alexand. *Admon. ad Gentes.* SCHEFF. Clementem secutus pro more Arnobius *lib.* VI. *adversus gentes. Philostephanus*, inquit, *in Cypriacis autor est, Pygmalionem Regem Cypri, simulachrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios & religionis habebatur antiquæ, adamasse ut fœminam, mente, animo, lumine rationis, judicioque cœcatis, solitumque dementem, tanquam si uxoria res esset, sublevato in lectulum numine cœpulari amplexibus atque ore, resque alias agere libidinis vacua imaginatione frustrabiles.* addit deinde ex Posidippo de adolescente, Veneris Cnidiæ amatore nonnulla. Ergo non ex Posidippo qui, ut Arnobius ait, *librum suum super Cnido scriptum indicat, superque rebus ejus*, (τὰ Κνίδ.) de Venere Cypriorum scripsit Clemens, sed ex Philostephano Κυπριακῶν Auctore. contra hunc Cnidium amatorem disputat *Apollonius* apud Philostratum *lib.* VI. *cap.* 17. KUHN.

4 Μυρία περιπλώσας] Optimo sensu. Non prætereundum tamen censui, quod in Sluisk. reperi μ. περιπλώσας, *quamplurima secum in rogo comburens.* Sed vulgatum Ego tamen longe præfero. PERIZ.

5 Γλαύκης] Ut antecedente capitis parte monstrosos hominum amores erga res inanimatas, ita hac sequenti brutorum erga homines auctor noster refert. Quibus addas etiam alia exempla ex Athenæi *lib.* XIII. Eustathii *Iliad* Σ. Et Nostri *Histor. An. lib.* IV. *cap.* 54. & 56. *lib.* V. *cap.* 29. *lib.* VI. *cap.* 16. & 29. *lib.* VII. *cap.* 41. *lib.* VIII. *cap.* 10. Cæterum de Glauca etiam Plutarchus testis est, *lib. de solert. Animal.* Et Plinius *lib.* X. *cap.* 8. ubi regis Ptolemæi citharistriam fuisse ostendit. Adde Vossium *de Idol. lib.* III. *cap.* 84. SCHEFF.

Γλαύκης &c.] Celeberrima fuit hæc citharistria apud Regem, Ptolemæum Philadelphum, ut discimus ex Plinio X. 22. & Nostro *Hist. Anim.* VIII. 11. Hinc Plutarchus de Pythia, περὶ τοῦ μὴ χρᾶν &c. πάσχα δὴ μεμψόμεθα τὴν Πυθίαν, ὅτι Γλαύκης ἡ φθέγξεται τῆς κιθαρῳδοῦ λιγυρώτερον, *forte etiam reprehendemus Pythiam, quod non loquatur suavius Glauce ad Citharam canere solita.* Amavit autem illam, ut ajunt, in Chio Anser, in Ægypto Aries. Vide Nostrum *Hist. An.* V. 29. & VIII. 11. Ceterum totam hanc Capitis partem repetiit Noster ex *Hist. Animal.* I. 6. PERIZ.

6 Παιδὸς Ξενοφῶντος] Distingue, παιδὸς, Ξενοφῶντος, ἠράσθη &c. Ælian. ipse *lib.* I. *Hist. Anim. cap.* 6. καὶ ἐν Σόλοις τῷ (forte ᾧ, ut hic, scribendum est) τοῖς Κιλικίοις παιδὸς, ᾧ ὄνομα ἦν Ξενοφῶν &c. SCHEFF. De amoribus Delphini uterque Plinius legi potest, *epist.* 33. *lib.* IX. KUHN.

7 Ἀλλ' ἐδὲ ὡραίᾳ] Corrige ex ipso Æliano, loco quem supra adduximus, ἄλλα ᾧ ὡραίῳ. Nihil certius SCHEFF. Bene. FABER. At, *nec formosum adolescentulum amavit graculus*, ut vulgata lectio vult non malè, simulque innuit, ollam invenisse se dignum operculum, ut proverbio loquimur. i. e. deformem amatorem graculum similem sibi adolescentem in deliciis habuisse, adeoque malim in *Hist. Anim.* ex textu nostro legere ἀλλ' ἐδὲ ὡραίᾳ, id quod haud obscurè firmat Noster in eadem *Hist. Anim. lib.* VIII. *cap.* 11. ubi refert Draconem quendam amasse Aleuam, formosissimum babulcum, & ita finit orationem. ὦ ἄρα ἴδιον ζώῳ τὸ ἐρασθῆναι μὴ μόνον ᾧ συνήμιν τε ἅμα καὶ συμφυές, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀφανεστάτῳ ἥκιστα, ὡραίᾳ μέντοι, *adeo animali insitum erat, non modo è suo, verum etiam è dispari genere aliquem, formosum tamen, adamare.* en draconem formæ spectatorem egregium præ cæcutiente graculo, qui ἐδὲ ὡραῖον, *ne pulchrum quidem* amavit adolescentulum! de ursо puellæ raptore vide Saxonem Grammat *lib.* X. *Hist. Danicæ p. m.* 174. KUHN.

Ἀλλ' ἐδὲ ὡραίᾳ &c.] Corrigit Schefferus ista, legens ex *Hist. Anim.* I. 6. ἄλλα ᾧ ὡραίῳ, *Nihilque certius* pronunciat. Probat illam crisin Faber. Et quis non probaret? Kuhnius tamen nescio qua, frivola profecto ratione, Vulgatum tuetur. Nempe quum Auctor *Hist. Anim.* non tamen, ut ait, I. 11. sed VIII. 11. tradat Animalibus insitum esse, non ex suo tantum, sed & ex alieno genere, amare, modo formosum id sit, putat ergo, Eum hic notatu dignum habuisse, quod Graculus *ne Formosum quidem Puerum amaverit.* At vero sicuti in *Hist. Anim.* I. 6. editur, sic etiam hic uno consensu legunt MSti, Sluisk. & Lugd. qui cetero quin in diversa abeunt, quando variant Codices. Adde Regios omnes. Sed & tantum abest, ut id notatu adeo dignum censuerit Noster, si Bestia Hominem non formosum amet, ut diserte id θαῦμα ἐδὲν dicat *Hist. Anim.* IV. 56. ubi à phoca amatus traditur piscator ἄμορφος, *maxime deformis*, qui tamen τῇ φώκῃ ὡραιότατος ἐδόκει, *formosissimus phocæ videbatur.* PERIZ.

ΚΕΦ. μ'.

Περὶ κυβερνητῶν τῶν Καρχηδονίων νεῶν.

Ὅτι Καρχηδόνιοι [1] δύο κυβερνήτας εἰσῆγον εἰς τὴν ναῦν, ἄτοπον λέγοντες εἶναι, [2] δύο μὲν πηδάλια

CAP. XL.

De gubernatoribus navium Carthaginiensium.

Carthaginienses duos gubernatores navi dederunt, absurdum esse dicentes, duo quidem gubernacula

1 Δύο κυβερνήτας] De hac re prolixe agimus in *libris de militia navali.* SCHEFF. Polybius *lib.* VI. *Epitom. Histor.* de Romanis. δύο καθ' ἕκαστον πάγμα πιθῆν ἡγεμόνας, εἰκότως. ἀδήλα γὰρ ὄντος τοῦ πιθῆσαι τοῦ δ' παθεῖν ἢ τὸ ἡγεμόνα, τῆς πολεμικῆς χρείας ἐκ ὑδιχομένης ἀσφαλῶς, ἐδέποτε βέλονται τὴν σωτηρίαν χωρὶς ἡγεμόνος εἶναι καὶ πρεσάτυ. *geminos singulis manipulis ductores præficiunt, idque merito. Cum enim incertum sit, quid ductor vel facere vel pati possit, nec belli ratio moram & tergiversationes admittat, cohortem nunquam ductore & præfecto destitutam voluerunt.* ob eandem causam etiamnum in militia οἱ πρεσβευταὶ *legati*, vel *locum tenentes*, ut ajunt, in usu sunt. confer Bocharti *Hieroz. P.* II. *p.* 453. Stobæum *p. m.* 410. Polyænum *lib.* III. *Stratag.* KUHN.

2 Δύο μὲν πηδάλια ἔχειν] Disertissimus est hic locus, ex quo liquet usitatum fuisse & ordinarium plane, ut Navis duo habeat *gubernacula.* Quod si animadvertissent vel scivissent Viri cetera Doctissimi, Th. Beza, & Lud. de Dieu, non ita hæsitassent in eo, quod *Actor.* XXVII. 40. navi, qua vehebatur Paulus, tribuuntur πηδάλια in plurali, quum tamen *unius navis plura non fuerint gubernacula.* Sed contrarium satis jam docuere Grotius, Schefferus, & denique Grævius *ad Hesiod. Ergy.* 45. Erant autem hæc gubernacula pariter in puppi, nisi naves essent biproræ, vel ἀμφίπρυμναι, quarum prora & puppis singulæ habebant usum utriusque, de quibus Vide Tacitum *Ann.* II. 6. & *ibi* Lipsium. Quod cæteroqui fuerint pariter in puppi vel ejus dextro & sinistro latere, patet clarissimum in modum ex Navi Argo, seu ejus parte, à puppi ad malum, quæ in cœlum fingitur relata, prout illa describitur ab Hygino *Fab.* 14. *extr.* *Habet Stellas in puppe quatuor, in Gubernaculo dextro quinque, in sinistro quatuor.* Vide ibi Doctiss. Munkerum. Et in *Poët. Astronom.* III. 36. *Hæc habet in puppi ad singula Gubernacula, ad primum stellas quinque, ad alterum quatuor, circum carinam quinque* &c. Habes

δάλια ἔχειν, τὸν δὲ λυσιτελέστατον τοῖς ἐμπλέουσι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τῆ νεὼς, ἔρημον εἶναι [3] καὶ μόνου ἀμαθόχου καὶ κοινωνοῦ.

nacula habere, eum vero qui navigantibus utiliſſimus eſſet, & imperium navis teneret, ſolum & abſque ſucceſſore ac ſocio eſſe.

bes etiam iſtic expreſſam Puppis illius cum duobus Gubernaculis, ac ſingulorum ſtellis figuram, quam Grotius in Antiquiſſimo Codice Phœnomenon Arateorum Germanici, literis Romanis ſeu Capitalibus ſcripto, invenit, & nos hic etiam exhibemus. PERIZ.

3 Καὶ μόνου] Iſthæc duo verba gloſſema ſunt. FABER. Sed fortaſſis voces ſunt trajectæ, ſcribendumque τῆς νεὼς μόνον εἶναι καὶ ἔρημον ἀμαθόχου. Sane μόνον eſſe ſervandum vel ex præcedenti δύο apparet, cui opponitur. SCHEFF.

Ἔρημον εἶναι καὶ μόνον &c.] Gloſſema pronunciat Faber illa, καὶ μόνον. Sed temere prorſus, quum Editi & MSti pariter ea agnoſcant. Et, ne quis ea ταυτολογίας inſimulet, diſtincta videtur ſignificatio, & diviſa in ſequentia ἀμαθόχου καὶ κοινωνοῦ: ſcilicet ἔρημον ἀμαθόχου, καὶ μόνον κοινωνοῦ. Sic paſſim μονωθῆναι *deſtitui ſocio* vel *adjutore*. Ariſtot. *Ethicis lib. ult. cap.* 2. πᾶν γὰρ μετ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἱρετώτερον ἢ μοναθρμον. *Omne enim Bonum, cum alio Bono conjunctum, præſtantius eſt eo, quod alio eſt deſtitutum.* Thucyd. v. 78. Καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι ὡς μεμονωμένοις τοῖς Λακεδαιμονίοις παρεσκευάζοντο μάχεσθαι. *Et Argivi parabant ſe ad pugnam cum Lacedæmoniis, tanquam deſertis* à ſuis ſcil. ſociis. Schol. exp. ἐρήμοις συμμάχων. PERIZ.

ΚΕΦ. μα'.

Περὶ Παυσανίου καὶ Σιμωνίδου.

Ἐν τινι, φασὶ, συνδείπνῳ παρῆν Σιμωνίδης ὁ Κεῖος, καὶ Παυσα-

CAP. XLI.

De Pauſania & Simonide.

In convivio quodam, ut ajunt, præſens erat Simonides Ceus & Pauſanias

[1] Μέμνησο ἄνθρωπος ὤν] Elegans & tempeſtiva reſponſio, qua & faſtum Pauſaniæ tacite arguebat, eumque ſimul admonebat fragilitatis humanæ. Ita Scythæ ad Alexandrum apud Curtium *lib.* VII. *cap.* 10. *Si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non ſua eripere. Sin autem homo es, id quod es, ſemper eſſe te cogita. Stultum eſt eorum meminiſſe, propter quæ tui obliviſceris.* Philemon poëta vetus.

Ἀν-

σανίας ὁ Λακεδαιμόνιος. Προσέταξεν οὖν ὁ Παυσανίας τῷ Σιμωνίδῃ σοφόν τι εἰπεῖν. Ὁ δὲ γελάσας ὁ Κεῖος, [1] μέμνησο (εἶπεν) ἄνθρωπος ὤν. Τοῦτο τὸ ἀχρεῖον μὲν ἐξεφαύλισε Παυσανίας, καὶ παρ' οὐδὲν ἔθετο, [2] ὑποτυφόμενον ἤδη εἰς τὸ τοῦ Μηδίζειν ἔρωτα, καὶ μεγαλοφρονῶν ἐπὶ τῇ πρὸς Βασιλέα ξενίᾳ, ἴσως δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ οἴνου ἀναφερόμενον. Ἐπεὶ δὲ ἦν [3] πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ, καὶ διεπάλαιε [4] τῷ λιμῷ, καὶ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν ἀνθρώπων ἀλγεινότατα, ἀλλὰ τηνικαῦτα ἐμνήσθη τοῦ Σιμωνίδου, καὶ ἐξεβόησεν εἰς τελὸς, [5] ὦ ξένε Κεῖε, μέγα τι ἄρα χρῆμα ἦν ὁ λόγος σου, ἐγὼ δὲ ὑπ' ἀνοίας οὐδὲν αὐτὸν ὤμην εἶναι.

Ἀνθρωπος ὤν, τοῦτ' ἴσθι, καὶ μέμνησ' ἀεί.

Antiphon.

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.

sanias Lacedæmonius. Imperabat itaque Pauſanias Simonidi, ut ſapiens aliquid diceret. Ceus vero ille ridens dixit, memento te hominem eſſe. Id Pauſanias tunc temporis quidem ſprevit, & nihili fecit, accenſus jam tacite in ſtudium Medorum, & inflatus hoſpitii jure cum Rege, forſitan etiam vino abreptus in tranſverſum. Quum vero jam eſſet in *Minervæ* Chalcioeci æde, & cum fame luctaretur, jamque miſerrime omnium hominum moriturus eſſet, tum vero in mentem ei venit Simonidis, & ter exclamavit, O Cee hoſpes, magnum ſane quiddam tuus erat ſermo, at ego ex amentia eum nihili putabam.

[2] Ὑποτυφόμενον ἤδη εἰς τὸ τοῦ Μηδίζειν ἔρωτα] Vertebatur in Edd. omnibus, *captus jam ſuperbia, eo quod ad Medorum partes ſe applicuiſſet.* At hunc ſenſum ſi voluiſſet Auctor, dixiſſet ἐπὶ τῷ ἔρωτι. Sic *ſupra* III. 28. πυρφωμένος ἐπὶ τῷ πλούτῳ. Vidit jam Geſnerus parum belle hæc verſa, atque ideo margini adſcripſit, *Medicum quiddam jam ſpirans, aut veluti fumigans amore erga Medos concepto.* Longe id melius. Ego tamen ſimpliciter verto, *faſtu* vel *vanitate quadam accenſus jam tacite in ſtudium Medorum*, unde multa ſibi pollicebatur, Vel, *quum jam inciperet ſtudere partibus Medorum.* Etenim τύφεσθαι notat proprie, *uri, incendi.* Suidas, τύφει, καίεται. Diod. Siculus *lib.* VIII. τύφεσθαι τὸ ὠὰ αὐτῇ χρῆσθαι, *incendunt fœnum quod in ea eſt.* Transfertur inde ad Animum Hominis. Sic Herodian. VI. 5. extr. τὸν τε Πέρσην εἰς ἐλπίδα μειζόνων πραγμάτων ἐτύφωσε τηλικάδε τῶν ἔργων εὐπραγία, *tanta felicitas excitavit, incendit, Perſam in ſpem rerum majorum.* Similiter Compoſitum. Suidas, ὑποτυφόσης, ὑποκιζόσης, ὑποκαιόσης. Adfert dein verba Vetuſti Scriptoris, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ τῆς δίκης ὑποτυφόσης τοὺς ἀκούοντας, *ſed paulatim narratione illa accendente*, ſeu *inflammante, auditores.* Hinc vero ponitur tandem etiam pro eo, quod *clam, tacite, incipit* & *exoritur.* Suidas in *eadem voce* adfert hoc ſenſu, ὑποτυφομένη ἤδη ὁμοῦ πολλὰ δυσμένεια, *ſimultas jam dudum ſubnaſcens.* Imp. Julianus *Orat.* I. *pag.* 13. ὑποτυφομένου ἤδη τοῦ πολέμου, *paulatim jam exoriente bello.* PERIZ.

3 Πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ] In Minervæ Chalcioeci æde. Vide Gyraldum *de Diis.* GESN. Nobile Minervæ templum, in quod ſe fuga contulit, cum ad ſupplicium quæreretur. Cornel. Nep. in *vita ejus cap.* 5. *Cum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur, è vultu cujuſdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, inſidias ſibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui ſequebantur, in ædem Minervæ, quæ Chalcioecus vocatur, confugit.* SCHEFF.

Πρὸς τῇ Χαλκιοίκῳ] *In Chalcioeco*, ita vertunt. At auſcultare etiam hic debuiſſent

sent Gesnero, qui in Margine suæ Ed. censuit vertendum *in Minervæ Chalciœci ædi*. Proprie Græca notant *apud Chalciœcum* Deam, sed quorum sensus est, *in æde ipsius Deæ*. Etenim Χαλκίοικος, non Nomen loci aut templi, sed Cognomen ipsius Deæ, seu Minervæ, quæ apud Lacedæmonios in præcipuo colle Urbis templum habebat, ut nonnulli tradunt, æreum, vel, ut Alii, à Chalcidensibus exstructum. Suidas: Χαλκίοικος ἡ Αθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ. Hinc passim apud Græcos τὸ ἱερὸν τῆς Αθηνᾶς τῆς χαλκιοίκου. Sed & pene, ut Noster, Plutarchus in *Lycurgo*, καταφυγὲ πρὸς τὸν Χαλκίοικον, *confugit ad Chalciœcum* Deam, h. e. in ejus templum. Nam ita Idem *in Apophth. Lacon.* de Agide, εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου Αθηνᾶς καταφυγών. Sic ergo accipio & Livium, quasi per modum interpretationis dicentem XXXV. 36. *Ætoli circa Chalciœcon (Minervæ est templum æreum) congregati cæduntur.* Nam *circa Chalciœcon* revera idem est, quod circa templum Chalciœci. Vide & Corn. Nepotem in *Pausania*, atque ibi Lambinum. Ut & Meursium in *Miscell. Lacon.* I. 3. PERIZ.

4 Τῷ λιμῷ] MSS. B. & C. τῷ λοιμῷ. SCHEFF. Non infrequens est in Manuscriptis literæ ι cum ει confusio, sæpiusque λιμὸς καὶ λοιμὸς apud Bonos scriptores sororio quasi vinculo cohærent. KUHN.

5 Ω ξεῖνε Κεῖε] Ad exemplum Crœsi, qui in pyra constitutus ob eandem causam ter Solonem magna voce compellavit. Vide Herodotum *lib.* I. SCHEFF.

ΚΕΦ. μϚ'.

Περὶ Ἀρταξέρξου, καὶ Δαρείου.

Ἀρταξέρξης ἀποκτείναντος τὸν πρεσβύτερον υἱὸν, Δαρεῖον, ἐπιβουλεύοντα, ὁ δεύτερος, ἀξιοῦντος τοῦ πατρὸς, σπασάμενος τὴν ἀκινάκην, ἑαυτὸν πρὸ τῶν βασιλείων ἀπέκτεινεν.

1 Ἀρταξέρξης] Confer Plutarchum in *Artaxerxe*, qui hæc paulo aliter. Justinum quoque *lib.* X. *cap.* I. & II. Dictus autem Artaxerxes Mnemon, justitiæque famâ claruit, ut post Plutarchum Nepos auctor est. SCHEFF.

2 Ἀξιοῦντος τοῦ πατρὸς] Immo vero Ochi dolis & fraudibus, Filii natu minimi, ad mortem adactus est. Subinde enim Ochus subornabat homines, qui Patris, omnium ignari, iram Filio huic Secundo nunciarent atque asseverarent. Et ita ille tandem sibi necem conscivit *veneno*, ut ait Plutarchus in *Artaxerxe*, *ext.* qui eum *Ariaspen* appellat, at Justinus X. I. *Ariaraten*, si recte Codices. *Artaxerxes* autem hic fuit Mnemon, cui Ochus successit. PERIZ.

CAP. XLII.

De Artaxerxe & Dario.

Quum Artaxerxes interfeciſſet maximum natu filium, Darium, inſidias ſibi ſtruentem, ſecundus ab illo, jubente patre, ſtricto acinace, ſe ipſe ante regiam neci dedit.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA